


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
S
17 — E
65
ROMA

fu compiato a Roma paol. 4. 1621 di Urbe




IRA


SVPERBIA

ΠΑΝΑΡΙΟΝ,

HOC EST,

ARCA MEDICA VARIIS

Diuinæ SCRIPTVRÆ priscorumq; PATRVM Antidotis aduersus Animi morbos instructa.

[redacted] ET [redacted]

IN GRATIAM CONFESSARIORV̄ Concionatorum, et Religiosæ Vitæ cultorum edita à

IOANNE BVSÆO SOCIETATIS IESV Theologo.


GVLA


AVARITIA

VENETIIS

APVD. GIORGIVM VARISCHVM

M.D.CXI.


INVIDIA


ACIDIA


LVXVRIA

PRÆFATIO AD BENEVOLVM LECTOREM.



Ntequam, *beneuole* Lector, *ad explicanda, Morborum Animi, seu Vitiorum Antidota accedam, de paucis Capitibus mihi commonefaciendus videbare, quo planius Instituti mei ratio tibi constaret.* Primum *est, de suscepti huius operis causa. Ea fuit non pœnitenda vtilitas, quæ in nostræ Societatis homines, aliosq. qui audiendis sacris fidelium confessionibus sese totos, pro munere quod gerunt, dediderunt, atque hoc ipso se spiritales animarum Medicos profitentur, ex lectione redundare queat. Quod si & Patres, quos vocant spirituales, in Religiosorum Cœnobijs, vel alijs piarum* Sodalitatũ *Cœtibus; Parochi item & Concionatores, quibus incumbit cura alios a vitijs deterrendi, atq; ad virtutis studium priuatim, publiceue cohortandi in eodem opere deprehenderint aliquid, quod industriã eorum exacuat, hoc latius horum Remediorum fructus pertinebit.* Alterum *est operis Epigraphe. Eã mutuatus sum a B.* Epiphanio *Cypri Episcopo, cuius Commentarius, quem aduersus omnes hæreses elucubrauit, Πανάριον, hoc est,* Arcæ Medicæ *appellatione inscriptus est, quod propositum illi fuisset, illo Opere omnium hæreseon morbis inde a Christianæ religionis primordio exortis medicinam facere. Cũ itaque & ego apud animum meum constituissem non vni animi ægritudini, sed varijs & multiplicibus mederi, non iniuria videor eiusdem nomenclatura vocabuli hanc Tractationem inscripsisse.* Tertium *est de Fontibus, vnde hæc nostra spiritualia Antidota deprompta sunt. Ji fere quaterni sunt Spiritus S. Oracula sacris veteris nouiq. Instrumenti codicibus mandata.* S. Patrum *veterum, maxime autem Ecclesiæ* Doctorum, *Græcorum æquè ac Latinorũ volumina. Philosophorũ deinde quorundam Ethnicorum monita vel apophthegmata, ac demum Exempla paucula, sacra vel prophana cæteris illustriora. Quod Fontem D. Scripturæ attinet, is tam fœcundus & exuberans est, vt vel solus subministrãdis omnis generis Remedijs sufficiat.* Omnis morbus animæ, *inquit in Psal. 36.* B. Aug. habet in scripturis medicamentum suum. *Et S. Hier. in consolatione ad Jul.* Ad san- Eph. 34

ctarum Scripturarum grauitatẽ confugimus, vbi vera vulnerum medicina est, vbi dolorum certa remedia. *Et epistola ad Eustochium Virg. prolixe laudat B. Paulam Romanam, quę madmodum varijs scripturarum sententijs consueſſet, quasi armatura Dei, omnia Satanæ tela auertere. Sed & S.* Chryſ. *in Euang. Io. scribens*
Hom. 30. *ita loquitur.* Oĩum medicinarum thesaurus diuinę scripturę sunt: & siue stultitiã exuere, siue affectus sedare, siue pecuniarũ cupiditatẽ expellere, siue dolores contẽnere, siue fortẽ aĩum induere, siue aduersa ęquo aĩo tolerare velimus, quãplurima hinc remedia inuenire possumus. *Secundũ fontẽ, vt dixi, præbent* S. Patres, *qui duplici nõie hoc spirituale Pharmacopolium adauxerunt. Vno quod pleriq. eorũ peruditis commentarijs diuinas literas illustrarint, atq. ideo non potuerunt nõ antidota aduersus oĩs generis morbos in illis tradita locupletare. Altero, ꝙ penè oẽs Epõrum & Christiani gregis* Pastorũ *munere (quo eorũ non solũ est oues, dum sanæ sunt, conueniẽti victu pascere, sed etiã dum ægræ*
c. 34. *sunt, sanare) in Ecclesia Dei perfuncti fuerint. Unde apud Ezech.* Prophetam in *ignauos populi* Pastores *his verbis Deus iam olim inuectus est.* Vę pastorib. Israel, qui pascebãt semetipsos. nonne greges a pastorib. pascũtur? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & ꝙ crassum erat occidebatis. gregẽ aũt meum nõ pascebatis. Quod infirmũ fuit, nõ cõsolidastis, & ꝙ ęgrotũ, non sanastis: ꝙ confractũ est, nõ alligastis, & ꝙ abiectũ est, nõ reduxistis, & ꝙ perierat, nõ quęsistis, sed cũ austeritate imperabatis eis, & cũ potentia. *Sequitur fons Ethnicorũ* Philosophorũ, *exiguus ille quidẽ & aqua in vitã æternã saliente destitutus, minime tamen cõtẽnendus. Sæpenumero siquidẽ vsu venit, vt qui saluberrima Christi Domini, priscorumq. Patrũ consilia curandis animi morbis destinata temere repudiant, non tamen audeant gentilium Philosophorũ monita respuere, ne dũ luculentæ rationi repugnant, de potestate mentis exiſſe videantur.* Postremus *fons est illustrium Exem-*
c. 17. *plorum, quæ plurimum valere ad medendũ animi vulneribus inde liquet, quod S.* Aug. *in enarratione Psal. 75. cũ agit de exẽplo vxoris Loth a Christo Domino apud B. Lucam allegato, ita scribat.* De die iudicij cum Dñs miraretur, quid ait? Memento vxoris Loth. Oĩbus dixit. Quid.n. fecit vxor Loth? liberata est a Sodomis, & in via posita retrorsum respexit. Vbi respexit, ibi remansit. Facta est aũt statua salis, vt illius contẽplatione con-
diantur

Ciantur hoīes, cor habeant, nō sint fatui, nō retro respiciāt, ne malū exemplū dantes, ipsi remaneant & alios condiant. Nā & modo dicimus illud quibusdā fratrib. nostris, quos viderimus velut infirmari in proposito bono. Et talis vis es se quales illi? obijcimus illi quosdā qui retro respexerūt: illi fatui sunt in se, sed alios cōdiūt, qn̄ cōmemorātur, vt illorū exemplum timētes, isti retro ne respiciāt. *Sed satis de fontib.*

Venio *ad quartū instituta Præfationis Caput,* De *ordine & Modo tractationis huius Panarij.* *Poterā equidem initium eius facere a* Peccatis *generatim, & inde ad singulas species gradū facere, verū malui eorū more, qui de Quæstionib. vel Casib. Conscientiæ scribunt, in ordinē Alphabeticum oīa vitia redigere ob geminū Lectoris cōmodum. Alterū, vt cuiusq. Vitij remediū, inspecto Elencho Alphabetico, proxime hic subiecto, promptius inueniri posset. Alterū vt lectioni oē adimeretur fastidiū, quod caueri non potuisset, si capita oīa, quæ similitudine aliqua argumenti conspirant, suo ordine locata fuissent. Quod ad* Modum *tractationis attinet, primū noris, me nō oīa diuinæ Scripturæ, sanctorumue* Patrum *testimonia, sed præcipua tantum & selectiora, ne turba animū legentis obrueret, descripsisse. nec ita scrupulose singulas periodos, salua tamen sententia, appendiße, quin verba aliqua interiecta compendij causa interdum prætermitterentur. Deinde ijs fere Auctorib. Tractatus citatos attribui, quibus vulgo inscribi solent, vt* opus imperfectū Homiliarum in Matth. *B. Io. Chrys. &* sermones ad fratres in eremo, *D. Augustino, atq. id genus alia: quoniam, vt non sint eorum Auctorum, quorum nominib. iam aliquot seculis euulgati fuerunt; ob antiquitatē tamen, & doctrinæ præstantiam iam pridiem auctoritatem meruerunt. Postremo neque vocabulum* Remedij, *vel* Antidoti *cancellis æquo angustioribus circumscribendum existimaui; Eo enim generatim intelligo, quicquid ad vitia detestanda, ad sanādam animorum ægritudinem, ad mores peruersos cum melioribus commutandos iuuare potest; cum videamus hos insigni aliqua sacrarum literarū sententia, illos graui sanctorum* Patrum *dicto, alios* Philosophi, *vel* Principis *Ethnici illustri apophthegmate; alios alia re, quamuis in speciem leui ad officium faciendum, colendamque virtutem permoueri.* Imitandi. n. sunt boni Medici, *inquit* B. Chrys. *in Matthæum,* qui Hom. 30. nō vno curationis modo vtuntur, sed cum viderint primis medijs non esse depressum morbum, alia atque alia rursus

exco-

excogitant, & aliquando quidem ligantes membra dolores doloribus excutiunt: aliquando verò incidunt: ita multis varijsque medendi generibus tandem corpus ad sanitatem reducunt. Vale, *& æqui boni consule, si non factum, saltem bene faciendi voluntatem.*

FACVLTAS R. *P. PROVINCIALIS*
Prouinciæ Rhenanæ Societatis Iesu.

CVm Sacræ Cæsareæ Maiestatis decreto omnib. & singulis Typographis, & Bibliopolis, ac alijs quancunq; librariam negotiationem exercentib. seriò firmiterq. inhibeatur, ne quisquā vllos libros a nostris Patribus hactenus editos, vel in posterum edendos, intra sacri Romani Imperi regnorū & dominiorum suæ Cæsareæ Maiestatis hæreditariorum fines simili, vel alio characteris genere, aut forma, siue in toto, siue in parte recudere, vel alio recudendos mittere, aut alibi etiam impressos adducere, vendere & distrahere, clam seu palam citra iudicium ac testimonium supradictorum Patrum audeat, vel præsumat: concedo ego Theodorus Busæus Societatis Iesu per Rheni prouinciam Prouincialis Ioanni Albino Moguntinensi Typographo Facultatem excudendi Panarion aduersus animi morbos, vel vitia: varijs diuinæ Scripturæ, priscorumq; Patrum antidotis instructum, & à P. Ioanne Busæo Societatis nostræ Theologo conscriptū, atque a deputatis ad id Patribus approbatum. In quorum fidem hoc ei testimonium manu nostra subscriptum & sigillo munitum dare voluimus. Molshemij Kalendis Ianuarijs. Anno M. DC VIII.

Theodorus Busæus, Prouincialis.

ELENCHVS MORBORVM ANIMI VEL VITIORVM, PRO QVIBVS

profligendis remedia hoc opere præscribuntur.

ODE EXEGETICA OMNIBVS ANIMARVM

Medicis.

ADæ propago posthuma crimi
num
Regnata mõstris, Tartareum nefas
Altè ingemiscés, aut medelã, aut
Immedicata feret ruinam.
Obsessa putri viscera toxico,
Iurata morti pectora, pectora
Cadaueroso exsucca tabo
Funeream meditantur vrnam.
Heu? quis Machaon, qs Podalirius
Intoxicatas felle venefico,
Vel funeratâs iam medullas
Parte sui meliore fanet?
Quot taminatur flagitijs homo,
Tot mẽs venenis, tot iaculis cadit.
Fractam adtegrabit sanitatem,
Si reuomat rediuiua virus.
Ades beatis ignibus incita
Patrum corona Spiritualium:
Adest Pastores, & ægro
Qui vitium pecori timetis;
Verenda cœlo qui putealia
Deo obtinetis Præside Iudices,
Iniuriarum cognitores,
Et veniam accelerare prompti,
Adeste noxarum vlcera tabida
Curationum mirificis modis
Panarium Antipharmacorum
Gorgoneo abripiet draconi.
Olim antecessit, qui Ierichuntică
Inhospitales indigenę plagas
Putore soluit, liberalis
In medicum Samarita sumptũ.
Pręluxit idem, sede ab eburnea
Laboriosis actus amoribus,
Castella, vicos, Ciuitatum
Et plateas peragrans medendo.
Attemperauit pharmaca poculis
potenter orbis miscuit artifex,
Viræque amicauit supinos
Pestiferis colubri susurris.
Exempla tanti vos Capitistrahant;
Pessumdatarum funera Mentium
Aucti officina succi plena,
Antidoto reparate vitæ.
Hoc explicãtũr Codice Olympica
Oraculorum Balsama: promi te
Sensu efficaci præpotentes
Pestem Erebi tenuare succos.
Sententiarum saluificas Sacri
Partes, dictas in cumulum dabunt;
Dabunt salutem Exempla, pictis
Viua, notis operosiora.
Ergo ampliores tot Medicatibus,
Non ociosam subsidio nouo
Aptate curam; interminatum
Archiatros precium reponet.



PANARIVM ANTIDOTORVM SPIRITVALIVM ADVERSVS ANIMI MORBOS

Alphabetario ordine instructum.

A

ACEDIA.

Remedia contra Acediam.



RIMVM Remedium esto. Confidera Acediam in gene re suo peccatum esse lethale, & inter vitia capitalia septem numerari. Nomine enim acediæ S. Patres fere intelligunt tædium graue in exercendis actionibus pijs ad salutem necessarijs: vt si quis ex tædio canonicarum horarum lectionem omittat, qui ad eas dicendas ratione ordinis vel Beneficij ecclesiastici est obligatus. B. GREGORIVS vocat *animi tristitiam*, eiusque effectus assignat, malitiã, rancorẽ, pusillanimitatẽ, desperationẽ, torporẽ circa præcepta, & vagationẽ mẽtis erga illicita.

Aug. ĩ ps. 106. Damas. libro c. 14. Tho. Aq. 21. q. 35. ar. 1.

II. REMED. Oborto in animo fastidio, illico te ad opus præstandum accinge. *Experimẽto enim probatum est*, inquit CASSIANVS, *acediæ impugnationem non declinando fugiendam, sed resistendo superandam.* Qđ si opere inchoato difficultas aliqua obrepat, in eo persequendo fortiter persiste, quia progressus laborem reddet leuiorem. Vnde B. Bernardus. *Cum te torpore, acedia, vel tædio affici sentis, noli propterea diffidere aut desistere à studio spirituali.* Et iterum. *Cum inceperis tristitia implebit cor tuum, sed si perseueraueris tristitia tua conuertetur in gaudium. Tunc enim purgabitur affectus, & voluntas renouabitur, uel potius noua creabitur, ut omnia, quæ primo difficilia, imò impossibilia videbantur, cum multa currantur dulcedine & auiditate.*

Greg. li. j. in 1. Reg. c. 14. Cas. libr. 10. c. 25. Bern. ser. 22. ĩ Cãt. Ser. 3. de ascens.

III. REMED. Si ad tædium discutiendum, opusuè aggrediendum

Eccle.35. fis æquo imbecillior, implora per humiles preces diuinum auxilium. *Ora*
21. *tio siquidem humiliantis se, aut Sapiens, penetrabit nubes, & non discedet*
ps.101.18 *donec altissimus aspiciat*, & Regius Psaltes *Prospexit in orationem hu-*
Augus. in *milium*. Vnde S. AVG. agens de tædio quorundam, quos, licet probabili
psal. 106. ter inter homines sine malorum morum querela conuersarentur, nec le-
gere nec orare delectabat, sic scribit. *Non est ista leuis tentatio. Agnosce*
te in illa (tentatione tædij, cum adest) *& exclama ad Dominum, vt de ne*
B.ser. 22. *cessitatibus tuis etiam hic liberet te; & de hac tentatione liberatus cum*
in Cans. *fueris, confiteatur illi miserationes eius*. Et B. BERN. *Cum te acedia, vel*
tædio affici senseris, noli propterea diffidere, aut desistere à studio spiritua-
li, sed iuuantis require manū trahi te obsecrans sponsæ exēplo, donec de-
ps.118.32 *nuò suscitante gratia factus promptior, alacriorque curras & dicas. Viā*
mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Sic aūt quandiù
adest gratia, delectare in ea, vt non te existimes donū Dei iure hæredita
rio possidere, ita videlicet securus de eo, quasi nunquā perdere possis, ne su
Eccli. 11. *bitò, cū fortè retraxerit manū, & subtraxerit donū, tu aīo concidas, & tri*
27. *stior, quā oportet, fias* Et paulò post *Curabis potius, si sapis, pro consilio sa*
pientis, in die malorum non immemor esse bonorum, atq; in die bonorū nō
immemor esse malorum. Ergo in die virtutis tuæ noli esse securus, sed cla
psal. 70.9 *ma ad Deū cū propheta, & dic. Cū defecerit virtus mea, ne derelinquas me.*

IV. REMED. Si nec orationis beneficio ab omni tædio liberatus fue-
ris, non idcirco animum desponde, sed oculos conijce in Christi Domi-
ni exemplum, qui grauissimū quoddam tadium, tum in horto orans,
cum diceret *Tristis est anima mea vsque ad mortem*, perpessus est; tū de
Matt. 26. cruce pendens, cum exclamaret, *Deus meus, Deus meus, vt quid dereli-*
38. *quisti me.* Vnde liquet tædium etiam graue posse aliquando tolerari citra
Matt. 27. culpam, modo adsit bene agendi, vel patiendi voluntas, vt erat in Christo
46. Hæc aute vbi præsto fuerit, & de manu Dei tædij pœnam acceperis, mox
Luc. 22. suppetet tibi cum Christo, Angelica, imò diuina consolatio.
43. V. REM. Serio considera hominis nouissima. *Memorare nouissima tua*
Eccli. 7. ait S Scriptura, *& in æternum nō peccabis*. Ac primo mortem. *Mors enim*
40. *omnium vitiorum*, vt loquitur Cassianus, *est peremptoria*. 2 Iudicium par
Cass.coll. ticulare mortem proximè consequens, cuius seueritatem expendens vir
16.c.6. simplex & rectus B. IOB *Quid faciam*, inquit, *cum surrexit ad iudicā*
Iob.31.14. *dum Deus? & cum quæsierit, quid respondebo illi? semper enim quasi tu*
& 23. *mentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui*. 3. In
V. P:di.2 fernum, & vitam æternam. *Frater quidam*, vt est in vitis S. Patrum, *à sene*
§. 103. *Achille rogauit, cur sedens in cella pateretur acediā? Cui senex ait. Quia*
necdum vidisti requiem, quam speramus, nec tormenta, quæ timemus. Si
enim ea diligenter inspiceres, etiamsi vermibus plena esset cella tua vsq;
ad collum, tu tamen in ipsa iaceres sine acedia.

Vide plura, verbo, *Tepiditas, otium tristitia, desolatio, pigritia.*

ADV-

ADVLATIO.

Remedia contra adulationem. Isa. 5. 23.

I REmedium Considera, quam grauiter diuina scriptura hoc vitium in- prou. 17.
sectetur, cum generatim in omnibus qui ex laudibus aliorum gratiam 15.
aucupantur, tum speciatim in ijs, qui etiam improbis assentantur. *Va*, in- prou. 24.
quit Isaias, *qui iustificatis impium*. Et Salomon. *Qui iustificat impium,* 24.
& qui condemnat iustum, abominabilis est vterque apud Deum. Et iterũ Psal.9. 21.
Qui dicunt impio, iustus es, maledicent eis populi. Tum Dauid. *Laudatur*
peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Exacerbauit Do-
minum peccator. Adhæc & in ijs, qui probis vel malis adulantur, vt eos in
fraudem aliquam inducant. Vnde in prouerbijs dicitur. *Homo qui blan-*
dis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius. prou.29. 5.
Et Propheta Ieremias. *Sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta est,* Iere.9. 8.
in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias.
Numquid super his non visitabo, dicit Dominus, aut in gentem huiusmodi
non vlciscetur anima mea? Hinc Sapiens. *Melius est*, inquit, *à sapiente* Eccl.7 6.
corripi, quam stultorum adulatione decipi. Et. *Meliora sunt vulnera di-* prou. 27.
ligentis, quam fraudulenta oscula blandientis. 6.

II REM Considera, quã acriter idem perstringant S. Patres. Vt S. Ba-
silius in homil. in verba Psalmi Ore suo benedicebant, & corde suo male
dicebant. *Multi enim sunt*, inquit, *qui pro bonis prauas comprobant a-* psal 61.5.
ctiones, & vitia virtutibus vicinis honestare contendunt. Nam scurrilia
loquentem vrbanum ac politicum, parcum vt sobrium dispensatorem cõ-
mendant, &c. In verborum namque benedictione tales omnes, execratio-
nem vitę suę inducunt, ac reos ęternæ damnationis ob ea quę approbant
sese constituunt. Hierony. *Propriè hęreticorum est adulari, & eorum, qui* Hier. l. 1.
decipere cupiunt audientes, dicente Apostolo. Huiusmodi enim Christo cõ pelag.
Domino non seruiunt, sed suo uentri, & per dulces sermones, & benedi-
ctiones seducunt corda innocentium. Semper insidiosa, callida, blanda est Rom. 16.
adulatio, pulcreque apud Philosophos definitur, blandus inimicus. Ioann. 18.
Chrysostom. *Prauitatem non æmulari tantum, uerum etiam in ea uiuen-* Chry ho.
tes laudare supplicium haud mediocre nobis conciliat: & si fas est quid- 2. de Da-
dam nouum & admirandum dicere, grauius supplicium, quam manet il- uid& Sa-
los ipsos, qui malè viuunt. Atque infra *Nam collaudare delinquentes,* ul.
quod ad supplicii pertinet æstimationem, longè plus est, quã delinquere, id-
que iure optimo, eo quod hoc suffragium proficiscatur ab animo planè cor-
rupto, & insanabili morbo laborante. Si quidem is, qui dum peccat, con-
demnat interim peccatum suum, poterit aliquando ad se redire: at qui lau-
dat malitiam, is se priuauit curatione, quam adfert pęnitentia. AVGV-
STINVS. *Insanit, qui laudat quod non est bonum. Si laudes iniquum, eo* Augu. in
ipso, quod iniquus est, nonne & tu iniquus es? Si laudes furem eo ipso qd ps. 134.

fur est, nonne & tu particeps eris? Si laudes iustum eo ipso, quod iustus est,
nonne & tu inde partem habes laudando? Non. n. laudares iustum, nisi a-
In psa. 59. *mares; non amares, si nihil inde haberes.* Et alibi. *Duo sunt genera persecu*
In Hier. *torum, scilicet, vituperantium & laudantium, sed plus persequitur lingua*
ep. 14. *adulatoris quam manus persequentis.* PAVLINVS ad Celantiam. *Adu-*
latorum assentationes, velut quasdam pestes animæ fuge. nihil est, quod tā
facilè corrumpat mentes hominum, nihil quod tam dulci & molli vulnere
Prou. 18. 8. *animum feriat. Unde & quidam sapiens ait. Verba adulatorum mollia,*
feriunt autem interiora ventris. Et Dominus loquitur per Prophetā. Po-
Isa. 3. 12. *pule meus, qui beatificant vos: seducunt vos, & semitas pedum vestrorum*
dissipant. In multis isto maximè tempere regnat hoc vitium, quodquè est
grauissimum, humilitatis ac beneuolentiæ loco ducitur: eo fit, ut qui adula
ri nescit: aut inuidus aut superbus putetur.

plato. III. REMED. Considera, quid natura duce Ethnici de adulatoribus
senserint. PLATO in Phædro, appella: feras humano generi pestilētes
similes veneficis, imò impuris dæmonibus, qui animos incautos funestis
Laert. l. 1. epulis foueant, & sordibus noxijs inquinent. BIAS apud Laertium roga
tus, inter animalia quod esset perniciosius, respondit inter fera tyrannū,
Sto. serm. 12. inter mansueta adulatorem. ANTISTENES, teste Stobæo, docuit me-
lius esse in coruos, quàm in adulatores incidere, quod hi viuentibus, illi
mortuis oculos eruant; indicans tantam esse vim adulationis, vt hominē
excæcet. Quare ALEXANDER Seuerus optimus Imperator, blādius
aliquid in salutatione dicentem, aut abijci volebat, si loci qualitas patere
Lamprid. tur, aut cachinno excipi, vt in eius vita scribit Aelius Lampridius. Certè
è Christianis principibus LADISLAVS Poloniæ rex non veritus est pa
lam adulantes colaphis excipere, rogatusque cur id faceret, respondit, se
percutientes repercutere.

IV. REMED. Pone ob oculos exemplum Christi Domini, qui cum
Matt. 11. 11 S. Io. Baptistam multis laudibus ornare instituisset, nec pręsentem, nec co
ram eius discipulis, vt adulationis notam defugeret, collaudauit, vti sapiē
Chr. hom. 27. i Mat. ter animaduertit CHRYSOST. in op. imperf. *Quam bene*, inquiens, *re-*
cedentibus discipulis cępit laudare Ioannem, nō sicut quidam adulatores,
qui hominē in faciem laudant, aut quando vident amicos eius fideles adess
se, aut domesticos; quos credūt nuntiaturos illi quicquid audierint. Insipiēs
gaudet laudari in faciem: vir aūt sapiens, quando laudatur in facie, flagel
latur in corde. Cōtra verò cū ipse à scribis, & pharisæis eorūque discipu-
lis per adulationē laudaretur, durius semper eis respondit, quā cū impete
retur maledictis. Nā cū dicerēt. *Magister scimus, quia verax es, & viam*
Matt. 22. 1. *Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non. n. respicis personā*
hominum, &c. respōdit. *Quid me tētatis hypocritæ?* Et cū miraculorū pa
Matt. 12. tratorē eū agnosceret, signūq; ab eo peteret. *Generatio*, inquit, *mala & a-*
Io. 8. 49. *dultera signū quærit, & signū non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ,*

Et

At alibi cum Iudæi illi obijcerent per summam contumeliam. *Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?* mansuete respondit. *Ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me.* Quo exemplo discis, si quando laudũ tuarum præconia audire cogaris, minimum tristitia vultus ostendere, tibi ea displicere. *iustos enim*, inquit alicubi B. Greg. *laus sua cruciat, iniquos exaltat.* G. 26 mor. c. 25.
Et adulator, qui quærit placere, si displicere tibi suos conatꝰ viderit, mox labellum comprimet. Deinde dicto aliquo ea auertere, vti, est illud. *non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Psal. 113. 9.

V. REM Operam da, vt non facilè, nisi iusta ratio secus postulet, in alienas laudes, hominum maxime adhuc viuentium, prorumpas, memor dicti sapientis. *Ante mortem ne laudes hominem quenquam*: tum ne ipse notam adulatoris, suspicionemve placendi hominibus incurras, tum ne laudato ansam præbeas elationis & iactantiæ, nihil enim est, vt supra dixit B. Paulinus, quod *tam dulci, & molli vulnere mentem feriat*, ac adulatio. *& si ad tempus*, auctore S. Gregorio *patienter suscipitur augetur, & paulisper demulcet animum, vt à rigore suæ rectitudinis mollescat in delectatione sermonis.* Vnde B. Chrysost. ad pop. Antioch. non dubitauit affirmare, laudum humanarum, honorumque despicientiam *esse angelicæ cuiusdam animæ verticis cœlestis testudinem tangentis.* Eccli. 11. 30. G. l. 30. mor. c. 10. Chr. ho. 43.

Vide Plura verbo. *Gloria vana. Hypocrisis, Timor humanus.*

AMBITIO.

Remedia aduersus ambitionem.

I. REMEDIVM. Considera Spiritumsanctum in diuinis literis nos dehortari ab ambitione, idest, cupiditate honorum & dignitatum. *Noli quærere*, ait sapiens, *à Domino Ducatum, neque à rege cathedram honoris.* Et sapientum princeps Christus, cum duo eius discipuli ad dominatum aspirarent, ita redarguit eorum ambitionem. *scitis, quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent in eos: non ita erit inter vos: sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus.* Eccl. 7. 4. Mat. 20. 25.
Quam eandem sententiam petiuit & alibi dominus cum acriter scribas, Pharisæos reprendisset, quod amarent *primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.* Deinde cum ijdem discipuli exultarent, quod dæmonia ipsis subijcerentur, respondit. *Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentem*, indicans Luciferum de cœlo ad tartara deturbatum ob fastum alijs imperandi. Et addidit. *Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus subiiciuntur vobis.* Nec mirum est Christum tam infestum fuisse ambitionis vitio, cum primum caput doctrinæ Christianæ sit de humilitate, Matt. 23. 6. Luc. 10. 18.

 con-

contemptu sui & cõtumeliis perferendis *Beati pauperes spiritu*, i. humiles inquit August. *quoniam ipsorum est regnum cælorum. Qui vult venire post me abneget semetipsum, & tollat cruce͂ suã, & sequatur me. Beati estis cũ maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint cẽ malũ aduersum vos mentientes, propter me: gaudete & exultate.*

Matt. 5. 3. Matt. 16. 24. Mat. 5. 11.

II. REM. Considera quid S. Patres de hoc vitio scripserint. S. Bern. ita scribit. *Ambitio, subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parens, vitiorum origo, criminum fomes virtutum arugo, tinea sanctitatis, excæcatrix cordium, ex remediis morbos creans, generans ex medicina languorem.* Et paulo post *Tertia* Christi tentatio *de ambitione fuit, quando omnia regna mundi promisit, si cadens adoraret eum. Vides ne quod ambitionis via adoratio diaboli est, qua videlicet ad honores & gloriã mundi perueniendum suis ille adoratorib. pollicetur?* B. Greg. initio pastoralis. *Sunt nonnulli, qui intra sanctam Ecclesiam per speciem regiminis gloriam affectant honoris; videri Doctores appetunt, transcendere cæteros concupiscunt, atque attestante veritate, primas salutationes in foro, primos recubitus in cænis, primas in conuentionib. quærunt cathedras: qui susceptum curæ pastoralis officium ministrare digne tanto magis nequeunt, quanto ad huius humilitatis magisterium ex sola elatione peruenerunt. Contra quos Dominus per prophetam quæritur, dicens. Ipsi regnauerunt & non ex me, principes extiterũt & ego ignoraui. Unde ad se quibusdam & post miracula venientib. dicit. Recedite à me operarii iniquitatis,* Chrys. ad pop. Antioch. *Ut sæui quidam venti in tranquillum mare delati totum ab imo subruunt, vt & arena cum vndis misceatur, sic ambitio & turpis quæstus animam subeuntes oĩa subuertunt. Excæcat mentis intuitum præsertim gloriæ furor. nam pecunias quidem contemnere volenti satis est facile: honorem autem à multis collatũ despicere multi laboris indiget, magnæ sapientiæ, angelicæ cuiusdam animæ ipsum cælestis testudinis verticem tangentis: non est enim, non est inquam, vitiũ ita tyrannicũ & vbique dominans.* Ambros. in Lucam. *Hoc ipso perniciosior ambitio est, quod blanda quædam est consiliatricula dignitatum, & sæpe, quos vitia nulla delectant, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia subruere, facit ambitio criminosos. Habet enim forensem gratiam, domesticum periculum, & vt dominetur aliis, prius seruit, curuatur obsequio, vt honore donetur.* Cyprianus Etiã *in sinu sacerdotum ambitio dormit, ibi sub vmbra recubat, in secreto thalami se fraudulenter occultat. Simon Apostolorũ temporib venalem putans spiritum sanctum Petrum donis aggreditur, & tentat emere potestatem, per quam plura lucretur, Hac sacrilegii forma per omnia officia gradusque discurrit, & nihil intentatum ambitio prætermittit. Nec dubitet quisquam diaboli hæc esse negotia, & nundinatores eius, quicunque hæc exercent commercia.*

Ber. in ps. 90
Matt. 4. 10.
Greg. p. 1 c. 1
Mat. 24. 6.
Ose. 8. 4.
Chr. ho. 43.
lib. 4. c. 4.
Cyp. ser. de ieiun. & tẽt.
Act. 8. 19.

III. REMEDIUM. Considera quid Gentilium sapientissimi de

ea

ea scripserint. M. Tullij in libris de officijs hæ sunt sententiæ. *Miserrima est omnino ambitio, honorumque contentio.* Et. *Complures se scelere contaminarunt imperii cupiditate.* Et. *In liberis ciuitatibus regnandi cupiditate nihil tetrius, nihil fœdius excogitari potest.* Seneca in epistolis. *Relinque ambitum, tumida res est, vana, ventosa, nullum habet terminum: tam solicita est, ne quem ante se uideat, quam ne alium post se. Laborat inuidia, & quidem duplici: & inuidetur ei, & inuidet ipse. Vides, quam hic miser sit. Confragosa in fastigium dignitatis uia est.* Et rursū. *Ambitio ipsi naturæ vim parat. Non ille ire vult, sed non potest stare: non aliter, quam in præceps deiecta pondera, quibus eundi finis est, iacuisse. Quid Gneum Pompeium in Africam, quid in Septētrionem, quid Mitridatem & in Armeniam, & omnes Asiæ angulos traxit? infinita scilicet cupido crescendi, cum sibi vni parum magnus videretur. Quid C. Cæsarem in sua fata pariter ac publica immisit? Gloria & ambitio, & nullus supra cæteros eminendi modus. Unum ante se ferre non potuit, cum Respub. supra se duos ferret.* Sic ille, iuxta illud Lucani. *Ne fert Pōpeius ve parem Cæsar ve priorem.* Phauorinus Philosophus apud Stobæum aiebat ambitiosos partim esse ridiculos, partim odiosos, partim miserabiles. Ridiculos, quod ad maiora aspirarent. Odiosos, quod ea consequerentur. Miserabiles, quod spe fallerentur sæpius, non assequerentur, quod quærebant. Timon verò cognomento μισάνθρωπος auaritiā & ambitionem vocabat elementa malorum. Quemadmodum enim ex elementis omnia generantur naturaliter, sic ex auaritia & ambitione omnia vitia generari

Cic. 1. offi. 3. Sen. ep. 851. Luc. libro 1. bell. ciuil. Stob. ser. 1. de prouid. ser. 8. de iniust.

IV. REMEDIVM. Considera exemplum Christi Saluatoris ab honorum cupiditate alienissimi. Nam primum, *cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus esse se æqualem Deo,* vt loquitur Apostolus, *semetipsum exinaniuit formam serui accipiens.* Phil. 2. 6.

Deinde vt seruus per annos triginta, & fabri filius intra maternos parietes latuit. Inde in publicum progressus, quasi seruus & peccator à seruo suo Ioanne baptista cum summo honoris omnis contemptu baptizari voluit. Desertum verò ingressus, diabolum de ambitione omnium regnorum mundi ipsum tentantem acri obiurgatione repressit, dicens *Vade Satana.* Eadem & Apostolum Petrum à dedecore & contumelia futuræ passionis dehortantem coercuit. Adhæc cum populus trans mare Galileæ ob patratum miraculum eum rapere, & regem facere vellet, in montem aufugit. Et quia docuerat se non venisse ministrari, sed ministrare, tanquam minister linteo se præcinxit, & pedes discipulorum suorum, inter quos erat proditor Iudas, lauit, dicens. *Exemplum dedi uobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Demum humiliauit se vsque ad mortem mortem autem crucis,* id est, omnium ignominiosissimam, & omnibus mundi honoribus è diametro contrariam.

matt. 3. 13. matt. 4. 10. matt. 16. 23. Ioann. 6. 15. matt. 20. 28. Io. 13. 4. Phil. 2. 6.

Heb. 12. 2. Quod imprimis meditandum proponit B. Paulus. nam cum dixisset. *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Jesum, qui, proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta*, subiecit. *Recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem*. Recogitauit profecto B. Bernardus, dum alicubi ita scribit. *Erubesce superbe cinis. Deus se hominibus subdit, & tu dominari gestiens hominibus, tuo te praeponis auctori? vtinam mihi aliquando tale aliquid cogitanti, Deus respondere dignetur, quod & suo increpando respondit Apostolo. Vade, inquit, post me satana, quia non sapis ea, quę Dei sunt. Quoties enim hominibus pręesse desidero*, toties *Deum meum praeire contendo, & vere nō sapio ea quae Dei sunt.*

B. serm. 1 in Missus est.

matt. 16. 23.

V. REMED. Considera exempla sanctorū, qui omnes dignitates, honoresque respuerunt; non omnia quidem, quia sunt innumera, sed illustriora. S. Ambrosius, teste Paulino, à populo & Imperatore Episcopus Mediolanensis postulatus, noctu ex vrbe aufugit, & cum Ticinum iter intendisset, non sine miraculo mane deprehendit se esse in porta Mediolanensi. S. Hieronymus ita refugit omnes honores, vt, licet sacerdos, tamen mynisteria sacerdotis in suo monasterio exercere reformidarit. S. Chrysostom. teste Metaphraste, veritus ne ad honores eueheretur, in solitudinem aufugit: sed Flauianus diuinitus monitus è spelunca extractum sacerdotem fecit. vi deinde Antiochia ad Archiepiscopatum Cōstantinopolitanum pertractus. S. Martinus, auctore Sulpitio, ne Diaconatum quidem, suadente S. Hilario, suscipere voluit: ad Episcopatū autem coactus. Cum autem quidam Episcopi, vilitate personae & habitus deterriti, consecrare eum nollent, valde gauisus est, eosdemque maiori honore deinceps, quam alios, prosecutus est. S. Augustinus, vt ipse confitetur, cognita morte sui Episcopi fugit ab vrbe, sed cum vrgente populo inuitus ab Episcopo Hipponensi ad sacerdotium traheretur in ordinatione totus perfusus fuit lachrymis. B. Gregorius quoque, vt habet Ioannes diaconus, electus in summum pontificem non modo aufugit, sed etiam litteris compellauit Mauritium imperatorem, ne consentiret electioni.

paul. in uita

Epip. ep. ad Joan.

metap. in vita

Sulp. in uita

A. ep. 148.

Io. in uita.

Indicio autem coelesti columnae igneae proditus, & pontifex factus; primus se epistolis *seruum seruorum* appellauit. S. Ammonius eremita, teste Palladio, autem sibi praecidit, ne fieret Episcopus. S. Malachias, vt scribit S. Bernardus in eius vita, non suscepisset Episcopatum, nisi Episcopi congregati illi anathema cominati fuissent. Omnem siquidem locum sublimem & excelsum velut praecipitium, ait idem, reformidabat.

Pall. hist. Lausiaca. c. 12

Ipse quoque S. Bernardus, & post eum S. Thomas Aquinas, S. Bernardinus, alijque complures non semel Episcopatus delatos repudiarunt.

Et

Et noti sunt hoc seculo, qui in ordinem patrum purpuratorum non ante referri se passi sunt, quam in virtute obedientiæ à summo pontifice cogerentur. Surius i vita Cæs. Baron. Rob. Bellar.

VI. REMEDIVM. Considera cur sancti viri iam nominati tantopere refugerunt dignitatem Episcopalem. Nimirum, intelligebant, quo ad sublimius fastigium proueherentur, hoc se ad ampliorem vitæ morumque perfectionem obligari. Legerant illud sapientis. *Iudicium durissimum his, qui præsunt, fiet.* Et. *Potentes potenter tormenta patientur.* sap. 5 6 Et illud Christi. *Cui multum datum est, multum quæretur ab eo.* Et illud Apostoli. *Obedite præpositis vestris: ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* Vnde vnus ex illis in pastorali suo ita scripsit. *Prælatus tot sibi coronas multiplicat, quot Deo animas lucrifacit, sic si peruersa perpetrat, tot mortibus dignus est, quot ad subditos suæ perditionis exempla transmittit.* Et alius pro concione exponēs Acta Apostolorum dixit. *Si nouisses quod Episcopus debet omnium onera gestare, quod aliis irascentibus detur venia, ipsi vero nequaquam, quod aliis peccantibus superest excusatio, ipsi verò minimè, haudquaquam festinasses ad primatum, haudquaquam accurrisses. Hic enim omnium linguis expositus est, omnium iudiciis obiectus, & sapientium & insipientium curis perpetuis obtunditur, tum diurnis, tum nocturnis.* Et infra. *Non temerè dico, sed vt affectus sum, ac sentio. Non arbitror inter sacerdotes multos esse qui salui fiant, sed multo plures, qui pereant. In causa est: quoniam res excelsum requirit animum. Multas enim habet causas, quæ depellant ipsum à suis moribus, & innumeris oculis illi vndique opus. Non vides, quam multas res oportet adesse Episcopo, vt sit appositus ad docendum, vt tolerans malorum, vt tenax sit ac fidelis in doctrina sermonis? Quantæ hoc difficultatis? & quod alii peccant, illi imputatur. Nihil dico præterea, si vel vnus tantum decedat non initiatus, nonne totam ipsius subuertit salutem? Vnius enim animæ perditio, tantam habet iacturam, vti nulla ratio possit æstimare. Etenim si vnius animæ salus tanti est, vt ob hanc filius Dei fieret homo, tantaque pateretur, perditio, cogita, quantam conciliabit pœnam? Quod si quis ob hominem in hac vita perditum morte dignus est, quanto magis ille?* Luc. 12. 48. Heb 13. 17. Gr. 3 p. c. 5. Chr ho 3 in Acta.

VII. R E M E D. Statue apud animum tuum, te nequaquam ad Magistratus, Prælaturas, aliaque honorifica officia, quæ onus alijs imperandi annexum habent, aspiraturum: & si offerantur tergiuersaturum, nisi vel cogat Maiorum auctoritas, vel charitas Christiana sapientum iudicio ita postulare videatur. Deinde nec assumpturum quamuis aliam dignitatem, licet ab onere eiusmodi immunem, nisi pater spiritualis, qui conscientiam tuam habet perspectam id existimet ad maiorem Dei gloriam sine salutis tuæ iactura cessurum. Vbi autem susceperis, opta in animo, non tibi semper ab omnibus honorem officio a-

lioquin

Eccli. 3. 20. lioquin congruentem deferri, memor dicti sapientis. *Quanto magnus es humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam*. *In summo hono* Aug. ser. 215. *re*, inquit in sermonibus de tempore Augustinus, *summa tibi sit humili* Greg. lib. 2. *tas. Honoris laus est, humilitatis virtus*. Et Gregorius Magnus ad Io- ep. 54. annem Episcopum Rauennatem. *Nihil in Episcopali ceruice splendidius fulget, quam humilitas.*

Vide V *Gloria vana, superbia, vestium luxus.*

AMOR SVI.

Remedia contra amorem sui

I REMED. Considera quid proprie sit amor sui. Agnitio enim morbi, vt vulgo dici solet, dimidiata sanitas est. Amor ergo sui non est Eph. 5. 29. naturalis ille amor, quo iubemur proximos, sicut nos ipsos diligere, & de quo Apostolus dixit. *Nemo nunquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet*: sed vitiosus, & à natura corrupta profectus, quo quis tan- Bas. reg. brev. c. 54. tum studet suis commodis, nulla ratione habita vel diuinæ gloriæ, vel al Greg. ho. 4. terius finis honesti, vt docent SS. Patres. Repugnat auté hoc vitium è dia in Ezech. metro charitatis virtuti, vel amori Dei, vt tradit B. Aug. in libris de ciui Aug. l. 14. c. 28. tate Dei. *Fecerunt*, inquit, *ciuitates duas amores duo; terrenam s. amor sui vsque ad contemptum Dei: cœlestem verò amor Dei vsque ad contemptum sui; illa in seipsa, hæc in domino gloriatur*. Et est radix, fons & se Aug. l. 22. de ciu. cap. 22. minarium omnium vitiorum, vti late declarat idem Augustinus, & indi 2. Tim 3. 2. cat D. Paulus in altera ad Timotheum epistola. Nam cum dixisset, *In nouissimis diebus erunt homines seipsos amantes*, mox subiungit, *cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes &c. & voluptatum amatores magis, quam Dei*. Immo vix bonum aliquod opus facimus, etiam si arbitremur ad gloriam Dei factum, quod non isto vitio amoris sui inquinemus, dum occulte vel gloriam vel voluptatulam aliquam nostram in eo quærimus. *Scimus*, inquit, B. Greg. *quia vehementer claudit oculū* G. ho. 4. in Ezech. *cordis amor priuatus*. Quocirca omni ope contendere debes, vt hunc fontem obstruas, hanc radicem funditus exstirpes, si ad virtutem, perfectæque vitæ culmen peruenire velis.

Col. 3. 5 II. REM. Cōsidera amoré sui nō solū omniū peccatorum, grauiū ęq; ac leuiū esse parenté & altricē, sed ēt esse speciem idololatriæ. Si enim, teste Apostolo, *auaritia, simulacrorum seruitus est*, eo ꝙ auarus, pecuniā suā, dū ea vti non audet, quasi statuā in arca defixā colat & adoret: gulosorum quoq; & ebriosorū, ēm eūdem *Deus Venter* fit, eo, ꝙ neglectis ve phil. 3. 19. ti Dei mandatis cuticulæ tantū curandæ operā dare videantur, quanto magis amor sui, suæque voluntatis explendæ desideriū erit idolorū serui tus, ex quo & auaritia, & gula, cęteræq; vitiorum capitaliū pestes origi Ez c. 28. 2. nem suū ducunt. Quā seruitutem ob oculos nobis posuit propheta Eze- 1. Reg. 15. 23 chiel, dū ait. *Dixisti, Deus ego sum; dedisti cor tuum quasi cor Dei*. Et Samuel,

muel, cum regi Sauli suæ magis, quã diuinæ voluntati obsequenti dixit. *Quasi peccatum ariolandi est Deo repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere.* Ille.n. voluntatem suam Dei voluntati anteponebat, ac proinde eam supra Deum & colebat & venerabatur.

III. REMED. Quia aũt hic Amor sui valde humanam mentẽ excæcat vel vt loquitur B. Gregor. *vehementer claudit oculum cordis* & idcirco non facile agnoscitur, maxime in excellentibus virtutum operibus, vt in ipsa humilitate, & vanæ gloriæ contemptu, vt obseruauit B. Aug. in Confessionum libris. *Sæpe enim*, inquit, *domo de ipso uanæ gloriæ contẽptu gloriatur, ideoque non iam de ipso gloriæ contemptu gloriatur*: Itaq; aduertere debes, quosdam huius proprij amoris effectus esse manifestos nec à culpa lethalis peccati immunes, vt sunt septem peccata capitalia, aliaque quæ supra recensuit Apostolus, & in his facile proprij amoris ingeniũ notatur. Alij vero sunt occulti, qui non facile agnoscuntur, & sere sunt noxæ leuioris & venialis. Exẽpti loco sint hi. Si in edendo, bibendo, dormiendo, ambulando, alijsque adiaphoris actionib. non tam necessitatis, quæ voluptatis tuæ habeas rationem: si in cultu corporis, domus, supellectilis sis exquisitior, quã cõis hominũ mos ferat: si ob vitium corporis naturale, vel officij tibi impositi utilitatẽ, vel ob inopiam parentum pudore suffundare: si monitionẽ, vel reprehensionẽ moleste feras: si à quibusdam bonis operibus abstineas, ne à vulgo irrideare, si libenter de rebus ad laudem tuam vergentibus loquare, vel alios loquentes audias, si ob lapsum leuem aliorum facile ad iram accendare, si iniuriam acceptã ægre remittas. Si tristeris, cum tuum iudicium non ab omnib. probatur: si cui sis plus æquo familiaris. Et id genus alia. A. l. 10. c. 10.

IV. REM. Apud animum tuum constitue, & in matutina oratione propone, te omnia ad gloriam Dei, non ad commodum tuum facturũ iuxta consilium Apostoli ita scribentis ad Corinthios, *Siue manducatis siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite*. Et ad Colossenses. *Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo & patri ꝑ ipsũ*: ita.n. fiet, vt non solũ amorẽ illum propriumq; domesticum latronem conficias, sed ẽt operib. alioquin adiaphoris, vt est opus edẽdi, & bibendi, si in gratia Dei sis, promerearis augmentũ gratiæ & gloriæ. Si vero quid cõmendatione dignũ priuatim, vel publice egeris, id ex parte tua celare cõtendas, exẽplo Christi, qui cũ admiranda quædã patrasset, vti in sui trãsfiguratione, ea diuulgari vetuit. Si aũt te inuito in publicũ emanent, ea diuinæ gratiæ, nõ tuæ industriæ adscribe. & obrepẽti cogitationi de vana gloria cũ Christo identidẽ responde. *Ego nõ quæro gloriã meã. Et si ego glorifico me ipsũ gloria mea nihil est.* Vel illud Dauidis. *Nõ nobis Dñe, nõ nobis, sed nomini tuo da gloriã.* Opere preciũ quoq; feceris, si nõ ante cubitũ cõcedas, quã cõsciẽtiã tuã excusseris, nũ aliqua in re cõmodũ tuũ, vel gloriã q̃sieris. *Quisquis.n. vitæ suæ custodiã*, inquit B. Greg. 1. Cor. 10. 31. Col. 3. 17. matt. 17. 9. Ioan. 8. 50. psal. 113. 9. G. hom. 4. in Ezech.

negligit discutere, quæ agit, quæ loquitur, quæ cogitat, aut despicit, aut nescit, sibimetipsi præsens non est, quia semetipsum quotidie exquirere atq; cognoscere, solicitus non est. Ille autem veraciter sibi in presenti est, qui se in suis actibus tanquam alium attendit, nam sunt multa peccata, quæ committimus, sed idcirco nobis grauia non videntur, quia priuato nos amore diligentes clausis nobis oculis in nostra deceptione blandimur.

Matt. 16. 24. V. REM. Serio te dede proprij amoris abnegationi. Quod remediũ dedit summus medicus Christus. *Qui vult*, inquiens *venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*: Quod bifariã

2. Tim. 2. 13. Exod. 3. 14. 2. Cor. 12. 11. intelligi potest. Semel vt abneges te esse, quod es: Solus Deus *negare se non potest*, teste Apostolo. qui solus dicere potest. *Ego sum, qui sum.* Homo autem & quæuis creatura dicere potest, ego non sum, vel nihil sum. sicut dixit Paulus. *nihil*, inquit, *minus fui ab iis qui sunt supra modum Apostoli, tametsi nihil sum.* Et S. Catharinæ Senensi initio visionũ

Raym. in eius vita. Dominus dixit. *Ego sum qui sum. tu es, quæ non es, hoc si scis, omnes laqueos inimici franges.* Immo quiuis ita sentire debet, nisi seductor sui esse velit. *Qui enim existimat se aliquid esse*, inquit idem Paulus, *cum nihil sit, ipse se seducit.* Qui autem nihil se esse putat, quomodo amorem sui retinere potest, vt commodum vel gloriolam in actionibus suis quærat? Secundo, abnegare temetipsum potes, si affectibus inordinatis renun-

Ga. 6. 3.

Eph. 4. 24. Bas. q. 6. & 8. G. ho. 32. in Euang. Gal. 2. 20. cies, ac nouum hominem exuto vetere, vt loquitur Apostolus, induas Sic enim abnegationem hanc exponit B. Basilius in regulis fusius disp. & S. Greg. qui sic scribit. *Tunc nos ipsos abnegamus, cum vitamus, quod per vetustatem fuimus, & ad hoc nitimur, quod per nouitatem vocamur. Pensemus, quomodo se Paulus abnegauerat, qui dicebat, Viuo autem, iã non ego: extinctus quippe fuerat sæuus ille persecutor, & viuere cœperat pius prædicator: si enim ipse esset, pius profecto non esset. Sed qui se viuere denegat, dicat, vnde est, quod sancta verba per doctrinam veritatis clamat? Protinus subdit. viuit vero in me Christus, ac si aperte dicat. Ego quidem à memetipso extinctus sum, quia carnaliter non viuo, sed tamen essentialiter mortuus non sum, quia in Christo spiritualiter viuo*, Dices, difficile esse perfecte se abnegare, & omnem inordinatum sui amorem exscindere. Non diffiteor. *Fortasse* ait idem Gregorius, *laboriosum non*

Gregor. ibi. *est homini relinquere sua, sed valde laboriosum est relinquere semetipsũ, minus quippe est, abnegare quod habet: valde autem multum est, abnegare quod est.* Verũ Christus idcirco mox adiecit (*& tollat crucẽ suã*) La-

mat. 16. 24. matt. 3. 10. Gal. 5. 24. 1. Cor. 9. 27. Gal. 6. 14. bore indicãs opus esse, securim ad hanc omniũ vitiorũ radicem ponẽdã crucẽ tibi, non Christi, sed tuam esse ferendã, nempe vt carnem tuã *crucifigas cum concupiscentiis eius*, sicut crucifixit Paulus, qui scripsit. *Castigo corpus meũ, & in seruitutem redigo. Et mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Quod si & hæc crucula tibi onerosa sit, attende ad postrema verba sententiæ Christi. (*& sequatur me*) si enim duce Christo

cruci-

crucifixo uiam crucis & mortificationis ingressus fueris, omnia reddentur leuiora, quia ipse dixit. *Iugum meum suaue est, & onus meum leue.* Matth. 1.30.

VIDE plura verbo. *Ambitio: Auaritia. Familiaritas nimia. Gloria vana: Gula: Immortificatio passionum. Iudicium proprium: Luxuria. Mortis metus. Tristitia: Voluntas propria. Voluptas carnis.*

A V A R I T I A.

Remedia contra Auaritiam.

I REMED. Considera in diuinis scripturis Auaritiæ crimen omnibus aliis quasi anteponi Sic enim loquitur Ecclesiasticus. *Nihil est iniquius, quam amare pecuniam, hic enim & animam suam uenalem habet.* Eccl. 10. 10. Et paulo ante. *Auaro nihil est scelestius.* Et rursus. *Qui aurum diligit, non iustificabitur.* Paulus quoq; Apostolus auaritiam hic appellat *idolorum, vel simulacrorum seruitutem.* Deinde eædem scripturæ auaros disertè regno cælorũ excludũt, & æternis inferni pœnis addicunt. Sic enim loquitur Propheta Baruch. *Vbi sunt, qui argentum thesaurizant, & aurum in quo cõfidunt homines: Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt.* Et Christus. *Væ uobis diuitibus, qui habetis hic consolationem uestrã.* Et. *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cælorum.* Tum Apostolus. *Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem.* AC B. IACOBVS. *Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis vestris, quę aduenient vobis. Diuitię vestræ putrefactę sunt, & vestimenta uestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentum uestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes uestras sicut ignis. Thesaurizastis nobis iram in nouissimis diebus.* Cap. 31. 3. Ephes. 5. 5. Col. 3. 5. Bar. 3. 18. Luc 6. 24. Matt. 19. 24. 1. Tim. 6. 9. Iac. 5. 3.

II. REMED. Considera quam grauiter S. patres de hoc uitio censeant. BASILIVS, *Quanto diuitiæ magis augescunt, tanto plus adferunt curarum. Iudex expectatur, & auarus cogitat, ne in ius trahatur, ne orphanus suas lacrymas in foro palam faciat.* Nocte consultat, *quomodo mane quosdam aduocatos sibi præparet, quomodo in iudicio mentiendo pauperem destitutum opprimat. Eius animam hæ curę continuo mordaces ab sumunt Canis latrat, auarus putat furem esse. Mus forte perstrepit, vt auari cor salit, quemlibet uel puerum suspectum habens. Filios iam grandes ut insidiatores aspicit, quod eorum iam ætas successionem expetere videtur, &c.* Basil. hom. 21. AMBROSIVS. *Exemplum auaris omnibus in Anania, à Petro punito, propositum est, ut qui eiusdem criminis reus fuerit, eiusdẽ supplicii in iudicii die sententia feriatur. Grande igitur malum est auaritia, imò malorum omnium est origo, sicut ait Apostolus. radix autem omniũ malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide. Vides ergo, quia qui pecuniam appetit, fidem perdit, qui aurũ redigit, gra* Amb. ser 58. Act. 5. 5. 1. Tim. 6. 10.

tiam

tiā prodigit. Auaritia.n.cęcitas est, errorē religionis inducit. Cæca, inquā, est auaritia, sed diuersis fraudū oculata ingeniis.n.nō uidet quę diuinitatis sunt, sed cogitat quæ cupiditatis sunt. CHRYSOSTOMVS oratione in auaros. *Quid manibus auari si eleuatius, quid oculis impudētius & ca nnū magis, non aspicit homines ut homines, neque cælū ut cælum, sed om nia pecuniā esse putat* Et infra *Vrsi & lupi, ubi saturati sunt, abstinēt se cibo, isti uero non satiātur. Atqui propterea manus nobis fecit Deus ut a- liis opitulemur, non ut insidiemur Talium ora etiā ferarū ora sunt, quin his etiā truculentiora. Etenim uerba promunt, magis quā ferarum dētes uenenum emittentia, & necē patrantia. Quod si mentem quoque talium quis excutiat iam non feras modo, sed ēt dæmones ipsos appellabit.* AV-

Orat. 7. GVSTIN. in libris de ciuitate Dei causam reddens, cur Apostolus aua ritiā uocet idolorū seruitutē. *Peruersi, inquit & auari frui nolūt num mo uti autem Deo, quoniam non nummū propter Deū impendunt, sed Deū propter nummum colunt. Quia nimirū, licet Deum agnoscant, & uenereā tur, tanquā rerum omnium parentem, immoderato tamē affectu, quo in sor dib. pecuniæ inhærescunt, ultimum sui finē, & summum bonum esse re & fa cto negare uidentur. Itaq; in pecunia cōquiescunt, ac si nulla Dei cura & prouidētia agere deberent unquā* Et alibi, *nō solum auarus est, qui rapit aliena, sed ēt ille auarus est, qui cupidè seruat sua, quomodo indicaturus est te, cum non solum seruas tua, sed etiam quæris aliena.* GREGOR. lib.4.moral. *Rarum ualde est, ut qui aurum possidet ad requiem tendat, dum per semetipsam ueritas dicat Difficile, qui pecunias habent, intra- bunt in regnum cælorum. Nam, qui hic multiplicandis diuitiis inhiant, quæ alterius uitæ gaudia sperant Quod tamen, ut redemptor noster ual de rarum, & ex solio diuino miraculo euentre posse monstraret, apud ho mines, inquit, hoc impossibile est apud Deum aūt omnia possibilia sunt.*

A.l. 11.c. 25.

Aug. ser. 196. de temp.

Greg.c.3.

Luc.18.24

III. REMED. Considera quid Ethnici de ea senserint. CICERO in orōne pro Quintio. *nullū, ait, est officiū, tā sanctū, atq; solēne, qđ nō auaritia cōminuere, atq. uiolare soleat* Et in Vatiniū. *Nemo tā firmū ha buit præsidiū, qđ auaritia nō infregerit, atq debilitauerit.* Et ibid. *Auari tia insatiabilis immēsa & incredibilia pōt. Ita.n boīm mētes obstrictas tenet, ut eas nullo tpe resistrare permittat.* Et lib.2.officiorū. *Nullū est ui tiū tetrius, q̄ auaritia, præsertim in Principib. & Rēp. gubernātib Habe re.n. quæstui Rēp. non modo turpe est, sed sceleratū ēt & nefariū.* Sallu stius in Catilinario *Pecunię, imperiiq libido, sunt quasi materies oīm malorū. Nāq. auaritia fidē. probitatē, cęterasq. bonas artes subuertit: pro que his superbiā, crudelitatē, Deos negligere, oīa uenalia hērē, edocuit.* Val. Max.li.9 c.4. *Protrahatur ēt in mediū auaritia, latentiū indagatrix lucrorū, manifestę prędæ auidissima uorago, nec habēdi fructu felix, & cupiditate quærendi miserrima.* Seneca epist. 115. *Nulla auaritia sine pę na est, quāuis satis sit ipsa pęnarū: O quantū lachrymarū, o quantū labo rum*

Cicero.

Salustius.

Valerius.

Seneca.

rũ exiguã quã misera desideratis, quã misera partis est? Adijce quotidia nas solicitudines, quę pro modo habẽdi quẽq. discruciant. Maiore tormẽto pecunia possidetur, quã quæritur. Quantũ dãnis ingemiscunt, quę & magno incidunt, & maiora uidẽtur. Et epist. 108. *Non uides, quẽ admodum theatra consonent, quoties aliqua dicta sunt, quę publicè agnoscimus, & consensu uera esse testamur. Desunt inopię multa, auaritię omnia. In nullum auarus bonus est, in se pessimus.*

IV. REMED. Considera exemplum Christi & sanctorũ, qui auaritię hostes infestissimi uerbis & factis fuerunt. CHRISTVS enim cum filius Dei esset, vel ut loquitur *Apostolus, in forma Dei*, Deo æqualis, rex regnum & Dominus dominantiũ, exinaniuit se, & *formam serui* pauperis accepit, in stabulo, vt pauper natus, pannis inuolutus, & in præsepio depositus, in sinu parentũ pauperum suo labore, & alienis opibus sustentatus, ita ut de se dixerit. *Vulpes foueas habẽt, & uolucres cæli nidos filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet.* Pauper denique & nudus in lecto crucis mortuus, & in alieno sepulcro humatus. Deinde pauperes elegit discipulos, eisque auctor fuit ut ad arctissimã totius vitæ paupertatẽ, relictis omnibus quæ in mũdo haberent, uel habere potuissent, religione uoti se obstringerẽt. Immo omnibus Christianis cõsuluit eã lem paupertatis perfectionẽ dicens diuiti adolescenti. *Si uis perfectus esse, uade, uende quæ habes, & da pauperibus & habebis thesaurum in cælo & ueni sequere me.* Quod consiliũ & primi Christiani, ut est in Actorũ Apostolicorum historia, quorũ nullus *quicquam suum esse dicebat sed erant illis omnia communia*, sequuti sunt. ac postea quamplurimi religiosi clerici, omnesque monachi, eorũque fundatores Antonius, Basilius, Benedictus, Bruno Dominicus, Frãciscus, &c. idq: non alia de causa fecerũt, quã ut ab auaritia, uel cupiditate omnium malorũ radice, ut eã describit B. Paulus, quã longissimè abessent. Tum ut eo capaciores essent opũ cęlestium paupertatis professoribus promissarũ, dixerat enim Christus *Beati Pauperes Spiritu quoniã ipsorum est regnũ cælorũ.* Dixerat diuiti adolescẽti. *Et habebis thesaurũ in cælo.* Dixerat Apostolis. *Omnis qui reliquerit domũ &c. centuplũ accipiet & uitã æternã possidebit.*

Phil. 2. 6.

Luc. 9 c. 8

Ma 19 21

Act. 4.

1. Tim. 6.

Mat 5. 3. & 19. 21.

V. REMEDIVM; Considera, quam grauibus pęnis diuinitus castigata sit quorũdã auaritia. Verba describã Io. Cassiani ex lib 7 insti. monast. *Giezia quę ne antea quidẽ possiderat uolẽs acquirere nõ modo gratiã prophetiæ non meruit possidere, quã per successionẽ uelut hęreditariã a suo habuit magistro suscipere: uerũ etiã e cõtrario æterna lepra S. Elisæi maledictione perfunditur. Judas aũt uolens resumere pecunias, quas antea Christũ secutus abiecerat, nõ solũ ad proditionẽ Dñi lapsus Apost. pdidit gradũ, sed et uitã ipsã cõi exitũ finire nõ meruit, eã q. biothanati morte cõclusit. Ananias uerò & Sapphira reseruãtes partẽ quandã ex his quæ possiderat Apostolico ore morte mulctãtur.* Hæc ille. Eadẽ de cã miserè perierũt & alij. Vt Achã anathematis re⁹. Saul rex post victos Amalecitas mãdati

Cass. c. 14

4. Reg. 5.

Matt. 26.

Act. 1. 20.

Act. 5. 5.

diuini

diuini prævaricator. Iohel & Abias iudicii peruersores. Achab cum Iezabele Naboth Iesrahelitæ interfector, & vinearum cruentus occupator.
Iof. 7. 1. Post Apostolicum æuum & monachi auaritiæ rei non leuiter puniti sunt.
1. Re. 15. HIERONYMVS in Epist. ad Eustochium de re Nitriæ recenter gesta
20. 3. Re. sic scribit. *Quidam ex fratribus parcior magis quam auarior & nesciens*
8. 3. Reg. *triginta argenteis Dominum venditum: centum solidos, quos lina texen-*
21. Hier. *do acquisierat, moriens dereliquit. Initum est inter monachos consilium*
ep. 22. *(nam in eodem loco circiter quinque millia diuisis cellulis habitabant) quid facto opus esset. Alii pauperibus distribuendos esse dicebant, alii dandos Ecclesiæ, nonnulli parentibus remittendos. Macarius vero & Pambo, & Isidorus, & cæteri, quos Patres vocant, sancto in eis loquente Spiritu decreuerunt infodiendos esse cum eodem, dicentes. Pecunia tua tecũ sit in perditionẽ. Nec hoc crudeliter quisquã putet factũ, tãtus cũctos per totam Ægyptum terror inuasit, ut unum solidũ dimisisse sit criminis.*
Greg. l. 4. Simile exemplum est in dialogis GREGORII Magni, nam cum mona-
c. 55. chus Iustus morti vicinis deprehensus esset occultasse tres aureos in quodam medicamento, B. Gregorius tum Abbas ei dici curauit eum ab omnibus fratribus ea de causa abominatum, post mortem autem voluit corpus eius in fossam sterquilinii proiici, & tres aureos, quos reliquerat cũ illo infodi, ac ab omnibus clamari. *Pecunia tua tecũ sit in perditionẽ;*

VI. REMED. Considera pericula animi & corporis, in quæ auari se
1. Tim. coniiciunt; *Nã qui volunt diuites fieri*, ait Apostolus, *incidunt in tentatio-*
6. 9. *nem & laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem.* Vera & multos, & occultos, & arctos laqueos diabolo suppeditat auaritia. Multos, quia, vt scribit Sa-
Sapi. 4. 11. piens, *creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animabus hominum, & in muscipulam pedibus insipientium.* Occultos, quia teste Iob, *absconditа est in terra pedica eius;* adeo siquidem subtiles sunt in com-
Iob. 18. 10. merciis, maximè in vsura & Simonia, ut summi etiam Doctores vix eos agnoscant, adde quod velati sint, uel necessitate naturali, ne aliquando desint ad uitam necessaria ipsis, uel liberis, vel spirituali, ne aliquando de-
sint ad uitam necessaria ipsis, uel liberis, vel spirituali, ut suppetant quæ
Eccl. 5. 9. erogentur in pauperes. Arctos uero, quia tot uinculis constringitur,
Prou. 27. quot habet possessiones, & quidem duplici amore constringitur, sui videlicet et filiorũ, nã in morte cum desinit eas amare sibi, adhuc amat filiis,
20. aliisque hæredibus. Addit Paulus eos incidere *in desideria multa inutilia, & nociua,* quia ut ait Ecclesiasticus. *Auarus nunquam implebitur pecu-*
Iuuen. *nia.* Et Salomon: *Infernus & perditio nunquam implentur. Similiter &*
Sat. 14. *oculi hominum insatiabiles.* Nam quo plus opes crescunt, hoc sitim ha-
Prou. 13. bendi magis accendunt, sicut hydropicus quo plus bibit, hoc inflatur
[illegible] amplius. Cum quo conuenit illud Poetæ Ethnici. *Crescit amor nummi,*
[illegible] *quantum ipsa pecunia crescit.* Vnde cõsequẽs est, vt auaro perinde sit opi-
[illegible] bus.

bus abundare, ac nihil habere. *Est quasi diues*, inquit idem Salomon, *cum nihil habeat, & est quasi pauper, cum in multis diuitiis sit*. Et Hieron. ad Paulinum. *Antiquum dictum est. Auaro tam deest, quod habet, quam quod non habet. Credenti totus mundus diuitiarum est, infidelis autem etiam obolo indiget*. Denique incidunt auari & in *desideria nociua*, iuxta Apostolum, *quę mergunt hominem in interitum, & inserunt doloribus multis*. Nam diuitiæ, vt bene quidam dixit, & magno labore acquiruntur, & multo timore possidentur, & summo dolore amittūtur. *Est & alia infirmitas pessima*, ait Sapiens, *quam uidi sub sole diuitiæ conseruatæ in malū Dñi sui: pereūt enim in afflictione pessima*. Et rursū *O mors quā amara est memoria tua homini pacē habēti in substātiis suis*. Hie. ep. 103. 1. Tim. 6. 9. Grego. l. 15. mor. c. 21. Eccl. 5. 12. Eccl. 41. 1.

VII. REM. Considera quanta stultitia in accumulandis opibus committatur. Auaro enim thesaurizanti apud Lucam dictū est. *Stulte, hac nocte animam tuā repetent à te, quæ aūt parasti, cuius erunt?* Prima ergo stultitia auari est, q improbo labore congerat ea, quibus forte nunquam est fruiturus. Vnde B. Paulus voluit Timotheum diuitibus præcipere, *ne sublime saperent, & sperarent in incerto diuitiarum*, Putant enim & diuites, se hoc alijs hominibus sapientiores, quo plura corradunt. *Sapiens sibi videtur*, inquit Salomon, *vir diues; pauper autem prudens scrutabitur eum*. 2. Stultitia est, quod thesauros congerat, vbi oēs eius antecessores illos amiserunt, nempe in mundo 3. quod vsurpat sibi quæ sua nō sūt. *Domini est terra*, inquit Psaltes regius, *& plenitudo eius*; Quando canis duos homines sequitur, vter eius dominus sit, nescitur, quousque alter ab altero discesserit: sic in hac vita nescitur, quis opū collectarū sit Dominus, at post mortem patefit, non esse auari, sed mundi, quia soli mūdo relinquuntur. Rursum, quemadmodum, si quis ad conuiuium prælautū inuitatus existimaret oīa sua esse quæ apponuntur, & ideo mensis remotis pateras, lancesque argenteas domo efferre vellet, ei à ianitore diceretur, illa eius non fuisse nisi quoad vsum, & idcirco redderet: sic auaris, qui omnia bona credunt esse sua, dū hac uita excedunt, ianitor, mors, dicit illud pauli: *Nihil intulistis in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid potestis*. 4. Stultitia est, q ex Domino faciat se seruum; Auarus. n. possidetur à diuitijs suis, non eas possidet, nec. n aliter habet eas, quā cōpedes habere dr̄, qui est compeditus Et ratio est, quia in omnib. obedit illis, s̄m illud Ecclesiastæ *Pecuniæ obediunt omnia*. Imo facit se mancipiū earum vilissimum. quia si in morbum incidat, non audet medicum aduocare, ne iacturā pecuniæ faciat, ac licet tota uita sedulo eis cumulandis seruierit, tādem eum sine vlla mercede omnibus spoliatum dimittūt. *Diues enim cum dormierit*, ait B. Iob, *nihil secum auferet*. 5. Stultitia, vel potius insania est, quod laqueos quęrat, quibus se suosque, vxorem, liberos & totā familiā strangulet & perdat in æternū. *Cor in qui*, ait Sapiēs, *inquirit mala*, i. laqueos occultos vsuræ, simoniæ, aliorumque occultorum contractuum, quibus se suosque participes facit. Luc. 12. 20. 1. Tim 6. 17. prouerb 28. 11. ps 23. 1. 1. Tim 6. 7. Eccl. 10. 19. Iob. 27. 19 prou. 27. 21.

VIII.REM. Si diues non es, & tamen inordinatè affectus ad opes, tolle affectum, & ſtatu tuo contentus ſis. *Habentes autem alimenta*, ait Apo-
1. Tim. 6. 8. ſtolus, *& quibus tegamur, his contenti ſimus.* Sic enim ſecurior, tranquillior, & ad virtutes comparandas aptior exiſtes. nam & Philoſophi Ethni-
Laert. lib. 6. ci, vt Crates Thebanus apud Laertium, opes abiecerunt, vt aptiores eſſent ad capeſſendam ſapientiā. Si verò opibus abundas, non ſperes *in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo*, vt idem Apoſtolus monet, *& diueſ-*
1. Tim. 6. 18. *cas in bonis operibus*, ſtudeaſque *facile tribuere* indigentib. *communicare, & theſaurizare tibi fundamentum bonum in futurum vt apprehēdas*
Tob. 4. 11. 12 *veram vitam. Eleemoſyna*, inquit liberalis Tobias, *ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram ſummo Deo, eleemoſyna omnibus facientibus eam.*

Vide V. Impatiētia in paupertate. Impatiētia in dāno rerū tēporaliū.

B

BLASPHEMIA.

Remedia contra blaſphemiam.

PRIMVM Remedium. Conſidera dicta Spiritus S. in ſacris litteris. Primo. n. prohibet blaſphemiā, vt in Exodo. *Non*
Exo. 20. 7. Coloſ. 3. 8. *aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum.* multo ergo minus ad blaſphemiam. Et apud Apoſtolum. *Nunc autem deponite & vos oīa, iram, indignationem, malitiā, blaſphemiā.*
Iac 5. 12. Et. *Sit ſermo veſter, eſt eſt, non non*, à grauiſſimā pœnā blaſphemis denū-
Leu. 24. 14. ciat. *Educ*, ait in Leuitico, *blaſphemū extra caſtra, & ponāt oēs qui audierunt manus ſuper caput eius, & lapidet eum populus vniuerſus.* Et ad
2. Reg. 12. 14 regē Dauid. *Quoniā blaſphemare feciſti inimicos Domini propter verbū*
matt. 12. 31. *hoc filius qui natus eſt tibi morte morietur.* Et apud Matthæum. *Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus, Spiritus aūt blaſphemiæ*
mar. 3. 29. *nō remittetur.* Et apud Marcum. *Qui blaſphemauerit in Spiritum S. non habebit remiſsionem in æternum.*

II. REM. Conſidera SS. Patrum ſententias. Cyprianus de hæreticis ba-
Cyp. ad Iubaianum. ptizandis. *Si cuius patri aliquis contumeliā fecerit, ſi contumelioſus & procax pudorē eius & honorē maledico ore lacerauerit, indignatur filius, & iraſcitur, & læſi patris iniuriā quibuslibet modis vindicare conatur. Tu Chriſtū putas impiis & ſacrilegis, & in patrē ſuū blaſphemis impunitatē dare?* Baſ. in regulis breuiorib. *Ex ea blaſphemia quā phariſæi vſurpa-*
Baſ. q. 273. *rūt. (Mat. 12.) perſpicuū eſt eū ēt nunc blaſphemare Spiritū S. hoc eſt, detrahere Spiritui S. quicumq; effectus & fructus Spiritus S. aduerſario ipſius attribuit: q peccatū incurrimus pleriq; noſtrū, qui ſecuri periculi ſtrenuū ſæpenumero temere appellamus ambitioſum, & ei qui iuſta indignatione per zelū moueatur, & eā re indicās iracundiæ calūniā impingimus, & ad eundē modū alia iniquis additi ſuſpicionib. ementitis nominib. de aliquo dicimus.* Ephrem paræn. eſt 43. *Audes aperire os tuū auda-*

cter,

ter, & in cęlũ verba emittere, iuramẽta atq; blasphemias? & nõ times, ne forte falx ignea, quã Propheta vidit, demoretur in domo tua, donec ex ea, quæ sub cælo est, te excidat, dũ sic audes os aperire aduersus Deũ omnipotentẽ? in quẽ angeli, archãgeli, Cherubin & Seraphin nõ audent oculos conicere? Hier. in epistolã Pauli ad Titũ, in verba. Neminẽ blasphemare. Nõ ait, neminẽ hoĩem blasphemare, sed absolute neminẽ, non Angelũ, non aliquã creaturã Dei. Oĩa quippe que à Deo facta sunt, valde bona sunt. Quãdo Michael Archãgelus cũ diabolo disputabat de Moysi corpore, non fuit ausus inferre iudiciũ blasphemiæ, quãto magis nos ab oĩ male dicto puri esse debemus? Merebatur diabolus maledictũ, sed p archãgeli os blasphemia exire non debuit. Chryſ. contra Anomœos. Qui Deũ blasphemãt, & pro nihilo putant, ipsi lædunt salutẽ & perimunt. Verissima nãque illius snĩa est, qui blasphemis inquit hominib. Lapidẽ qui sursũ iaciunt, in ipsorũ caput iaciũt. Ut. n. qui lapidẽ illo iaculatur, corpus cęleste non attingere, nedũ lacerare põt, plagã aũt suo capite excipit, cũ lapis eo dẽ vnde iaculatus est redeat, ita qui beatã illã blasphemat substantiã, ut nunquã offendere eã põt, sic ferrũ aduersus aĩam suã acuit & parat, cũ se ingratum Dño bene merenti exhibet. Aug de morib. Manichęorũ. Est blasphemia, cum aliqua mala dicuntur de bonis, itaque iã vulgo blasphemia nõ accipitur, nisi mala uerba de Deo dicere, de hominib. nãque dubitari põt. Deus uerò sine controuersia bonus est. Ex cõtra mendaciũ. Ideo peius est blasphemare, quã peierare, qm̃ peierãdo falsę rei adhibetur testis Deus; blasphemãdo aũt de ipso, falsa dicuntur de Deo. Tãto est aũt quisque inexcusabilior, siue periurus siue blasphemus, quãto magis ea q̃ peierando vel blasphemando asserunt, falsa nouerunt esse, vel credunt. Et in epistolã ad Bonifaciũ comitẽ. Cum dixit Christus, qui pecca uerit in Spiritum S. vel qui verbũ dixerit aduersus Spiritum S. non vtique oẽ q, in Spiritũ S peccator facto, siue dicto, sed aliquod certũ & proprium intelligi uoluit Hoc autẽ est duritia cordis usq; ad finẽ huius uitę, quã homo recusat in unitate corporis Christi, quod uiuificat Spiritus S. remissionem accipere peccatorum. Cum n. dixisset discipulis, accipite Spiritum S. continuo subiecit. Si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei, si cui tenueritis tenebuntur. Huic ergo dono gratiæ quicunque restiterit & repugnauerit non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.

Ephe. 10 3.
Ioel. 3. 13.
Apoc. 14. 15.
Hier. in ep.
Iudas v. 9.
Chr. hom. 3.
Eccl. 27. 28.
Au li. a. c. 1a
Id c. 19
Id. ep. 50.
matt. 12. 31.
Mar. 3. 29.
Luc 12 10.
impęnitẽtia pecc. in spiritum sanc.

III. REM. Cõsidera atrocitatẽ peccati blasphemiæ, quã liquido discere potes, primo ex diuina scriptura, quia blasphemiã quandã, ait, nec in hoc seculo, nec in futuro remitti, qđ de nullo alio peccato dicit. Deinde quia in epistola Iudæ dicitur, nec Michaelẽ Archangelũ ausum fuisse diabolo, licet dignissimo, iudiciũ inferre blasphemiæ. 3. quia Iudæi ad auditã blasphemiã solent vestes discindere, vt fecit rex Ezechias audita blasphemia Rabsacis. De qua re Hiero. Scindunt vestes, qui fuerant missi ad Ezechiã, quia Rapsacẽ audiunt blasphemantem. Scindit & ipse rex vestimenta sua, quia peccatorum suorum & populi esse credebat, quod

matt. 12. 31.
3. Iudas v. 9
Isa. 37. 1.
Hiero ibid.
matt. 26. 65.

Act.14.13. *Rapsáces contra Dominũ talia sit locutus. Unde & Pontifex quia Saluatorẽ blasphemasse credebat scidit vestiméta sua; & paulus ac Barnabas deferentibus sibi Dei cultum Lycaonibus sciderunt vestimenta sua.* Denique ne nomine quidem blasphemiæ vti ausa est vxor B. Iob, sed eius
Iob.2.10. contrario, dicens. *Benedic Deo & morere.* credens eum illico expiraturũ, si maledixisset. Secundo discere potes ex dictis SS. Patrũ. Nã Chryso-
Chr. hom.1. sto. ad pop. Antioch. *Nullum,* inquit, *gratiarum actioni par bonum, quẽ admodum blasphemia peius nihil.* Et Hier. aduersus Ruffinum. *Blasphe-*
Hier. in apologia, & l.7. c.18. *mia veniam non meretur.* Et in Isaiam, dum exponit verba illa. *A populo horribili. Nihil.n. ait horribilius blasphemia, quę ponit in excelsum os suum. Omne quippe peccatum comparatum blasphemiæ leuius est.* Et E-
Ephr. l. cit. phræm, *desine, ò homo, blasphemare, ne forte idem sermo quem contemnis fiat flamma in ore tuo, & tuam linguam comburat. Nam si homo homini pugnam suscitans, etiã pace iã facta, & in conspectum eius prodire erubescit, quo tu hodie in mundo constitutus, & cras tribunali ipsius præsentandus audes talia eloqui? & non metuis ne forte ignis de cœlo descendat, & deuoret te, dum tu sic os aduersus omnipotentem aperis? neque vereris, ne forte terra sub te repente disrumpatur & te absorbeat?* Tertio disce ex ratione, eaque multiplici, 1. quia crimine blasphemiæ contumelia afficitur Deus in propria persona, & non in rebus ab eo creatis, sicut in furto, homicidio, adulterio: maior.n. est cõtumelia illata Principi quã subditis. 2. quia psona Dei in infinitũ excedit oẽs personas alias, et Regũ & Pontificũ. 3. quia in aliis peccatis cõtumelia infert Deo præter intẽtionẽ: blasphemus aũt primario intẽdit Dei cõtumeliã, volẽs quasi vindicare se de Deo: 4. qa est peccatũ ꝓrsus diabolicũ, & propriũ dãnatorũ in in-
Apoc.16.10. ferno. Vñ in Apocalypsi de ijs ita scribit. *Et factũ est regnũ eius tenebrosũ, & cõmãducauerunt linguas suas pre dolore, & blasphemauerũt Deũ cęli præ dolorib. & vulnerib. suis, & nõ egerunt pęnitentiã ex operib. suis*

IV. REMED. Considera absurditatem huius peccati, quia è diametro pugnat cum omni giustitia, charitateque, quam Deo debemus, & ratione naturali. Nemo siquidem tam impius est, qui maledicat amico suo & benefactori, cum & bestiæ ferocissimæ minimo beneficio mansuescant. At à quo plura beneficia, maioraque consecuti sumus, quam à
Ephr. l. cit. Deo? *Quousque tandem* exclamat pius Efræm in parænesi ante citata,
Gen.2.7. Sap.15.11. *exacerbamus eum qui tanta nobis bona donauit? qui puluerem è terra capiens formauit hominem, & inspirauit in eum Spiritum vitæ, qui cuncta subiecit sub pedibus suis, & nos dormientes custodit, & excitatos pro-*
Rom.8.32. *tegit, & esuriẽtes nutrit, ac nudos vestit, pusillanimes cõsolatur, corripit & miseretur, qui et filiũ suũ vnigenitum pro omnium vita tradidit. Nos autem pro beneficiis eius spinas & tribulos proferimus, quorum consum-*
2.Reg.16.10 *matio in combustionẽ.* Serui Regum & Principum non solũ non maledicunt Dñis suis, sed nec patiũtur eos vlla iniuria lacessiri ab alijs, vt legimus de Abisai Duce bellico regis Dauid, qui maladicenti Semei voluit

præscin-

præscindere caput. Sed neque Turcæ suo Mahumeto, nec Ethnici suis Dijs licet falsis maledicere audent, quãto minus nos audeamus Deo vero, æterno, optimo, maximo. Ad hæc nihil æque cum omni ratione pugnat, quam amicum & benefactorem iniuria afficere, vt placeas Satanæ capitali tuo & omnium fidelium hosti, cuius instinctu omnes blasphemant: nihil denique æque stolidum & absurdum est, quam eo genere peccandi delectari, quod horret Deus & homines, quod nullam nec animæ, nec corpori affert vtilitatem. Quamuis enim omnia peccata obsint animæ, plurima tamen sunt, quæ saltem corpori aliquod alleuamentum, voluptatem, vel lucrum conciliant; at blasphemiæ non solum certam animæ perniciem, verum etiam corpori sæpissime horrendum cumque subitum interitum afferunt, vt liquet ex exemplis iam subijciendis.

V. REMEDIVM. Considera quam grauiter Deus etiam in hoc mundo peccatum blasphemiæ, non solum in Deum, vel Christum, sed etiam in sanctos dictæ, castigarit. Nam imprimis, vt est in sacra Regum historia, ob blasphemiam Sennacherib regis Assyriorum angelus Domini vna nocte percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia; rex autem cum post reditum in Niniuen in templo Nesroch adoraret Deum suum, à filijs suis gladio trucidatus est. B. Gregorius, *libro quarto dialogorum* narrat puerum quinquennem assuetum blasphemare maiestatem Dei in sinu patris expirasse, animamque à Mauris, & quos puer contremiscens aiebat se videre, hoc est, à dæmonibus ablatam. Thomas Cantipratensis libro altero Apum, ita de quodam blasphemo scribit. Simon de Tornaco Theologiæ Doctor & Professor celeberrimus Parisijs disputatione habita de humilitate doctrinæ Christi, in reprobum sensum datus dixit. Tres esse, qui sectis suis mundum subiugassent, Moysen, Christum, & Mahumethum, Moysen infatuasse Iudæos, Christum Christianos, Mahumeth gentiles. Nec mora euersis oculis pro humana voce mugitum emisit, & epilepsia statim elisus in terram die tertio eiusdem morbi vindictam accepit, mutusque mansit, non nominans nisi Akyden suam concubinam. Petrus *Damianus in epistola ad Desiderium Abbatem Casinensem* commemorat in Burgundiæ partibus clericum quendam in bello, cum dixisset sententiam Euangelicam Christi, *Omnis qui se humiliat exaltabitur* falsam esse, repente gladio per os instar fulminis transfixum Magnum *speculum Exemplorum* agens de illustribus viris Ordinis Cisterciensis, refert aleatorem quendam, cum per omnia membra Christi & Mariæ, horrendè iurasset, sic vt præsentes aures obturarent, & pectora tunderent, illico corruisse, atque si ense transfossus esset, voceque horrifica exclamasse. Heu heu miser, quis es, qui me interficis?

4. Reg. 19. 35
Greg. l. 4 c. 18
Cantip. c. 48
P. Dam. lib. 1. ep. 15. matt. 23. 12. spec. exem. 45.

Et volutatus aliquantũ humi tartareã aĩã efflauit. Hinc in dorso eius reperta ẽ plaga recẽs terribili hiatu dehiscẽs, quasi securi facta. Idẽ paulò

post addit de alio, qui teste Abbate Gerebaldo, cum fœdissimè iurasset per secreta B. Virginis Mariæ membra, mox immundo spiritui traditus est oculis euersis, facie inflata, & lingua ardente ex ore longius porrecta donec animam eiecit. Vvilhelmus *Lindanus apologetico secundo religionis Catholicæ* narrat sub annum Domini 1567. in oppido Hollandiæ Aspera Anabatistarum deliriis imbutam mulierem in summa difficultate partus, Deiparam virginem appellasse scropham, cum à circumstantibus monita esset de auxilio eius inuocando, ac confestim diuinitus punitam, & nigellas aliquot edidisse suculas licet mortuas. P. Damianus *in epistola alia ad Desiderium Abbatem* talem recēset historiam. Honorati cuiusdam diaconi narratione didici quod refero. In Bononiæ partib. duo quidam viri amicitiæ fœdere iuncti in conuiuio discumbebant. Gallum coctum in mensam allatum, in multas partes, ut mos est, alter dissecuit, & pipere liquato perfudit. Tum alter. Tam egregie dissecuisti gallium, vt nec S. Petrus illum redintegrare possit. Et socius. Sed etsi Deus imperet, nunquam amplius resurget. Ad quā vocem gallus repente viuus, & plumis coopertus exiliit, alas concussit, cecinit, & liquore conuiuas aspersit, qui in lepram conuersus est, qua non ipsi solum sed & posteri eorum laborarunt, Ab ecclesia autem perpetuæ seruitutis pœna deinceps mulctati sunt.

Lind. c. 11.

P. Dam. ep. 17. li. 2.

VI. REM. Caue occasiones blasphemādi, tum tibi, tum alijs. Tibi dupliciter. Primò, ne assuescas iurare per Deum vel sanctos, iuxta illud Sapientis. *Iurationi non assuescat os tuum: multi enim casus in illa. Nominatio verò Dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum non admiscearis. Et. vir multum iurans implebitur iniquitate.* Secundo, vt abstineas à lusu alearum & similibus, qui instituuntur deposita vtrinque pecunia. Eo enim perditur sumptus, quo alenda est familia. 2. fama, nihili enim fiunt lusores. 3. tempus pretiosum, quo operibus bonis lucranda est vita æterna. 4. consuetudo blasphemandi initur. Lusores enim fere sunt blasphemi, & ludendi consuetudine se tales factos non diffitentur. Alijs verò occasionem blasphemandi non dabis, si uitam piam sanctamque instituas, ac bonis operib. vaces, *Raro iam inueniuntur* inquit Aug. scribens in caput 6. Ioannis, *inter Christianos, qui Christum lingua blasphemant, sed multi qui uita.* Et in psalmum 46. *Cum Deus laudatur de bono opere tuo, opere tuo laudas Deum, Et cum blasphematur Deus de malo opere tuo, opere tuo blasphemas Deum. Itaque ad aurium exhortationem canta uoce, corde ne sileas, uita ne taceas. Si ergo bene agis, & manducas & bibis ad refectionem corporis sumis gratias agens Deo, & cibus tunc & potus laudat Deum. Si verò modum naturæ debitum immoderatione voracitatis excedas, & uinolentia ingurgites, quantaslibet laudes lingua tua sonet, vita blasphemat.* Eodem spectant B. Euphrarē verba, dum exponit illud Isaiæ. væ his, per quos nomen meum blasphematur inter gentes. *Quemadmodū, inquit, operib. bonis Deus glorificatur ita*

Eccli. 23. 9. v. 11.

Aug. tracta. 27

Ephr. inter. rog. tom. 1. Isa. 52 5. Ro. 2. 24.

ita contra malis actionib. blasphematur. Nā cū infideles intuentur Christianos, q instar Etnicorū ipsi quoque in crapula & ebrietate vitā degāt, ludentes atq; saltantes cum citharis & tympanis, non amplius dictitāt, q insensati sint Christiani, dum legē Christi trāsgrediūtur: verū blasphemantes asserunt eos sicut traditū à Christo acceperunt, ita & facere.

VII. REM. Simulatque tētatio, vel cogitatio blasphemiæ in aīo tuo exoriri cœperit, confestim in ipsis principijs, tanquā ignis infernalis scintillam excute dicendo cum Christo *Vade Satana*. Sic. n. facies, q Paulus optat dicens. *Deus pacis cōterat Satanā sub pedib vestris velociter*. Et q præcipit B. Iacob. *Resistite diabolo, & fugiet à vobis*. Et B. Petrus *Cui resistite fortes in fide*. Vtcunque. n. in nostra iniuria mansuetudinem exerceamus, tamen Dei iniuria q̄ fit per blasphemiā, nullo mō ferenda est. Moyses *mitissimus hoīem super terrā* in suis iniurijs sustinendis prędicatur, vt liquet in cōtumelijs à fratre & sorore ei illatis At in vindicā da Dei iniuria acerrimus fuit. Etenim cū populus eo absēte vitulū aureū fabricasset, & pro Deo suo adorasset, illā insaniā cernēs, primo *tabulas legis* a Deo acceptas *ad radicē montis confregit*. deinde vitulum illū *cō bussit & contriuit in puluerem*, quē sparsit in aquā. Tū ex illo puluere *potū filijs Israel dedit*, vt hoc plus vitulū suū horrerent. Aarō fratrē acriter obiurgauit, & ad populū clamauit. *Si quis est Dñi iūgatur mecū*. mox que ait. *Occidat vnusquisq; fratrē suū, & amicū & proximū suū*. Vides, quā vehemens Moses fuerit in vindicanda Dei iniuria Sic in oī tentatione ad peccatū quo Dei honor violatur, nō remisse, sed acriter agendū est similis Moysi Paulus fuit cū ad Elymā Magū dixit. *O plene dolo & omni fallacia, vsquequo non desinis peruertere vias Domini rectas*? & illico eū cæcitate percussit Ac vero experientia probatū est, dicta uoce Christi, *Vade Satana*, graues & horrendas tētationes fuisse profligatas. Hoc antidotū est B. Io Climaci ita scribentis. *Qui blasphemię spiritu se perturbari sentit, atq; eo liberari cupit, pro certo habeat non suā aīam huiusmodi cogitationum esse cām, sed impurā illū spiritū, qui aliquādo Domino dixit. Hęc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me. Idcirco nos quoque contēnentes ipsum, & quæ ab illo dicuntur nihili æstimantes securi & intrepidi dicamus. Vade post me Satana, sermo aūt dolusq; tuus in caput tuū cōuertetur, et in verticē tuū blasphemia tua descēdet in pñti, et in futuro sæculo. Qui præter hūc modū aduersus blasphemiæ spiritū pugnare vult, is ei similis est, qui manib. suis consumationē cōtinere nititur.*

VIII. REM. Coēsuesce patri spirituali patefacere, cum alias graues tētationes, tū hāc blasphemiæ imprimis. Est eiusdē Climaci, qui id confirmat hoc exemplo. *Monachus quidā studiosus cū à dæmone perturbaretur cogitatione blasphemię ad viginti annos, tamē suā ieiunijs & vigilijs macerare non destitit, cum verò vtilitatē se cepisse sentiret, profectus conscriptā in charta perturbationē ac tentationē suā sancto cuidā ac probatissimo seni obtulit in faciē prostratus, nec illū intueri ualēs V t autem*

matt. 4. 10.
Rom. 16. 20.
Iac 4. 7
1. pet. 5. 9.
Num. 12. 3.
Exo. 32. 19.
Act. 13. 10.
matth. 4. 10.
Clim grad. 23
matt. 4. 10.
Clim. ibid.

legit senior, subrisit, fratremque erigens dixit. Pone fili manum tuã super oculũ meũ. Quod cũ fecisset, ait illi senior. Super collũ meũ sit frater hoc peccatũ, quotquot annis te oppugnarit, vel oppugnaturũ sit. Tu aũt id obserua, vt hoc iã floccipendas, & nihil æstimes. Quib. verbis ita roboratus est frater, vt non ante cella senis excederet, quã hmõi morbus euanesceret. Hoc aũt is, qui expertus ẽ mihi postea enarrauit, Deo gratias referẽs.

IX. REM. Considera exẽpla sanctorũ, qui nullis incõmodis uel calamitatib. passi sunt se prouocari ad maledicendum Deo, uel sanctis. Ea complura in medium producit. B. Chryso. atque imprimis B. Iob in homilia, Quod nemo læditur nisi à seipso. *Intuere, inquiens, quanta perpessus sit Iob, non ab homine aliquo, sed ab eo, qui omnium hominum sceleftior est, & crudelior. Quod si ille immanis & cruentus, tot machinis, tot fraudibus adhibitis, totque suppliciis non potuit cogere, vt peccaret Iob labiis suis ante Dominum: & hoc cũ neque legẽ Dei acepisset Iob, neque redẽptionis Christi ac resurrectionis eius gratiam fuisset con ecutus: quãto magis tu his omnib. munitus, si velis, & ex fide auxilium Dei implores non poteris superari.* Et alibi aduersus Iudæos. *At qui vxor consiliũ dedit vt* Deo *malediceret. Quid igitur? num subuertit sanctum illum virũ mulieris consilium? Imo contrarium fecit, magisque sibi sumpsit alas, sic etiam vt increparet vxorẽ. Potius. n. duxit innumera perpeti mala, quã blasphemia vlla tantorum malorum relaxationem consequi.* Ibidem eandem animi constantiam suscipit in ægro triginta octo annos ad piscinã Bethsaidam sanitatẽ præstolante. *Qui, inquit quot annis currebat ad disciplinã, & quoquo anno repellabatur, nec assequebatur sanitatem. Quot annis conspiciebat alios sanari, propterea quod multos haberent à quib. curarentur, se verò, quoniam nullos haberet, qui ipsum exhiberent, in perpetua manere paralysi* Deinde in Lazaro, qui ait, *cum fame, cum morbo cum solitudine per omnem vitam colluctatus est, non triginta & octo annos versatus in his, sed p omne vitæ tẽpus. Sic igitur & expirauit in diuitis vestibulo iacens, cõtemptus, irrisus, esuriens, canibus obiectus pabulum. Sic autem illius corpus debilitatum erat, vt nec canes irruentes, vl ceraq; illius lingentes posset abigere.* Præterea in B. Paulo. *Vide, inquiẽs, Paulum quanta passus est, quæ ẽt numerare difficile est, carceres, vincula, verbera, flagella, supplicia. à Iudæis lapidatur, virgis cæditur, præcipitatur, latrones incurrit, ab inimicis & falsis fratribus insidias perfert, intus timores, foris pugnas patitur, famem, nuditatem, calumnias, insidias, tribulationes, bestias tolerat; & quid opus est multa dicere? quotidie moritur, & tamen in his omnibus non solum nihil blasphemum ex ore suo profert, sed & gaudet, & gloriatur, atque exultans dicit. Gaudeo autem in passionibus meis. Et iterum: Non solũ autem, sed & gloriamur in tribulationib. Si ergo hic tanta patiens gaudebat, quæ erit excusatio his, qui pro paruis iniuriis, vel uerberib. vel qualibuscũq; tribulationib. blasphemãt?*

Marginal notes: Chryso. — Id. orat. 5. — Io. 5. 5. — Luc. 16. 20. — Hom. Quod nemo, &c. — Colos. 1. 24. — Rom. 5.

Vide V. *Consuetudo praua Linguæ abusus. Maledictio.*

CHO-

C

CHOREAE.

Remedia contra Choreas.



RIMVM Remedium. Confidera choreas prophanas in fa- Exo. 32.19.
cris litteris reprehendi. In Exodo enim de Moyſe ita ſcri-
bitur. *Vt vidit Moyſes choros, iratus eſt valde, proiecit ta-*
bulas, & confregit eas. Iſaias, de Hieroſolymitanis femi- Iſa.3.16
nis ſic vaticinatur. *Pro eo, quod eleuatæ ſunt filiæ Sion, &*
ambulauerant collo extento, & nutibus oculorum ibant & plaudebant, et Ez.25.6.
pedibus ſuis compoſito gradu incedebant, decaluabit Dominus verticem
filiarum Sion. Et Ezechiel. *Pro eo quod plauſiſti manu, & percuſſiſti pe-*
de, & gauiſa es ex toto affectu, idcirco extendam manum meam ſuper te, Tob.3.17.
& interficiam te. Sara quoque apud Tobiā. *Nunquā cum ludentibus mi-*
ſcui me, neque cum his, qui in leuitate ambulant, participem me prębui. & Ier.15.17.
Ieremias. *non ſedi in concilio ludentium.* Atque ante illos B. Iob, cū di- Iob.21.11.
xiſſet. *Egrediuntur quaſi greges paruuli eorum, & infantes eorum exul-*
tant luſibus, ſubiecit, *Tenent tympanum & cytharam, & gaudent ad ſo-*
nitum organi. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcen-
dunt. Quare monet Eccliſiaſticus. *Cum ſaltatrice,* inquiens, *ne aſſiduus* Ecci.9.4.
ſis, nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius.

II. REM. Conſidera, quam dure S. Patres in eas inuecti ſint. Nam
Baſilius agens contra ebrioſos. *Cantus,* inquit, *profanos exerces, oblitus* Baſ. ho. 14
pſalmorum & hymnorum quos didiciſti. Moues pedes, & inſanus ſaltas,
choreas ducis imprudens, cum genua ad Dei & domini noſtri Ieſu Chri-
ſti cultum flectere oportebat. Et infra. *Quando. n. ſedit populus manduca-*
re & bibere, tunc & ſurgebat ad ludendum: luſus verò illorū idololatria Exod.42.6.
erat. Tunc Leuitæ contra fratres ſeſe armantes ex eis viginti tria millia
ceciderūt, ſic. n. manus ſuas, inquit hiſtoria, conſecrarunt. B. Ephraem in
ſermone quod ludicris abſtinendum ſit Chriſtiano. *in rebus ludicris,* in- Eph. tom.1
quit, *non eſſe tempus à Chriſtianis conſumendum, omnes nouimus, & ex*
diuinis quidem ſcripturis hauſimus. Et rurſus. *Quis demonſtrare poterit*
conuenire Chriſtianis cytharizare, aut tripudiare, aut cymbala pulſare?
Et multo poſt. *vbi citharæ ac chori & plauſus manuū, ibi virorum tene-*
bræ, & mulierum perditio, angelorum triſtitia, & diaboli feſtum. O im-
probum diaboli conſilium. Adhæc in libro interrogationum & reſpon-
ſionum. *Nunquid ait, choreis, nunquid cithararum luſu delectatus eſt*
Paulus. nunquid diabolica cantica cecinit? Abſit. Quis talia Chriſtia-
nos edocuit? nō ſane hæc eos docuit Petrus, nō Ioānes, nec quis alius diui- Ib. reſp. 2.
no numine afflat⁹. verū iſta Draco antiqu⁹ docuit, magiſter oīū ſpurcitiatū.

Qui

1.Cor.10.7. Exo.32.&c. Qui docuit fornicari, qui docuit idola colere, docuit etiam ludere. Idcirco Apostolus idololatras ludentes nominauit dicens. Neque idololatræ efficiamini, sicut quidā ex ipsis, quemadmodum scriptum est. sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Greg. Nazianzenus oratione in Christi natalem, agens de festo illo recte celebrando. Id autem, inquit, hac demum ratione consequemur, si nec domus limina sertis coronemus, nec choreas agitemus, nec vicos ornemus, &c. promotis ad vitiū viis peccatique ianuis, &c. nec comessationibus & ebrietatibus, quia malorū magistrorum mala doctrina est, vel potius malorum seminum mala seges. Amb. lib 3. Ambr. de virginibus. Dēt bene consciæ mentis esse lætitiæ, non inconditis comeßationib. nō nuptialib. excitata symphoniis; ibi enim intuta verecundia, illecebra suspecta est, vbi comes delitiarum est extrema, saltatio. Ab hac virgines Dei procul esse desidero. Nemo. n. vt dixit quidā secularium doctor, saltat sobrius, nisi qui insanit. Quod si iuxta sapientiā secularē saltationis aut tremulentia author est, aut dementia quid diuinarū scripturarū cautum putamus exemplis, cum Ioannes præunuius Christi saltatricis optione iugulatus, exemplo sit, plus nouisse saltationis illecebram, quam sacrilegi furoris amentiam. Et infra. Quid ibi verecundiæ potest esse, vbi saltatur, strepitur, concrepatur? Quid dicitis vos sanctæ feminæ, videtis quid docere, quid etiam dedocere filias debeatis? saltet, sed Chr. ho 49 adulteræ filia. Quæ vero pudica, quæ casta est, religionē doceat filias suas, non saltationē. Io. Chrys. in Matthæū. Vbi inquit, saltus lascinus, ibi diabolus certe adest. Non. n ad tripudia hæc nobis præbuit Deus, sed vt modestè incedamus: non vt impudenter camelorum modo saliamus: nec. n. solum feminæ, sed etiam cameli turpiter saliunt, sed vt in angelorum choris consistamus. Quod si corpus deforme fit impudenter saliendo, quanto Aug. ser. 215 magis animā fœdari credendum est. His tripudiis diabolus saltat. His à dæmonum ministris homines decipiuntur. Aug. in serm. de tempore. Isti infelices & miseri homines, qui balationes & saltationes ante ipsas basilicas sanctorum exercere nec metuunt, nec erubescunt, et si Christiani ad Conc. 1. Ecclesiam venerint, pagani de Ecclesia reuertuntur, quia ista consuetudo balandi de paganorum obseruatione remansit. Et in ps. 32. Obserua diem sabbathi, non carnaliter, non iudaicis deliciis, qui otio abutuntur ad nequitiam: melius enim vtique tota die foderent, quam tota die saltarent.

III. REM. Considera exempla eorum qui ob choreas pessime Nic. li 1.20 perierunt. Nicephorus in historia Ecclesiastica de filia Herodiadis saltatrice ita scribit. Brumali tempore ei fluuius traiiciendus erat, qui cum glacie constrictus esset, pedes cum transibat. Glacie autem rupta, idque non sine Dei numine, demergitur illa capite tenus, molliusque se mouens saltat non in terra, sed in vndis, caput vero à reliquo corpore, non ferro, sed glaciei crustis resectum, in glacie ipsa saltationem lethalem exhibet, spectaculoque eo omnibus præbito, scelestum hoc caput in memoriam ea quæ fe-Matt. 14. cerat reuocat. Tho. Cantipratensis D. Thom. Aquinatis æqualis in libro

Apum

Apum exēpla quædā sui seculi commemorat. I. Puella *quædam in Meclinia Brabantiæ oppido, inquit, vt ab eis qui præsentes fuere cognoui, sacro die Dominico cum iuuenibus diu choreas duxerat: fatigata ergo domū rediit, & dormitū pergens mox à dæmone obsidetur, ea clamante surgit familia, ligant vinculis sæuientem: mane in* Hansuuich *ad* oratoriū *gloriosæ Virginis extra oppidum deportatur; frequenter enim ibidem* Maria *virtutum operatrix miracula plurima demonstrauit. Accurrūt mox scholares pueri: vnusque duodecim annorum audacior cęteris dęmonem adiurauit, & crucis signo pollice in vmbilico puellę expresso fugauit.* 2. *Vidi ego adhuc puer in choreis procacissimam saltatricē, quę me præsente post choreas insolenter cum adultero lasciuiabatur, & cū cessasset, subitanea morte percussa miserabiliter expirauit.* 3. *In Gallia iuxta* Laudunum, *sicut à presbytero villæ percepimus, quidam choreas ducentes supra pontē, disrupto subito ponte fortissime in aquis validis oēs sunt submersi.* 4. *Marchia in Flandrię atque Brabantiæ districtu villa populosissima sita est, in qua dedicatio celebrata multos ad lusum traxerat. Inter quos, à Guilielmo bono & litterato presbytero, & in iisdem partibus nato percepimus, quidā tibicen erat, qui tripudiantes iuuenes & puellas gesticulationibus suis ad carmina turpia concitabat. Hinc cælo nubibus circa vesperam obscurato omnes ad propria redierunt, solo tibicine nondum lusibus satiato, & cum saltu, tibiaque sonitu ad sua paulatim remeante: qui secuta coruscatione & tonitru fulmine percussus est, videntibus duobus pueris pastoribus, qui ad dumeta confugerant. Iidem pueri mox viderunt quod duo nigerrimi canes ex insperato venerint, & inter se perdulcem extincti brachium deportarint. Corpus autem tibicinis sepultum quidem est in atrio Ecclesiæ, mane tamen sepulcrum patens & vacuum inuentum est, creditumque est à dæmonibus, sicut & brachium, absportatum.*

Th.l.2.c.37. Ib.c.49. Ibid. Ib.c.57

IV. REM. Considera choreas, omnesque id genus vanas & leues recreationes è diametro pugnare cum hominis Christiani & pii professione. Nam primo quilibet Christianus in baptismo abrenunciat Sathanæ & omnib. pompis eius atqui inter pompas Sathanæ paulo ante S Patres numerarunt choreas. 2. quia Christus iis qui discipuli sui esse volūt, tradidit omnino contraria. *Si quis vult venire post me inquit, abneget semetipsum, & tollat crucem suam. Contendite intrare per angustam portam. Beati qui lugent. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Vę nobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.* 3. idē docuere Apostoli, & Paulus. *Omnis disciplina in præsenti quidem non uidetur esse gaudii, sed mœroris. Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filii estis.*

Et Petrus. *Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Et S. Ioannes. *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt.* Et Iacobus. *Miseri estote, & lugete, & plorate.*

Ls S. Ephrē locis cit. Matt.16.24. Luc. 13. 24. matt.5. Luc. 6. 25. Heb. 12.11. 1. Pet. 2. 21. 1. Io. 2. 15.

Luc. 6. *plorate. risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mæmorem.* Immo hi ipsi verbo & exemplo docuerunt maximè gaudendum & tripudiandum esse in aduersitatibus. *Beati*, inquit Christus, *estis cum male*
matt. 5. 11. *dixerint vobis, & persecuti vos fuerint. gaudete & exultate*. Et B. Lu-
Act. 5. 41. cas Apostoli *ibant gaudentes à conspectu concilii quia digni habiti erant pro nomine Iesu contumeliam pati*. Et Paulus. *Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione vestra*. Ac iterum. *Placeo*
2. cor. 7. 4.
1. pet. 4. 13. *mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in angustiis pro Christo*. Et
Iac. 1. 2. Petrus. *Communicantes Christi passionibus gaudete*. Et Iacobus. *Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes incideritis.*

V. REM. Considera: etiamsi Doctores quidam non improbent choreas moderatas in nuptiis honestis, aliisue priuatis amicorum conuē tibus institutas, tamen securius esse in totum ab illis abstinere, non solū
c. presbyteri clericis & religiosis, (quibus lege Ecclesiastica vetitę sunt) sed etiam se-
dist. 34. ex c. cularibus. Et ratio est, quia nunquam tam moderatæ esse posse videntur
Laod. c. 29. moraliter, vt omnes occasiones & pericula delinquendi absint. *Qui au-*
Eccli. 3. 27. *tem amat periculum*, inquit Sapiens *peribit in illo*. Quotusquisque enim tam cautus & circumspectus esse poterit, qui in tanta sicut est in nuptiis, conuiuij lautitie, in mulierum puellarumque, quæ choreis fere intersunt, consessu, vel conspectu, vel auditu, uel osculis, vel loquacitate, vel vanæ gloriæ aucupio, fastu quoque, inuidia, detractione non crebro labatur & peccet?

Vide V. *Ebrietas. Immodestia. Luxuria. Otium. Voluptas carnis.*

COLLOQVIA OTIOSA & vana.

Remedia contra illa.

Greg. l. 7. mo. c. 17. I. REM. Considera quid propriè verbum otiosum & uanum appelletur. B. Greg. ait otiosum esse, *quod aut ratione iustę necessitatis, aut intentione piæ vtilitatis caret*. Hier. verò, *quod sine vtilitate & loquen-*
Hie. in c. 12. *tis dicitur & audientis*. Sic Basil. in constitu. monasticis *non otiosum sermonem* vocat, *qui est de virtute, ad audientium ædificationem refertur*.
Chr. i psal. 118. Vanum autem verbum eiusdem fere est significationis. Io. Chrys. *Vanū* inquit, *est quod vtilitatis est expers*. & Greg. Nyssenus in Ecclesiasten. *Vanum est, cuius nullus est vsus & scopus certus, licet magno studio pro-*
Nyss. in c. 1. *feratur.*

II. REM. Considera secundum S. Scripturæ, & S Patrum dicta colloquia otiosa non esse parui facienda. nam apud Matthæum Christus
matt. 12. 36. dixit. *Amen dico vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. Ex verbis. n. tuis iu-*

stifica

stificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis, Vnde S. Basilius in regulis breuiorib. *Adeo magnum est otiosi verbi periculũ, vt licet genere ipso de numero bonorũ sit, tamen nisi ad ædificationem fidei dirigatur, à periculo liber non est qui illud locutus est, quippe qui ex eo, quod ad ædificationem illud non accommodauerit, contristasse noscatur Spiritũ S. Hoc.n. apertè docuit Apostolus, cũ dixit. Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat, sed si quis bonus ad ędificationẽ fidei, vt det gratiã audientib. Et subiecit illud. Nolite cõtristare Spiritum S. Dei, in quo signati estis. Quã aũt perniciosa res sit, contristasse Spiritũ S. de hoc verò, quid opus est vt dicatur?* Et B. Greg lib. 7. mor. *Dũ ab otiosis uerbis nequaquã lingua cõpescitur, ad temeritatẽ quoque stultæ increpationis offeratur. Quibusdam.n. suæ ruinæ gradib. desidiosa mens in foueã lapsus impellitur: nã dum otiosa verba cauere negligimus, ad noxia peruenimus.* Et ante eum S. Ambr. libro 1. de officiis. *Non solum profusos*, inquit, *sed etiã oẽs iocos declinandos arbitror.* Et iterum. *Licet interdum ioca honesta, & suauia sint, tamen ab Ecclesiæ abhorrent regula, quoniam quę in scripturis sanctis non reperimus, ea quemadmodũ vsurpare possumus?* Denique S. Bernardus in sermone de triplici custodia. *Nemo, ait, parui ęstimet tempus quod in uerbis consumitur otiosis. Siquidem tempus acceptabile est, & dies salutis.* Et infra. *Donec transeat*, inquis, *tẽpus, quo diuinã repropitiare debueras pietatẽ, properare ad Angelicã societatẽ, suspirare ad amissã hęreditatem, excitare remissam voluntatem, flere commissã iniquitatẽ.*

Basil. 4. 23. Eph 4. 29. Greg. c. 7. Amb. c. 23. Bern.

III. REM. Considera, nulla in re magis opus esse inuocatione diuini auxilii, quã in gubernatione linguæ. *Quis.n.* est inquit Sapiẽs, *qui non deliquerit in lingua sua?* Et. *Beatus vir, qui non lapsus est in verbo.* Ac Iac. Apostolus. *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.* Quocirca Salomon aiebat. *Hominis est animam pręparare, & Domini gubernare linguam.* Et rex Dauid orabat. *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantię labiis meis*, atque alibi dicebat. *Dixi, custodiã uias meas, ut non delinquam in lingua mea.* Qui versus cum ex initio psalmi 38. aliqñ Pamboni. Abbati prælectus fuisset. *Satis est*, inquit, *reliqua audiam, cum illud opere impleuero.* Multo vero post tempore rogatus, cur ad magistrum non rediret, respondit, nondum se quod didicerat, perfecisse. Apostolicum esse præceptum. *Estote factores uerbi, & non auditores tantum.*

Eccli. 9. 17. & 14. 1 Iac. 3. 2 prouer. 16. 1. psal. 140. 3. psal. 38. 2 Tripa. l. 8. c. 1. Iac. 1. 22

IV. REM. Cõsidera nõ modo diuina gratia, sed ẽt magna prudẽtia & circũspectione ex parte tua esse opus, ut in colloquijs habeas rationem circũstãtiarũ, vti accurate monuit Spiritus sanctus in scripturis. Et primo Tẽporis, qñ sit loquendũ. *Mala.n. aurea in lectis argenteis*, inquit Salomon, *qui loquitur verbum in tempore suo. Tempus enim est tacendi, et tẽpus loquendi.* 2. Personarum, quibuscum est loquendum. *In auribus insipientium*, inquit idem, *ne loquaris, quia despicient doctrinã eloquii tui.* Et *Vbi non est auditus, ne effundas sermonẽ.* Et. *In medio magnatorũ loqui*

prou. 25. 11. Eccl. 3. 7. prou. 23. 9.

Eccli. 32.13. *qui non præsumas, & vbi sunt senes, non multum loquaris* 3. materiæ, qd
ps. 34. 28. loquaris. *Lingua mea*, aiebat rex David, *meditabitur iustitiam tuā, tota*
Eccl. 9. 33. et *die laudem tuā. Omnis enarratio tua*, ait Sapiens, *sit in præceptis altissi-*
18. & 19 *mi.* Et. *Antequam loquaris disce. Si quis loquitur*, inquit B. Petrus, *quasi*
1. pet 4. 11. prou. 16. 20 prou. 18. 13. *sermones Dei.* 4. Modi, quomodo loquaris. *Eruditus enim in verbo*, in-
quit Salomon, *reperiet bona.* Et *Fauus mellis composita verba.* Et. *Qui*
prius respondet, quàm audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione
Colos. 4. 6. *dignum. Sermo vester*, ait Apostolus, *semper in gratia sit sale conditus, vt*
Iac. 1. 19. *sciatis, quo oporteat vos vnicuique respondere.* & B. Iacobus. *Sit autem*
homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Has 4. circum-
prou. 13. 3. stantias, si quis in colloquijs non considerarit, facile delinquet. *Qui enim*
inconsideratus est ad loquendum, ait Salomon, *sentiet mala.*

V. REM. Considera exemplum Christi, quam circumspectè in col-
loquijs se habuerit, nec otiosum verbum sibi excidere passus sit. Nam pri
Ioann. 4. 13. mo ex omni materia ansam capiebat aliquid spirituale dicendi, vt, cum
Ioann. 6. 35. egit apud Ioannem cum Samaritana de aqua haurienda, transijt ad ser-
monem de aqua viua saliente in vitam æternam. Et cum quidam dice-
rent. *Domine semper da nobis panem hunc.* subiecit. Ego *sum panis vitę.*
Qui venit ad me, non esuriet. 2. cum eo loquente ad turbas, quidam dice
matt. 12. 48. ret. *Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quęrentes loqui tibi*, deposi
ta quasi omni affectione carnali erga eos, respondit. *Quæ est mater mea,*
& qui sunt fratres mei. Et addidit. *Quicunque fecerit voluntatem pa-*
tris mei, qui in cęlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. 3. cum
de propria eius causa sermo incideret, etiam apud Principes viros, tace-
bat, vt dum apud Pilatum à Principibus sacerdotum falso accusaretur,
nam Matthæus refert eum ad nullum verbum, nec ipsorum, nec Pilati re
matt. 27. 14. spondisse, *ita vt miraretur Præses vehementer.* 4. aliquando acriter in
scribas & Pharisæos, aliosque aliorum seductores inuehebatur, sic vt vo
mat. 3. 7. caret *genimina viperarum, stultos, cæcos, hypocritas, filios diaboli.*
ma. 23. 13. 17 Ioan. 8. 44. VI. REM. Considera exempla sanctorum, qui ab omni otioso vel va
Cas. cap. 39. no sermone abstinuerunt. Cassianus lib. 5. instit. monast. *Vidimus*, inquit,
senem Machetem nomine, hanc à Domino gratiam diuturnis precib.
impetrasse, vt quotquot diebus ac noctibus agitaretur collatio spiritualis
nunquam somni torpore penitus laxaretur. Si quis verò detractionis ver
bum, seu otiosum tentasset inserre, in somnum protinus concidebat: at sic
nec vsque ad aurium eius pollutionem virus obloquii poterat peruenire.
V. P. c. 35. Vitæ Patrum. In parte secunda exhortat. referunt quendam magnum vi
rum gratiam à Deo obtinuisse, vt in colloquiis pijs fratrum, quæ de sa-
cris scripturis habebantur, videret sanctos Angelos astantes, & plurimū
se colloquijs illis oblectantes. *Cum autem addunt, aliud quiduis loquerē*
tur, statim sancti Angeli recedebant longius. Veniebant autem porci
foetidissimi, & voluntabant se inter eos. Dæmones enim in specie peco-
rum delectabantur eorum vaniloquiis. Beatus autem senior hęc videns

commo-

commonebat per monasteria fratres, dicens. Cohibete a multiloquio & ab otiosis sermonibus linguam, per quam malus interitus animę generatur. S. Greg. in dialogis. *Musę puellę paruæ quadam nocte S. Maria virgo apparuit, & coæuas & puellas in albis vestibus ostendit, quibus cum illa admisceri appeteret, & in obsequio B. Virginis viuere, protinus ab ea mandatum accepit, vt nihil vltra leue & puellare ageret, & à risu & iocis se abstineret, sciens per omnia, quod inter easdem virgines, quas viderat, ad eius obsequium die trigesimo ueniret, quod & factum est, quia 30. die B. Virg. cum dictis puellis ad se uenire conspexit, & clausis reuerenter oculus clamauit. Ecce domina venio In qua etiam uoce Spiritum reddidit.* B. Greg. Turonicus in vita S. Nicelii presbyteri, postea Episcopi Lugdunensis, narrat eum nulla verba nisi sancta & pia elocutum, otiosa vel iocosa nunquam contumeliosa verò in alios vel in se coniecta negabat esse audienda, eo quod ex animi perturbatione prolata essent. S. Aug. in libris Confessionum multis verbis commemorat, quemadmodum cum matre Monica prolixum colloquium ad ostiam Tyberinam de pulchritudine cœli & terræ habuerit, sensimque transierit ad sermonem de vita æterna, sic vt Monica tandem diceret. *Fili nulla iam re delector in hac uita.* Mundus enim iste inter verba ei vilescebat cum delectationibus suis. S. Thomæ Aquinati, vt in eius vita scribitur, orandi meditandique exercitium graue non fuit, quod consuesset cum sociis duntaxat de rebus pijs, & ad ædificationem proximi spectantibus loqui. Vincen. Bellouacensis in spec. historiali refert Durannum quendam ex Abbate Episcopum Tholosanum, virum cæteroquin pium & diligentem, idcirco in purgatoriis pœnis aliquandiu detentum, quod sæpius verba risum mouentia incaute vsurpasset, indeque tādem septem fratrum monachorum silentio ad septem dies continuato fuisse ereptum.

Greg. l. 4. c. 17

Apud Suriū.

Aug. l. 9. c. 10.

Sur. in martio.

Vinc. l. 26. c. 5.

VII. REMED. Considera, maxime si religiosus sis, cum omnes homines natura duce libenter & crebro loquantur de rebus suæ professioni consentaneis, secundum illud, *Tractant fabrilia fabri*, nihil esse conuenientius tibi, quam de rebus spiritualibus cum professione tua congruentibus agere, idque eo procliuius quo res spirituales sunt excellentiores, & vberiorem fructum secum ferunt.

Quemadmodum enim, quo quis muscum aliasque res odoriferas manu amplius versat, hoc fragrantiores odores sentit: ita quoque quo quis tractationem rerum spiritualium crebrius in colloquium inducit, hoc animum maiori consolationum suauitate perfundit. Vt autem id libēter facias, opus est vt ad res spirituales, quod professio tua postulat, valde afficiaris. Verissimum enim est illud Platonis dictum, *homines amore ipso fieri facundos ad loquendum de rebus, quas amant*. Vt enim in corporibus mixtis elementum prædominans, trahit ad locum, vel centrum quod appetit, reliqua elementa, ita si amor rerum spiritualium in nobis præ cæteris amoribus prædominaretur, facile mentem & linguam pertra-

esse peccatum mortale. *Peccatum enim* secundum eundem August. *est dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei.* De veniali siquidem lapsu non est quod magnopere angaris, quia propter illum non excides ex gratia vel amicitia diuina; & communis est tibi cum omnibus iustis, & sanctis, de quibus scriptum est. *Septies cadet iustus, & resurget.* Prou 24.16.

IV. REMED. Si passio scrupuli ita obscuret mentem, vt nescias statuere tecum, an consenseris, vel an legem Dei vel Ecclesiæ præuaricatus fueris, ne fide tuo iudicio, sed alieno, vt superioris, Confessarij, vel alterius Patris spiritualis, cuius sententiam in omnibus constanter sequaris. Monet enim Sapiens. *Ne innitaris prudentiæ tuæ*, & S. Tobias. *Consiliū semper à sapiente perquire.* Vnde S. Augustinus in quadam epistola consulit Paulino vt eiusmodi animi dubitationes conferat cum aliquo perito Medico spirituali. Et S. Antoninus ex historia Dominicana refert scrupulosum quondam à fratris Spiritu, qui ei post mortem apparuerat, consilium petijsse de scrupulis, eumque respondisse. *Consule bonos, prudentesque viros, & acquiesce eis.* Ac reipsa declaratum est, hoc eis profuisse. Scribit enim idem, alibique, quendam sacerdotem in cœnobio San. Bernardi ita scrupulis diuexatum fuisse, vt sacrum Missæ facere non auderet, cum vero S. Bernardus ei imperasset, vt sua fide confusus faceret, non solum fecit, sed etiam ab omnibus scrupulis deinceps solutus fuit. Prou 3.5. Tob 4.19. A. ep. 150. Ant. in sū. 1. p. tit. 3. c. 10

Narrat & vetustus author B. Climachus monachum quendam de blasphemia 20. annis tentatum, ieiunijs, & vigilijs se frustra afflixisse, donec cuidam Seniori illam aperuisset, qui ei dixit. *Super collum meum sit hoc peccatum, quotquot annis te oppugnauit, & adhuc oppugnabit, tu verò illud omnino flocci pende.* Quæ tentatio ante discessum euanuit. Cli. grad. 3.

V. REM. Si tu ipse sis superior, vel pater spiritualis hominis scrupulosi, scrupulumque tibi patefecerit. Primo benignè eum mone, vt totam conscientiam suam syncere patefaciat, secundum illud Apostoli. *Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in Spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tēteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.* Quod vero maius onus esse potest scrupulis? 2. examinandæ conscientiæ, peccataque confitendi modum ei præscribe 3. modum orandi congruentem morbo ei trade. 4. dissuade ei lectionem eorum librorū qui scrupulos renouare queant, vt sunt Casistarum, ac similiter conuersationem eorum, qui eum in scrupulis confirment. 5. mone, ne otio vacet, sed semper honesta occupatione distineatur. 6. Si anxius fit de peccatis iam olim accurate confessis semel atque iterum, serio prohibe illi, ne vllam amplius confessionem generalem de tota vita faciat, immo præteritorum omnium peccatorum memoriam excludat, vti fecit apud Cassianum Abbas Pinufius ita cuidam respondens. *Quod dixisti te etiam de industria præteritorum peccatorum memoriam retractare*, hoc Gal. 6. 1. Cas. coll. 20 c. 9.

fieri penitus non oportet, quinimo etiamſi violenter irrepſerit, protinus extrudatur. Et S. Bernardus in ſermone de SS. Petro & Paulo. *Ad Dominum iam conuerſos non nimium cruciet præteritorum conſcientia delictorum, ſed tantum humiliet vos, ſicut & ipſum Paulum.* 7. Aegre aditum illi præbe ad proponendum ſuas dubitationes & ſcrupulos, & ſi importune vrgeat, etiam verbis appoſitis abſterre, ac penitus exclude. 8. nullo modo permitte, vt de ſcrupulis & dubijs ſuis confiteatur, ſed tantum ea quæ manifeſte peccata eſſe cognorit; alioquin nunquam ex animo eius ſcrupuli euellẽtur, 9. dubitationes eius ſemper in meliorem partem & mitiorem interpreteris. id enim fieri poſſe habetur in c. *eſtote, de regulis iuris,* & *l. proximè, ff. de his quæ in teſtam. delen.* 10. hortare, vt omnino contemnat ſuos ſcrupulos; immo ſæpe expedit, vt docet Io. Gersõ, agere contra ſcrupulos. Sicut enim qui lignum diſtortum vult facere rectum, in contrariam partem inflectit, ſic qui diſtortam per ſcrupulos cõſcientiam habet, ſe in contrarium inflectere debet. 11. Si nimium anxius ſit, ac etiam lachrymas profundat, mone ut optimam opinionem habeat de ſumma Dei bonitate, & miſericordia infinita, quæ longiſſime ſuperet peccatorum numerum, & grauitatem. Sapientis enim uox eſt. *Sentite de Domino in bonitate.* Et Dauidis, viri ſecundum cor Dei. *Quam bonus Iſrael Deus his, qui recto ſunt corde.* Et Ieremiæ. *Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum.* Et Ezechielis. *Si impius egerit pœnitentiam ab omnib. peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, &c. omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt non recordabor.* 12. Contẽpletur quoque vultum ſpecioſiſſimum, benigniſſimumque humanitatis Chriſti qualem Apoſtoli conſpiciebant olim cum eos doceret, & ageret cum hominibus, nempe ſerenum, hilarem in ſui amorem rapientem, omnes ſolantem, & in verba illa erumpentem. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam uos.* 13. Hæc omnia ſi nõ iuuerint, & ſcrupuloſus pergat potius ſuo ſenſui & phantaſiæ adhæreſcere, quã ſuo Patri ſpirituali, clare ei dicendum eſt, hoc non proficiſci niſi ex occulta eius ſuperbia, eamque ſuperbiam eſſe grauiorem omnibus culpis per ſcrupulos in memoriam refricatis. nec poſſe illam curari, niſi ſenſum ſuum prorſus abneget, & ſimpliciter, tanquam puer iudicio ſuperioris illum ſubmittat.

Bern. ſer. 3. — 1. Tim. 1. — G. in tracta. de reg. mor. — Sap. 1. 1. — Pſ. 72. 1. — Thren. 3. 25. — Ezech. 18. — Mat. 11. 28.

Vide V. *Amor ſui Deſolatio ſpiritualis. Illuſiones ſpirituales. Indiſcretio. Inobedientia. Iudicium proprium. Puſillanimitas. Timor humanus. Triſtitia.*

CON-

CONSVETVDO PRAVA.

Remedia contra Conſuet. prauam.

I REMED Conſidera, quam grauis, ac prope incurabilis ſit morb. *Conſuetudinis praue*. Sicut enim diuturnos & inueteratos corporis morbos Medici corporales ægre curant, ſecundum illud ſacri prouerbij *Languor prolixior grauat medicum: breuem languorem præcidit medicus*. Sic medici ſpirituales difficulter curare queunt morbum ſpiritualem conſuetudinis prauæ. Quod ſcriptura diuina ob oculos poſuit illa ſententia Salomonis. *Prouerbium eſt. Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea. Difficulter enim eraditur*, vt elegãter ſcribit B. Hieronymus ad Lætam, de inſtitutione filiæ, *quod rudes animi perbiberunt. Recens teſta diu & ſaporem retinet & odorem, quo primum imbuta eſt*. Et mox addit: *Græca narrat hiſtoria, Alexandrum potentiſſimum regem, orbiſque domitorem, & in moribus, & in inceſſu, Leonidis pędagogi ſui non potuiſſe carere vitiis, quibus adhuc paruulus fuit infectus. Procliuis eſt enim malorum æmulatio, & quorum virtutes aſſequi nequeas, cito imitaris vitia*. Deinde illa Ieremiæ, qua inueteratã Iudæorum perſtringit malitiam. *Si mutare poteſt æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas, & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum. Non natura*, inquit in eundem locum idem Hieronymus, *ſed nimia conſuetudine, & amore peccandi firmatum, ſic vt in naturam conuerſum videatur*. Eandem difficultatem in ſanando conſuetudinis prauę morbo omnes S. Patres ſunt confeſſi. S. Baſilius in martyrem Iulittam. *Permoleſtum eſt, & vix toleratu poſsibile, vel ipſis brutis, amoueri à conſuetudine. Equidem ipſe bouem vidi ad præſepe lachrymantem ſibi compaſcuo morte prærepto*. Et in regulis fuſius diſput. quæſt. 6 *Conſuetudo vetuſtate firmata naturę vim ſolet nanciſci*. S. Chryſoſt. in c. 4. epiſt. 2. ad Corinth. *Magna eſt conſuetudinis tyrannis, adeoque magna, vt perinde cogat, ac natura*. D. Auguſt. *Vincere conſuetudinem dura pugna*. Et rurſus. *Timebam Domine Deus ne me cito exaudires: reformidabam quaſi mortem conſuetudinis mutationem*. Quo ergo conſuetudo praua incurabilior morbus eſt, hoc efficaciora ſunt vſurpanda remedia.

Eccli. 10. 11.

Prou. 22. 6.

Hier. epiſt. 7

Ier. 13. 23.

Baſ. hom. 5.

Chry. ho. 7.

Aug. in pſ. 30 & l. 8 confeſ. c. 7.

II. REMED. eſt, recurſus ad auxilium diuinum per ardentem ad Deum orationem. Nam vt monuit B. Hieron. in locum Ieremiæ ante citatum, etiamſi impoſſibile videatur apud homines pellem Aethiopicam, vel inueteratam conſuetudinem mutare, tamen non eſt, (quod & de diuite ſaluando Chriſtus dixit) impoſſibile apud Deum. *Omnia poſſum*, inquit Apoſtolus, *in eo qui me confortat*. Nec non S. Baſilius, qui dixerat conſuetudinem vim naturę nanciſci temporis vetuſtate, diſerte aſ-

Matt. 19. 26.

Phil. 4. 13.

Baſ. q. 6. reg. fu. diſp.

seuerat contractas ex consuetudine peccandi labes assidua oratione pos se abstergi, eo quod nullum tam inueteratum sit crimen, quod Deus pre cibus motus extirpare non queat. Et B. Io. Chrysosto. scribens ad Theodorum lapsum, ea ratione ad spem certam veniæ erigit, quod si Dæmon eum potuerit à summo virtutis fastigio in extremam deturbare malitiam, Deum multo facilius posse eum, non modo in pristinam libertatem, verum etiam in excelsiorem vindicare.

Chr. ep. 5.

Exemplũ huius remedij luculẽtum habemus in Augustino, qui vt nõ semel quæritur difficilimum sibi aditum fuisse ad veram conuersionem ob inueteratã flagitiosæ vitæ consuetudinem, ita pariter fatetur eum sibi orationis cum lachrymis ad Deum fusæ beneficio tandem patefactum. Sic.n. in 8. Confessionum libro loquitur. *Ligatus eram non ferro alieno, sed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & constrinxerat me; quippe ex voluntate peruersa facta est libido. & dũ seruitur libidini, facta est consuetudo, & dũ cõsuetudini nõ resistitur, facta est necessitas.* Ac tãdẽ post multa interiecta cõcludit. *Ego sub quadã fici arbore straui me nescio quõ, & dimisi habenas lachrymis, & proruperunt flumina oculorũ meorũ, acceptabile sacrificiũ tuũ. Et nõ quidẽ his verbis, sed in hac sñia multa dixi tibi. Et tu Dñe vsquequo? Vsquequo irasceris in finẽ? Ne memor fueris iniquitatẽ nostrarũ antiquarũ. Sentiebã.n me ab eis teneri, & iactabã voces miserabiles. Quamdiu, quãdiu, cras & cras? quare non modo? quare non hac hora finis turpitudinis meæ? Dicebã hæc, & flebã amarissima contritione cordis mei. Et ecce audio vocem. Tolle lege, tolle lege, &c.* qua lectione finita, *quasi luce securitatis*, inquit, *infusa cordi meo omnes dubitationis tenebræ diffugerũt.*

Aug. l. 8. c. 5.

Ib. c. 12.

psal. 12

ps. 78.

III. REM. Recursus ad auxilium, vel consilium humanum prudentis patris spiritualis Quod remedium proponit B. Bernardus in sermone de septem Spiritus sancti donis. *Est consuetudo*, inquit, *hæc grauis quædam & perniciosa catena, soluenda vtique facilius, quam rumpenda: vt hic maximè vulgare illud prouerbium videatur vsurpari, industriã violentia potiorem, vt quemadmodum vis vi repellitur, & feruore Spiritus feruor extinguatur desideriorum, vt maligni artem arte deludas, & consuetudini consilium opponas. Alioquin si forte violentiam quæras, & castigationem corporis speres consuetudini præualere, timendum omninò est, ne sit perniciosus labor, & prius ipsa substantia deficiat, quam insolita concupiscentia, præsertim quod altera quadam natura sit ipsa cõsuetudo. Necessarium itaque est consilium, uel ab ipso magni consilij Angelo ministratum, vel ab homine aliquo spirituali, qui cogitationes Sathanæ, spiritualiaque remedia non ignoret. Legimus fratres, in eremo fornicationis Spiritu quempiam impugnatum, laudabili prorsus industria à Patre curatum. Aduocans enim senior fratrem alterum secretò, iussit vt eundẽ lacessiret iniuriis, & prior ipse quasi accepta ab eo iniuria quæreretur. Anxiabatur ille, & confusus uehementer, sic in breui oblitus est pristinæ tenta-*

Habes ĩ vitis pp. c. 207 p. 2. & Hier. ep. 4. ad Ru.

tentationis, vt querenti de ea non sine admiratione plurima responderet: Papè viuere non licet, & fornicari libet? Eodem spectant illa verba S. Aug. in epistola ad Aurelium, dum agit de ebrietate extirpanda, quæ apud multos longa consuetudine inualuerat. *Non asperè, inquit, quātum existimo, non duriter, non modo impetuoso ista tolluntur: magis docendo, quam iubendo: magis monendo, quam minando. Sic enim agendum est cum multitudine peccantium. Seueritas autem exercenda est in peccata paucorum.* Aug. ep. 64.

IV. REM. Considera, in quanta pericula salutem animæ tuæ coniicias, si in peccando non statim obsistas principiis. *Sero enim medicina paratur*, ait Poeta ille, *Dum mala per longas conualuere moras. Fili peccasti?* monet Ecclesiasticus, *non adiicias iterum, sed & de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur.* Ea enim peccati natura est, vt quo crebrius iteratur, hoc magis homini dominetur: sicut clauus quo sæpius malleo verberatur hoc altius infigitur, vt liquet in Petri Apostoli negatione. nam in prima tantum respondit. *Nescio quid dicis.* In secunda *negauit cū iuramento*: in tertia verò *cæpit detestari, & iurare, quia non nouisset hominē.* Ouid. 1. Remed. Eccl. 21. 1 matt. 26. 70

1. Periculum est, ne crebra iteratio eiusdem delicti tandem transeat in consuetudinem: quā fit vt iam difficile sit resipiscere, vnde Augustinus, vt dictum est, consuetudinis mutationem reformidabat velut mortem. Deinde facit, vt grauia crimina etiam videantur leuia, *Peccata quamuis magna & horrenda*, ait idem, *cum in consuetudinem venerint, aut parua, aut nulla esse creduntur, vsque adeò, vt non solum non occultanda, verū etiam iam prædicanda ac diffamanda videantur.* Denique asperam, & difficilem reddit virtutum viam. *Asperā*, inquit B. Paulinus ad Celantiam, *nobis & insuauem virtutum viam nimia facit vitiorum consuetudo.* 3. periculum est, ne consuetudo tandem transeat in necessitatem. *Dū seruitur libidini*, inquit Augustinus, *facta est consuetudo: & dum consuetudini non resistitur facta est necessitas, qua trahitur & tenetur etiam inuitus animus.* Nec mirum, quia teste B. Grego. in moralibus, *quot vicibus prauę frequentationis homo astringitur, tot quasi vinculis ad mētem ligatur.* 4. Periculū est contemptus, auctore S. Bern. quo homo, *totas concupiscentiæ laxat habenas, totoque impetu fertur in præceps, sicut scriptū est Impius, cum venerit in profundum peccatorum contemnit* 5. & vltimo Desperationis malitiæ. Nam *si contemptus perstiterit* pergit idem, *accedere necesse est & malitiam, vt quam possit consolationem desperatus miser admittat; & cui non est pars in bonis, lætetur vel in malis, lætetur cum malefecerit, & exultet in rebus pessimis.* Aug. in Enchirid. c. 80. Hier. ep. 12. Aug. l. 8 confes. c. 5. Greg. l. 4. c. 28. Bern. ser. de donis. prou. 18. 3.

V. REM. Iugis diuinorum decretorum obseruatio, bonorumque operum exercitatio. Iure siquidē exigitur ab eo, qui diu in flagitijs renuente conscientia perstitit, vt diutius etiam in virtutum studio se exerceat. *Sicut fuit sensus vester*, inquit spiritussanctus apud Prophetā Baruch, *vt erraretis à Deo, decies tm̄ iterū conuertētes requiretis eū.* Et apud Apo- Bar. 4. 28.

Rom. 6. 19. stolum. *Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut.n exhibuistis membra uestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem*
Basil. q. 6. & 55 *ita nūc exhibete mēbra vestra seruire iustitiæ in sāctificationē.* Hoc remedium tradit S. Basilius in reg. fus. disput. *Sicut* enim, inquit, *morbi corporis inueterati non nisi longa & acri curatione sanantur: sic peccata inueterata diuturna patientia, assidua oratione, & acerrimi animi contentione curari oportet. Quod repetitis uicibus, ac multo cum labore intinctū est, tincturam excipit pressius inhærentem, & quæ vix elui queat: obiter autem colore aliquo infectum tincturam bibit facile mobilem: sic anima sanie peccatorum suppurata, & in habitu constituta malitię vix ac*
Chr. ho. 10. *multo negotio elui potest.* Eodem spectat consilium B. Ioann. Chrysosto. qui scribens in capitu. quarto. Actor. Apost. suadet, vt consuetudo mala in contrariam consuetudinem bonam transferatur, & sic clauus clauo pellatur.

Ber. serm. de 7. don. spirit. VI. REME. est. Refugere omnes occasiones in vetera peccata quæ longa consuetudine occalluerunt, relabendi. Hoc remedium tradit S.
Eccli. 13. 1. Bernard. loco supra allegato. *Qui enim tangit picem,* inquit sapiens, *in-*
1. Cor. 5. 9. *quinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo induet superbiam. Ne*
1. Cor. 15. 33. *commisceamini,* clamat B. Paul. *fornicariis, & cum huiusmodi nec cibū sumite. An nescitis quod modicum fermentum totam massam corrum-*
Iuuen. sat. 2. *pit?* Et rursum. *Corrumpunt bonos mores colloquia mala.* Si qua ouis mor
Psal. 17. 28. bida à pastore offenditur, eam illico à reliquo grege separat. *Vuaque cōspecta,* ait ille, *liuorem ducit ab vua,* nisi mature seiungantur. Et verbum est spiritus sancti. *Cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris.* Dices, arduam nimis sæpe esse hanc separationem, vt a coniunctissimis sodalibus. At coniunctiores nulli esse possunt parentibus, filijs, cognatis. Et tamen si illi occasionem præbeant tibi perstandi in praua consue
Luc. 14. 26. dine, audiendum erit dictum Christi. *Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum & matrē & vxorē, & filios, & fratres, & sorores, adhuc au*
Mar. 9. 42. *tem & animam suam, non potest meus esse discipulus.* Et alibi. *Si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam. si pes tuus, amputa illum &c. Bonum est tibi debilem, introire in vitam, quam duas manus, vel pedes*
Chry. ho. 6. *habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis.* Quid vero magis homini coniunctū, quam propria membra? *Abraham,* inquit B. Chrysost. de laudibus S. Pauli agens, *offerēs filium suum vnigenitum, & tres pueri Babylonii corpora ignibus, ac martyres omnes infinitis se offerentes cruciatibus, non consuetudinem, sed naturam ipsam uicerunt, immo S. Paulus bona virtutum à uoluntate orta in naturę firmitatem ita conuertit, vt esse quasi virtutis statua, & non poterimus nos cōsuetudinem à voluntate ortam redigere ad uoluntatem?* Initia quidem fugiendarum occasionum sunt difficilia, tamen vel minimus progressus omnia reddit leuiora. *Quandiu quis,* inquit idem Chrysostom. in paræn. ad Theodorum lapsum, *in fornace voluptatum consistit, etiamsi exemplis abundet*

mi-

infinitis, ipsi res esse supra uires apparet: cæterum, si vel leuiter cæperit illinc egredi, identidem procedens unum ignis à tergo relinquit, videtque ante se, & ad pedes propemodum viam roscidam, atque eximię facilitatis. Chr. parte. 1

VII. REM. Considera duplicem historiam Euangelicam, in quibus prauæ consuetudinis superandæ difficultas, & remedia hactenus allata ad viuum adumbrata uidentur. Quod enim quædam facta Christi etiam spiritualiter intelligi debeant, non semel tradit D. Augustin. Christus, inquiens, *ea quę faciebat corporaliter, etiam spiritualiter volebat intelligi, neque enim tantum miracula propter miracula faciebat, sed vt illa quę faciebat mira essent videntibus, vera essent intelligentibus. Quemadmodum qui uidet litteras in codice optime scripto, & non nouit legere laudat quidem antiquarii manum, admirans apicum pulcritudinem, sed quid sibi velint, quid indicent illi apices nescit, & est oculis laudator, mente non cognitor. Alius autem & laudat artificium, & capit intellectū. Ita qui viderunt Christi miracula, & non intellexerunt, quid sibi vellēt mirati sunt tantum quę facta sunt. Alii uero & facta mirati, & intellecta assecuti. Tales nos in schola Christi esse debemus.* Hæc ille. Idem docet B. Gregorius in homiliis Euangelicis. Prior historia est apud B. Ioannem de Lazaro mortuo, quatriduano, iam fœtente, manibus & pedibus ligato, ac existente in monumento, cui lapis erat impositus, ad uitam post amotum lapidem lachrymis, oratione, & clamore Christi reuocato, atque ab Apostolis vinculis soluto. In quam historiam sic scribit Augustinus. *Moles illa imposita sepulchro, ipsa est vis dura consuetudinis, qua premitur anima, nec resurgere, nec respirare permittitur. Dictum est autem, Quatriduanus est. Reuera ad istam consuetudinem quarto quodam progressu peruenit anima. Prima est enim quasi titillatio delectationis in corde; secunda consensio; tertia factum; quarta consuetudo &c. Factum enim in consuetudinem vertitur, & fit quędam desperatio, vt dicatur,* Aug. ser. An. de verb. do. in Io. Greg. ho. 2. Io. 11. 13. Aug. l. cit.

Quatriduanus iam putet. Venit ergo Dominus. Cui vtique facilia erant omnia, & difficultatem quandam ostendit. Ibi infremuit spiritu. ostendit multo clamore obiurgationis opus esse ad eos, qui consuetudine durueruunt. tamen ad uocem clamantis Domini rupta sunt uincula necessitatis, processit de monumento vinctus, & ambulare non poterat. Et dominus ad discipulos. Soluite eum, & sinite abire &c. Hoc officium discipulis dedit, quibus ait. Quæ solueritis in terra, soluta sunt & in cælo.

Posterior historia est apud Marcum de surdo & muto, quem vt Dominus sanaret, primo apprehendit eum de turba seorsum 2. misit digitos in eius auriculas. 3. exspuens tetigit linguam eius. 4. suspiciens in cęlum ingemuit. 5. ait illi. Eppheta, hoc est, adaperire. Quot cerimonias non alia de causa proculdubiò Christus vsurpauit, quam ut nos doceret, primo quam difficile sit peccati consuetudinem vincere. 2. quibus- Mar. 8 mar. 7. 32.

remedijs opus sit ad hunc morbum sanandum, nempe separatione à turba, idest, à praua hominum societate, tum inuocatione diuinæ gratiæ, vt auditum fidei & obedientiæ Deus nobis aperiat. Adhæc contritione de peccatis, confessione & satisfactione, &c.

Vide V. *Immortificatio passionum. Obstinatio. Societas praua.*

CONTEMPTVS.

Remedia contra contemptum.

I REMED. Considera diuinarum litterarum dicta de contemptu diuinarum humanarúve legum, item de contemptu proximi, parentũ, pauperum, &c. Primo enim tradunt, vnde manet contemptus. Salomon

prou. 8 3. siquidem ait. *Impius, cum in profundum venerit peccatorum contemnit,*

Eccl. 9. 3. *sed sequitur eum ignominia & opprobrium.* Et iterum. *Hoc est pessimũ inter omnia, quæ sub sole fiunt, quia eadẽ cunctis eueniunt: vnde & cor da filiorum hominum implentur malitia & contemptu in vita sua, & post hæc ad inferos deducentur.* 2. ex comminatione pœnarum indicat, quam graue sit peccatum, Dei, legumque eius contemptus. Sic enim lo

prou. 1. 25. quitur Deus in prouerbiis Salomonis. *Despexistis omne consilium meũ, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo & subsannabo.* Et. *Abominatio Domini est omnis illusor. Ipse deludet il*

prou. 3. 32. *lusores, & mansuetis dabit gratiam.* Et. *Eiice derisorem, & exibit cum eo iurgium, cessabuntque causæ & contumeliæ.* Et Ecclesiasticus. *Omnis*

prou. 22. 10. *homo qui transgreditur lectum suum, cõtemnens in animam suam, & di*

Eccli. 23. 25. *cens. Quis me videt? tenebræ circundant me, &c. quem vereor? delictorũ meorum non memorabitur altissimus, &c. Hic in plateis ciuitatis vindicabitur, & quasi pullus equinus fugabitur.* Et Isaias. *Væ qui spernis, nõ*

Isa. 33. 1. *ne & ipse sperneris? cum fatigatus desieris contemnere, contemneris.*

1. Reg. 2. 30. Et in 1. libro Regũ Deus. *Quicunque glorificauerit me, glorificabo eũ: qui*

Leui. 26. 15. *autem contemnunt me, erunt ignobiles.* Et in Leuitico. *Si spreueritis leges meas, & iudicia mea contempseritis, &c. ego quoque hęc faciam vobis. Visitabo vos velociter in egestate, & ardore, qui conficiat oculos ve-*

Io. 12. 48. *stros, & consumet animas vestras.* Et Christus apud Ioannẽ. *Qui spernit*

Ro. 2. 4 *me, & non accipit uerba mea, habet qui iudicet eũ.* Et Apostolus ad Romanos. *An diuitias bonitatis eius, & patientię, & longanimitatis contemnis? secundum duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi irã in die iræ.* Deinde indicant diuinæ litteræ, quam grauis sit contemptus superiorum & legum humanarum, vt in Deuteron *Qui superbierit,* inquiunt *nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Do-*

Deut. 17. 12. *mino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille & auferes malum de Israel.* Et in prouerbiis. *Viro, qui corripientem dura ceruice contem-*

nit,

nit, repentinus ei superueniet interitus. Et Christus apud B. Lucam. *Qui vos spernit, me spernit, Qui aūt spernit me, spernit eum, qui misit me* De- prou. 29. 1.
nique, quam malum sit contemnere vel irridere parentes, seniores, Luc. 10. 16.
amicos, pauperes iustos & alios quosuis proximos. Nam Salomon ait.
Filius sapiens lætificat patrem, & stultus homo despicit matrem suam.
Et. *audi patrem tuum, qui genuit te, & ne contemnas cum senuerit mater tua.* Et. *Oculum, qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filii aquilæ.* Et prou. 15. 20. prou. 23. 22. prou. 30. 17.
Ecclesiasticus. *Ne spernas hominem in sua senectute: etenim ex nobis senescunt.* Et. *Ne despicias narrationem presbyterorum sapientium.* Et in prouerbiis. *Qui despicit amicum suum, indigens corde est.* Et. *Qui despicit proximum suum, peccat.* Et *Qui despicit pauperē, exprobrat factori eius.* Et *Qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam.* Et Sapiens. *Tūc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, &c. dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gemētes. Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisū, & in similitudinem improperii, &c. Quid nobis profuit superbia?* &c. *talia dixerunt in inferno hi, qui peccauerunt.* Eccli 8. 7. 9. prou. 11. 12. prou. 14. 21. prou. 17. 5. prou. 28. 27. Sap. 5. 1. 3. 14.

II. REM. Considera sentētias SS. Patrum S. Basilius in regulis fusius disputatis. *Antistitis imperium detrectare, & verbis aduersum iussa illius litigare, magno indicio est eū, qui id faciat multis vitiis laborare, fidei debilitate, spei ambiguitate, arrogantia morum atque superbia. Neq; enim alterius dicto audiens vnquam esse quisquam recusat, nisi prius ipsum sibi consilii auctorem apud seipsum despexerit, neque sibi certa fide persuasit vera esse promissa Dei* S. August. de verbis Domini. *Qui facit quod docet, & qui quicquid imperat complet, maximus in cœlestibus sententia Domini declaratur. At verò qui quod dicit negligit, & qui quod audit contemnit, salutis reus existit, qui obseruanda contempsit, & pericula non vitauit. Amat.n. mortem, qui uitę pręcepta non seruat. Ut.n. per obseruantiam legis vita acquiritur, ita per contemptum mors contumacibus inuenitur, dicente Domino. Si vis vitam inuenire, serua mandatum. Ita enim perfectus doctor liber à discente, quem docuit: & discipulus contemptor inexcusatus erit, qui facienda dicit, & contempsit.* Et in libro de natura & gratia, agens contra Pelagium afferentem omne peccatum esse superbiam. *Hanc, inquit, sententiam sic probare conatur, omne, inquit, peccatum, nisi fallor Dei contemptus est, & omnis Dei contemptus superbia est. Quid enim tam superbum, quam Deum contemnere? omne ergo peccatum & superbia est, etiam scriptura dicente. Initiū omnis peccati superbia est.* Basi. q. 28. Aug. ser. 3. matt. 5. 19. matt. 19. 17. c. 29. Eccl. 10. 15.

Quærat diligenter, & inueniet in lege multum discretū esse à cæteris peccatis peccatū superbię. Multa.n. peccata per superbiā cōmittūtur, sed neque omnia superbe fiunt, quę perperam fiunt: certe à nescientibus, certe ab infirmis, certe plerumque à flentibus & gementibus. Et quidem

super-

superbia, cum magnum sit ipsa peccatum, ita sine aliis per se ipsa est, vt etiam plerunque non in peccatis, sed in ipsis recte factis pede celeriore subperueniat & obreptat. Quod autem de superbia hic dicit, idem de Dei contemptu intelligendum est: non enim qui ex ignorantia aut infirmitate peccant Deum formaliter contemnunt. Et Theologi morales docent, contemptum esse distinctum à superbia & inobedientia peccatum. San. Bernard. in psalmum. *Qui habitat*, postquam exposuit quibus gradibus impius in profundum peccatorum delabatur, vt primus sit dissimulatio propriæ infirmitatis, in quo persuadet sibi homo se aliquid esse cum nihil sit; secundus, ignorantiæ sui, quo non videt sua vulnera; tertius malitię, quo defendit ne quidem esse vulnera, tandem subijcit. *Quartus gradus vel quartum potius pręcipitium Contemptus est, vt quemadmodum scriptura dicit, Impius, cum venerit in profundum malorum, contemnit. Ex hoc & deinceps magis ac magis super eũ vrget puteus os suũ, dũ videlicet eiusmodi animam contemptus tradit impęnitentiæ, impęnitentia obstinatione firmatur. Hoc est iam peccatum, quod neque in hoc seculo, neque in hoc seculo, neque in futuro remittitur, quia cor durum & induratum, nec timet Deum, nec hominem reueretur.* S. Thomas in altera parte summæ Theologicæ disputans quando trangressio regulæ monasticę fiat ex contemptu, respondet in hæc verba. *Dicendum, quot tunc committit aliquis, vel transgreditur regulam ex contemptu, quando voluntas eius renuit subijci ordinationi legis vel regulæ, & ex hoc procedit ad faciendum contra legem vel regulam. Quando autem è conuerso propter aliquam particularem causam, puta concupiscentiam vel iram inducitur ad aliquid faciendum contra statuta legis vel regulę, non peccat ex contemptu, sed ex aliqua alia causa, etiamsi frequenter ex eadem causa vel alia simili peccatum iteret, sicut & Augustinus dicit in libro de natura & gratia, quod non omnia peccata committuntur ex contemptu superbię. Frequentia tamen peccati dispositionem inducit od contemptum secundum illud prouerbiorum, impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.*

Nau. Enchir. c. 23. n. 6.
Azor. l. 4 in stit. mor. c. 7.
Bern. ser. 11.
prou. 18. 3.
Th 22. q 187 a 9 ad 3.
Aug. c. 29
prou. 18. 3.

III. REMEDIVM. Considera, quam grauiter puniti sint, qui contra Deum vel homines deliquerunt per contemptum. Primum sit Agar ancillæ Saræ quæ ob despectam Dominam punita est. Agar ait scriptura, *concepisse se videns despexit Dominam suam. Affligente igitur eam Sarai, fugam iniit. Cumque inuenisset eam angelus Domini dixit ad illam. Vnde venis, & quo vadis? quæ respondit. A facie Sarai dominę meæ ego fugio. Dixitque ei angelus. Reuertere ad Dominam tuam, & humiliare sub manu illius.* In quæ verba Ambrosius agens de patriarcha Abraham. *Quod afflixit eam Sara ad iracundiam affligentis refertur: quod Agar fugit, contumeliam seruili patientia non ferebatur, quæ sibi herilis contubernii vindicabat fastigium: indignata est iniuriam, quę induerat insolentiam. Denique interroganti angelo, quo iret, respondit. A facie*

Gen. 16. 4.
Amb. lib. 1.

facie Sarę dominę meæ ego fugio. Et hoc tumoris immodici, vt prius nomen diceret, postea dominam significaret. Illud ad iniuriam pręmissum, hoc ad expressionem personæ additum. Non placuit angelo ancillę insolentia. Et ideo dixit illi, reuertere ad dominam tuam, vt ostenderet quia tanquam superba fugiebat, ne subiecta esset dominę, vnde addidit. Et humiliare sub manibus eius. II. exemplum est Michol vxoris Dauid, de qua ita loquitur Regum historia *Cum intrasset arca Domini in ciuitatē Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem Dauid subsilientem, atque saltantem coram Domino, & despexit eum in corde suo.* Et paulo post. *Egressa Michol filia Saul in occursum Dauid ait. Quam gloriosus fuit hodie rex Israel, discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi nudetur vnus de scurris.* Deinde pœna huius contemptus subiicitur. *Igitur Michol*, inquit, *filię Saul non est natus filius vsque in diem mortis suæ* III. est Rabsaces, ducis militum regis Assyriorum, qui vt est in eadem Regum historia, primum contemptum locutus est de populo Hierosolymitano. dicens. *Nunquid ad dominum tuum, & ad te misit me Dominus meus, vt loquerer sermones hos, & non potius ad viros, qui sedent super murum, vt comedant stercora sua, & bibant urinam suam vobiscum?* Deinde de Deo Hebræorum. *Hæc dicite*, inquiens, *Ezechię regi Juda. Non te seducat Deus tuus, in quo habes fiduciam, neque dicas. Non tradetur Hierusalem in manus regis Assyriorum.* Ob quem incredibilem contemptum & blasphemiā, *nocte*, ait textus, *venit angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octogintaquinque millia. Et reuersus est Sennacherib in Niniuen; cumque adoraffet in templo Nesroch Deum suum, Adramelech & Sarasar filii eius percusserunt eum gladio.* IV. est Aman apud Assuerum regem inter Principes summi, qui quoniam Mardochæum Iudæū ad fores palatii sedentem inter omnes mortales maxime despexerat, ita vt suadentibus amicis excelsam trabem altitudinis quinquaginta cubitorum, e qua cum suspenderet, fieri iusserit, & propter eum omnes Iudæos per literas anulo regio signatas vbique trucidari mandarit; tandem coactus est cum summa sua ignominia illum ipsum Mardochæum equo vectum, & regijs vestibus amictum per plateas circumducere, & exclamare. *Sic honorabitur, quemcumque rex voluit honorare,* ac demum in ipsā trabem, quām Mardochæo parauerat, iussu regis, adactus est, V. Exemplum est Antiochi, qui contemnens Iudæos eorumque Deum, minatus se Ierosolymam in congeriem sepulchri conuersurum, & Iudæos tantum sepultura indignos, se auibus ac feris diripiendos traditurum, insanabili & inuisibili plagā a Deo percussus est. *Ut enim finiuit*, ait historia. *hunc ipsum sermonem, apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta, licet ille nullo modo a sua malitia cessaret.*

2. Reg. 6. 16.

4. Reg. 18. & 19.

c. 19. 35

Esth. c. 3. 4. 5. 6. & 7.

Esth. c. 6. 9.

2. Mac. 9 5.

Super hoc autem superbia repletus, ignem spirans animo in Iudæos, &

& præcipiens accellerari negotium contigit illum impetu euntem de curru cadere, & graui corporis collisione membra vexari. Isque qui sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare supra humanum modum superbia repletus, & montium altitudines in statera appendere, nunc humi latus ad terram in gestatorio portabatur, manifestam Dei virtutem in semetipso contestans: ita ut de corpore impii vermes scaturirent, ac uiuentes in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius & fœtore exercitus grauaretur. VI. est Pharisæi, præ se publicanum humilem, cæterosque homines aspernantis. Sic enim scribit B Lucas. *Dixit autem Dominus & ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam. Duo homines ascenderunt in templum, vnus Pharisæus, & alter publicanus. Pharisæus stans hæc apud se orabat.* Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri velut etiam hic publicanus. Et publicanus à longe stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare, sed percutiebat pectus suum dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. Quis vero exitus fuit? *Dico vobis, ait Dominus, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo, quia omnis, qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.*

Luc. 18. 9.

IV. REMEDIVM. Considera aliquando peccata, quantumuis leuia, accessione contemptus fieri mortalia, atque ideo consultum, in omni re fugere contemptum. Doctrina est Sanct. Bernardi in tractatu de præcepto & dispensatione, ad eos religiosos conscripto qui dubitabant quando in transgressione monasticæ regulæ peccaretur mortaliter.

Ac primum docet boni religiosi esse, nec leuia contemnere. Nouit, inquiens, *verus, humilisque obediens & minima non contemnere, & maximè curare, quæ maxima sunt, intimo quodam deuoti, sincerique animi sapore discernens, quibus de mandatis ei qui præest suis quodammodo factis respondeat cum propheta. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.* Secundo docet, quæ sint censenda leuia. *Quæ* inquiens, *à præpositis dispensationem admittunt, quia leuiori censura neglecta puniuntur, leuiora dicuntur. Ex his, verbi gratia, dico esse uel risum interdictum, uel indictum silentium. Hæc siquidem, si contra mandatum non ueniunt, nec peccata sunt. Accedente mandato, si quo minus iam obseruantur, in peccatum reputantur, non tamen in crimen. Ita sane, si per subreptionem, aut obliuionem, non autem per contemptum horum transgressio contigerit,* &c. *Vbique enim & culpabilis neglectus, et contemptus damnabilis est.*

Psal. 118. 4.

Differunt autem quod neglectus quidem languor inertiæ est; contemptus uero superbiæ tumor. Et infra. *Sed exemplis, inquit, clarius elucescet quod dicimus Si iubente seniore, vt sileam, uerbum mihi forte per obliuionem elabitur, reum me fateor inobedientiæ, sed uirtualiter. Si ex contemptu sciens & deliberans sponte in uerba perepero, & rupero silentii legẽ,*

præua-

præuaricatorē me constituo, & criminaliter. Si quæras, cur peccet criminaliter, vel mortaliter, qui in re tam leui præceptū ex contemptu delibe rato transgreditur. Respondet, quia Deus *dignatus est sibimet Prælatorum imputare & reuerentiam & contemptum, specialiter contestans eis. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.* Quamobrē, addit, *quicquid vice Dei præcipit homo, quod non sit tamen certū displice re Deo, haud secus omnino accipiēdum est, quā si præcipiat Deus. Quid enim interest, utrum per se, an per suos ministros, siue homines, siue Angelos, hominib. innotescat suū placitū* Deus? Si iterū q̄ras, quis dicatur ex cōteptu sciens & deliberās præuaricari mādatū Prælati. R̄ndet, qui dicit se nolle obedire. *Deniq; ait, in quo in obediētiæ crimē absq; dubio sit, apud Samuelē animaduertite, quasi, inq̄t peccatū ariolādi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Nō ait, nō acquiescere, sed nolle acquiescere, ut nō iussionis simplex illa trāgressio, sed uoluntatis superba cōtēptio scelus idololatriæ reputetur. Nō est. n. idipsū, nolle obedire, et non obedire. Hoc quippe interdum erroris est, nonnunquam & infirmitatis: illud verò aut odiosæ pertinaciæ, aut contumaciæ non ferendæ. Non ergo qualiscunque mandati præteritio criminalē facit inobedientiā, sed repugnare, sed nolle obedire.* Secundo r̄ndet contēptu mandati non peccari criminaliter, vel dānabiliter, nisi contemnatur & mandatum & remediū. *Partienda enim est,* inquit, *obseruatio regularis in præcepta videlicet & remedia. Præceptis instituitur vita contra peccatum, remediis restituitur post peccatum innocentia. Nam illum sane dico securum, qui etiā si interdum obedientiæ limitem præterit, consilium non respuit pœnitentiæ. Pars siquidem regulæ est regularis correctio, & in ea reperitur non solū bonæ vitæ instructio, sed etiam emendatio prauæ.* Et paulo post. *Et licet fortiori egeat curationis medicamento, (contemptus præcepti) caret tamē morbo præuaricationis, nisi cū & ipsum forte medicamentū cōtemnitur.* Luc 10. 16. 1. Reg. 15. 23. Idem doce. Caie. in sū. v. contēptus

V. REM. Considera effectus deterrimos ex contemptu graui prouenientes, tum ex parte contempti, tum ex parte contemnentis. Contempti quidem, quia spoliatur honore suo & bona existimatione apud homines, deinde à consecutione multorum bonorum impeditur, vt bene notauit Cardinalis Caietanus in summula. *Testantur hoc,* inquit, *iræ, rixæ, pugnæ, schismata, bella, & innumera mala, quæ homo committit ex hoc quod despici non suffert. Quia igitur notabilis proximo irrogatur iniuria ex hoc quod despicitur, patet quod contemptus proximi est peccatum mortale, formaliter loquendò, hoc est, ex intentione contemnendi. Nullus enim formaliter contemnit proximum nisi qui spernit proximum, vt spernat proximum.* Ex parte vero contemnentis, 1. quia iacturam omniū bonorū operū suorum ante præstitorum facit, sicut Pharisæus, licet ob illa se laudaret. Vnde B. Bernar. in Cantica sic pharisæum alloquitur. *Cū te cæteris anteponis, deles quæ feceras opera. Si quid præclarius egisti, debebas dicere. Seruus inutilis sum, quod debuerā facere, feci. Audi,* Caie. v. contemptus. Ber. in Cāt. ser. 13. Isa. 48. 11.

quid

quid dicat Deus. *Gloriam meam alteri non dabo. Si ergo solus cuncta fecit, quem socium habebit? cur inflaris contra publicanum, qui ideo non habet quod tu, quia non accepit quod tu?* 2. quia cum contemptus oĩs ferè ex superbiæ tumore, vt loquitur idem S. Bernardus, descendat, aduersarium & hostem sibi facit Deum. *Nulla n. ferè est pagina sanctorũ librorum*, inquit B. Aug. in libris de doctrina Christiana, *in qua non sonet, q̃ Deus superbis resistit, humilibus autem det gratiam.* 3. quia à cõtemptu proximus gradus est, vt supra dictum est ex Bernardo ad impœnitentiam & obstinationem, quæ sunt uitia diabolica. *Humanum enim est errare*, inquit Augustinus de verbis Apostoli, *sed diabolicum est perseuerare.* Vnde colligit B. Gregorius in libris moralium superbiam euidentissimum esse signum reproborum, humilitatem vero electorum. Atque ideo 6. Remedium sit humilitas.

Aug. l. 3. c. 23

Iac. 4. 6

1. Pet. 5. 5.

Aug. ser. 24.

Gre. l. 23. c. 7

Cass. l. 12. ca. 31. & 32.

VI. REMED. est humilitas, & submissio sui in omnibus. *Huius vitii*, nempe superbiæ, inquit Ioan. Cassianus in institutionibus monasticis, *non aliud certius remedium est, quam timor* Dei *atque humilitas, quæ de mansuetudine & cordis humilitate descendit. Quam* addit, *nullatenus poterimus habere* (nempe perfectam) *nisi abrenunciatio vera, quæ in expoliatione omnium facultatum consistit in nobis fuerit Christi amore fundata: deinde obedientiæ iugum & subiectio simplici corde sine vlla simulatione fuerit suscepta; ita vt preter Abbatis mandatum nulla penitus voluntas viuat in nobis.* Ad hanc humilitatem pertinet, vt primo omnem tui amorem exuas & consilium Christi sequ aris dicentis, *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum.* 2. ames tui contemptum, contumelias, opprobria, sicut amauit rex Dauid saliens ante arcam Domini, dicensque ridenti Michol, *Ludam & vilior fiam.* Sicut Apostoli, dũ cæsi irent gaudentes à conspectu Concilii, quod digni habiti essent contumeliam pati. Sicut amauit Christus ipse, de quo propheta. *Dabit percutienti maxillam, saturabitur opprobrus* Vnde B. Bernardus in Cantica. *Verus*, inquit, *humilis, vilis vult reputari, non humilis prædicari: gaudet contemptu sui, hoc solo sanè superbus, quod laudes contemnit.*

Mat. 16. 24.

2. Reg. 6. 21.

Act. 5. 41.

Thre. 3. 30.

Ber. ser. 16.

Vide V. *inobedientia. Superbia, præsumptio.*

CVRIOSITAS.

Remedia aduersus Curiositatem.

Aug. c. 9.

I. REMED. Considera nomine Curiositatis hic intelligi immoderatam cupiditatem cognoscendi ea, quæ scire non expedit. Nam B. Augustinus in libro de Vtilitate credendi tradit hoc distare curiosum à stu

diose

dioso, quod quamuis vterque agatur magna cupiditate noscendi, curiosus tamen cupide ea requirat, quæ nihil ad se attinent, studiosus autem contra, quæ ad se attinent.

Vt autem varia sunt, quorum cognoscendorum cupiditate teneri potes, sic varij quoque possunt esse curiositatis morbi. Præcipui sunt quinque 1. est, cognoscendi ea quæ captum humanæ intelligentiæ fugiunt, vt mysterium SS. Trinitatis, Incarnationis, S. Eucharistiæ, Prædestinationis, &c. 2. penetrandi abdita rerum naturalium. 3. est, habendi visiones, & miracula videndi, vel faciendi. 4. cognoscendi res magicas, eisque affines, vt alchymiam & magiam naturalem. 5. cognoscendi, quæ cum vocatione vel officio pugnant, vt si Episcopus, Sacerdos, religiosus totū se tradat Poesi, Grammaticæ, &cæt. 6. indagandi vitia vel imperfectiones aliorum. Singulis morbis vnum, vel alterum antidotum adhibemus.

II. REM. pro I. Curiositate. Considera, quid diuina scriptura contra eam moneat. *Altiora te*, inquit Sapiens, *ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus.* Et iterum. *Sicut qui mel multum comedit, nō est ei bonum: Sic qui scrutator est maiestatis opprimetur à gloria.* Et rursum, *In rebus superuacuis, noli scrutari multipliciter; nō est enim tibi necessarium ea quæ sunt abscondita videre oculis tuis.* Vnde cū Apostoli congregati curiosè percunctarentur Christum, an tempore suo restituturus esset regnum Israhel? Respondit, *non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.* 2. expende quid tibi agendum sit. si Deus ipse mysterium aliquod per se, vel per S. scripturam patefaciat. Nempe quod fecerunt omnes sancti, vt firmissime illud credas, etsi ab intelligentia humana remotum. *Nisi credideritis*, inquit Dominus apud Isaiam, *non intelligetis. Fides enim* ait B. Gregorius, *non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum.* Subijciam exēpla quatuor. Primum est Patriarchæ Abrahæ, qui cum mente non caperet, quemadmodum pene centenarius ex coniuge sterili Sara parere posset, quod Deus illi promiserat futurum, tamen *contra spem in spem credidit, dans gloriam Deo*, vt loquitur Apostolus, *plenissime sciens, quia quæcunque promisit potens est & facere.* Vnde concludit Chrysostom. non curiosum esse in rebus intelligentiam superantibus, esse glorificare Deum, & contra curiosum esse, esse delinquere. Alterum est, B. Mariæ Virginis, quæ cum audito Angeli nuncio, quod virgo paritura esset Saluatorem, non satis intelligeret, quomodo id fieri posset, atque ille respōderet, non esse impossibile apud Deum omne verbum, mox omni curiositate abiecta cessit, & credidit, dicens. *Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum.* Qua de re & gratulata est illi postea San. Elisabeth, dicens. *Beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea quę dicta sunt tibi à Domino.* Eiusdem generis sunt exempla omnium Euangeliis, à qui-

Eccl. 3. 22.
Prou. 25. 27.
Eccl. 3. 24.
Act. 1. 6.
Isa. 7. iuxta 70
Greg. ho. 26. in Euang.
Roma. 4. 21.
Chr. serm. 8. in c. 4. ad Ro.
Luc. 1. 38.
ver. 45.

Aug.l.21.c.7 quibus Christus exegit, an crederent se posse hoc vel illud miraculum
Ltrp. 3. ad Volus. facere. Vnde Augustinus in libris de ciuitate Dei. *In rebus miris*, inquit, *summa credendi ratio est omnipotentia creatoris*. Et alibi. *Demus Deum aliquid posse, quod nos fateamur inuestigare non posse*. Et ibidem. *Tota ratio facti, est potentia facientis*. Tertium exemplum sit S. Ludouici Francorum regis, qui morti proximus rogatus, num crederet filium Dei esse in sacramento Eucharistię quod Sacerdos attulerat, omni curiositate abiecta respondit, minus se de eo dubitare, quam si oculis videret Christum in ea forma, qua ascendit in cœlos. Quartum est S. Elzearij Comitis Ariani, qui vt est in vita eius apud Surium, ita firmus erat in tota fide Catholica Romana, vt affirmaret, si Franciscus Maronis Theologorum apud Lutetiam Parisiorum tum celeberrimus, & Ioannes Iuliani Confessarius, Cardinalesque omnes cum Pontifice Maximo, aliquid in fidei dogmatibus mutarent, & totus assentiretur orbis, se tamen, quamuis mille mortes perferendæ essent, nunquam mutaturum. Qui certe ab omni curiositate, & cupiditate immoderata peruestigandi diuina mysteria abfuit.

In eius vita

27. Sep.

III. REMED. Est contra secundam Curiositatem, quæ consistit in immoderata cupiditate cognoscendi res naturales, quam prolixè reprehendit primo Io. Chrysostomus in homiliis in epist. ad Ephesios, tum quia multa in rerum natura sunt facta, quorum ratio nulla reddi potest, tum quia rectius ignorantiam rerum quarundam, quam scientiam nobis adscribimus, vt si dicas te nescire, quot cyathos aquæ contineat Oceanus, quod littus arenas. Deinde Augustinus in libro de moribus Ecclesiæ. *Sunt*, inquit, *qui desertis virtutibus, & nescientes, quid sit Deus, & quanta maiestas naturę semper eodem modo manentis magnum aliquid se agere putant, si vniuersam istam corporis molem, quam mundum nuncupamus, curiosissimè, intensissimeque perquirant, vnde etiam tanta superbia gignitur, vt in ipso cælo, de quo disputant, sibi habitare videantur*. Et Bernard. in Cantica. *Sunt*, inquit, *qui scire volunt eo fine tantum vt sciant, & turpis curiositas est. & sunt qui scire volunt, vt sciantur ipsi, & turpis vanitas est. Qui profecto non euadent subsannantem Satyricum & ei qui eiusmodi est decantantem. Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter*.

Chr. ho. 19.

Aug. c. 21.

Ber. ser. 35.

persius sat. 1

Et sunt item, qui scire volunt, vt scientiam suam vendant, verbi causa pro pecunia, pro honoribus, & turpis questus est. Sed sunt quoque qui scire volunt, vt ædificent, & charitas est.

Remedium autem contra hanc curiositatem est, quod ibidem Doctor mellifluus assignauit, exponens verba Apostoli *Qui se existimat aliquid scire, nōdum cognouit quē madmodū oporteat eum scire. Vides*, inquiens, *quomodo fructum & vtilitatem scientiæ in modo scientiæ constituit. Quid ergo dicit modum sciendi? Quid, nisi vt scias quo ordine, quo studio quo fine queque nosse oporteat? Quo ordine? vt id prius, quod maturius ad salutem*.

1. Cor 8.

salutem. Quo studio? vt id ardentius, quod uehementius ad amorem. Quo fine? vt non ad inanem gloriam, aut curiositatem, aut aliquid simile, sed tantum ad ędificationem tuã, vel proximi. Sic & Aug. lib. de vera religio ne. *In consideratione creaturarum non est vana & peritura curiositas exercenda, sed gradus ad immortalia, & semper permanentia faciendus.* Aug. c. 29.

IV. REM. contra tertiam Curiositatem, nempe habendi visiones, & miracula videndi vel faciendi, est. Optare ex parte tua, perfectam tui ab negationem, ac præsertim amoris proprij, etiam circa res spirituales, vt omnis occasio superbiæ resc ndatur. Vnde cum discipuli Christi gaudere se dicerent, quod dæmonia ipsis subiicerentur, statim eos repressit dicens. *Videbam Satanam sicut fulgur de cælo cadentem*: nempe ob superbiam. Et addidit. *In hoc nolite gaudere, quia Spiritus vobis subiiciũtur: gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in cælis.* Ita ratiocinatur Augustinus tract. 2. in epist. Io. Similiter cũ scribę & Pharisæi, atq; et Saducæi dicerent. *Magister volumus à te signũ uidere.* respondit *Generatio mala & adultera signum quęrit, & non dabitur ei.* Et cum iussu Pilati productus esset ad regẽ Herodem, cupientem videre aliquod signum ab eo fieri, nihil illi, multa licet interroganti, respondit. Qđ ideo proculdubio factũ est, quod ex curiositate mera illa signa ab ijs peterentur. Itaq; cõsultũ est, vt simulatq; oborta est aĩo tuo eiusmodi aliqua curiositas, ilico repudies sicut repudiauit Aug. lib. 10. cõfes. *A te, inquit, Domine Deus meus, cui humilẽ famulatũ ac simplicẽ debeo, quantis me tũ suggestionũ machinationib. agit inimicus, vt signũ aliquod petã, sed obsecro te per regẽ nostrum, & patriam Hierusalẽ, simplicem, castam, vt quemadmodum longè est à me ista consensio, ita sit semper longè, atq; lõgius.* Didicerat hoc remedium Augustinus proculdubio ab ipso Christo, de quo trac citato ĩ epis. Ioãnis ita scribit. *A Satana tẽtatus est Christus de miraculo, quãdo ei dixit. Mitte te deorsũ, quia scriptũ est. Angelis suis mandauit de te, vt suscipiant te, ne quando offendas ad lapidẽ pedem tuũ. Ille restitit tentatori. Si n. faceret miraculũ, non videretur, nisi aut cessisse, aut curiositate fecisse. Fecit n. quando voluit tanquã* Deus, *sed tanquã infirmos curans: nã si tũc faceret, quasi tantũ modo miraculũ uelle facere putaretur. Sed ne hoc hoĩes sentirent, attende quid respondit, & quando tibi talis tentatio euenerit, dic illud & tu. Redi post me Satanas. scriptum est n.* Non *tentabis Dominum Deũ tuũ: i. si hoc fecero, tentabo Deũ. Hoc dixit, quod te voluit dicere, quando tibi suggerit inimicus. Qualis homo, qualis Christianus? modo vel vnum miraculum fecisti, aut orationibus tuis mortui surrexerunt? aut febricitantes sanasti? Si verò esses alicuius meriti faceres aliquod miraculum. Responde & dic. Scriptum est, non tẽtabis* Dominum *Deum tuum, non ergo tentabo Deum.* Hæc ille.

Luc. 10. 18.

Matth. 12. & 16

Luc. 23. 8.

Aug. ca. 35.

V. REMED. contra quartam Curiositatem Magicam obuium est. Considera tantum Magos, quicquid faciunt, opera facere dæmonum, quos Aug. vocat *Spiritus nocẽdi cupidissimos, à iustitia penitus alienos*

D *super-*

Augu l.8.de ciuit.c.22. *superbia tumidos, inuidentia liuidos, fallacia callidos.* Paulus vero dicit:
1.Cor.10.20. *Nolo aũt vos socios fieri dęmoniorum.* Et: *Quæ cõuentio Christi ad Be*
2.Cor.6.15. *lial?* Deinde Deus in Magos decreuit pęnã mortis, vt in Exodo. *Ma-*
Exod.22.18. *leficos non patieris viuere.* Et in Deuteronomio. *Caue ne inueniatur in te*
Deut.18.10. *qui hariolos sciscitetur, aut obseruet somnia atque auguria, nec sit male-*
ficus nec incantator, neque qui pythones consulat, nec diuinos, & c Õia.n:
Aug.l.cit.c. *hæc abominatur Dominus, & pp istiusmodi scelera delebit eos in introi*
19. Et l.2 de *tu tuo.* Eadẽ seueritate Magi puniunt & legib. humanis teste Augustino,
doc.chri.c.23 qui & in hãc sñiam oẽs istas curiosas artes aperte dãnauit. *Oẽs, inquiẽs,*
artes hmõi vel nugatorię, vel noxiæ superstitionis, ex quadã pestifera so
cietate hominũ, & dæmonum qua pacta infidelis & dolosa amicitia
constituta penitus sunt repudianda & fugienda Christiano. Quis ergo tã
noxiam curiositatem sectari velit, nisi prorsus perditum se ire affectet?

VI. REMED. pro quinta Curiositate. Constitue apud animum tuũ nulli rei operã dare, quã quæ statui, vel officio congruat, & ad maiorem
1.Cor.7.20. Dei gloriã, proximique salutem tendat, ſm illud Apostoli. *Vnusquisque*
1.Cor.10.31 *in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.* Et. *Siue manducatis, siue*
2.Tim.2.4. *bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriã Dei facite.* Et. *Nemo mili*
Hie.to.3.ep. 146. *tans Deo, implicat se negotiis secularibus.* Vnde B. Hieron. in epistola ad Damasum Papam, agens de filio prodigo, grauiter inuehitur in Sacerdo tes, qui contra vocationem suã neglectis diuinis scripturis vacabant lectioni Poetarũ. *At nunc ẽt, inquit, Sacerdotes Dei omissis Euangeliis, & prophetis videmus comœdias legere, amatoria Bucolicorum versuum verba canere: tenere Virgilium: & id quod in pueris necessitatis est, crimen in se facere voluptatis.* Et paulo ante. *Dæmonum cibus est carmina poetarum, secularis sapientia, rhetoricorum pompa verborum. Hæc sua omnes suauitate delectant, & dum aures versibus dulci modulatione cur*
Id.ep.22. *rentibus capiunt, aĩam quoque penetrant, & pectoris interna deuinciunt. Studiosi eorũ infame veri & virtutum penuria perseuerant.* Verum & Virgines alibi, vt in Epistola ad Eustochium, de custodia Virginitatis ar
2.Cor.6.15. cet a Poetarũ & Rhetorum lectione, his verbis. *Nec tibi diserta multũ velis videri, aut lyrici festiuo carminis metro ludere, & c adeo illis adul teriũ ẽt linbuę placet. Quę.n cõicatio luci ad tenebras? Quis consensus Christo cum Belial? Quid facit cum Psalterio Horatius? cũ Euangeliis Maro? cum Apostolis Cicero? nonne scandalizatur frater, si te viderit in idolio recumbentẽ? Et licet oĩa munda mundis, & nihil reiiciendũ, quod cum gratiarũ actione percipitur, tamen simul bibere non debemus calicem Christi, & calicem dæmoniorum.* Denique expertus est ipse, quã noxia sibi Ciceronis & Poetarũ lectio fuerit in ipsa adhuc adolescentia, cũ iam mundo renunciasset. Sic.n. in eadẽ epistola deinceps scribit. *Referã tibi meę infelicitatis historiã. Cum ante annos plurimos, domo, parentib. sorore, cognatis propter calorum me regna castrassem, & Hierosolymam militaturus pergerem, bibliotheca, quã mihi Romę summo studio ac la-*
bore

bore confecerã, carere non poterã. Itaq; miser ego lecturus Tullium ieiunabam. Post noctium crebras vigilias, post lachrymas, quas mihi præteri torum recordatio peccatorum ex imis visceribus eruebat, Plautus sume batur in manus. Si quando in memet reuersus Prophetas legere cœpissem, sermo horrebat incultus. Subijcit deinde se febri æstuantem, raptum in Spiritu ad tribunal iudicis, & cum rogatus de conditione, Christianum se esse respondisset, præsidem dixisse. *Mentiris. Ciceronianus es, non Christianus. Ubi.n. thesaurus tuus, ibi & cor tuum.* ac mox iussisse vt flagellaretur, donec diceret. *Domine si vnquam habuero codices seculares, si legero, te negaui.* Nec vero, (subiungit) *sopor ille fuerat, aut vana somnia, quibus sæpe deludimur. Testis est tribunal illud, ante quod iacui: testis iudicium triste, quod timui: ita mi nunquam contingat in talem incidere quæstionẽ, liuentes habuisse scapulas, plagas sensisse post somnum, & tãto dehinc studio diuina legisse, quãto nõ ante mortalia legerã.* Hucusq; ille.

VII. REM. aduersus sextam curiositatem cognoscendorum alienorũ vitiorum: est cognitio sui ipsius & propriorum defectuum. Quod tradit S. Bern. in tractatu de gradibus humilitatis. *Audi, inquiens, curiose Salomonem, audi stulte sapientem. Omni custodia, inquit custodi cor tuum, vt omnes videlicet sensus tui vigilent ad id, vnde vita procedit custodiendum. Quo eum à te curiose recedis? cui te interim committis? vt quid audes oculos leuare ad cælum, qui peccasti in cœlum? Terram intuere, vt cognoscas teipsum. Ipsa te tibi repræsentabit, quia terra es & in terram ibis. Sin alias, non prophetæ, non Domini, sed Dinæ, aut Euæ imò ipsius Satanæ imitatorem te dixerim.* Et paulo ante. *Dum enim anima à sui circumspectione torpescit incuria sui, curiosam in alios facit.* Et B. Greg. *Graue,* inquit, *curiositatis est vitium, quæ dũ cuiuslibet mentem ad inuestigandam vitã proximi exterius ducat, semper ei sua intima abscondit, vt aliena sciens se nesciat, & curiosi animus, quanto peritus fuerit alieni meriti, tanto fiat ignarus sui.* Idem remedium tradit S. Basilius, eoque refert illud dictum Mosis, *Attende tibi ipsi.* & aliud Christi. *Quid aũt vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo.* Deinde exemplum Pharisæi, qui apud Lucam sugillauit vitia Publicani. In idem dictum Moysis tractatum integrum edidit B. Ephræm. & orationem, B. Isaias Abbas. Certe Clemens Alexandrinus putat eodem à sapientibus gentilium mutuatum illud γνῶθι σεαυτόν. *Nosce teipsum.* Et in libro tertio pædagogi cap. 1. ait maximam scientiam esse, cognitionem sui. Quod & docuit Aug. initio libri de Trinitate quarti. *Laudabilior, inquit, est animus, cui nota est vel infirmitas sua, quã qui ea non respecta rerum terrestrium cœlestiumque tenet scientiam, vias syderum etiam cogniturus, aut qui iam cognitas tenet, ignorans ipse, qua via ingrediatur ad salutem, ac firmitatem suam.* Vnde in altero libro Soliloquiorum ait breuissime perfectissimeque sic orari Deum. Deus semper idem, nouerim me, nouerim te.

Prouer. 4. 23
Gen. 3. & 34
G. ho. 36. in Euang.
Basi. ho. 3. in dict. Mosis.
Matt. 7. 3.
Luc. 18. 11.
Eph. tom. 1.
Isa. orat. 27.
Clem. lib. 1. strom.
Aug. c. 4
Aug. c. 1.

Vide V. Amor sui. Colloquia otiosa. Gloria vana. Illusiones spirituales. Immortificatio passionũ. Linguæ abusus. Otiũ. Societas praua. Tẽtatio.

D

DESOLATIO SPIRITVALIS.

Remedia aduersus Desolationem.



Greg ho 36 in Euang. PRimum Remedium. Fac, vt consolationes spirituales non contemnas, aut parui facias, eoque magis, quo præstantiores sunt carnalib. *Hoc distare*, inquit B. Greg. *inter delitias corporis & cordis solet, quod corporales delitiæ, cum non habentur, graue in se desiderium accendunt: cum verò auidè eduntur, comedentem protinus in fastidium per satietatem vertunt. At contra spiritales delitiæ, cum non habentur, in fastidio sunt, cum vero habentur, in desiderio, tantoque à comedente amplius esuriuntur, quanto & ab esuriente amplius comeduntur.* Solent quidem nõnulli imperfecti obtendere in illis delitiis non esse positam vitæ spiritualis perfectionẽ, sed audiant illi quod subiicit idem Pater. *Hæ* delitiæ *non habitę amari non possunt, quia earum sapor ignoratur. Quis enim amare valeat, quod ignorat? Proinde psalmista nos admonet dicens. Gustate & uidete, quoniam suauis est Dominus. Ac si aperte dicat, suauitatem eius non cognoscitis, si hanc minimè gustatis, & eo tam internas delitias animus non appetit, quanto se magis ab esu illius dulcedinis elongat.* Etsi in illis consolationibus non sit sita spiritualis perfectio, nulla tamen re Deus suos milites efficacius prouehere solet ad perfectionem, quam hoc spirituali dono, vt probat B. Ioannes Chrys. in 2. epist. ad Corinthios exemplis Iob, Abrahę & Pauli Apostoli. & Propheta regius de se testatur, dicens. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Cordis dilatatio*, inquit Augustin. *est iustitiæ delectatio.* Nec mirum, quia est velut pignus hęreditatis nostræ, & quædam prægustatio gaudiorum cælestium, eorumque propria, quorum cum Apostolo, *conuersatio in cęlis est*. Imo B. Bernardus in Declamatione ad verba. *Ecce relinquimus omnia.* arbitratur gaudium hoc esse centuplum, quod apud Matthæum in hoc tempore a Christo promittitur. Sensere hoc gaudium Apostoli, quibus dictum est. *Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlis.* Sensit B. Augustinus post conuersionem suam, vt ipse confitetur. Sensit S. Bernardus, qui ad fratrũ suorum profectum vera eius præsentis indicia, quæ crebro erat expertus prodere non dubitauit, quæ, si velis, lege.

(Margin notes: ps. 33. 9. — Chr. hom. 1. — ps. 118. 32. — Aug. in psal. 118. Ep 1. 14 — phil. 3. 20. — Matt. 19. 29. — Luc. 10. 18. — Aug. l. 10. cõf. c. 40 — Ber. ser. 57. & 74. in Cãt.)

II. REMED. est oratio in desolatione, tum quia Deus iubet nos in

omni-

omnibus afflictionibus per preces ad suum præsidium confugere, inquiens, *Inuoca me in die tribulationis, & eruam te.* tum quia viri sancti ita fecerunt, vt David aliquoties in ps. 118. *non me derelinquas vsquequaque. Fiat misericordia tua, vt consoletur me. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes quando consolaberis me?* Et alibi. *Redde mihi lætitiam salutaris tui.* Deinde, & gratias egerunt, si voto potiti essent. Secundum *multitudinem dolorum meorum*, inquit idem, *in corde meo consolationes tuæ lætificauerũt animam meam* Et B. Paulus. *Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.* Accita est virium nostrarum imbecillitas, vt periculum sit, si solatij saltem interni præsidium absit, ne corruamus. Qui autem tam perfectum se esse putat, vt existimet diu se huiusmodi desolationem, mæroremque animi posse sustinere, is hoc ipso imperfectum se esse demonstrat. Qui enim *existimat se esse aliquid, cum nihil sit, ipse se seducit*, inquit Apostolus. Qui licet in tertium cælum sublatus, tamen negauit se esse perfectũ. Quem locum tractans B. August. *Quamdiu hic viuis, inquit, ipsa perfectio est humilitas.* Ps. 49. 15. Ps. 50. 14. 2. Cor. 1. 3. Gal. 6. 3. Phil. 3. 12. Aug. in ps. 130.

III. REMED. Est, examen conscientiæ Si enim in mærorem animi vel desolationem incideres, mox expende, an tua culpa id acciderit, vel quia nimium adductus fueris amori rerum terrenarum, vel nimis multis negotijs te implicueris, an secus. Si enim culpa tua factum est, dole, pœnitentiam age, & affectum inordinatum rescinde. Sicut enim Deus filiis Israel non ante impertiuit dulcedinem mannæ, quam omnem farinam Aegyptiacam consumpsissent, sic consolatione diuina dignus nõ eris, nisi omnes consolationes terrenas amputaueris. Vt lux & nebula, sic caro & spiritus inter se consentire non possunt. *Caro enim cõcupiscit* ait B. Paulus, *aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.* Hoc intelligens regius vates. Renuit, inquit, *consolari anima mea*, nempe in rebus terrenis & caducis, & sequitur. *memor fui Dei & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus.* defecit, ob consolationum spiritalium copiam, quæ longè præstabant omnibus consolationibus mundi. Si vero post examen nullam in te culpam deprehendas, ad præsidium diuinum primum, vt dixi, confugias per humilem orationem, ac deinde humiliter & patienter Dei gratiam expectes, sic enim idem vates regius fecit. *Expectans expectaui Dominum* ait *& intendit mihi.* Et *exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecis. & immisit in os meum canticum nouum*, id est, tam lætum effecit, vt inciperem cantillare. Exo. 16. 15. Gal. 5. 17. Ps. 76. Ps. 39.

IV. REMED. Quod si post orationes, diuturnamque expectationem, non redeat pristina consolatio, cogita lucem illam dulcedinemq; internam non fuisse tuam, nec merito tuo partam, sed donum Dei à patre luminum profectum, à quo teste B. Iacobo Apostolo, est *omne do-* Iac. 1. 17

num, & omne datum optimum, atque illum voluisse te frui illo dono cum esset necessarium, nunc autem subtraxisse, quod ita expediret, vel vt probet, num syncere seruias Deo ex amore ipsius, & non ex amore tui tantum, id est, tuarum consolationum, vel quia vult te ad sublimiorẽ perfectionis spiritualis gradum prouehere. Solet enim consolationes illas spirituales, tanquam lac puerile, suppeditare vitæ spiritualis tyronibus & nouitiis, vt paulatim eos abducat ab illecebris mundi & carnis; Vix siquidem ex viscoso amore mundi extrahi possent, nisi alius esset amor excellentior. Cum autem extraxerit, apponit illis cibum solidum, idest, patientiam tribulationum. Vnde Apostolus. *Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis: adhuc enim carnales estis.* Et rursus. *Cum essem paruulus, loquebar ut paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Sed quando factus sum vir, euacuaui quę erant paruuli* Auiculæ, quando sunt paruulæ, educantur in nidis, at quando grandescunt, eijciũtur ex illis & suo labore viuunt. Abraham longe splendidius conuiuiũ instruxit in filii sui Isaac ablactatione, quam in eiusdem natiuitate: cur verò? nisi vt discas nihil gratius Deo esse, quam tandem à consolationũ spiritualium lacte abduci, ad solidum cibum tribulationum. Atque hic Deus imprimis solet sua arcana patefacere, donaque cęlestia impertiri. *Quem docebit* Deus, inquit Isaias propheta, *scientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus*. Quare si contingat te post debitam præparationem adhibitam aliquando in meditationibus spiritualibus, orationibus vocalibus, aliisque piis exercitationibus distractione & ariditate mentis vexari, ne mox desponde animum, sed eas ipsas in peccatorum tuorum pęnam Deo offeras, & gratiores erunt Deo, quam si cum summo solatio, multoque lachrymarum imbre essent perfectæ. Certe non dubitandum est orationem Christi in horto ante passionem peractam hoc Deo Patri fuisse gratiorem, nobisque fructuosiorem, quo amplius omnis solatij expers fuit. Tristis enim erat anima eius vsque ad mortem.

1.Cor.3.2.
1.Cor.13.11.
Gen.21.8.
Isa.28.9.
matt.26.38.
matt. 6

V. REMED. & perfectissimum est, si quotidie in Dominica oratione ex corde syncero dicas. *Fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra*, hoc est, voluntatem tuam conformes cum diuina, in neutram partem inclinando, nec in consolationes, nec desolationes spirituales, quia nescis vtræ tibi sint conducibiliores. sed totum relinquendo iudicio & voluntati diuinæ.

Deus enim non solum scit, quid nobis magis ad salutem expediat, sed nulla alia de causa immittit nobis animi afflictiones, quam qua largitur consolationes, nempe vt maiores in virtute progressus faciamus, vt tradit B. Gregorius. Hoc antidoto munitus erat aduersus omnes casus B. Iob. cum cognitis grauissimis calamitatibus suis respondit.

Domi-

Dominus dedit, Dominus abstulit, Sicut Domino placuit ita factum est. Sit nomen Domini benedictum. Eodem munitus erat & patriarcha Abraham, cum iussus esset vnigenitum filium suum immolare, firmissime credens non posse sibi aliquid à Deo imperari, quod non in maiorem suam, filijque cederet incolumitatem. Idem nobis omnibus exemplo suo imitandum reliquit summus Medicus noster Christus Iesus, qui cum ex impendentis passionis acerbitate, tanto mærore obrueretur, ut sanguinem sudaret, peteretque tertio tam dirum calicem à patre cælesti transferri a se, tamen semper addidit. *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Greg.l.2.mor.c.17. Iob.1.21. Gen.22.2. Matt.26.39.

Remedia pro conseruanda consolatione spirituali.

I. REM. est reuerentia, vt quo pluribus spiritualibus solatiis abundas, hoc maiori humilitate & reuerentia Deo seruias, conuenienter admonitioni propheticæ. *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore* Et Apostolicæ. *Cum metu & tremore uestram salutem operamini.* Sicut enim qui magni pretii liquorem in vitro gestant, timide per vias incedunt, seduloque cauent ne alicubi impingant, sic tibi cauendum est, ne spiritualis gratiæ *thesaurum*, quem teste Paulo, gestamus, *in vasis fictilibus*, per incuriam effundas. Nec arbitrari debes hos duos affectus, amoris & timoris, gaudij & trepidationis esse sibi mutuo contrarios, alterumque ab altero extingui, nam veluti in puteo, quo vna situla magis deprimitur, hoc altera sublimius attollitur, & quo turris fundamenta profundius iaciuntur, hoc fastigium illius altius educitur, sic quo magis per affectum timoris te demittes ad considerandam tuæ vilitatis abyssum, hoc amplius proficies in admiratione incomparabilis Dei bonitatis, quod te tam vilem creaturam in tantis habeat delitijs: crescente autem admiratione, necesse est vt crescat & amor, & spirituale gaudium. Psal.2.11. Phil.2.12. 2.Cor.4.7.

III. REMEDIVM. est Discretio, ne mox atque cæperis delibare consolationum spiritualium delitias, quas ex meditatione, communione, cilicijs, aliisque corporis castigationibus capis, totum te illis cupide ingurgites, sed certos limites, collato cum patre spirituali consilio, tibi circumscribas, ne valetudinem postea offendas, & in uarios morbos, quod multis accidit, impingas.

Qui mel multum comedit, inquit *Salomon, non est ei bonum*. Et. *Hereditas, ad quam festinatur in principio, in fine benedictione carebit.*

Ro.12. 1. Caff. coll. 2. c. 1. Apostolus quoque monet, *vt rationabile sit obsequium nostrum.* Cassianus certe in collationibus suis tradit, monachum, nisi omni intentione discretionis donum fuerit assecutus, velut in cæca nocte oberrare. Immo B. Bernardus asseuerat virtutes etiam nobilissimas in uitia degenerare, Bern. ser 45. in Cant. si ab illis absit auriga virtutum discretio. Et experientia ipsa declarauit in veteribus eremitis durissimam alioquin vitam agentibus, vbi se nimium dedissent istis consolationibus, turpissime fuisse a satana transfigu Caff. coll. 2. c. 5. Dam li. 6. ep. 21. rante se in angelum lucis deceptos, vt probat dictus Cassianus loco citato exemplo Heronis. Subijciam exemplum illustre ex B Petrp Damiano Cardinale in epistola ad Damianum nepotem. *Hildebrandus Romanæ Ecclesię Archidiaconus Regina Adelhaide, & Rainaldo Cumano Episcopo præsentibus, Duos, inquit, sanctos monachos vidi, & non mediocrem apud eos locum familiaritatis obtinui, qui nimirum singuli morabantur in cellulis apud monasterium, quod in loco constructum est, qui dicitur Aquisgrani: quorum videlicet alter, qui maioris videbatur esse simplicitatis, Marinus, alter autem Romanus vocabatur proprio nomine. Sed Marinus, vix vlla dies erat, in qua diabolum, vel per speciem aliquā non aspiceret, vel per somnium non audiret. adeò vt antiquus hostis sibi sæpe conpsalleret, simulque cum eo diuinę laudis officia celebraret. Aliquando vero tenebrarum auctor se transfiguraret in angelum lucis, eique quasi legē dictando mandauit. Caue, inquit, quia angelum Dei & aspicere, & alloqui meruisti, indignum est, vt de cætero cū hominibus loquaris. Protinus ille, tanquā mādatū diuinitus accepisset, à fratrum se funditus collocutione remouit, seque sub rigida silentii censura constrinxit. Cui cū frater Romanus primò, deinde Abbas monasterii, vt sibi loqueretur uehementer insisteret, & ille prędantis labiis (verbū) non mitteret. Abbas fores cellulę violenter irrumpens, dignis indiscretum fratrē uerberib. castigauit, & sic ad reddendum sermonis officiū cōpulit. Cui mox admonendo subiūxit, idcirco, inquit, antiquus aduersarius bonorū semper operū inimicus silentium tibi tentauit imponere, vt & tu fructum fraternæ ædificationis amitteres, & illi, qui à te sublevandi erant, tuæ consolationis auxilium non haberent. Sic itaque frater, quia non malitia, sed ex simplicitate peccauerat, ad mentem quantocyus rediit, & contempta suggestione diaboli, admonitionibus pii Patris humiliter acquieuit.*

III. REMED. est Silentium, vt ne facile consolationes tuas spiritales alijs diuulges, puerorum instar, qui nouis donati vestibus, aut calceis omnibus eos ostēdant. sed nec gemitus, vel lachrymas coram alijs erumpere sinas, dicens cū Propheta Isaia. *Secretum meum mihi, secretum meū mihi.* quod B. Bernardus omnium monachorum cellis inscribi optat. Sic enim primo apud alios ostentationis suspicionem effugies: deinde vanæ gloriæ, quæ velut vmbra corpus, nobilissima quæque opera sequitur, in animo sodus non erit, sed nec in discrimē te conijcies totius huius spiritualis thesauri amittēdi; sicut iam olim coniecit se rex Ezechias; qui qđ

Isa. 24. 16. Ber. ad fratres de monte Dei. Isa. 39. 2.

omnes

omnes suos maiorumque suorum thesauros regis Babyloniorum legatis ostendisset, iudicio diuino eosdem amisit. Exemplum huius antidoti egregium nobis reliquit Christus Dominus, cum alibi, tum imprimis quando in monte Thabor gloriosa sui corporis transfiguratione tanto solatio tres Apostolos perfudit, vt optarent ibi perpetuam figere sedem. Vetuit enim illis, ne visionem hanc ante resurrectionem suam diuulgarent. Reliquerunt & alij sancti miraculis clari. S. Vdalricus Augustanus Episcopus, vt est in vita eius apud Surium, cum ei die Iouis sancto sacrum Missæ facienti, SS. Fortunatus, & Adalbero antecessores vita defuncti diuinitus astitissent, dextraque supra verticem cum eo corpus Domini consecrantis apparuisset, os clericorum qui sacram Eucharistiã tunc ab eo acceperunt, digito compressit, vt visum cælarent. Sacro vero peracto idem mandauit illis sub pœna amittendæ vitæ. S. Dominicus quoque cum mortuum quendam vitæ restituisset, & Cardinalis quidam ei indicasset, ad gloriam Dei expedire, vt populo patefieret, respondit se potius in terras infidelium abscessurum, quam huic consilio assensurum. De S. Francisco ex S. Bonauentura notum est, qui licet in oratione crebris visionibus, raptibus, & solatijs afficeretur à Domino, tamen ad socios regressus tam humiliter & abiecte se gerebat, atque si nullam singularem gratiam percepisset, docebatque suos fratres, vt, si quando visitarentur à Domino, dicerent.

Mat. 17. 9.

Sur. 4. Iul.

sur. 5 Augu.

sur. 4. octob.

Hanc consolationem, quam de cęlo mihi misisti Domine, tuæ committo custodię, quia thesauri tui me sentio esse latronem.

IV. REMED. Humilitas. Vt si contingat te frui multis consolationum spiritualium delitiis, non idcirco te reputes aliis meliorem, vel præ te illos tanquam animales cõtemnas. Sed cogita primò, delitias illas nõ esse virtutes, sed instrumenta tantum ad uirtutem comparandam, sicut calcaria equiti ad cursum, arma militi ad pugnam, codex scholari ad studia; quid enim prodest scholari codex, si eum non inspiciat? Noris ergo tibi consolationes illas contingere, vt magis in amore Dei, & virtute humilitatis, hoc est, vero tui, non aliorum, contemptu proficias. 2. eas potissimum concedi imperfectis, hoc est, tyronibus & nouitiis, vt hoc lacte spirituali ab vberibus mundi ad montem uirtutum superandum sensim abducantur, & ideo non habes causam te reputandi aliis perfectiorem, sed potius contra. 3. cogita, quo maiora dona a Deo acceperis, pluraque talenta, hoc te strictiorem daturum rationem, si illis vsus non fueris. *Cui enim multum datum est*, inquit Christus, *multum quęretur ab eo*. donum autem consolationis non datur, nisi ad sustinendos maiores labores, sicut operario conducto non datur ientaculum, nisi vt postea alacrius in vinea excolenda se exerceat. 4. Sæpe incertum esse, vnde illæ consolationes nobis eueniant.

Luc. 12. 48.

Aliquando enim originem habent à dæmone se in Angelum lucis transfigurante, vt liquet in hæreticis, qui in lectione S. scripturarum

crebro

1.Cor.11.14 crebro magnum percipiunt solatium, quod illis dæmon subministrat, vt in errore confirmentur. Aliquando ex nobilitate materię, de qua meditamur: nam & Aristoteles fatetur magnam capi voluptatem, ex contempla-
Arist.l. 1.de par.ani. c.5. tione orbium cœlestium & substantiarum separatarum. Aliquando ex naturali complexione, quia alii alijs sunt teneriores, & ad lachrymas procliuiores, vt mulieres. Cuiusmodi consolationes, vti nullius sunt meriti, sic nec reddent meliorem.

V. REMED. est. Consideratio finis consolationum. Finis enim est, obseruatio diuinorum mandatorum, & regularum proprij status, & morti-
Ps 118.131. ficatio propriæ voluntatis. In oratione siquidem non aliud à Deo petimus, quam gratiam obsequendi eius voluntati & præceptis. *Os meum aperui*, inquit summus ille Orator, *& attraxi Spiritum, quia mandata tua desiderabam*. Mandata autem Dei nō sunt solum illa quæ communia sunt omnibus hominibus, vt præcepta Decalogi, verum etiam leges
Ro.13. 1. euiusque status, quia omnes status à Deo sunt. Vnde Apostolus in exitu quarundam epistolarum tam prolixè commonefacit fideles, vt conuenienter suo statui viuant, vt vir vxori, seruus Domino, filij parentibus debita prestent obsequia. Hunc finem esse debere orationum nostrarum & deuotionum luculenter ostendit vel vnicus Psalmus 118. in quo cum numerentur septuaginta sex versus supra centum, nullus tamen fere est, qui non faciat mentionem, vel legis, vel mandati, vel præcepti, vel sermonum, vel viarum Dei, vel iustificationum, vel verborum, &c. quæ teste Theodoreto, aliisque idem significant. Si ergo finis orationis est obseruatio diuinorum mandatorum, quid faciunt aliud qui orationi vacant, ad captandam consolationem, quam quod finem relinquant medium, portum propter nauigationem, sanitatem propter medicinam, cuius beneficio sanitatem adipiscuntur? Iam vero ad perfectè obtemperandum voluntati diuinæ eiusque legibus, omnino necessaria est abnegatio, vel mortificatio propriæ voluntatis. *Si quis vult*, ait Christus, *venire post*
Matt.16.24. *me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam*. Quemadmodum enim surculus arbori inseri nequit, nisi ramus præscindatur, cui inserédus est, sic cordi nostro inseri non potest diuina voluntas, nisi ramus nostræ voluntatis prius rescindatur. quod fit cultro mortificationis. Vnde Aposto-
Col.3.5. lus. *Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam*. Membra vocat ipsa vitia, vel animi passiones ad illa commouentes, quæ abscindendæ, & occidendæ sunt.

Vide V. *Distractio. Illusiones spirituales. Impatientia in aduersis. Pusillanimitas. Tepiditas. Tristitia.*

DESPE-

DESPERATIO.

Remedia contra desperationem.

I REMED. Considera Spiritusſancti oracula contra desperantes. Nã apud Ezechielem Prophetam ita loquitur. *Quare moriemini Israel? quia nolo mortem peccatoris, dicit Dominus Deus, reuertimini, & viuite.* Et rursus. *Impietas impii non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua.* Et apud Ieremiam. *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus.* Et Isaiam. *Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, &c. Si fuerint peccata uestra, vt coccinum, quasi nix dealbabuntur.* Deinde apud Ecclesiasticum. *Quam magna misericordia Domini, & propitiatio illius conuertentibus ad se?* Et iterum. *Fœlix, qui non habuit animi sui tristitiam, & non excidit spe sua.* B. Ioannes quoque sic loquitur. *Christus propitiatio est pro peccatis nostris: nec pro nostris tantũ, sed etiam pro totius mundi.* Et. *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.* Eze. 18. 32. et 33. 12. Ier. 3. 1 Isa. 1. 16 Eccl. 17. 28. Eccl. 14. 2. 1 Io. 2. 2. 1. Io. 1. 9.

II. REMED. Considera testimonia SS. Patrum. S. Basilius in reg. breuioribus. *Si peccata & magnitudine & numero possunt definiri, miserationes autem Dei neque magnitudine, neque numero possunt circumscribi, sini dubio non est cur desperatio adhibenda sit, sed agnoscenda misericordia Dei, & commissa peccata detestanda.* Io. Chrysosto. proœmio in Isaiam. *Et si quis innumeris peccatis sit sauciatus, si eorum pœniteat, & bonum agat, ita Deus omnia abolet, vt nullum eorum vestigium appareat.* Et alibi. *Nolo dicas, blasphemus sum: nolo dicas, persecutor sum, immundus sum: Habes omnium ostensiones. vis in nouo, uis in veteri? In veteri David, in nouo Paulus. Nolo excusationes mihi afferas: nolo ignauiam prætendas. Peccasti? pœnitere. Millies peccasti? millies pœnitere. Hac assiduè infundo medicamenta, &c. Si lapsus es, poteris surgere. In vtramuis partem habes liberum arbitrium. Si vulneratus es, adhibe tibi curam dum viuis, dum spiras, etiam in ipso lecto positus, etiam, si dici potest, animam efflans, vt iam de hoc mundo exeas. Non impeditur temporis angustia misericordia Dei. Quid enim est peccatum ad Dei misericordiam? tela araneę, quæ vento flante nusquam comparet.* Hieron ad Lętam *Nunquam sera est conuersio. Latro de cruce transiit ad paradisum. Nabuchodonosor rex Babylonis post efferationem corporis & cordis mẽtem recipit humanam.* Idẽ habet ad Paulum, & Sabinianũ: Aug. de verbis Domini. *De nullo desperandum est, quamdiu patientia Dei ad pœnitentiam adducit: nec de hac vita rapit impium, qui non mortem vult impii, quantum vt reuertatur, & viuat. Paganus est hodie, vnde scis, vtrum sit futurus crastino die Christianus.* Et alibi. *Forte cogitat aliquis* Bas. q. 13. Chr. proœ. 1. In ps. 50. ho. Hiero. ep. 7. 25. & 48. Aug. ser. 11.

tam grauia se admisisse peccata, vt iam Dei misericordiam promereri nō possit, absit hoc à sensibus omnium peccatorum. O homo, quicunque illam
Ser. 58. de tē po. *peccatorum multitudinem attendis, cur & omnipotentiam cęlestis medici non attendis? Cum n. Deus velit misereri, quia bonus est & possit, q a omnipotens est, ipse contra se diuinę bonitatis ianuam claudit, qui Deū*
Lib. 1. c. 19. *sibi misereri, aut non velle, aut non posse credit, eumque aut bonum, aut omnipotentem esse diffidit.* Ac rursum in libris Retractat. *De quocunque pessimo in hac vita constituto vtique non est desperādum, nec pro illo im*
Leo. ep. 91. *prudenter oratur, de quo non desperatur.* Leo Magnus ad Theodorum Foroiuliensem. *Qui in tempore necessitatis, & in periculi vrgentis instā tia presidium pænitentiæ, & mox reconciliationis implorant, nec satisfa ctio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda, quia misericordię Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas pa*
Isa. 30. iuxta 70. ps. 129. *titur venia moras vera conuersio, dicente spiritu Dei per prophetam. Cū conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Et iterum. Quia apud Dominum misericordia est, & copiosa apud eum redemptio.*

III. REMED. est pęnitentia, vt liquet ex aliquot testimoniis tum Scripturæ, tum S. Patrum iam citatis, modo sit vera & ex syncero corde
Aug. ser. 181. de temp. c. 6. professa. *Nunquam Deus*, inquit B. August. *spernit pænitētiam, si ei syncerè & simpliciter offeratur, suscipit, libenter accipit, amplectitur omnia quatenus eum ad priorem statum reuocet.* Et infra. *Donec sumus in hac*
Isid. l. 2. c. 14 *vita, quantacunque nobis acciderint peccata, possibile est omnia ablui per pænitentiam.* B. Isid. de summo bono. *Nullus desperare debet veniam, etiamsi circa finem vitę ad pænitentiam conuertatur. Vnumquemque e-*
Cypr. ser. de cęna dom. *nim Deus de suo fine, non de vita præterita iudicat.* Et ante hos B. Cyprianus. *Sed & in eodem articulo temporis cum iam anima festinat ad exitum, & egrediens a labia expirantis emerserit, pænitentiam clementissimi Dei benignitas non aspernatur, nec serum est quod verum, nec irremissibile quod voluntarium, & quęcunque necessitas cogat ad pænitudinem, nec quantitas criminis, nec breuitas temporis, nec horæ extremitas, nec vitę enormitas, si vera contritio si pura fuerit voluptatum mutatio, excludit à venia, sed in amplitudine sinus sui mater charitas prodigos suscipit reuertentes, & velit nolit Nouatus hæreticus, omni tempore Dei gratia recipit pænitentes.* Item tractatu primo contra Demetrianum, in fine.

IV. REM. Memoria passionis Christi, quod tradit Apostolus in epistola ad Hebræos. *Aspicientes in authorem fidei*, inquit, *& consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contēpta, &c. recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes.*

Recogita & tu, si tibi aliquando ob frequentes lapsus tentatio desperationis obrepat, Primo, quanto amore te, licet maximum peccatorem

Deus

Deus pater cōplexus fuerit;cū B Ioannes de eo scripserit. *Sic Deus dilexit mundum ut filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eū non pereat, sed hēat vitā æternam.* 2. quantum te dilexerit Dei filius, vt ad te a peccatis, & damnatione æterna liberandum de cęlis descenderit, *formā serui,* vt loquitur Apostolus, i. carnem humanam assumpserit factus homo, cum peccatoribus conuersatus sit & manducarit. Vnde cum Pharisæi mirarentur eum etiā cum Publicanis manducasse, respondit. *Non veni vocare iustos, sed peccatores*, 3. recogita, cum verbo vnico gemitu vel guttula una sanguinis potuerit omnia peccata tua, atrocissima licet & innumera expiare, totum sanguinem profuderit, *factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis,* idest, ignominiosissimam, 4. recogita tanta eum charitate exarsisse, vt si vel tu solus peccator extitisses, p te illa passurus fuisset. Hoc sciens summus Christi amator Paulus, Galatas suos ita allocutus est. *In fide viuo filii Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Sic enim illa verba intellexit diuinus ille Chrysostomus. *Quis facis, ò Paule, inquit, quod communia propriè tibi vendicas? quæque pro toto terrarum orbe facta sunt, tibi facis peculiaria? Non enim dixisti, qui dilexit nos, sed qui dilexit me.* Et paulo post. *Nempe declarat par esse, vt quisque nostrum non minus gratias agat Christo, quam si ob ipsum solum aduenisset. Neque enim recusaturus erat, vel ob vnum solū tantam exhibere dispensationem, adeo singulum quemque hominem pari charitatis modo diligit, quam diligit orbem uniuersum.* Huius remedii vim & efficacitatem notabit alicubi melifluus Bernard. *Peccaui, inquiēs peccatum grande, turbatur conscientia, sed non perturbabitur, quoniam vulnerum Domini recordabor: nempe vulneratus est propter iniquitates nostras. Quid tā ad mortem, quod non Christi morte saluetur? Si ergo in mentem venerit tam potens, tamque efficax medicamentum, nulla iā possum morbi malignitate terreri. Et ideo liquet errasse illum, qui ait. Maior est iniquitas mea, quam vt ueniam merear.*

Io.3.16.
phil.2.7
Matt.9.13.
phil.2.8.
Gal.2.20.
Chrys.c.2.ad Gal.
Ber.ser 61 in Cant.
Isa.53.5.
Gen.4.13.

V. REMED. Considera exempla eorum, qui ex grauissimis sceleribus, ob quæ diffidere de misericordia diuina posse videbantur, tandem per pœnitentiam emerserunt, & ad salutem ęternam peruenerunt, vt primus parens Adam, qui lapsu suo totum mundum perdidit. Dauid, Nabuchodonosor, latro in cruce, filius prodigus, publicanus pectus tundens, Matthæus in telonio, Magdalena peccatrix, Petrus Christi abnegator, Paulus Ecclesiæ persecutor, & innumeri alii.

Vnde B. Bern. in solemnitate Petri & Pauli sic suos alloquitur. *Si Petrus post tam grauem lapsum ad tantam rediit eminentiā sanctitatis, quis de cætero desperet, si tamen egredi voluerit a peccato?* Et inf. *Audistis certe, quā misericordiā cōsecuti sint Apostoli nostri, vt iā nemo ex vobis sup peccatis prȩteritis vltra quā necesse sit confundatur, in cubili conscientiæ suę compunctus. Quid enim fortasse peccasti in sęculo? nunquid amplius paulo? quod si & ipsam religione, nunquid plus Petro? Attamen* illi

Ber. serm 3.

illi in toto corde pænitentiã agentes, non modo salutem, sed & sanctitatẽ consecuti sunt: etiã & salutis ministerium & magisteriũ adepti sunt sanctitatis. Et S. Cypr. Martyr in sermone de cœna Domini. *Ipse Dominus noster derelictorum personam gerens in cruce, se quæritur derelictũ, & ne desperarent etiã in vltimis constituti, festinans in adiutoriũ illico adest, & rem in arcto posita non differt beneficium, sed repente indulgentię celeris documentum eiusdem statuit & exemplum, latroni inquiens. Hodie mecum eris in paradiso. Latrocinium damnationem meruerat, & supplicium: sed cor contritum pœnam mutauit in martyrium, & sanguinem in baptismum.*

Cyp.

Luc. 23. 43

VI. REMED. Reuoca in mentem omnia bona ante actæ vitæ opera. Ex illis. n. magna in animo excitari solet fiducia ob aperta diuinæ scripturæ testimonia, exemplaque sanctorum. Nam Tobias sic alloquitur filium. *Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna omnibus facientib. eã.* & B. Paulus ita scribit Timotheo. *Qui bene ministrauerint, bonum gradum sibi acquirent, & multam fiduciã in fide quę est in Christo Iesu.* Et alibi. *Nã & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorẽ & manentem substantiam. Nolite itaque amittere confidentiã vestram, quæ magnam habet remunerationem.* & B. Ioannes. *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus, & quæ sunt placita corã eo facimus.* Quod ad exempla attinet. Primũ est Ezechiæ regis, qui impendente morte (quo tempore tentatio desperationis vigere solet) conuersa facie ad parietem sic orauit ad Dominum. *Obsecro Domine, memẽto quęso, quõ ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim.* Quam orationem magno cum fletu factam cõstat placuisse Deo, quia ilico exaudita est. Similiter B. Paulus vicinus morti non dubitauit bona opera sua commemorare. Nam cum ad Timotheũ scribens dixisset. *Ego iam delibor, & tẽpus resolutionis meæ instat,* mox subiicit. *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitię, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex, non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt aduẽtum eius.* i. vitam cęlesti remuneratione dignam instituunt, vt patres exponunt. Idem fecere plerique alij sanctissimi viri. Nam S. Hieronym. auctor est, S. Paulum eremitam ad finem vitæ S. Antonio dixisse. *Peracto cursu superest mihi corona iustitiæ.* S. Hilarionem verò in articulo mortis clamasse. *Egredere, quid times? egredere anima mea, quid dubitas? septuaginta prope annis seruisti Christo, & mortem times?* In quæ verba exhalauit Spiritum. Sulpitius quoque Seuerus refert D. Martinum in exitu è corpore dæmoni astanti dixisse fiducialiter. *Quid astas cruenta bestia? nihil in me funeste reperies.* Et S. Bonauẽtura scribit extrema verba S. Francisci fuisse. *Me expectant iusti, donec retribuas mihi.*

Tob. 4. 12.

1. Tim. 3. 13.

Heb. 10. 43.

1. Io. 3. 21

Isa. 38. 3.

2. Tim. 4. 6.

Theo. Theo-oecum.

Hier. in vita vtriusque.

Sulp. in vita

Bon. in uita eius.

VII. RE-

VII. REM. est. Et ad aliquem patrem spiritualem, pium & sapiétem virum, cum in alijs tentationibus, tum in hac, quæ omnium periculosissima, persugium habeas. Monet enim spiritus sanctus apud Sapientem. *Ne sis sapiens apud temetipsum.* Et. *Fili sine consilio nihil facies, & post factum non pœnitebit.* Et. *Consiliarius sit tibi vnus de mille.* Et. *Qui sapiens est, audit consilia* Vnde S. Bernard. in epist. 87. *Qui se sibi magistrũ* inquit, *constituit, stulto se discipulum subdit* Et ad fratres de mõte Dei. *Tres, debet monachus habere in cella, Deum, conscientiam, & patrem spiritualem.* Idem alibi scribit S. Malachiam adhuc in seculo degentem diuinitus monitum vt patrem aliquem spiritualem deligeret, cui loco Dei obediret. Pro hoc antidoto exemplum illustre habes apud Eusebium in Ecclesiastica historia de adolescentulo, quem B. Ioannes Apostolus Episcopo cuidam commendarat, postea autem peruersorum sodalium consuetudine seductus in omnium vitiorum gurgitem se eo vsque præcipitarat, vt ex salutis desperatione princeps latronum factus fuerit. Quod vt postea cognouit B. Ioannes, mox eques ætatis oblitus in viam se dedit, iuuenem fugientem insequitur & assequitur, infimis precib. obtestatur vt resipiscat, spem salutis promittit, se animã pro eius anima positurum, & in extremo iudicij die pro eo rationem redditurum, ac veniã omnium criminum à Christo Domino impetraturum, cedit tantæ charitati iuuenis, resipiscit, arma abiicit, spem salutis recuperat, & deserta societate latronum Deo & Ecclesiæ reconciliatur. Idem exemplum imitatus est S. Edmundus Cantuariensis Archiepiscopus, qui, cum aliquando in hominem de salute sua desperantem incidisset, nec rationibus vllis ad exomologesin de peccatis faciendam permouere posset, dixit se animã suã pro eius anima deponere, modo peccata sua confiteatur, qui & confessus est. Et ante eum S. Abraham eremita, qui vt neptem suam a flagitiosa vita, in qua biennium consumpserat, reuocaret, ementio habitu militis, eques ad eam profectus est, inuentam remotis arbitris allocutus est, dicens. *Super me sit peccatũ tuum, quo hactenus amatorib. s̃ e de prostituisti corpus tuũ: ego pro eo satisfaciam; ego in die iudicii pro te filia mea rationẽ reddam. Cumque illa repeteret. Nimis magna est iniquitas mea, non potest mihi esse spes salutis, respondit. Super me sit iniquitas tua, filia mea, ex meis manibus Deus hoc peccatum requirat. tantum veni mecũ.* Ita venit, & pœnitentiã pro peccatis suis reliquo uitæ tempore tantam egit, vt etiam miraculis clara e vita excesserit.

Prou. 3. 7. Eccl. 32. 24. Eccli 6 6. Prou. 12. 15. Ber. in uita eius. Euse. l. 7 c. 17 Ephr. tom. 3 sur. 16. Mart.

VIII. REM. pro eo, qui in desperationem salutis venit, ex persuasione q̃d forte non sit ex præ destinatis. *Fuit,* inquit B. Augustinus in libro de dono perseuerantiæ, *quidam in nostro monasterio, qui corripientibus fratribus, cur quædam non facienda faceret, & facienda non faceret, respondebat: qualiscunque nunc sim, talis ero, qualem me Deus esse præsciuit.* Aug. c. 15.

Qui profecto & verum dicebat, & hoc vero non proficiebat in bonum:

sed

sed usque adeo profecti in malum, vt deserta monasterii societate, fieret canis reuersus ad uomitum, & tamen adhuc, qualis sit futurus, incertum est. Antidotum præsens est, vt quoties talis tentatio occuparit animum tuum ilico eam repudies, dicens. *Vade Satana* Est enim tentatio planè diabolica, cum prædestinatio sit res occultissima, soli Deo nota. Deinde Satanæ, velut offam, hæc tela regia obiice. *In te Domine speraui non confundar in æternum.* Et. *Qui sperat in Domino sanabitur.* Paulus dicit Deū *velle omnes saluos fieri*, & B. Petrus, *nolle aliquem perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti.* Dices, coniecturate duci, vt credas te non esse in numero prædestinatorum, quod in eadem errata, & defectus identidem relabare. Aio, & hanc coniecturam est fallacem. Si millies in lubrico cadas millies, dum vires suppetunt, resurgis: cur non resurgas & a peccato? *Millies peccasti* supra monuit Chrys. *millies pœnitere.* Esto, in extremā vsque vitæ horam delinquas, in extremo momento resurge. *Nunquā sera est*, sæpe dixit seuerus Hieronymus & ante eum Cyprianus *cōuersio.* Si monachus es, non sinas te huius tentationis vi eo abduci vt vocationē deseras, memor dicti Christi. *Qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit.* & S. Bernardi, in epist. ad Carthusienses. *Monachus moriens, aut vix, aut nunquam à cella in infernum descendit; quia vix vnq. ā aliquis, nisi cælo prędestinatus in ea vsque ad mortem perstitit.*

Matth. 4. 10.
psalm. 30. 2.
prou. 28. 25
1. Timot. 4
2. pet. 3. 9.
Chry. l. cit.
Hier. l. cit.
Cyp. de cen.
matt. 10. 22.
Ber. ad frat. de monte Dei.

IX. REMEDIVM est inuocatio B. Virginis Mariæ, quod tradit S. Bernardus homilia 2. super missus est. *Si insurgant*, inquit, *uenti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice stellam, voca Mariā. Si criminum immanitate turbatus, conscientiæ feditate confusus, iudicii horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitiæ, desperationis abysso, cogita Mariam. In periculis, in angustiis, in rebus dubiis Mariā cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde. & vt impetres eius orationis suffragium, non deseras conuersationis exemplum. Ipsam sequens non deuias: ipsam rogans non desperas: ipsam cogitans non erras.* Exempla complura habes in historia Lauretana Horatij Torsellini, & Iusti Lipsii miraculis B. V. Hallensis & Aspricollis.

Vide V. *Amor. sui. Blasphemia. Desolatio spiritualis. Illusiones spirituales. Immortificatio passionum. Impatientia in aduersis. Inuidia. Ira. Obstinatio. Odium. Procrastinatio. Pusillanimitas. Timor humanus. Tristitia. Vindicatio iniuriæ.*

DETRACTIO.

Remedia contra Detractionem.

Exod. 22. 28

I. REME. Considera sententias diuinæ scripturæ, In Exodo Deus dixit *Dis* (superioribus) *non detrahes, & principi populi tui non maledices.*

dicet. Et in Leuitico. *Non eris criminator, nec susurro in populo.* Et Sapiēs. *Susurratori odiū, & inimicitia, & cōtumelia* Et. *Si mordeat serpēs in silētio, nihil minus hēt, q occulte detrahit.* Et. *Hō assuetus ī verbis improperii, oībdieb. vitę suę nō erudietur.* Et. *Abominatio hoīum detractor.* Et. *Cū detractorib. ne cōmisceaaris, qm̄ repente consurget perditio eorū,* Et *Susurro & bilinguis maledictus: multos. n. turbauit pacē habētes.* Et Apostolus. *Detractores, Deo odibiles.* Et. *Si inuicē mordetis & comeditis: videte, ne ab inuicē consumamini.* Deinde B. Iacobus. *Qui detrahit fratri aut iudicat fratrē suum, detrahit legi, & iudicat legem.* i. contēnit legē. Leu. 19. 16. Eccl. 5. 17. Eccl. 10. 11. Eccl. 23. 20. prou. 24. 9. 21 Eccl. 28. 15. Rom. 1. 30. Gal. 5. 15. Iac. 4. 11.

II. REM. Considera sententias S. Patrū. S. Anacletus Papa. Si, inquit, *detractores quorūcunque grauiter iudicantur, & in perditionis laqueum cadunt, multò magis detractores, atq; accusatores famulorū Dei dānātur, & in baratrum, nisi se corrixerint, & per satisfactionē condignā egerint pœnitentiam, indubitanter cadunt, & vindicibus flāmis exuruntur.* Hieronym. ad Nepotianum. *Caue, ne aut linguā, aut aures habeas prurientes, idest; ne aut ipse aliis detrahas, aut alios audias detrahentes. Parce à detractione lingua, custodi sermones tuos, & scito, quia per cuncta, quę de aliis loqueris, tua conscientia iudicaris, & in his ipse deprehenderis, quę in aliis arguebas.* Chrys. ad pop. Antioch. *Fugiamus dilecti, fugiamus detractiones, docti, quod est totū Satanicū baratrū insidiarum eius hac insessio. Vt. n. nostra negligamus, & grauiores nobis reatus constituamus in hanc nos consuetudinē diabolus duxit.* Et post. *Si quis te prætereunte ster cus cōmoueat, hoc facientem conuicio afficis. hoc fac & erga detractores. Non. n. commotum stercus sic fœtore cartilaginem percellit, sicut aliena peccata prodita animos contristare, & perturbare solent.* S. Paulinus ad Celantiam. *Sęper scripturæ memor esto dicentis. Noli diligere detrahere ne eradiceris. Pauci admodū sunt, qui huic vitio renuntient, raroq; inuenies, qui ita vitā suā irreprehensibilē exhibere velint, vt non libenter reprehendant alienā: tantaq; huius mali libido mentes hominū inuasit, ut et qui procul ab aliis vitiis recesserunt, in istud tamen quasi in extremū laqueum incidant. Tu verò hoc malū ita effuge, vt non mō non ipse detrahas, sed ne alii quidem detrahenti aliqn̄ credas.* Possidius de vita B. Aug. *Contra pestilentiā humanę consuetudinis in mensa ita scriptū habebat.* 2. q. 7. c. accusatio. Hier. ep. 2. Chr. hom. 3. In Hier. ep. 14 prou. 20. iuxta 70. Possid. c. 22.

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,
Hanc mensam indignam nouerit esse sibi.

Et ideo omnem conuiuam à superfluis, & noxiis fabulis & detractionib. sese abstinere debere admonebat. Nam & quosdam suos familiarissimos coepiscopos illius scripturæ oblitos, & contra eam loquentes tā aspere aliquando reprehendit cōmotus, vt diceret, aut delendos esse illos de mensa versus, aut de se media refectione ad suum cubiculum surrecturū. Qd & alii, qui illi mensæ interfuimus, experti sumus. S. Bernardus de dedicatione Ecclesiæ. *Proditores fiunt, quicunq; in hoc Domini castrū inimicos eius introducere moliūtur, quales sunt vtiq; detractores Deo odibiles* Ber. serm. 3. Rom. 1. 30.

Vide V. *Amor sui. Colloquia otiosa. Gloria vana. Illusiones spirituales. Immortificatio passionũ. Linguæ abusus.* Otiũ. *Societas praua. Tẽtatio.*

D

DESOLATIO SPIRITVALIS.

Remedia aduersus Desolationem.



PRimum Remedium. Fac, vt consolationes spirituales non contemnas, aut parui facias, eoque magis, quo præstantiores sunt carnalib. *Hoc distare*, inquit B. Greg. *inter delitias corporis & cordis solet, quod corporales delitiæ, cum non habentur, graue in se desiderium accendunt: cum verò auidè eduntur, comedentem protinus in fastidium per satietatem vertunt. At contra spirituales delitiæ, cum non habentur, in fastidio sunt, cum vero habentur, in desiderio, tantoque à comedente amplius esuriuntur, quanto & ab esuriente amplius comeduntur.* Solent quidem nõnuili imperfecti obtendere in illis delitiis non esse positam vitæ spiritualis perfectionẽ, sed audiant illi quod subiicit idem Pater. *Hæ delitiæ non habitę amari non possunt, quia earum sapor ignoratur. Quis enim amare valeat, quod ignorat? Proinde psalmista nos admonet dicens. Gustate & uidete, quoniam suauis est* Dominus. *Ac si aperte dicat, suauitatem eius non cognoscitis, si hanc minimè gustatis, & eo iam internas delitias animus non appetit, quanto se magis ab esu illius dulcedinis elongat.* Etsi in illis consolationibus non sit sita spiritualis perfectio, nulla tamen re Deus suos milites efficacius prouehere solet ad perfectionem, quam hoc spirituali dono, vt probat B. Ioannes Chrys. in 2. epist. ad Corinthios exemplis Iob, Abrahę & Pauli Apostoli. & Propheta regius de se testatur, dicens. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Cordis dilatatio*, inquit Augustin. *est iustitiæ delectatio.* Nec mirum, quia est velut pignus hęreditatis nostræ, & quædam prægustatio gaudiorum cælestium, eorumque propria, quorum cum Apostolo, *conuersatio in cælis est.* Imo B. Bernardus in Declamatione ad verba. *Ecce relinquimus omnia.* arbitratur gaudium hoc esse centuplum, quod apud Matthæum in hoc tempore a Christo promittitur. Sensere hoc gaudium Apostoli, quibus dictum est. *Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlis.* Sensit B. Augustinus post conuersionem suam, vt ipse confitetur. Sensit S. Bernardus, qui ad fratrũ suorum profectum vera eius præsentis indicia, quæ crebro erat expertus prodere non dubitauit, quæ, si velis, lege.

Greg ho 36 in Euang.
ps. 33. 9.
Chr. hom. 1.
ps. 118. 32.
Aug. in psal. 118. Ep 1. 14
phil. 3. 20.
Matt. 19. 29.
Luc. 10. 18.
Aug. l. 10. cõf. c. 40
Ber. ser. 57. & 74. in Cãt.

II. REMED. est oratio in desolatione, tum quia Deus iubet nos in

omnibus afflictionibus per preces ad suum præsidium confugere, inquiens, *Inuoca me in die tribulationis, & eruam te.* tum quia viri sancti ita fecerunt, vt Dauid aliquoties in ps. 118. *non me derelinquas vsquequaque. Fiat misericordia tua, vt consoletur me. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes quando consolaberis me?* Et alibi. *Redde mihi lętitiam salutaris tui.* Deinde, & gratias egerunt, si voto potiti essent. *Secundum multitudinem dolorum meorum*, inquit idem, *in corde meo consolationes tuę lętificauerũt animam meam* Et B. Paulus. *Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.* Acta est virium nostrarum imbecillitas, vt periculum sit, si solatij saltem interni præsidium absit, ne corruamus. Qui autem tam perfectum se esse putat, vt existimet diu se huiusmodi desolationem, mœroremque animi posse sustinere, is hoc ipso imperfectum se esse demonstrat. Qui enim *existimat se esse aliquid, cum nihil sit, ipse se seducit*, inquit Apostolus. Qui licet in tertium cælum sublatus, tamen negauit se esse perfectũ. Quem locum tractans B August. *Quamdiu hic viuis*, inquit, *ipsa perfectio est humilitas.*

Ps. 43. 15. Psa. 50. 14. 2. Cor. 1. 3. Gal. 6. 3. Phil. 3. 12. Aug in psa. 130.

III. REMED. Est, examen conscientiæ Si enim in mœrorem animi vel desolationem incideres, mox expende, an tua culpa id acciderit, vel quia nimium adductus fueris amori rerum terrenarum, vel nimis multis negotijs te implicueris, an secus. Si enim culpa tua factum est, dole, pœnitentiam age, & affectum inordinatum rescinde. Sicut enim Deus filijs Israel non ante compertiuit dulcedinem mannæ, quam omnem farinam Aegyptiacam consumpsissent, sic consolatione diuina dignus nõ eris, nisi omnes consolationes terrenas amputaueris. Vt lux & nebula, sic caro & spiritus inter se consentire non possunt. *Caro enim cõcupiscit* ait B. Paulus, *aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.* Hoc intelligens regius vates. Renuit, inquit, *consolari anima mea*, nempe in rebus terrenis & caducis, & sequitur. *memor fui Dei & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus.* defecit, ob consolationum spiritalium copiam, quæ longè præstabant omnibus consolationibus mundi. Si vero post examen nullam in te culpam deprehendas, ad præsidium diuinum primum, vt dixi, confugias per humilem orationem, ac deinde humiliter & patienter Dei gratiam expectes, sic enim idem vates regius fecit. *Expectans expectaui Dominum* ait *& intendit mihi. Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecis. & immisit in os meum canticum nouum*, id est, tam lætum effecit, vt inciperem cantillare.

Exo. 16. 15. Gal. 5. 17. Ps. 75. 4. Ps. 39. 2.

IV. REMED. Quod si post orationes, diuturnamque expectationem, non redeat pristina consolatio, cogita lucem illam dulcedinemq; internam non fuisse tuam, nec merito tuo partam, sed donum Dei à patre luminum profectum, à quo teste B. Iacobo Apostolo, est *omne do-* Iac. 1. 17

num, & omne datum optimum, atque illum voluisse te frui illo dono cum esset necessarium, nunc autem subtraxisse, quod ita expediret, vel vt probet, num syncere seruias Deo ex amore ipsius, & non ex amore tui tantum, id est, tuarum consolationum, vel quia vult te ad sublimiorē perfectionis spiritualis gradum prouehere. Solet enim consolationes illas spirituales, tanquam lac puerile, suppeditare vitæ spiritualis tyronibus & nouitiis, vt paulatim eos abducat ab illecebris mundi & carnis; Vix siquidem ex viscoso amore mundi extrahi possent, nisi alius esset amor excellentior. Cum autem extraxerit, apponit illis cibum solidum, idest, patientiam tribulationum. Vnde Apostolus. *Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis: adhuc enim carnales estis.* Et rursus. *Cum essem paruulus, loquebar ut paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus, Sed quando factus sum vir, euacuaui quę erant paruuli* Auiculæ, quando sunt paruulæ, educantur in nidis, at quando grandescunt, eijciũtur ex illis & suo labore viuunt. Abraham longe splendidius conuiuiũ instruxit in filii sui Isaac ablactatione, quam in eiusdem natiuitate: cur verò? nisi vt discas nihil gratius Deo esse, quam tandem à consolationũ spiritualium lacte abduci, ad solidum cibum tribulationum. Atque hic Deus imprimis solet sua arcana patefacere, donaque cęlestia impertiri. *Quem docebit* Deus, inquit Isaias propheta, *scientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus*. Quare si contingat te post debitam præparationem adhibitam aliquando in meditationibus spiritualibus, orationibus vocalibus, aliisque piis exercitationibus distractione & ariditate mentis vexari, ne mox desponde animum, sed eas ipsas in peccatorum tuorum pęnam Deo offeras, & gratiores erunt Deo, quam si cum summo solatio, multoque lachrymarum imbre essent perfectæ. Certe non dubitandum est orationem Christi in horto ante passionem peractam hoc Deo Patri fuisse gratiorem, nobisque fructuosiorem, quo amplius omnis solatij expers fuit. Tristis enim erat anima eius vsque ad mortem.

1. Cor. 3. 2.
1. Cor. 13. 11.
Gen. 21. 8.
Isa. 28. 9.
matt. 26. 38.
matt. 6

V. REMED. & perfectissimum est, si quotidie in Dominica oratione ex corde syncero dicas. *Fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra*, hoc est, voluntatem tuam conformes cum diuina, in neutram partem inclinando, nec in consolationes, nec desolationes spirituales, quia nescis vtræ tibi sint conducibiliores. sed totum relinquendo iudicio & voluntati diuinæ.

Deus enim non solum scit, quid nobis magis ad salutem expediat, sed nulla alia de causa immittit nobis animi afflictiones, quam qua largitur consolationes, nempe vt maiores in virtute progressus faciamus, vt tradit B. Gregorius. Hoc antidoto munitus erat aduersus omnes casus B. Iob. cum cognitis grauissimis calamitatibus suis respondit.

Domi-

Dominus dedit, Dominus abstulit, Sicut Domino placuit ita factum est. Sit nomen Domini benedictum. Eodem munitus erat & patriarcha Abraham, cum iussus esset vnigenitum filium suum immolare, firmissime credens non posse sibi aliquid à Deo imperari, quod non in maiorem suam, filijque cederet incolumitatem. Idem nobis omnibus exemplo suo imitandum reliquit summus Medicus noster Christus Iesus, qui cum ex impendentis passionis acerbitate, tanto mœrore obrueretur, ut sanguinem sudaret, peteretque tertio tam dirum calicem à patre cælesti transferri a se, tamen semper addidit. *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Greg.1.mor.c.17. Iob.1.21. Gen.22.2. Matt.26.39.

Remedia pro conseruanda consolatione spirituali.

II. REM. est reuerentia, vt quo pluribus spiritualibus solatiis abundas, hoc maiori humilitate & reuerentia Deo seruias, conuenienter admonitioni propheticæ. *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore* Et Apostolicæ. *Cum metu & tremore vestram salutem operamini.* Sicut enim qui magni pretii liquorem in vitro gestant, timide per vias incedunt, seduloque cauent ne alicubi impingant, sic tibi cauendum est, ne spiritualis gratiæ *thesaurum*, quem teste Paulo, gestamus, *in vasis fictilibus*, per incuriam effundas. Nec arbitrari debes hos duos affectus, amoris & timoris, gaudij & trepidationis esse sibi mutuo contrarios, alterumque ab altero extingui, nam veluti in puteo, quo vna situla magis deprimitur, hoc altera sublimius attollitur, & quo turris fundamenta profundius iaciuntur, hoc fastigium illius altius educitur, sic quo magis per affectum timoris te demittes ad considerandam tuæ vilitatis abyssum, hoc amplius proficies in admiratione incomparabilis Dei bonitatis, quod te tam vilem creaturam in tantis habeat delitijs: crescente autem admiratione, necesse est vt crescat & amor, & spirituale gaudium. Ps.2.11. Phil.2.12. 2.Cor.4.7.

III. REMEDIVM. est Discretio, ne mox atque cæperis delibare consolationum spiritualium delitias, quas ex meditatione, communione, cilicijs, alijsque corporis castigationibus capis, totum te illis cupide ingurgites, sed certos limites, collato cum patre spirituali consilio, tibi circumscribas, ne valetudinem postea offendas, & in varios morbos, quod multis accidit, impingas.

Qui mel multum comedit, inquit *Salomon*, *non est ei bonum*. Et. *Hæreditas, ad quam festinatur in principio, in fine benedictione carebit.*

Ro.12.1. Caß. coll.2. c.1. Apostolus quoque monet, *vt rationabile sit obsequium nostrum.* Cassianus certe in collationibus suis tradit, monachum, nisi omni intentione discretionis donum fuerit assecutus, velut in cæca nocte ob errare. Immo B. Bernardus asseuerat virtutes etiam nobilissimas in uitia degenerare, Bern. ser 49. in Cant. si ab illis absit auriga virtutum discretio. Et experientia ipsa declarauit in veteribus eremitis durissimam alioquin vitam agentibus, vbi se nimium dedissent istis consolationibus, turpissime fuisse a satana transfigu Caß. coll.2. c.5. Dam li. 6. ep. 21. rante se in angelum lucis deceptos, vt probat dictus Cassianus loco citato exemplo Heronis. Subijciam exemplum illustre ex B Petro Damiano Cardinale in epistola ad Damianum nepotem. *Hildebrandus Romanæ Ecclesię Archidiaconus Regina Adelhaide, & Rainaldo Cumano Episcopo præsentibus, Duos, inquit, sanctos monachos vidi, & non mediocrem apud eos locum familiaritatis obtinui, qui nimirum singuli morabantur in cellulis apud monasterium, quod in loco constructum est, qui dicitur Aquisgrani: quorum videlicet alter, qui maioris videbatur esse simplicitatis, Marinus, alter autem Romanus vocabatur proprio nomine. Sed Marinus, vix vlla dies erat, in qua diabolum, vel per speciem aliquā non aspiceret, vel per somnium non audiret, adeò vt antiquus hostis sibi sæpe conpsalleret, simulque cum eo diuinę laudis officia celebraret. Aliquando vero tenebrarum auctor se transfiguraret in angelum lucis, eique quasi legē dictando mandauit.* Caue, inquit, quia angelum Dei & aspicere, & alloqui meruisti, indignum est, vt de cætero cū hominibus loquaris. *Protinus ille, tanquā mādatū diuinitus accepisset, à fratrum se fundi tus collocutione remouit, seque sub rigida silentii censura constrinxit. Cui cū frater Romanus primò, deinde Abbas monasterii, vt sibi loqueretur uehementer insisteret, & ille prędantis labiis* (verbū) *non mitteret.* Abbas *fores cellulę violenter irrumpens, dignis indiscretum fratrē uerberib. castigauit, & sic ad reddendum sermonis officiū cōpulit. Cui mox admonendo subiūxit, idcirco, inquit, antiquus aduersarius bonorū semper operū inimicus silentium tibi tentauit imponere, vt & tu fructum fraternæ ædificationis amitteres, & illi, qui à te subleuandi erant, tuæ consolationis auxilium non haberent. Sic itaque frater, quia non malitia, sed ex simplicite peccauerat, ad mentem quantocyus rediit, & contempta suggestione diaboli, admonitionibus pii* Patris *humiliter acquieuit.*

III. REMED. est Silentium, vt ne facile consolationes tuas spiritales alijs diuulges, puerorum instar, qui nouis donati vestibus, aut calceis omnibus eos ostē tant. sed nec gemitus, vel lachrymas coram alijs erum Isa.24.16. Ber. ad fratres de monte Dei. peru finas, dicens cū Propheta Isaia. *Secretum meum mihi, secretum meū mihi.* quod B. Bernardus omnium monachorum cellis inscribi optat. Sic enim primo apud alios ostentationis suspicionem effugies: deinde vanæ gloriæ, quæ velut vmbra corpus, nobilissima quæque opera sequitur, in Isa.39.2. animo lodus non erit, sed nec in discrimē te conijcies totius huius spiritualis thesauri amittēdi, sicut iam olim coniecit se rex Ezechias; qui qđ

omnes

omnes suos maiorumque suorum thesauros regis Babyloniorum legatis ostendisset, iudicio diuino eosdem amisit. Exemplum huius antidoti egregium nobis reliquit Christus Dominus, cum alibi, tum imprimis quando in monte Thabor gloriosa sui corporis transfiguratione tanto solatio tres Apostolos perfudit, vt optarent ibi perpetuam figere sedem. Vetuit enim illis, ne visionem hanc ante resurrectionem suam diuulgarent. Reliquerunt & alij sancti miraculis clari. S. Vdalricus Augustanus Episcopus, vt est in vita eius apud Surium, cum ei die Iouis sancto sacrum Missæ facienti, SS. Fortunatus, & Adalbero antecessores vita defuncti diuinitus adstitissent, dextraque supra verticem cum eo corpus Domini consecrantis apparuisset, os clericorum qui sacram Eucharistiã tunc ab eo acceperunt, digito compressit, vt visum celarent. Sacro vero peracto idem mandauit illis sub pœna amittendæ vitæ. S. Dominicus quoq; cum mortuum quendam vitæ restituisset, & Cardinalis quidam ei indicasset, ad gloriam Dei expedire, vt populo pateferet, respondit se potius in terras infidelium abscessurum, quam huic consilio assensurum. De S. Francisco ex S. Bonauentura notum est, qui licet in oratione crebris visionibus, raptibus, & solatijs afficeretur à Domino, tamen ad socios regressus tam humiliter & abiecte se gerebat, atque si nullam singularem gratiam percepisset, docebatque suos fratres, vt, si quando visitarentur à Domino, dicerent.

Mat. 17. 9.

Sur. 4. Iul.

Sur. 5 Augu.

Sur. 4. octob.

Hanc consolationem, quam de cęlo mihi misisti Domine, tuæ committo custodię, quia thesauri tui me sentio esse latronem.

IV. REMED. Humilitas. Vt si contingat te frui multis consolationum spiritualium delitiis, non idcirco te reputes aliis meliorem, vel præ te illos tanquam animales cõtemnas. Sed cogita primò, delitias illas nõ esse virtutes, sed instrumenta tantum ad uirtutem comparandam, sicut calcaria equiti ad cursum, arma militi ad pugnam, codex scholari ad studia; quid enim prodest scholari codex, si eum non inspiciat? Noris ergo tibi consolationes illas contingere, vt magis in amore Dei, & virtute humilitatis, hoc est, vero tui, non aliorum, contemptu proficias. 2. eas potissimum concedi imperfectis, hoc est, tyronibus & nouitiis, vt hoc lacte spirituali ab vberibus mundi ad montem uirtutum superandum lensim abducantur, & ideo non habes causam te reputandi aliis perfectiorem, sed potius contra. 3. cogita, quo maiora dona a Deo acceperis, pluraque talenta, hoc te strictiorem daturum rationem, si illis vsus non fueris. *Cui enim multum datum est*, inquit Christus, *multum quęretur ab eo*. donum autem consolacionis non datur, nisi ad sustinendos maiores labores, sicut operario conducto non datur ientaculum, nisi vt postea alacrius in vinea excolenda se exerceat. 4. Sæpe incertum esse, vnde illæ consolationes nobis eueniant.

Luc. 12. 48.

Aliquando enim originem habent à dæmone se in Angelum lucis transfigurante, vt liquet in hæreticis, qui in lectione S. scripturarum

crebra

1.Cor.11.14 crebro magnum percipiunt solatium: quod illis dæmon subministrat, vt in errore confirmentur. Aliquando ex nobilitate materię, de qua meditamur: nam & Aristoteles fatetur magnam capi voluptatem, ex contemplatione orbium cœlestium & substantiarum separatarum. Aliquando ex naturali complexione, quia alii alijs sunt teneriores, & ad lachrymas procliuiores, vt mulieres. Cuiusmodi consolationes, vti nullius sunt meriti, sic nec reddent meliorem.

Arist.l.1.de part.ani.c.5.

V. REMED. est. Consideratio finis consolationum. Finis enim est, obseruatio diuinorum mandatorum, & regularum proprij status, & mortificatio propriæ voluntatis. In oratione siquidem non aliud à Deo petimus, quam gratiam obsequendi eius voluntati & præceptis. *Os meum aperui*, inquit summus ille Orator, *& attraxi Spiritum, quia mandata tua desiderabam.* Mandata autem Dei nō sunt solum illa quæ communia sunt omnibus hominibus, vt præcepta Decalogi, verum etiam leges cuiusque status, quia omnes status à Deo sunt. Vnde Apostolus in exitu quarundam epistolarum tam prolixè commonefacit fideles, vt conuenienter suo statui viuant, vt vir vxori, seruus Domino, filij parentibus debita prestent obsequia. Hunc finem esse debere orationum nostrarum & deuotionum luculenter ostendit vel vnicus Psalmus 118. in quo cum numerentur septuaginta sex versus supra centum, nullus tamen fere est, qui non faciat mentionem, vel legis, vel mandati, vel præcepti, vel sermonum, vel viarum Dei, vel iustificationum, vel verborum, &c. quæ teste Theodoreto, aliisque idem significant. Si ergo finis orationis est obseruatio diuinorum mandatorum, quid faciunt aliud qui orationi vacant, ad captandam consolationem, quam quod finem relinquant medium, portum propter nauigationem, sanitatem propter medicinam, cuius beneficio sanitatem adipiscuntur? Iam vero ad perfectè obtemperandum voluntati diuinæ eiusque legibus, omnino necessaria est abnegatio, vel mortificatio propriæ voluntatis. *Si quis vult*, ait Christus, *venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam*. Quemadmodum enim surculus arbori inseri nequit, nisi ramus præscindatur, cui inserēdus est, sic cordi nostro inseri non potest diuina voluntas, nisi ramus nostræ voluntatis prius rescindatur. quod fit cultro mortificationis. Vnde Apostolus. *Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam*. Membra vocat ipsa vitia, vel animi passiones ad illa commouentes, quæ abscindendæ, & occidendæ sunt.

ps 118.131.
Ro.13.1.
Matt.16.24.
Col.3.5.

Vide V. *Distractio. Illusiones spirituales. Impatientia in aduersis. Pusillanimitas. Tepiditas. Tristitia.*

DESPE-

DESPERATIO.

Remedia contra desperationem.

I REMED. Considera Spiritussancti oracula contra desperantes. Nã apud Ezechielem Prophetam ita loquitur. *Quare moriemini Israel? quia nolo mortem peccatoris, dicit* Dominus Deus, *reuertimini, & viuite.* Et rursus. *Impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua.* Et apud Ieremiam. *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus.* Et Isaiam. *Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, &c. Si fuerint peccata uestra, vt coccinum, quasi nix dealbabuntur.* Deinde apud Ecclesiasticum. *Quam magna misericordia Domini, & propitiatio illius conuertentibus ad se?* Et iterum. *Fœlix, qui non habuit animi sui tristitiam, & non excidit spe sua.* B. Ioannes quoque sic loquitur. *Christus propitiatio est pro peccatis nostris: nec pro nostris tantũ, sed etiam pro totius mundi.* Et. *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.* Eze. 18. 32. et 33. 12. Ier. 3. 1 Isa. 1. 16 Eccl. 17. 28. Eccl. 14. 2. 1 Io. 2. 2. 1. Io. 1. 9.

II. REMED. Considera testimonia SS. Patrum. S. Basilius in reg. breuioribus. *Si peccata & magnitudine & numero possunt definiri. miserationes autem Dei neque magnitudine, neque numero possunt circumscribi, sine dubio non est cur desperatio adhibenda sit, sed agnoscenda misericordia* Dei, *& commissa peccata detestanda.* Io. Chrysosto. procemio in Isaiam. *Et si quis innumeris peccatis sit sauciatus, si eorum pæniteat, & bonum agat, ita Deus omnia abolet, vt nullum eorum vestigium appareat.* Et alibi. *Nolo dicas, blasphemus sum: nolo dicas, persecutor sum, immundus sum: Habes omnium ostensiones. vis in nouo, uis in veteri? In veteri* Dauid, *in nouo* Paulus. *Nolo excusationes mihi afferas: nolo ignauiam prætendas. Peccasti? pænitere. Millies peccasti? millies pęnitere. Hæc assiduè infundo medicamenta, &c. Si lapsus es, poteris surgere. In vtramuis partem habes liberum arbitrium. Si vulneratus es, adhibe tibi curam dum viuis, dum spiras, etiam in ipso lecto positus, etiam, si dici potest, animam efflans, vt iam de hoc mundo exeas. Non impeditur tempo ris angustia misericordia Dei. Quid enim est peccatum ad Dei misericordiam? tela araneę, quæ vento flante nusquam comparet.* Hieron ad Lętam *Nunquam sera est conuersio. Latro de cruce transiit ad paradisum. Nabuchodonosor rex Babylonis post efferationem corporis & cordis mẽtem recipit humanam.* Idẽ habet ad Paulum, & Sabinianũ; Aug. de verbis Domini. *De nullo desperandum est, quamdiu patientia Dei ad pœnitentiam adducit: nec de hac vita rapit impium, qui non mortem vult impii, quantum vt reuertatur, & viuat. Paganus est hodie, vnde scis, vtrum sit futurus crastino die Christianus.* Et alibi. *Forte cogitat aliquis* Bas. q. 13. Chr. proœ. i. In ps. 50. ho. Hiero. ep. 7. 25. & 48. Aug. ser. 13.

tam

tam grauia se admisisse peccata, vt iam Dei misericordiam promereri nō possit, absit hoc à sensibus omnium peccatorum. O homo, quicunque illam
Ser. 58. de tēpo. *peccatorum multitudinem attendis, cur & omnipotentiam cœlestis medici non attendis? Cum n. Deus velit misereri, quia bonus est & possit, quia omnipotens est, ipse contra se diuinæ bonitatis ianuam claudit, qui Deū*
Lib. 1. c. 19. *sibi misereri, aut non velle, aut non posse credit, cumque aut bonum, aut omnipotentem esse diffidit.* Ac rursum in libris Retractat. *De quocunque pessimo in hac vita constituto vtique non est desperādum, nec pro illo im*
Leo. ep. 91. *prudenter oratur, de quo non desperatur.* Leo Magnus ad Theodorum Foroiuliensem. *Qui in tempore necessitatis, & in periculi vrgentis instātia præsidium pænitentiæ, & mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda, quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas pa*
Isa. 30. iuxta *titur veniæ moras vera conuersio, dicente spiritu Dei per prophetam. Cū*
70. ps. 129. *conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Et iterum. Quia apud Dominum misericordia est, & copiosa apud eum redemptio.*

III. REMED. est pœnitentia, vt liquet ex aliquot testimoniis tum Scripturæ, tum S. Patrum iam citatis, modo sit vera & ex syncero corde
Aug. ser. 181. professa. *Nunquam Deus,* inquit B. August. *spernit pænitētiam, si ei syn*
de temp. c. 6. *cerè & simpliciter offeratur, suscipit, libenter accipit, amplectitur omnia quatenus eum ad priorem statum reuocet.* Et infra. *Donec sumus in hac*
Isid. l. 2. c. 14. *vita, quantacunque nobis acciderint peccata, possibile est omnia ablui per pænitentiam.* B. Isid. de summo bono. *Nullus desperare debet veniam, etiamsi circa finem vitæ ad pænitentiam conuertatur. Vnumquemque e-*
Cypr. ser. de cœna dom. *nim Deus de suo fine, non de vita præterita iudicat.* Et ante hos B. Cyprianus. *Sed & in eodem articulo temporis cum iam anima festinat ad exitum, & egrediens a labia expirantis emerserit, pænitentiam clementissimi Dei benignitas non aspernatur, nec serum est quod verum, nec irremissibile quod voluntarium, & quæcunque necessitas cogat ad pænitudinem, nec quantitas criminis, nec breuitas temporis, nec hora extremitas, nec vitæ enormitas, si vera contritio si pura fuerit voluptatum mutatio, excludit à venia, sed in amplitudine sinus sui mater charitas prodigos suscipit reuertentes, & velit nolit Nouatus hæreticus, omni tempore Dei gratia recipit pænitentes.* Item tractatu primo contra Demetrianum, in fine.

IV. REM. Memoria passionis Christi, quod tradit Apostolus in epistola ad Hebræos. *Aspicientes in authorem fidei,* inquit, *& consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contēpta, &c. recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes.*

Recogita & tu, si tibi aliquando ob frequentes lapsus tentatio desperationis obrepat, Primo, quanto amore te, licet maximum peccatorem

Deus

Deus pater cōplexus fuerit; cū B Ioannes de eo scripserit. *Sic Deus dilexit mundum ut filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eū non pereat, sed hēat vitā æternam.* 2. quantum te dilexerit Dei filius, vt ad te a peccatis, & damnatione æterna liberandum de cęlis descenderit, *formā serui*, vt loquitur Apostolus, i. carnem humanam assumpserit factus homo, cum peccatoribus cōnuersatus sit & manducarit. Vnde cum Pharisæi mirarentur eum etiā cum Publicanis manducasse, respondit. *Non veni vocare iustos, sed peccatores*, 3. recogita, cum verbo vnico gemitu vel guttula una sanguinis potuerit omnia peccata tua, atrocissima licet & innumera expiare, totum sanguinem profuderit, *factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis*, idest, ignominiosissimam, 5. recogita tanta eum charitate exarsisse, vt si vel tu solus peccator extitisses, p te illa passurus fuisset. Hoc sciens summus Christi amator Paulus, Galatas suos ita allocutus est. *In fide viuo filii Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Sic enim illa verba intellexit diuinus ille Chrysostomus. *Quis facis, ò Paule, inquit, quod communia propriè tibi vendicas? quæque pro toto terrarum orbe facta sunt, tibi facis peculiaria? Non enim dixisti, qui dilexit nos, sed qui dilexit me.* Et paulo post. *Nempe declarat par esse, vt quisque nostrum non minus gratias agat Christo, quam si ob ipsum solum aduenisset. Neque enim recusaturus erat, vel ob vnum solā tantam exhibere dispensationem, adeo singulum quemque hominem pari charitatis modo diligit, quam diligit orbem vniuersum.* Huius remedii vim & efficacitatem notabit alicubi mellifluus Bernard. *Peccaui, inquiēs peccatum grande, turbatur conscientia, sed non perturbabitur, quoniam vulnerum Domini recordabor: nempe vulneratus est propter iniquitates nostras. Quid tā ad mortem, quod non Christi morte saluetur? Si ergo in mentem venerit tam potens, tamque efficax medicamentum, nulla iā possum morbi malignitate terreri. Et ideo liquet errasse illum, qui ait. Maior est iniquitas mea, quam vt ueniam merear.*

Io. 3. 16.
phil. 2. 7
Matt. 9. 13.
phil. 2. 8.
Gal. 2. 20.
Chrys. c. 2. ad Gal.
Ber. ser. 61. i Cant.
Isa. 53. 5.
Gen. 4. 15.

V. REMED. Considera exempla eorum, qui ex grauissimis sceleribus, ob quæ diffidere de misericordia diuina posse videbantur, tandem per pœnitentiam emerserunt, & ad salutem ęternam peruenerunt, vt primus parens Adam, qui lapsu suo totum mundum perdidit. Dauid, Nabuchodonosor, latro in cruce, filius prodigus, publicanus pectus tundens, Matthæus in telonio, Magdalena peccatrix, Petrus Christi abnegator, Paulus Ecclesiæ persecutor, & innumeri alii.

Vnde B. Bern. in solemnitate Petri & Pauli sic suos alloquitur. *Si Petrus post tam grauem lapsum ad tantam rediit eminentiā sanctitatis, quis de cætero desperet, si tamen egredi voluerit a peccato?* Et inf. *Audistis certe, quā misericordiā cōsecuti sint Apostoli nostri, vt iā nemo ex nobis sup peccatis pręteritis vltra quā necesse sit confundatur, in cubili conscientiæ suę compunctus. Quid enim fortasse peccasti in sęculo? numquid amplius paulo? quod si & ipsam religione, numquid plus Petro? Attamen* Ber. serm. 3.

illi

illi in toto corde pænitentiã agentes, non modo salutem, sed & sanctitatẽ consecuti sunt: etiã & salutis ministerium & magisteriũ adepti sunt sanctitatis. Et S. Cypr. Martyr in sermone de cœna Domini. *Ipse Dominus noster derelictorum personam gerens in cruce, se quæritur derelictũ, & ne desperarent etiã in vltimis constituti, festinans in adiutoriũ illico adest, & re in arcto posita non differt beneficium, sed repente indulgentiæ celeris documentum eiusdem statuit & exemplum, latroni inquiens. Hodie mecum eris in paradiso. Latrocinium damnationem meruerat, & supplicium: sed cor contritum pœnam mutauit in martyrium, & sanguinem in baptismum.*

Cypr.

Luc. 23. 43

VI. REMED. Reuoca in mentem omnia bona ante actæ vitæ opera. Ex illis. n. magna in animo excitari solet fiducia ob aperta diuinæ scripturæ testimonia, exemplaque sanctorum. Nam Tobias sic alloquitur filium. *Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna omnibus facientib. eã.* & B. Paulus ita scribit Timotheo. *Qui bene ministrauerint, bonum gradum sibi acquirent, & multam fiduciã in fide quæ est in Christo Iesu.* Et alibi. *Nã & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorẽ & manentem substantiam. Nolite itaque amittere confidentiã vestram, quæ magnam habet remunerationem.* & B. Ioannes. *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus, & quæ sunt placita corã eo facimus.* Quod ad exempla attinet. Primũ est Ezechiæ regis, qui impendente morte (quo tempore tentatio desperationis vigere solet) conuersa facie ad parietem sic orauit ad Dominum. *Obsecro Domine, mementø quæso, quõ ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim.* Quam orationem magno cum fletu factam cõstat placuisse Deo, quia ilico exaudita est. Similiter B. Paulus vicinus morti non dubitauit bona opera sua commemorare. Nam cum ad Timotheũ scribens dixisset. *Ego iam delibor, & tẽpus resolutionis meæ instat,* mox subiicit. *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex, non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt aduẽtum eius.* i. vitam cœlesti remuneratione dignam instituunt, vt patres exponunt. Idem fecere plerique alij sanctissimi viri. Nam S. Hieronym. auctor est, S. Paulum eremitam ad finem vitæ S. Antonio dixisse. *Peracto cursu superest mihi corona iustitiæ.* S. Hilarionem verò in articulo mortis clamasse. *Egredere, quid times? egredere anima mea, quid dubitas? septuaginta prope annis seruisti Christo, & mortem times?* In quæ verba exhalauit Spiritum. Sulpitius quoque Seuerus refert D. Martinum in exitu è corpore dæmoni astanti dixisse fiducialiter. *Quid astas cruenta bestia? nihil in me funeste reperies.* Et S. Bonauẽtura scribit extrema verba S. Francisci fuisse. *Me expectant iusti, donec retribuas mihi.*

Tob. 4. 12.
1. Tim. 3. 13.
Heb. 10. 43.
1. Io. 3. 21
Isa. 38. 3.
2. Tim. 4. 6.
Theo. Theoecum.
Hier. in vita vtriusque.
Sulp. in vita
Bon. in vita eius.

VII. RE-

VII. REM. est. Et ad aliquem patrem spiritualem, pium & sapiẽtem virum, cum in alijs tentationibus, tum in hac, quæ omnium periculosissima, perfugium habeas. Monet enim spiritus sanctus apud Sapientem. *Ne sis sapiens apud temetipsum.* Et. *Fili sine consilio nihil facies, & post factum non pœnitebit.* Et. *Consiliarius sit tibi vnus de mille.* Et. *Qui sapiens est, audit consilia* Vnde S. Bernard. in epist. 87. *Qui se sibi magistrũ* inquit, *constituit, stulto se discipulum subdit* Et ad fratres de mõte Dei. *Tres, debet monachus habere incella, Deum, conscientiam, & patrem spiritualium.* Idem alibi scribit S. Malachiam adhuc in seculo degentem diuinitus monitum vt patrem aliquem spiritualem deligeret, cui loco Dei obediret. Pro hoc antidoto exemplum illustre habes apud Eusebium in Ecclesiastica historia de adolescentulo, quem B. Ioannes Apostolus Episcopo cuidam commendarat, postea autem peruersorum sodalium consuetudine seductus in omnium vitiorum gurgitem se eo vsque præcipitarat, vt ex salutis desperatione princeps latronum factus fuerit. Quod vt postea cognouit B. Ioannes, mox eques ætatis oblitus in viam se dedit, iuuenem fugientem insequitur & assequitur, infimis precib. obtestatur vt resipiscat, spem salutis promittit, se animã pro eius anima positurum, & in extremo iudicij die pro eo rationem redditurum, ac veniã omnium criminum à Christo Domino impetraturum, cedit tantæ charitati iuuenis, resipiscit, arma abiicit, spem salutis recuperat, & deserta societate latronum Deo & Ecclesiæ reconciliatur. Idem exemplum imitatus est S. Edmundus Cantuariensis Archiepiscopus, qui, cum aliquando in hominem de salute sua desperantem incidisset, nec rationibus vllis ad ecomologesin de peccatis faciendam permouere posset, dixit se animã suã pro eius anima deponere, modo peccata sua confiteatur, qui & confessus est. Et ante eum S. Abraham eremita, qui vt neptem suam a flagitiosa vita, in qua biennium consumpserat, reuocaret, ementito habitu militis, eques ad eam profectus est, inuentam remotis arbitris allocutus est, dicens. *Super me sit peccatũ tuum, quo hactenus amatorib. fęde prostituisti corpus tuũ: ego pro eo satisfaciam; ego in die iudicii pro te filia mea rationẽ reddam. Cumque illa repeteret. Nimis magna est iniquitas mea, non potest mihi esse spes salutis, respondit. Super me sit iniquitas tua, filia mea, ex meis manibus Deus hoc peccatum requirat. tantum veni mecũ.* Ita venit, & pœnitentiã pro peccatis suis reliquo uitæ tempore tantam egit, vt etiam miraculis clara e vita excesserit.

Prou. 3. 7. Eccl. 32. 24. Eccli 6 6. Prou. 12. 15. Ber. in uita eius. Euse. l. 7 c. 17 Ephr. tom. 3 sur. 16. Mart.

VIII. REM. pro eo, qui in desperationem salutis venit, ex persuasione q̃d forte non sit ex præ destinatis. *Fuit,* inquit B. Augustinus in libro de dono perseuerantiæ, *quidam in nostro monasterio, qui corripientibus fratribus, cur quædam non facienda faceret, & facienda non faceret, respondebat: qualiscunque nunc sim, talis ero, qualem me Deus esse præsciuit.* Aug. c. 15.

Qui profecto & verum dicebat, & hoc vero non proficiebat in bonum: sed

sed usque adeo profecti in malum, vt deserta monasterii societate, fieret canis reuersus ad uomitum,& tamen adhuc, qualis sit futurus, incertum
Matth.4. 10. *est.* Antidotum præsens est, vt quoties talis tentatio occuparit animum tuum ilico eam repudies, dicens *Vade Satana.* Est enim tentatio planè
psalm 30 2. diabolica, cum prædestinatio sit res occultissima, soli Deo nota. Deinde
prou. 28.25 Satanæ, velut offam, hæc tela regia obiice. *In te Domine speraui non con*
1.Tim.2 4 *fundar in æternum.* Et. *Qui sperat in Domino sanabitur.* Paulus dicit Deû
2. pet.3. 9. *velle omnes saluos fieri,* & B. Petrus, *nolle aliquem perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti.* Dices, coniectura te duci, vt credas te non esse in numero prædestinatorum, quod in eadem errata, & defectus identidem relabare. Aio, & hanc coniecturam est fallacem. Si millies in lubrico cadas
Chry. l. cit. millies, dum vires suppetunt, resurgis: cur non resurgas & a peccato?
Millies peccasti supra monuit Chrys. *millies pœnitere.* Esto, in extremã
Hier. l. cit vsque vitæ horam delinquas, in extremo momento resurge. *Nunquã se-*
Cyp. de cen. *ra est,* sæpe dixit seuerus Hieronymus & ante eum Cyprianus *cõuersio.*
matt. 10.22. Si monachus es, non sinas te huius tentationis vi eo abduci vt vocationẽ
Ber. ad frat. 4. monte Dei. deseras, memor dicti Christi. *Qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit.* & S. Bernardi, in epist. ad Carthusienses. *Monachus moriens, aut vix, aut nunquam à cella in infernum descendit, quia vix vnq; ã aliquis, nisi cælo prædestinatus in ea vsque ad mortem perstitit.*

IX. REMEDIVM est inuocatio B. Virginis Mariæ, quod tradit S. Bernardus homilia 2. super missus est. *Si insurgant,* inquit, *uenti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice stellam, voca Mariã. Si criminum immanitate turbatus, conscientiæ fœditate confusus, iudicii horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitiæ, desperationis abysso, cogita Mariam. In periculis, in angustiis, in rebus dubiis Mariã cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde. & vt impetres eius orationis suffragium, non deseras conuersationis exemplum. Ipsam sequens non deuias: ipsam rogans non desperas: ipsam cogitans non erras.* Exempla complura habes in historia Lauretana Horatij Torsellini, & Iusti Lipsii miraculis B. V. Hallensis & Asprícollis.

Vide V. *Amor. sui. Blasphemia. Desolatio spiritualis. Illusiones spirituales. Immortificatio passionum. Impatientia in aduersis. Inuidia. Ira. Obstinatio. Odium. Procrastinatio. Pusillanimitas. Timor humanus. Tristitia. Vindicatio iniuriæ.*

DETRACTIO.

Remedia contra Detractionem.

Exod. 22.28 I. REME. Considera sententias diuinæ scripturæ, In Exodo Deus dixit *Diis* (superioribus) *non detrahes, & principi populi tui non maledices.*

dicet. Et in Leuitico. Non eris criminator, nec susurro in populo. Et Sapiēs. Susurratori odiū, & inimicitia, & cōtumelia Et. Si mordeat serpēs in silētio, nihil minus hēt, q occulte detrahit. Et. Hō assuetus ī verbis im properii, oībdieb. vitę suę nō erudietur. Et. Abominatio hoīum detractor. Et. Cū detractorib. ne cōmisceaeris, qm̄ repente consurget perditio eorū. Et Susurro & bilinguis maledictus: multos. n. turbauit pacē habētes. Et Apostolus. Detractores, Deo odibiles. Et. Si inuicē mordetis & comeditis: videte, ne ab inuicē consumamini. Deinde B. Iacobus. Qui detrahit fratri aut iudicat fratrē suum, detrahit legi, & iudicat legem. i. contēnit legē. Leu. 19. 16. Eccl. 5. 17. Eccl. 10. 11. Eccl. 23. 20. prou. 24. 9. 21 Eccl. 28. 15. Rom. 1. 30. Gal. 5. 15. Iac. 4. 11.

II. REM. Considera sententias S. Patrū. S. Anacletus Papa. Si, inquit, detractores quorūcunque grauiter iudicantur, & in perditionis laqueum cadunt, multò magis detractores, atq; accusatores famulorū Dei dānātur, & in baratrum, nisi se corrixerint, & per satisfactionē condignā egerint pœnitentiam, indubitanter cadunt, & vindicibus flāmis exuruntur. Hieronym. ad Nepotianum. Caue, ne aut linguā, aut aures habeas prurientes, idest, ne aut ipse aliis detrahas, aut alios audias detrahentes. Parce à detractione lingua, custodi sermones tuos, & scito, quia per cuncta, quę de aliis loqueris, tua conscientia iudicaris, & in his ipse deprehenderis, quę in aliis arguebas. Chrys. ad pop. Antioch. Fugiamus dilecti, fugiamus detractiones, docti, quod est totū Satanicū baratrū insidiarum eius hæc insessio. Ut n. nostra negligamus, & grauiores nobis reatus constituamus in hanc nos consuetudinē diabolus duxit. Et post. Si quis te prætereunte ster cus cōmoueat, hoc facientem conuicio afficis. hoc fac & erga detractores. Non. n. commotum stercus sic fętore cartilaginem percellit, sicut aliena peccata prodita animos contristare, & perturbare solent. S. Paulinus ad Celantiam. Sēper scripturæ memor esto dicentis. Noli diligere detrahere ne eradiceris. Pauci admodū sunt, qui huic vitio renuntient, raroq; inuenies, qui ita vitā suā irreprehensibilē exhibere velint, vt non libenter reprehendant alienā: tantaq; huius mali libido mentes hominū inuasit, vt ēt qui procul ab aliis vitiis recesserunt, in istud tamen quasi in extremū laqueum incidant. Tu verò hoc malū ita effuge, vt non mō non ipse detrahas, sed ne alii quidem detrahenti aliqñ credas. Possidius de vita B. Aug. Contra pestilentiā humanę consuetudinis in mensa ita scriptū habebat. 3. q. 7. c. accusatio. Hier. ep. 2. Chr. hom. 3. In Hier. ep. 14 prou. 20. iux ta 70. Possid. c. 22.

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,
Hanc mensam indignam nouerit esse sibi.

Et ideo omnem conuiuam à superfluis, & noxiis fabulis & detractionib. sese abstinere debere admonebat. Nam & quosdam suos familiarissimos coepiscopos illius scripturæ oblitos, & contra eam loquentes tā asperè aliquando reprehendit cōmotus, vt diceret, aut delendos esse illos de mensa versus, aut de se media refectione ad suum cubiculum surrecturū. Qd & alii, qui illi mensæ interfuimus, experti sumus. S. Bernardus de dedicatione Ecclesiæ. Proditores fiunt, quicunq; in hoc Domini castrū inimicos eius introducere moliūtur, quales sunt vtiq; detractores Deo odibiles Ber. serm. 3. Rom. 1. 30.

qui discordias seminant, nutriunt scandala inter fratres. Sicut.n. in pace factus est locus Dñi, sic in discordia locũ fieri diabolo manifestũ est. Nõ miremini fratres, si durius loqui videor, quia veritas neminẽ palpat. Omninò proditorẽ se nouerit, si quis forte, quod absit, vitia qualibet in hãc domũ conatur inducere, & templum Dei speluncam facere dæmoniorum.

L. Granata. conc.3.du.3. Quadrag. III. REMED. Considera, quam graue crimen sit detractio. Tam multa enim mala illius in S. scripturis, maxime Ecclesiastici 28 cap. & in S. Patrũ monumentis reperimus, vt vere dici possit, ait quidam maximam hominum partem ob hoc vnum crimen interire, magne cum regnet etiã 1.Cor.6 inter clericos & monachos. *Nolite errare*, inquit Apostolus, *nec fornicarii, nec idolis seruientes, nec adulteri, nec fures, nec maledici regnum Dei* Rom.1.30. *possidebunt*. Idem asserit eos *Deo exosus*. Theologi sane scholæ volunt esse grauius furto & rapina, quod eo boni nominis existimatio ære præ- Prou.22.1. Eccl.41.15. stantior tollatur. Vnde Salomon dixit. *Melius est bonum nomen, quã diuitiæ multæ*. Et. *Curã habe de bono nomine. Hoc.n. magis permanebit tibi, quã mille thesauri pretiosi & magni*. Imò cum multi plus diligant bonam famam, quam vitã, non dubitant illud æquare homicidio: eo quod Grat. de pe. dist.1. B. Clemens Romanus Papa in 1. epist. ad S. Iacobum ita scripserit. *Homicidiorum tria genera esse dicebat B. Petrus, & pęnã eorum parilẽ fore dicebat: sicut.n. homicidas interfectores fratrum, ita detractores quoque eorum, eosque odientes homicidas esse manifestabat*. Et Aug. *Nemo perito-* 1.pet 4.15. 11.q.3.c. nemo. *rum aut prudentium putet, quod minus sit periculũ in verbis lingua mentiendo, quã manib. sanguinẽ fundendo*. Qua de causa passim in scripturis Bern.ser.24. in Canti detractorum lingua gladio, nouaculæ acutæ, armis & sagittis comparatur. Hiero. in Ps. 100 ait, detractionem esse peiorem fornicatione. S. Bernar. inde eius grauitatem exaggerat, quod caritati in primis aduersetur. *Detrahentẽ, inquit David, secreto proximo suo, hunc persequebar. Nec mirum, cùm id precipuè vitium charitatem qua Deus est, & quidem cæteris acrius impugnare & persequi cognoscatur. Omnis.n. qui detrahit, primum quidem seipsum prodit vacuum charitate: deinde quid aliud detrahendo intendit, nisi vt is cui detrahit veniat in contemptum, vel odiũ ipsis apud quos detrahit?*

IV. REM. Cõsidera quam late fundatur, & quã virulentum sit, quod Chr. hom.3. luculenter exposuit B. Chryso. populo Antiocheno. *Detrahens fraternas* inquit, *comedisti, proximi carnem momordisti. Vnde & Paulus terruit dicens. Si autem vos inuicem mordetis & comeditis, videt ne ab inuicẽ* Gal.5.15. *consumamini. Non infixisti dentes carni, sed animæ maledictum, improbam suspicionem infixisti, vulnerasti, innumeris affecisti malis, & teipsum, & alios plures; &c. Insuper cõem Ecclesiæ statum læsisti: non enim omnes audientes peccatorem solum accusant, sed opprobria Christianorũ genti infliguntur, & infideles, pro eo, qui peccauit, Christianos oẽs calumniis insectantur. Adhæc Dei gloriam blasphemari fecisti. Sicut.n. nomen Dei nobis laudabiliter viuentibus glorificatur, sic peccantibus blasphematur.*

matur. Quartum malum, audientem confudisti, & sic impudentiorē reddidisti, inimicum eum reddens. Quintum, teipsum pœnæ reū fecisti, negotia ad te nihil attinentia texens. Et S. Bern. de triplici custodia, manus, linguæ, & cordis. *Nunquid non est uipera lingua detractoris? Ferocissima planè, nimirum quæ lethaliter tres inficiat flatu vno. Nunquid non lancea est ista lingua? profectò, & acutissima, quæ tres penetrat ictu uno. Lingua,* inquit, *eorum gladius acutus. Gladius equidem anceps, imò triceps est lingua detractoris.* Addit deinde & crudeliorem esse lancea, spinis & clauis, quib. Christus confixus est, eo quod detractor occidat se, audientem & cui detrahitur. Et paulo post. *Dicimus. leuis res sermo tenera, mollis, & exigua caro lingua hominis: quis sapiens magni pendat? Leuis quidem res sermo, quia leuiter uolat, sed grauiter vulnerat, leuiter transit, sed grauiter vrit.* Alibi aūt virulentiā detractorum occultā ita describit. *Et sūt species pestis huius, dum alii quidem nudè atque irreuerenter, vti in buccā venerit virus euomant detractionis. Alii aūt quodā simulatæ verecundiæ fuco conceptā malitiā, quā retinere non possunt, adūbrare conantur. Videas præmitti alta suspiria, sicque quadā cum grauitate & tarditate, vultu mœsto, demissis superciliis, & voce plangenti egredi maledictionē, & quidem tanto persuasibiliorem, quanto creditur ab his, qui audiūt, corde inuito, & magis condolentis affectu, quam malitiosè proferri. Doleo, inquit, vehemēter, pro eo* ꝙ *eū diligo satis, & nūquā potui de hac re corrigere eum. Et alius. Mihi quidē, ait, bene cōpertū fuerat de illo istud, sed per me nunquā innotuisset. At qm̄ per alterum patefacta res est, veritatē negare non possum, dolens dico, veñ ra ita est. Et addidit grande damnū. Nā alias quidem in plurib. valet: cæterū in hac parte, vt verū fatear, excusari minimè pōt.* Hucusq; ille. In eādem sniam cōspirant illa Chrysostomi. *Hoc verò,* inquit, *magis ridiculum est,* ꝙ *cū aliquid arcanū dixerint, rogant audientē, & adiurant, ne cuiquā alteri amplius dicant: hinc declarantes, quod rē reprehensione dignā commiserunt. Si n. illum, vt nemini dicat, rogas, multo magis te priorē huic dicere non oportebat. Sed iucundum detrahere: imò iucundū non detrahere. Detrahens n. continenter anxius est, suspicatur & timet, linguā suā mādit, tremēs, ne forte aliis enunciatum uerbum magnum sibi periculum afferat. Audisti sermonem,* ait Sapiens, *aduersus proximum tuum? commoriatur in te confidens, quoniā non te disrumpet. Quid est, commoriatur in te? extingue ipsum, defodito, ne exire permittas, obliuioni trade.*

V. REM. Considera, quā feruere a Deo puniti sint detractores. Nam in libro Numerorū soror Moysis Maria, eo quod Moysi detraxisset, fœdissimo lepræ morbo percussa est, a quo ab ipso quidem Moyse supplicante, vt ait Basil. liberata fuit. Vnde B. Ephræm agens de morbo linguæ. *Ex terrima Mariæ prophetissæ lepra docemur, quam graue ac detestabile vitium sit obtrectatio. Corpus, quod lepra infectum cernabatur, velut speculum quoddā fuit animæ, quæ non perspiciebatur, cuius indicabat maculam.*

Bern. Serm. 56. Bernard. serm. 24. in Cant. Chr. hom. 3. ad pop. Eccli 19. 10. Num. 12. 10. Basil. in reg. breu. 27. Eph. t. com.

maculã. Ex illa carnis corruptione patefactum est, quo hominis detractoris corrumpatur animus. Nã sicut illa defecerat à fratre suo, ita & ab ipsa proprium corpus defecit, vt ex semetipsa charitatẽ addisceret. Deinde, vt ẽ
Num. 14. 20. in eodem libro, quotquot è filiis Israel detraxerãt Moysi & Aaroni, precibus quidẽ Moysis à morte tẽporali erepti sunt, sed terræ promissionis aditu exclusi. *Dimisit peccatũ populi*, inquit Dominus ad Moysen, *iuxta uerbũ tuum. Attamen omnes homines qui viderunt maiestatẽ meã, & signa quæ feci in Aegypto, & in solitudine, nec obedierunt voci meæ non videbunt terram, pro qua iuraui patribus eorum, nec quisquam ex il-*
Eus. l. 6. c. 8. *lis, qui detraxit mihi, intuebitur eam.* Extat & diuinæ in detractores vltionis exemplum apud Eusebium in Ecclesiastica historia de Narcisso Hierosolymorum episcopo sanctissimo, in quem tres improbi homines turpem quandam criminationis calumniam cum iuramento coniecerãt. Vnus sic deierauit. Si verum non dixero, igni disperream. alter sic. Si mentiar, corpus sæuo morbo absumatur. Tertius autem. Si verum nõ dicam, opto vtroque orbari lumine. Nercissus vero ob indignitatem calumniæ, cum esset innoxius, in eremum se ad multos annos recepit. At Deus nõ obdormiit. Primus enim, cum noctu scintilla ignis in ædes eius incidisset cum tota familia omnino conflagrauit. Alter vero, morbo, quem sibi imprecatus erat, ab imis pedum digitis, vsque ad uerticem capitis conta-
Cass. l. 18. buit. Tertius hoc euentu in sociis conspecto palam maleficium suum cõ
Coll. c. 15. fessus est, cum tanta lachrymarum profusione, vt oculos amiserit. Adde aliud exemplum ex Io. Cassiano, de paphnutio iuuene sanctissimo, cuius virtuti inuidens quidam è numero fratrum eiusmodi dolum commentus est. Isidoro monasterij superiori questus est sibi codicem ereptum, rogatque vt in singulorum fratrum cellis quæratur. Tres seniores designantur qui quærant. Reperi tur tandem in cella Paphnutii sub palmarum plectis, (ibi enim inuidus ille eum abdiderat) Palam proditur in Ecclesia, vbi omnes conuenerant. paphnutius, licet innocens, non se purgat, sed satisfactioni totũ tradit, & ad limina Ecclesiæ per duas hebdomades supplex se abiicit, noxam deprecatus. Quibus elapsis à sæuo dæmone inuidus ille frater arripitur, immaniterque diuexatur, sed nec ab vllo seniorum eiici potuit, quia Christus gloriam illam soli reseruarat paphnutio, cui calumnia strucha erat; & facile eum exturbauit. Demum Thomas Cã-
Th. l. 2. apd. c. 37. tipratanus agens de detractionis malo. Huius, inquit rei uindictam horribilem valde & mirabilem vidi: Noui ordine, non re, nomine non actib. sacerdotem, qui intantum vitio linguæ deditus erat, vt potius de se pessima mentiretur, quam non socios, vel cohabitantes sibi criminibus infamaret. Hic ante mortem raptus in furias tanta in se de bacchatus est cæde, vt propriis dentibus linguam uaniloquam laniaret, & palam cũctis ostenderet, quod quia lingua sua dolosè egerat, & venenum aspidum sub labiis eius, quasi sepulchrum patens guttur illius fœtorem teterrimum exhalauit, vt per quæ peccauerat, per eadem torqueretur.

VI. REM. Considera in quot laqueos te induas, si consuetudinem obtrectandi aliis non deponas. Docent enim Theologi omnes, qui id temere faciunt, ad restitutionem famæ ex iustitia teneri, secundum illud Salomonis. *Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat.* Et B. Augustini. *Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.* Si enim pecunia ablata restituenda est, cur non potius fama longè pecunia præstantior? Iam autem constat, quam pauci detractores laborent in ea restituenda. Docent enim iidem Doctores si quis falso vel conficto crimine nomen alicuius denigrarit, eum debere palam profiteri se esse mentitum, idque apposito iureiurando, si adsint, qui ei fidem alioquin habere nolint. Prouer. 13. 13. Aug. ep. 54. ad Maced.

VII. REM. Coniice oculos in tuos potius, quam alienos lapsus, memor dicti Moysis. *Attende tibi ipsi.* & Christi. *Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides?* Et B. Augustini. *Nouerim te (ô Deus) nouerim me.* Et adagiorum etiam apud Ethnicos celebratorum. γνῶθι σεαυτόν. *Respice manticę, quod in tergo est. Tua vineta cęde.* Quo enim præcepto charitatis à Deo iubemur proximos diligere, sicut nos ipsos, eodem iubemur, & bene iudicare, sentire & loqui de ipsis. *Filio mei*, inquit B. Ioannes, *non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate.* Et Dominus. *Omnia quęcunque vultis, vt vobis faciant homines & vos facite illis. Hæc enim sunt lex & Prophetę.* Deinde cum aciem oculorum mentis conijcis in teipsum, tuosque lapsus, conijce etiam in causam, fontem & radicem eorum, & vbi radicem inueneris, appone ad eam securim & rescinde. Morbi sane detractionis non vna est radix, nam alij ex fastu quodam alijs facile detrahunt, ut suam ostendent sapientiam, alii ex vanitate & leuitate, vt aliis placeant, alii ex inuidia, qui *aliorum lucra*, vt loquitur. Hieronymus, *sua damna reputāt*: vt fuit ille frater apud Cassianum: alij ex auersione ab aliquo semel in animum admissa, alij alijs de causis. Matt. 7. 3. Aug. l. 2. Sol. Iul. Catul. in Eazonte. Hor. in ep. 1. Io. 3. 18. Matt. 7. 12.

ANTIDOTA.

Pro ijs, qui audiunt detractorem.

INcidotum Considera, te si aures præbeas detractori, non modo delinquere, sed nonnunquam etiam grauius delinquere, quam detrahentem, vti ex scripturis firmaque ratione probant S. Patres. Basilius in regulis breuioribus, quæstione posita, qua animaduersione dignus sit detrahens fratri, & detrahentem auscultans? respondet. *Exterminandi à reliquorum societate ambo. Detrahentem enim proximo suo*, ait Dauid, *hūc persequebar. Et alibi dictū ē. Detrahētē nolito libenter audire, ne sustollaris.* Bas. reg. 26. Ps. 100. 5.

prou. 10. iuxta 70. Ephr. to. 1. Ephræm agens de linguæ malo. *In propriis, inquit, rebus contingit vt iustus sit innocens: at in alienis reus inuenitur. Nam si quis eo præsente vi rū aliquē iustū maledictis insectetur, ipse aūt ad ea conticescat, nonne silentium hoc eius ipsi vertetur in crimen? Audiendo.n. talē, & non reprehendo, maledicta eius comprobare videtur tanquam vera. Atque hoc ex magnorum ēt principū intelligi licet potestate. Si quis.n. uel iure in Regē peccantē inuehatur, qui præsentes sunt audire renuunt. Si quis aūt adesse pergat & audire, iā idē in vtrūque supplicium constituitur.* Hiero. ad

Hier. ep 4. Rusticū. *Neque verò illa iusta excusatio est, referentibus aliis iniuriam facere non possum. Nemo inuito auditori libenter refert, sagitta in lapidem nunquā figitur, interdum resiliens percutit dirigentem. Discat detractor, dum te uidet non libenter audire, non facile detrahere. Cum detracto*

prou 24. 21. *ribus, ait Salomon, non misceearis, quia repente veniet perditio eorum, & ruinā vtrinsque quis nouit? tā videlicet eius qui detrahit, quā illius qui aurem accommodat detrahēti.* Paulin. ad Celantiā. *Nec obtrectatoribus*

In Hier. ep. 14. *de consensu auctoritatem tribuas, ne eorum vitium nutrias annuēdo. Noli, inquit scriptura, consentaneus esse cum derogātib. aduersus proximum tuum, & non accipies super illū peccatū. Et alibi. Sepi aures tuas spinis,*

Eccl. 28. 28. *noli audire linguam nequam. Unde & beatus David non solum aduersatur sed etiam persequitur detrahentem. Ait.n. Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar. Est sanè tale hoc uitiū, quod vel in primis extingui debeat, & ab eis qui se sanctè instituere uolunt prorsus excludi. Nihil.n. tam inquietat animum, nihil est quod ita mobilem mentem, & leuem faciat quā facile totum credere, & obtrectatorum verba temerario mentis assensu sequi. Beatusque est, qui ita se contra hoc vitium armauit*

ps 100. 5.

Caff. c. 29. *vt apud eum detrahere nemo audeat.* Cassianus lib. 5. inst. monast. *Vidimus senem Machetem nomine à turbis fratrum eminus commorantē hāc à Domino gratiam diuturnis precibus impetrasse, vt si quis detractionis verbum, seu otiosum tentasset inferre, in somnum protinus concidebat, ac*

Bern lib. 2. de cōsider. *sic ne vsque ad aurium quidem eius pollutionem virus obloquii poterat peruenire.* Vnde liquet, quantum ille reformidarit delinquere audiendo detractores. Denique S. Ber. vulgata est illa sententia. *Detrahere, aut detrahentem audire, quid horum damnabilius sit, non facile dixerim.*

II. Antidotum est. Vt societatem detractorum, si quos tales nosti, se-

prou. 4. 24. & 24. 21. dulo refugias, vel ab ea, si qn̄ in eam forte fortuna incideras, ilico te separes. Sic enim monet Spiritus sanctus in scripturis. *Remoue à te, inquit, os prauum, & detrahentia labia sint procul à te.* Et iterum. *Cum detracto*

Eccli. 9. 4. Isid. l. 3. c. 59. 11. q. 3 c. nō solum. *ribus ne misceearis.* Quod si commode te subducere nequis, saltem ne facile eorum dictis fidem accommoda. *Qui cito credit,* ait Ecclesiasticus, *leuis corde est & minorabitur.* Hinc B. Isidorus, de summo bono. *Non solum, inquit, ille reus est, qui falsum de alio profert, sed & is qui cito aurem criminibus præbet:* Et B. Paulinus loco ante citato. *Quod si hęc in nobis esset diligētia, ne passim obtrectatorib. crederemus, iā oēs detrahere*

ti-

timerent, ne non tā alios, quam seipsos viles detrahendo facerent. Sed hoc ideo mal m celebre est, idcirco in multis feruet hoc vitium, quia penè ab omnibus libenter auditur.

III. Antidotum est. Vt modeste detractorem corrigas, vel commone facias, vt ad alium sermonem transeat, & si adolescens sis, liberali vultu, & oculis in terram deiectis. Io. Chry. palam populo Antiocheno hoc antidotum dedit. *Dic*, inquiens, *proximo detrahenti*. *Habes, quem laudes? aures aperio, vt vnguenta suscipiam. Si verò malum velis dicere, obturo aures: non enim stercus & cœnum accipere sustineo*. Exemplum huius habemus triplex. Primum B. Iob dicentis. *Conterebam molas iniqui*, id est, detractoris, *& de dentibus illius auferebam prædam*. id est, ab infamia vindicabam innoxios. Alterum regi prophetæ dicentis *Detrahentē secreto proximo suo hunc persequebar*. Tertium Christi Domini Magdalenam contra obtrectationem Iudæ & discipulorum defendētis his verbis. *Quid molesti estis huic mulieri? Bonum opus operata est in me.*

Chr. hom 3. Iob. 29. 17. psal. 100 5. Matt 26. 10.

IV. Antidotum Quod si corrigere non audes, excusa saltem absentes, de quibus detrahitur, adferendis tuæ defensionis causis & exemplis: itaque fieri posse vt fallatur, qui contraria narrauit, quemadmodum id sibi & alijs multis in rebus similibus non raro vsu venerit. De religiosis quidam vir nobilis male loquebatur, atque ecce commodum inter sermonem aspicit procul transeuntes duos. Isti, inquit, ipsi plane sunt tales, quales depinxi. Cum proprius ijdem accedentes caput aperuissent, agnouit alterū eorū esse eū ipsum, quo ipse olim nullū familiariorem & cariorē habuerat, atque ideo tunc ita carū habebat, vt seipsum, sed ignorauerat scilicet eum vitæ genus mutasse. Re igitur nec opinata sic repēte perculsus est, vt omnibus, qui aderant, non sibi satis præsens esse videretur.

B. Stim. vir. lib. 3. c. 23.

V. Antidotum est. Si tanta auctoritate sint qui detrahunt, nempe parentes, præceptores, viri nobiles, magistratus, principes, vt obstrepere nō audeas, vultum saltem ad tristitiam compone, memor dicti Salomonis dicentis *Ventus aquilo dissipat pluuias, & vultus tristis linguam detrahentem. Sicut enim sagitta*, inquit B Hieronym. *Si mittatur contra durā materiam nonnunquam mittentem reuertitur, & vulnera vulnerantem ita detractor, cum tristem faciem viderit audientis, immo non audientis, sed obtruantis aures suas, ne audiat iudicium sanguinis, illico cōticescit, pallet vultus, hærent labia, saliua siccatur.*

Prou. 25. 25. Hier. ep. 4.

MONITA.

Pro eo, cui detrahitur.

I. MONITVM. Si quis nomen tuum obtrectatione publica, priuataue obscurarit, primum perfugium habe ad iudicium Dei & consciētiæ, & dic cū B. Iob. *Ecce in cælo testis meus, & cōscius meus in excelsis.* Iob. 16. 20.

Greg. l. 13. Lege Greg. in ep. 45. ad Pallad. li. 8. In quæ verba B. Gregor. sic scribit. *Omnis qui ex eo, quod agit humanas laudes appetit, testem in terra quærit. Qui autem de actibus suis omnipotenti Deo placare festinat, testem se in cœlo habere considerat.* Et sæpe cōtingit, *vt ipsa quoque in nobis bona opera ab incautis hominibus reprehēdantur. Sed qui testē in cælo habet reprehensiones hominum metuere non*
2. Cor. 1. 12. Ber. ho. 24. *debet.* Deinde cum B. Paulo. *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* Vnde S. Bern. scribens in Cantica. *Profecto*, inquit, *bona consolatio est, cum benefacientes blasphemamur à malis, si recti diligunt nos. Omnino sufficit aduersus os loquentium iniqua opinio bonorum cum testimonio conscientiæ.*

II. Monitum est. Vt constanter perseueres in pia & inculpata vita. *Laudabuntur enim omnes*, inquit Psaltes regius, *qui iurant in eo* (nempe se
ps. 62. 12. præceptis diuinis obtemperaturos) *quia obstructum est os loquētium iniqua.* & S. Petrus in priore epistola. *Carissimi*, inquit, *obsecro uos tanquā aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militāt aduersus animam, conuersationem uestram inter Gentes habentes bonā, vt in eo quod detrectant de uobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus uos considerantes glorificent Deum in die visitationis.* Et paulo post. *Quia sic est uoluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam.*

III. Monitum est, vt cōtēnas omnes obtrectationes, & calumnias alio
1. Pet. 2. 11. rum, nec velis etiam ad te perferri. Eo enim videntur pertinere illa verba Sapientis. *Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis.* Alludere enim videtur ad morem agricolarum, qui agros vel vineas contra ferarum incursus muniunt sepimento ex aculeatis spinis contexto Græca enim sic legunt. *Ecce munias possessionem tuam spinis, & ori tuo fac valuas & obices.*

Eccl. 28. 28. Quod monitum quam sit salutare, S. Bernardinus illustri sui æui e-
Ber. ser. 30. ar. 2. xemplo declaratur. Fuit, inquiens, iunior quidam concionator, qui in magno hominum cætu famam senioris cuiusdam Ecclesiastæ arroserat, sed fidem nō meruerat apud plebem. Senior ille, vbi rem per certos homines cognouit, pro concione omnes auditores obtestatus est, nequis in posterum viua voce, aut scripto, se, sodalesve suos de iis quæ iunior ille in nomen suum effutiisset, certiores redderet. Qua obtestatione effecit, vt populus senioris virtutem susciperet, iuniorisque leuitatem ita deinceps insectaretur, ut coactus fuerit, (quod illi primarij viri pro recuperanda fama suaserant) in publica processione genibus flexis a seniore noxam deprecari.

IV. Monitū. Vt mudias te, sicut & multa alia, clypeo Christianæ patien
Matt. 15. 14. tiæ. Vnde cum apud Matthæum Apostoli dicerent Christo, pharisæos in sermone illius scādalizatos, rñdit. *Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorū.*
1. Cor. 4. 13. Et Apostolus in priore epistola ad Corinthios. *Mihi aūt pro minimo ē, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, sed neque meipsū iudico.* Hine

B. GRE-

B.Greg.alicubi sic scribit. *Cum linguę derogantium corrigi nequeunt, æquanimiter sunt per omnia tolerandæ, nec obtrectationis sermo timendus est, nedum vituperatio peruersorum metuitur, uia recti operis deseratur.* Gre.in Eze ho. 9.
Possunt in hanc rem seruire, cum aliorum sanctorũ exempla quàm plurima, tũ imprimis Christi saluatoris, quem Pharisæi appellarunt peccatorem, voratorem, potatorem vini, Samaritanum, blasphemum, seductorẽ dæmoniacum, &c. & tamen ne verbo quidẽ ad illas calumnias respondit. matt.26. Luc.23. Io.19.
Imò dum coram Principe Sacerdotum, Herode, Pilato varia ei crimina falsò obiectarentur, in silentio solo præsidium posuit, Nec aliud voluit facere suos discipulos, quibus dixit. *Non est discipulus super magistrũ. Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius?* Et iterum. *Non est seruus maior Domino suo Si me persecuti sunt, et vos persequentur. Patientia vobis necessaria est,* (scribit Paulus fidelib. qui opprobrijs & tribulationibus erant spectaculum facti) *vt voluntatẽ Dei facientes reportetis promissionem.* Deinde catalogum longum texit iustorum, qui improperia, ludibria, verbera, necemque ipsam experti adepti sunt repromissiones. matt.10.24. Io.15. 20.6 Heb.10.36. Heb.11. 36.

V. Monitum. Quando vero detractores in nominis tui existimatione lædenda ita excederent, vt ex taciturnitate tua immineret periculum vitæ vel famæ, aut charitas proximi, obedientiaue superiori sita postularet, tum à modesta defensione non erit abstinendum. Sicut nec Christus, nec Paulus, aliique Apostoli abstinuerunt. Nam B. Petrus, postquam dixerat. *Si benefacientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum In hoc.n. vocati estis, quia & Christus paßus est pro nobis:* tandem subiungit. *Nemo autem vestrum patiatur, vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor, si autem ut Christianus, non erubescat.* Et S. Grego. in epistola ad Theoctistam patriciam, docens quãdo obtrectatores tolerandi sint, & quando non. *Sunt, inquit, quędam scandala, quę omnino despicienda sunt, quędam verò, cum uitari sine culpa poßunt, despicienda non sunt, ne cũ culpa seruentur. Quod sacro Euãgelio testãte cognouimus, quia cũ ueritas diceret. Non quod intrat in os, coinquinat hoĩem, sed qd procedit ore, hoc coinquinat hoĩem, & discipuli responderent, dicẽtes, scis, quia pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt? protinus respondit. Omnis plantatio, quã non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur. Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Et tamẽ cum tributum peteretur, prius rationẽ reddidit, per quã tributum soluere non deberet, atque illicò subiũxit. Ut aũt non scandalizemus eos: Uade ad mare, & mitte hamũ, & eũ piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterẽ, illum sumen da eis pro me & te. Quid est quod alijs scãdalũ esse permisit, alijs verò venire prohibuit, nisi ut nos doceret, & illa scãdalo, quæ nos ad peccata implicant, contemnere, & ea quę placare sine peccato poßumus, modis omnib. mitigare.* Et B. Aug. in lib. de bono viduitatis. *Nec audiendi sunt, siue viri sancti, siue fœminæ, quando reprehensa in aliquo negligentia* 1. pet. 2.20. & 4.15 Gre.l.9. ep. 39. & 18 ep. 45. ad palla. matt.15.11. matt.17.26. Aug.c. 22.

gentia sua, per quã fit vt in malã veniant suspicionẽ, vnde suã vitam lõ
gè abesse sciunt, dicunt sibi corã Deo sufficere conscientiam, existimatio-
nem hominum non imprudenter solũ, verumetiã crudeliter contemnẽtes,
cum occidunt animas aliorum, siue blasphemantiũ viã Dei, *quib. secun-*
dũ suã suspicionem quasi turpis, quæ casta est, displicet vita sanctorum:
siue etiã cum excusatione m.it. ntium, non quod vident, sed quod putãt.
Proinde quisquis à criminibus flagitiorum, atque f. cinorum vitam suã
2. Cor. 8. 22. *custodit, sibi bene facit, quisquis aũt ẽt famam, & in alios misericors est.*
Nobis.n. necessaria est vita nostra alijs fama nostra Et vtiq; quod alijs
misericorditer ministramus ad salutẽ, ad nostrã quoque redundat vtilita
1 Cor. 10. 33. *tẽ. Unde non frustra* Apostolus. *Prouidemus, inquit, bona non solum corã*
phil 4. 8. *Deo, verumetiã corã hominib. Item dicit. Placete omnib. per oĩa, sicut &*
ego omnib. per omnia placeo, non quærens, quod mihi vtile est, sed ꝙ mul
tis, vt salui fiant. In *quadã ẽt exhortatione dicit. De cetero fratres, quæ-*
cunq; sunt vera, quæcunq; sancta, quæcunq; iusta, quæcunq; casta, quæcũq;
carissima, quæcunq; bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus, hæc cogitate.

Vide V. *Ambitio* Amor *sui. Colloquia otiosa. Consuetudo praua. Cu-*
riositas. Familiaritas *nimia.* Gloria *vana. Immortificatio passionum. Im*
patientia in aduersis. Inuidia. *Ira.* Iudicium *temerarium.* Lingua *abusus.*
. Maledictio. Mendacium. Murmuratio. Societas praua. Superbia.
Vindicatio iniuriæ.

DISCORDIA.

Remedia contra Discordiam, & Contentiones.

I REM. Considera, quid scriptura sancta, de discordia, contentionib.
& rixis dicat. *Contentioni. n.* inquit Aug. epist 64. *non resistitur, nisi*
crebris diuinorum librorum testimoniis incutiatur timor, & charitas
prou 6. 16. *Dei.* Autores quidem earum primum asserit Deo exosos, S*ex sunt*, inquit
in prouerbijs, *quæ odit Deus, & septimum detestatur anima eius*, nẽpe
1. Cor. 14. *qui seminat inter fratres discordias. Non enim est dissensionis Deus*, in
Gal. 5. quit Paulus, *sed pacis*, 2. excludit regno cœlorum. nam in epistola ad Ga
latas inter opera carnis salute excludentia numerat, *dissensiones, con*
1. Cor. 3 *tentiones, & rixas.* 3. appellat carnales, secundum illud. *Cum sit inter*
prou. 16. 28. *uos zelus, & contentio, nonne carnalis estis?* Tum peruersos. *Homo per-*
prou. 13. 10. *uersus suscitat lites.* Et superbos. *Inter superbos semper iurgia sunt.* Item
prou. 18. 6. stultos. *Labia stulti miscent se rixis.* 4. docet, qui dissensionum sint fru-
Ecc. 28. 10. ctus. nempe adaugere crimina. *Abstine te à lite*, ait Sapiens, *& minues*
2. Tim. 2. 14. *peccata.* Deinde subuertere audientes. *Noli contendere uerbis*, monet A-
postolus, *ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionẽ audientium.* Ad hęc
prou. 29. 9. quietem turbare. *Vir Sapiens*, ait Salomon, *si cum stulto contenderit, non*
inueniet requiem. Dènique euertere regna & fortunas. *Omne regnum di*
Matt 12. 25. *uisum contra se desolabitur, & omnis ciuitas, vel domus diuisa contra se*
non stabit, dixit Saluator.

II. RE-

II. REMED Conſidera dicta S. Patrum B. Cypr. de oratione Dominica. Sacrificium Deo maius eſt pax noſtra & fraterna concordia, & cæterum diſcordans & diſsidens, & pacẽ cum fratrib. non habens, ſecũdum quod beatus Apoſtolus, & ſcriptura ſancta teſtatur, nec ſi pro nomine Chriſti occiſus fuerit, crimẽ diſſenſionis poterit euadere, quia ſicut ſcriptũ eſt. Qui fratrem ſuum odit, homicida est, &c. Quale delictũ eſt, quod nec martyrio ſanguinis pôt ablui. Quale crimen eſt, quod martyrio nõ poteſt expiari? Et lib. de ſimpli. prælatorũ. Inexpiabilis & grauis culpa diſcordię nec paſsione purgatur, &c. Qui pacem Chriſti & concordiã rũpit, aduerſus Chriſtum facit. Et. Hinc hæreſes & facta ſunt frequenter, & fiunt, dũ peruerſa mens non habet pacem, dum perfidia diſcordans non tenet unitatẽ. S. Baſ. Nihil ęquè germanos Dei cultores inter ſe conciliat, atque conſentientes de Deo ſententiæ: ſicut ẽ, nulla re amicitię facilius diſſuuntur, quã diuerſa animorum ſententia. Greg. Nazian. in orat. de moderatione in diſputationib. Quid in noſtra doctrina pręſtantiſsimum eſt? pax, addã ẽt vtiliſsimum. Contra, quid turpiſsimum & pernicioſiſſimũ? voluntatũ diſiunctio. Hier. lib. 3. cõmen. in ep. ad Galat. Septimũ locum inter carnis opera apud Apoſtolũ Paulũ, contentio poſsidet, quodã quaſi ſacrato, & eminenti inter vitia numero collocata. Seruũ. n. Domini non oportet rixari, ſed eſſe manſuetum ad oẽs, doctorẽ longanimẽ, cum manſuetudine audientem ẽt eos, qui econtra diſputant. S. Bern. in dedic. eccleſiæ. Proditores fiunt, quicunque in hoc Domini caſtrũ inimicos eius introducere moliũtur, quales ſunt vtique detractores Deo odibiles, qui diſcordias ſeminant, nutriunt ſcandala inter fratres. Sicut enim in pace factus eſt locus Domini, ſic in diſcordia locum fieri diabolo manifeſtum eſt.

Cyp. ferm. 6

1. Io. 3. 15.

Baſ. orat. 1. de pace

Gre. orat. 20

Hier. in c. 5. ad Gal.

Bern. ſer. 5.

III. REM. Reſiſte contentionum principiis, ſecundum illud. Principiis obſta, ſero medicina paratur: hoc eſt primos animi motus in colloquijs cum aliis comprime, ne in indignationẽ erumpant, & contentioni cauſa detur. Hoc antidotũ eſt B. Ambr. libro 1. officiorum. Caueatur, inquit, iracundia, aut ſi præcaueri non põt cohibeatur. Mala. n. illex peccati indignatio eſt, quæ ita animum perturbat, vt rationi non relinquat locum, &c. Quoniã autem ita plerumque motus infixus eſt naturæ ac moribus vt euelli atque euinci nõ queat: ſi præuideri potuerit, ratione reprimatur, &c. At ſi præuenerit, & præoccupauerit mentẽ tuã iracundia, non relinquas locum tuum. Locus tuus patientia eſt, locus tuus ſapientia eſt, locus tuus ratio eſt, locus tuus ſedatio indignationis eſt. Aut ſi te contumacia reſpondentis mouerit ad indignationẽ, ſi non potueris mitigare mẽtem, reprime linguã tuã. Sic. n. ſcriptum eſt. Cohibe linguã tuã à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Deinde inquire pacem, & ſequere eam. Eodẽ ſpectant illa B. Greg. verba in c. 4. Iob. Boni viri freno conſilii retinent præcipitationem verbi, & caute conſiderant, ne relaxantes linguę laſciuiam auditorum cõſcientiam incauta locutione transfigant. Vnde bene per Salomonem dicitur. Qui dimittit aquam, caput eſt iurgiorum.

Guid. de re. amoris

Amb. c. 21. et 22

pſalm. 33. 14

G. l. 5. mo. c. 12

Aqua

Prou.17.14. *Aqua quippe dimittitur, cum linguæ fluxus effrenatur. Sed dimissa aquæ caput iurgiorum efficitur, quia per linguæ incōtinentiam discordiæ origo propinatur.*

IV. REM. Si autem reformides te linguam non cohibiturum ob petulantiam vel vehementiam sodalium, optimum consilium est, se ab eorum societate disiungere. Dicit enim Sapiens. *Abstine te à lite, & peccata minues.* Nec illud dedecori tibi esse poterit, quia vt Salomon loquitur. *Honor est homini, qui separat se à contentionibus.* Eodem spectat consilium Christi: dicentis. *Qui tecum vult iudicio contendere, & tunicam tollere, dimitte ei & pallium.* Hoc antidoto vsi sunt olim Abraham, & Loth, Iacob & Esau fratres, qui ne rixis occasio daretur, se à sese mutuo disiunxerunt. Et post raptum Eliæ propheta Elisæus. nam cum quidam Prophetarum filii importune vrgerent, vt mitterentur quinquaginta viri quæsitum Eliam in vicinis montibus & vallibus, ne contentioni cām daret, permisit vt mitterentur. Vnde ijs reuersis dixit. *Nunquid non dixi vobis, ne mitteretis?* Eodem consilio in Actis Apostolorum Paulus & Barnabas, licet oraculo Spiritus sancti initio coniuncti fuissent, tandem diuulsi videntur. Sic.n. scribit B. Chr. *Mihi videtur diserte separatio Pauli à Barnaba facta, quod inter se dixerint. Quoniam ego non valo, nec tu vis, ne pugnemus, distribuamus prouincias, & ita sibi inuicem multum cedentes hoc fecerunt.* Hoc remedium superiori, non omisit adiungere loco citato Ambro. *Resiste, inquiens, iræ, si potes: cede, si non potes, quia scriptum est. Date locum iræ. Iacob fratri indignanti piè cessit, & Rebeccæ ide est, patientiæ instructius consilio abesse maluit peregrinari, quàm excitare fratris indignationem, & tunc redire, cum fratrem mitigatum putaret. Et ideo tantam apud Deum inuenit gratiam. Quibus deinde obsequiis, quantis muneribus fratrem ipsum reconciliauit, sibi, vt ille præreptæ benedictionis non meminisset, meminisset delatæ satisfactionis?*

Eccli. 28.9
Prou. 20.3
Matt. 5. 40.
Gen. 13. 28
13.
4. Reg. 2. 17
Act. 15. 30.
Amb. li. 1. off. c. 21.
Rom. 12. 19
Gen. 27.

V. REM. Quod si occasio mutandi loci non sit, conere saltem uerbis rescindere contentionem, exemplo B. Iob, qui aduersariis suis dixit. *Respondete obsecro absque contentione, & loquentes quod iustum est iudicate.* Et Apostoli scribentis ad Corinthios. *Si quis autem videtur contētiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, nec Ecclesia Dei.* & San. Gregorij, qui cum sententiam suam de quodam Euangelij argumento pro concione exposuisset, subiecit. *Si quis contrarium sentiat, malle se alienæ sententiæ salua fidei veritate subscribere, quam eum aliquo contendere.* Quæ modestia merito tibi imitanda est etiam in publicis scholarū disputationibus (vbi qui volet ingenio cedere rarus inuenitur) quādo periculum est secuturæ contentionis. Sin vero tua, alienave culpa colloquium vel disceptatio limites modestiæ excesserit, & vtrinque offensio aliqua secuta fuerit, proximum antidotum fit: reconciliationis studium non prætermittere, dicendo porrecta vel non porrecta manu, *Ignosce ardori*, vel aliud. Ac S. Ambrosius quidem monet, vt cito id fiat, more

Iob 6. 29.
1. Cor. 11. 16.
Gre. ho. 38. in Euan.

pue-

puerorũ, qui cũ æqualib. contendentes facile pacificantur. *Ille commotiones, inquit, in pueris innoxiæ sunt: quę plus habent gratiæ, quã amaritudinis. Et si cito pueri inter se mouentur, facile sedantur, & maiori sua uitate in se recurrunt. Nesciũt se subdolè, artificioseque tractare. Nolite hos contemnere pueros, de quib. Dominus ait. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum.* Huc pertinent quæ B. Augu. in regula monachis & monialib. præscripsit. *Lites, inquit, aut nullas habeatis, aut quã celerrimè finiatis, ne ira crescat in odiũ & trabẽ faciat de festuca, & aiã faciat homicidã. Sic. n. legitis. Qui odit fratrẽ suum, homicida est.* Et addit. *Quicunq; conuitio, vel maledicto, uel ẽt criminis obiectu aliquẽ læsit, meminerit satisfactione quantocyus curare quod fecit, & ille qui læsus est sine disceptatione dimittere. Si autem inuicẽ se læserint, inuicẽ sibi debita relaxare debebunt pp orationes vestras, quas vtiq; quãto crebriores habetis, tãto saniores hẽre debetis.* Et in epi. ad felicitatẽ & rusticũ. *Hæc, inquit, agite, vt inter uos aut nõ existãt indignationes, aut exortę statim celerrima pace perimantur. Maiorẽ da te operã concordandis vobis, quam redarguendis, quia sicut acetum corrũpit vas, si diutius ibi fuerit; sic ira corrumpit cor, si in aliũ diẽ durauerit.*

Ambr. offic. c. 21.

Matt. 18. 5.

Aug. to. 1. te. 37 & 38. epi. 109.

1. Io. 3. 15.

Aug. ep. 87.

VLTREM. Si ex ante gressa contẽtione, vel aliunde nata fuerit diuturnior discordia, tũ opus erit admonitione Gregoriana in pastorali. *Discordes, ait, admonendi sunt, vt certissimè sciant, quia quãtislibet virtutib. polleant, spiritales fieri nullatenus possunt, si vniri pro concordiam proximis negligunt. Scriptum quippe est. Fructus autem Spiritus est charitas, gaudium, pax. Qui ergo seruare pacem non curat, ferre fructum Spiritus recusat. Hinc Paulus ait. Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis? Hinc iterũ quoq; dicit. Pacẽ sequimini cũ oĩb. & sanctimoniã sine qua nemo videbit Deũ. Hinc rursus admonẽs ait. Soliciti seruare unitatẽ Spiritus in vinculo pacis.* Et inf. *Admonẽdi sunt dissidẽtes, vt nouerint, quod tãdiu nullũ boni operis Deo sacrificium immolant, quamdiu à proximorum charitate discordant. Scriptum namque est. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus hẽt aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offerẽs munus tuum. Ex qua præceptione pensandum est, quorum hostia repellitur, quam intolerabilis culpa monstratur. Nã cum mala cunctis bonis sequentib. diluantur, pensemus, quãta sint mala discordiæ, quæ nisi extincta funditus fuerint, bonum subsequi non permittunt.* Et multo post. *Admonendi sunt, qui iurgia seminant, vt cuius sint sequaces agnoscant. De apostata quippe Angelo scriptum est, cum bonæ messi inserta fuissent zizania inimicus homo hoc fecit. De cuius ẽt membro per Salomonem dicitur. Homo apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malũ, & oĩ tẽpore iurgia seminat. Ecce, quẽ seminãtẽ iurgia dicere voluit, prius apostatã nominauit, quia nisi more superbiẽtis Angeli*

Greg. 3. par. adm. 23

Gal. 5. 22.

1. Cor. 3. 3.

Heb. 12. 14.

Ephe. 4. 3.

Matt. 5. 23.

Admon. 24.

Matt. 13. 28.

Prou. 6. 12.

gelis

geli à conspectu conditoris prius intus auersione mentis caderet, foras post modum vsq; ad geminanda iurgia non veniret, &c. Audiant iurgiorū se-
Matt.5.9. *minatores, quod scriptum est. Beati paci, quoniā filij Dei vocabuntur. At que è diuerso colligant, quia si filij Dei vocantur, qui pacem faciunt, proculdubio sunt Satanæ filij, qui confundunt. Oēs aūt, qui per discordiā separantur à viriditate dilectionis arescunt. Qui etsi boni operis fructus in suis actionib. proferunt, profecto nulli sunt, quia non ex vnitate charitatis oriuntur. Hinc ergo perpendant seminantes iurgia, quàm multipliciter peccant, qui dum vnam nequitiam perpetrant, ab humanis cordibus cunctas simul virtutes eradicant. In vno n. malo innumera peragūt, quia seminando discordiam, charitatem, quæ nimirum omnium virtutum mater est, extingunt. Quia autem nihil pretiosius est Deo virtute dilectionis nihil est delectabilius diabolo extinctione charitatis.*

VII. REM. Considera exempla eorum qui ob discordiā diuinitus sūt castigati. Primū sit B. Gregorii Nysseni in vita S. Gregorij Taumaturgi.
Eus.b.li 7.c. 25 *Duo, inquiens fratres ex paterna hereditate lacum vnum vindicabant, sed neuter alterum in societatem possessionis admittebat. Permittitur D. Gregorio litem dirimendi potestas. Is reconciliationem suadet, ac vt pacis lucrum facerent pluris, quam id quod ex prouentibus caperent, hortatur. Verum adhortatio inefficax fuit, exercitus vtrinque ex subditis paratur. Pridie eius diei quo bello certandum erat, cum homo Dei ad ripas stagni permansisset, noctemq; peruigilasset, miraculum Mosaicum edidit in aqua, percussione virgæ oēm eum lacum in incultam & vastam terram humoris expertem redigens, adeo vt ne in concauis quidem locis aliquas*
Da.lib.4 c. 17. *aquæ reliquias haberet. Sic duorum adolescentum controuersiam diremit, & pax furorem excepit.* Alterū est Petri Damiani Cardinalis. *Auctore discordia Spiritu peruerso, cum presbyter presbyterum probrosis cōtumelis & maledictis aliquando lacerasset, alter dentibus stridens correpta lancea iter arripuit, atq; ad domum suam longius constitutam furibundis properare gressibus cœpit. Sed cum caligo noctis superuenisset, ecce quinq; nigri equites cum caballis æquè nigris obuiant, eiq; is, qui maior videbatur, insultat. Sæpè, inquit, institi, vt in clientelā meorum contubernalium uenires, nunc autem non poteris iugum meę ditionis euadere. presbyter nimio terrore perculsus (putans esse nobilem uirum, nomine Romanum, qui illum solicitauerat, ut sibi subditus fieret) illi manus subditorū more deosculatus, se herili eius fidei commisit. Quem protinus ille percontatus est. Scis, quis sim? Respondit presbyter, nonne tu es* Dominus meus *Romanus? At ille absit, absit. Ego sum quidam diabolus, cui tu nunc cō missus es, vide vt stes promissis. Quo dicto disparuit. Hic autem pater re factus domum rediit, Episcopum Teuzonem adiit, & me præsente pænitētiam flagitauit. Dignitas officii sacerdotalis illi adempta est, carceri cum spe veniæ adipiscendæ, donec pænitentiā adimplesset, inclusus.* Tertiū est
Thom.lib.2. apum. c. 18. Thomæ Cantiprat. *Venerabilis Iacobus de Vitriaco crucē* Hierosolymi-

tanam

tantum ob salutem multorum in Brabantia prædicauit. Contigit aūt, vt pacificaturus quādam de mortales inimicitias, iniuriā passum, primo supplicitèr, deinde prostratus pedibus eius, semet, iterum, & tertio, cum multitudine populi præsente rogaret, nec proficeret in rebellem. Conuersus autem ad populum, dixit palam omnib. Contestor vos, quia qui spernit nos, spernit & eum qui mittit nos. Rogate ergo Dominum, vt tale signum ostendat in obstinatum hominem, quo cunctis præsentibus pateat, eum hostiliter contra se in retentione odii contra proximum hoc egisse. Nec mora, vbi uir sanctus orationem expleuit, miser ille euersis oculis tertio in terrā corruit, oreque eruorem spumans & saniem maximum horris spectaculū omnibus præbuit. Tunc flente populo reuerendus vir fusa prece prostratū erexit. Qui mox integerrimè sospitatus, vbi ante se inimicū vidit quasi aliquid amicissimum rogaturus cum lachrymis veniam petiuit, ruensque in oscula eius ad lachrymas & laudem Christi omnium corda commouit.

Vide V. *Amor sui. Detractio. Gloria vana. Immortificatio passionum. Inuidia. Ira. Linguæ abusus Superbia. Vindicatio.*

DISTRACTIO IN ORATIONE.

Remedia contra Distractionem.

I. REM. Considera, quemadmodum in verbo Dei ab ea absterreare. Primo enim monet, vt non labiis tantum, sed ex corde & Spiritu ps. 61. 9.
Deum oremus. *Effundite*, inquit, rex Dauid *corā illo corda vestra, Deus* ps. 118. 145. & 58.
adiutor noster in æternum. Et. *Clamaui in toto corde meo, exaudi me Do-* 1. Cor. 14. 15.
mine. Et. *Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo. Orabo Spiritu* 1. Reg. 1. 13.
it Apostolus, *orabo & mente.* Sic orabat Samuelis prophetæ mater Anna, de qua in primo libro Regum ita scribitur. *Anna loquebatur in corde suo ad Dominum, tantumque labia illius mouebātur, & vox penitus* Isa. 29 13.
non audiebatur. Vnde Dominus populum Israeliticum secus in orationem facientem apud Isaiam Prophetam acriter reprehēdit dicens. *Populus* matt. 15. 7.
hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. quæ verba velut Mar 7 6. Iere 48. 10.
prophetica Christus Dominus in Scribas & pharisæos apud Matthæū Colo 4 2.
retorsit, Deinde eodem verbo Dei monemur, vt non negligenter, sed diligenter & vigilanter vacemus orationi. *Maledictus*, inquit Ieremias Ephes. 6 18.
propheta, *qui facit opus Dei negligenter.* & B. Paulus orationi. *instate, vigilantes in ea in gratiarum actione.* Et rursus. *Per omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore in Spiritu, & in ipso vigilantes omni instantia & obsecratione.*

II. REM. Considera S. Patrum monita. B. Cyprianus agens de oratio Cyp. l. de or. Dom.
Dominica diserte ita scribit. *Quando stamus ad orationem, fratres dilectis-*

lectissimi, vigilare & imūbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis secularis & carnalis abscedat, nec quicquā tunc animus, quā id solū cogitet, quod precatur. Jō & Sacerdos ante orationē prefatione præmissa parat fratrū mentes dicēdo, sursum corda, vt dū respondet plebs, habemus ad Dominū, admoneatur, nihil aliud se, q̄ Dominum cogitare debere. Claudatur ꝯ aduersariū pectus, & soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei tpe orationis adire patiatur. S. Ephræm in doctrina de panoplia spiritali: Pro arcu ad orationē manus tuas extende, sicut scriptū est. Et posuisti vt arcum æreum brachia mea. Verè.n. arcus æreus est ꝯ inimicos expansæ in oratione manus in sciētia orantis: sicut ēt sagitta directè emissa ab eo, qui arcum vibrat. Nā si inter orandum animum uagari permittas, eris velut qui tenet quidem arcum, verum sagittā contra aduersarium dirigere nequit, illā in uanum nulla certa intentione emittent. Atq; interdum hosti quidē terrorē incutit hmōi vulneris metus, dū te arcum vibrare considerat, cæterū sagitta non aduersus eū, sed in infinitum emittitur. S. Aug. exponens verba psal. Qm̄ tu Dñe suauis & mitis. Nihil, inquit, stultius, quā si seipsum quisq; palpet & seducat. Attēdat ergo & videat, quāta aguntur in corde humano, quēadmodum ipsæ plerumque orationes impediantur vanis cogitationib. ita vt vix stet cor ad Deum suum, & vult se tenere vt stet, & quodāmodo fugit à se, nec inuenit cācellos, quib. se includat, aut obices quosdā, quibus retineat auolationes suas, & vagos quosdam motus, sed stet iucundari à Deo suo. Vix est, vt occurrat talis oratio inter multas orationes. Diceret vnusquisq; sibi contingere, & alteri non contingere, nisi inueniremus in scripturis Dei, Dauid orantē quodā in loco, & dicentē. Qm̄ inueni Domine cor meum, vt orarē ad te. Inuenire se dixit cor suum, quasi soleret ab eo fugere, & ille sequi quasi fugitiuum & non posset cōprehendere, & clamare ad Dominum. Quoniā cor meum dereliquit me. Itaq; fratres mei, quod hic ait. Suauis es tu & mitis, &c. videor mihi videre ad hoc dixisse mitem Deum, quia patitur ista nostra, & expectat tamen à nobis orationem, vt perficiat nos: & quando illi ea dederimus, accipit gratè & exaudit, nec meminit tantas, quas inconditè fundimus, & accipit vnam, quā vix inuenimus. Io. Cass. in Collat. Quis tantum spiritus potuit vnquā retinere seruorem, vt non interdum lubricis cogitationib. in ipsa quoq; orationis intentione translatus repente de cælestib. ad terrena corruerit? Quis nostrum, vt cętera peruagationum tēpora pretermittā, non illo ēt momento, quo Deo supplicans ad sublimia erigit mentem, quo ueniā delictorū, &c. Quę licet omnia nonnullis, qui sunt crassiorib. vitiis inuolusi leuia, atq; à peccato penè aliena videātur, scientib. tamen perfectionis bonum ēt minimarum rerum multitudo grauissima est. S. Gregorius in verba Iob. Vt desideriū meū omnipotens audiat. Notādum, inquit, est, quod nequaquā dicitur, preces, sed desideriū meum omnipotens audiat. Vera quippe postulatio, non in oris est vocib. sed in cogitationib. cordis. Valentiores nāque voces apud secretissimas aures Dei

Eph. tom. 2. ps. 17. 35.

Aug. i ps. 85.

2. Reg. 7. 27.

ps. 39. 13.

Cass. coll. 23 cap. 7.

Greg. 2. mo. ca. 8.

non

non faciunt verba nostra, sed desideria. Aeternam n. vitã si ore petimus, nec tamen corde desideramus, clamãtes tacemus. Si verò desideramus ex corde, et cum ore conticescimus, tacentes clamamus. Hinc est, qđ in eremo populus vocib. ꝑstrepit, & Moyses à strepitu verborũ tacet, et tñ silẽs aure diuinæ pietatis auditur, cũ dr̃. Quid clamas ad me? Exo. 4 15.

III REMED est præparatio ad orationem, quod tradit Ecclesiasticus dicens. *Ante orationem præpara animam tuam, & non sis quasi homo qui tentat Deum.* Præparabis autem animam tuam, si cogites, cum quo tibi sit sermo habẽdus, & idcirco oẽs alias curas & cogitationes excludas. Deinde, si oẽm prauã peccandi voluntatem deponas, & si peccasti, de lapsu doleas. Nam si hoc nõ præstiteris, eris *quasi homo qui tentat Deum.* hoc est, qui Deum potius ad iracundiam prouocare, quã cõciliare sibi velit. Simile est quod monet Sapiens in Ecclesiastę. *Ne temere qd loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem corã Deo, Deus enim in cælo, & tu super terram, idcirco sint pauci sermones tui.* Huc pertinet quod B. Greg. scripsit in verba illa Iob. Si iniquitatẽ, quæ est in manu tua abstuleris a te, &c. tunc leuare poteris faciem tuam absque macula. *Faciem, inquit, leuare, est in Deo animum per studium orationis attollere. Sed eleuatam faciem macula inquinat, si intendentem mentem reatus sui conscientia accusat. Diffidit namque accipere se posse quod appetit, quę profecto reminiscitur nollę se adhuc facere, quod diuinitus audiuit.* Hinc per Ioannem dicitur. *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum, & quicquid petierimus, ab eo accipiemus.* Et paulo post. *Quia in re hac salubre remediũ vt cũ se mẽs ex memoria culpæ reprehẽdit, hoc prius in oratione defleat, quod errauit: quatenus cũ erroris macula fletib. tergitur, in petitione sua cordis facies ab authore munda videatur.* Et rursũ. *Sẽper ante orationis tempora dẽt solicitè conspici, quicquid põt in oratione reprobari. Sepe namq; immunda vel illicita quadã in aĩo versamus, quoties à precib. vacamus. Sed cũ se mens ad studiũ orationis erexerit, earũ rerũ imagines reuerberata patitur, quib. libenter prius otiosa premebatur, &c. Sæpe curis mundi libenter occupamur, cumque post hæc studio orationis intendimus, nequaq̃ se mẽs ad cælestia erigit, quia pondus hac terrenę solicitudinis in profũdũ merſit.* Eccli. 18 23. Eccl. 5. 1. Iob. 11. 14. Gre 10. mo. c. 16. 1. Io. 3. 20.

IV. REM. Reuerẽtia erga Deũ, hoc est, vt magna cũ humilitate & reuerẽtia corporis atq; aĩ, atq; si Deũ in sua maiestate cũ oĩb. sanctis præsẽtẽ spectares, exordiaris orationẽ mẽtalẽ vel vocalẽ. Sic monet in hoc genere exercitatus S. Bern. *Quid aliud, inquit, cogitare dẽt frater intrãs ad orationẽ, quã Propheticũ illud. Ingrediar in locũ tabernaculi admirabilis vsq; ad domũ Dei. Oĩno siquidẽ oportet nos orationis tẽpore curiam intrare cælestem: illam utique curiam, in qua Rex regum stellato sedet solio circundante innumerabili & ineffabili beatorum Spirituũ exercitu. Vñ & ipse q viderat; qa maiorẽ numerũ nõ inuenit, millia ait milliũ ministrabãt ei, & decies cẽtena millia assistebãt ei. Quãta ergo cũ reuerẽtia* Ber. serm. de 4. modis orã. Psal 41. 5. Dan. 7 10.

quanto timore, quanta illuc humilitate accedere debet à palude sua procedens & repens renuncula uilis. Quã tremebundus, quam suplex, quã denique humilis & solicitus, & toto intentus animo maiestati gloriæ in præsentia Angelorũ, in concilio iustorum, & congregatione assistere poterit miser homuncio? Et inf. *Sic igitur oret, qui orat, tanquam presentatus ei, qui sedet super excelsum thronum in Angelis, qui minime ceciderũt, et eleuatum in hominib. quos suscitauit de puluere inopes, & erexit de stercore pauperes; sic inquã, semetipsum consideret, & sic attendat, tanquam præsentatum Domino maiestatis, vt dicat cum Abrahã. Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis. Et quia tuo præcepto cõmonitus, tua institutione formatus, id præsumo* Domine *fons pietatis.* Quam autẽ absurdum & ridiculum sit orantẽ in tantæ maiestatis præsentia mẽte distrahi & euagari his verbis declarat B. Cypr. *Que aũt segnitia est,* inquit *alienari & capi ineptis cogitationib. & prophanis, cum Dominum deprecaris, quasi sit aliud quod magis debeas cogitare, quã quod cum Deo loquaris. Quo te audiri à Deo postulas: cum te ipse non audias? Vis Deum esse memorem tui cum rogas, cum tu ipse memor tui non sis? hoc est, ab hoste in totum non cauere, hoc est, quando oras Dominum maiestatẽ Dei negligentia orationis offendere, hoc est, vigilare oculis & corde dormire cum debeat Christianus, & cum dormit oculis corde vigilare, sicut scriptum est ex persona ecclesiæ loquentis in Cantico canticorum Ego dormio & cor meum uigilat. Quapropter solicite & cautè Apostolus admonet dicens. Instate orationi, vigilantes in ea docens. s. & ostendens eos impetrare quod postulant de Deo posse, quos Deus videat in oratione vigilare.*

Gen. 18. 27.

Cypr. de or. Dom.

Cant 5. 2.

Col. 4. 2.

V. REM. Iugis præsentiæ diuinæ memoria, cum in aliis vitæ actionibus, tũ maxime in tota oratione. Nam ita scribit Greg. Naz. in oratione quadam. *Non tam sæpè respirare oportet, quã Dei meminisse. Deus. n. perpetuo & continenter nobis bene facit, in esse conseruans, & necessaria ministrans. Nã si vel minimo momento à nobis oculos remoueret, in nihilum redigeremur, sicut imago nostri in speculo apparens in nihilum redigitur, quã primũ nos loco mouemus; & sicut calor ab aqua recedit, quoties ab igne vel sole remouetur. Vt corpus animæ, rami arboris trunco, solares radii soli vniti, vt ab illis uirtutẽ suam trahant, esse dẽnt, ita mente semper Deo vniti esse deberemus. Accedite ad eum, ait Propheta, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur.* Et S. Bas. in regulis breuiorib. qõne posita, qũo quis assequi possit, ne inter orandũ distrahat? respondet. *Nimirum, si certo credat Deum se ante oculos habere. Si. n. Principem aliquis, aut præsidem intuens, & cũ eo loquens oculos ab eo dimouere non solet, qui non tandem credibilius est intentam mentem habiturũ illum qui Deo preces adhibeat in eum, qui scrutatur corda & renes, & illud facturũ, q scriptum est. Leuantes puras manus sine ira & disceptatione?* Ac rursũ post qõnẽ positã, nũ fieri queat, vt nunquã quis mẽte distrahatur Rñdet fieri posse. *Nimirũ si quis excellentẽ electi uiri Dauid*

Naz. ora. de cura paup.

psal. 33. 6.

Bas. q. 21. 201 & 306.

psal. 7. 10.

1. Tim. 2.

uid mentem induerit, qui de seipso loquens ait, nunc quidē. Prouidebā Dominū in conspectu meo sēper, quoniā a dextris est mihi, ne cōmouear: nunc verò, oculi mei semper ad Dominū. Alias aūt. Ecce sicut oculi seruorum in manib. dominorū suorū, sicut oculi ancillæ in manib. Dominæ suæ, ita oculi nostri ad Dominū Deū nostrū. Atque ut minore exemplo discamus quanto studio in reb. maiorib. vti conueniat, quisq; consideret, quo coram aliis ēt æqualib. omni in re studeat euitare reprehensionem in statu, ambulatione, motuque cuiusque membri, ēt locutione. Tum perpendat uerā esse promissionem filii Dei. Vbi duo uel tres congregati fuerint in nōie meo, ibi in medio eorū sum. Itemque Spiritum S. adesse moderatorem, donorumque distributorem. Similiter Angelos custodes uniuscuiusque, secundū q dictum est à Domino. Videte ne contemnatis vnum de pusillis istis Dico. n. vobis, quoniā Angeli eorū uident faciē patris mei, qui in cęlis est, &c. Amplius, si illud ēt implere studeat. Benedicā Dñum in omni tēpore, semper laus eius in ore meo. Et illud. Meditabitur in lege Domini die ac nocte. Quo uidelicet mens in perenni meditatione uoluntatū Dei occupata nequaq̄ spatiū inueniat, quo ad futiles cogitationes possit aberrare.

psal. 15. 8. / ps 24. 15. / ps 122. 2. / matt. 18. 10 / psal. 33. 2. / psal. 1. 2

VI. REM. Considera humani generis hostem nulli pietatis exercitio æque infestū esse ac attentæ & deuotæ precationi, vti passim annotarunt SS. Patres. B. Cypr. loco ante citato ita loquitur. Claudatur in oratione contra aduersarium pectus, & soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei tempore orationis adire patiatur: obrepit. n. frequenter & penetrat, subtiliter fallens preces nostras à Deo auocat, vt aliud habeamus in corde, aliud in uoce, cū intentione syncera Dominū debeat non uocis sonus, sed animus et sensus orare. B. Ephræm de panoplia spirituali. Cum quis in scientia orat, nec sinit euagari cogitationes suas, vehementer contristatur inimicus, uelutti acerrimo spiculo in corde percussus, &c. Quod si, dum oras, mens tua distrahatur, siue per oculos, siue per aures, siue per cogitationes, scito hoc ipsius inimici esse opus. Neque nimium etiam festines tuam implere orationem, cæterum teipsum paulululum coargue, rursusque animum collige, ut scias pro quib. Deum postules, et cur ipsum ores, ne perperam superflua uerba effundas. Illud enim Sathanæ opus est, vt cogitationem in infinita iaculetur, nec sinat hominem in ea persistere postulatione, quam impetrare contendit. Nouit quippe, quod si persēueret homo deprecans, exaudiet eum, qui fecit illum, etiamsi innumerabilia peccata commiserit. Sic Io. Cass alicubi scripsit, Orationib. maximè insidiari dæmones. Multa huius rei exempla exstant in vitis eremitarum, ut S Antonii, Hilarionis, & aliorum sanctorum. De Hilarione obiter inter orandum distracto ita scribit B. Hiero. Orauit semel Hilarion fixo in terram capite, & vt natura fert hominum, abducta ab oratione mens nescio quid aliud cogitabat: insilit dorso eius festinus gladiator, et latera calcibus, ceruicem flagello uerberans. Eia, inquit, cur dormitas? cachinansque desuper, cum defecisset, an hordeum uellet accipere sciscitabatur?

Cyp de ora. / Eph. tom. 2. / Hiero. in eius vita. / The. l. 3. c. 12

De S Dominico auctor vitæ apud Surium ita scribit. *Nocte quadam ante arã ad preces prostratũ malus dæmõ interturbare volẽs grandẽ lapidẽ è tecto Ecclesiæ deiecit, eoque impetu, ut tota Ecclesia eius casu circumsonaret. Usque adeo autẽ capiti eius propinquus fuit lapis, ut ruens capitiũ eius contingeret. Sed viro Dei nihil se penitus mouente hostis terribiliter eiulans abscessit.* Sur in uita 4. April. 8 Aegidius vnus e S. Francisci Seraphici primi sociis, (cui oranti infestissimus erat dæmon) rogatus cur dæmones plus aduersentur homini oranti, quã aliud piũ opus exercenti, respondebat. *Si quis litẽ alicui intendat corã iudice, is cui lis infertur oĩ studio laborat, ne cõtra ipsũ sñia feratur. Sic & dæmõ facit, nã qñ pius hõ Deũ orat pro sua aliorũue salute, litẽ intendit dæmon, tanquam animarum prædoni.*

Gregor. 16. mor. c. 20. Gen. 15. 11. VII. REM est, vt euagationes inter precandum, siue incuria tua, siue astu dæmonis obrepentes illico repellas. *Nam sæpè*, inquit B Gregorius, *in ipso orationis sacrificio importunè se cogitationes ingerunt, quæ hoc rapere, vel maculare valeant, quod in nobis Deo flentes immolamus. Unde Abraham, cum ad occasum solis sacrificium offerret, insistentes aues pertulit, quas studiosè, ne oblatum sacrificium raperent, abegit. Sic nos, cum in ara cordis holocaustum Deo offerimus, ab immundis hoc volucrib. custodiamus, ne maligni Spiritus, & peruersæ cogitationes rapiãt, quod mens nostra offerre se Domino vtiliter sperat.* 2. Si æquo crebriores tibi oprepere videantur, non ideo hastã abiicias & desperes, quia suauis & misericors est Dominus. Aug. in psal. 85. *Desperandum est* inquit August. *de genere humano? & dicendum iam ad damnationem pertinere oẽm hoĩem, cui surrepserit aliqua cogitatio oranti & interruperit orationem ipsius? Si hoc dixerimus fratres, quæ spes remaneat, nõ uideo. Porrò quia est aliqua spes ad Deum, quia magna est eius misericordia. Dicamus ei. Iucunda aĩam serui tui, qm ad te Domine animã meã leuaui. Et qũo eam leuaui? qũo potui, qũo tu vires dsti. Quomodo eam fugientem apprehendere valuit et excidit tibi? quia quotiescunque ante me steristi, puta Deum dicere, tãta vana & superflua cogitasti, & vix mihi fixam & stabilem orationem fudisti. Quia tu es Domine suauis ac mitis. Mitis es, tolerans me. Ex ægritudine desiuo. cura, & stabo. Confirma, & firmus ero.* Psal. 85. 4. 3. Nec abrumpe tẽpus orationi consuetæ præstitum, etiamsi distractionibus obruare, ne victoriã dæmoni cessisse videare. Bas. de abd. rerum. Vnde S. Bas. in sermone cõmonitorio. *Caue diligenter, ne cogitationi illi animi tui assentiare, quæ ab orationis canone nondum peracto auellere te studeat. Habent enim morẽ hunc dæmones, vt faciendæ orationis temporibus, per speciosam aliquam laudabilis causæ simulationem nobis auctores sint, ut ab ea nos subducamus, vt quã salutem afferre nobis intelligunt, ab ea nos probabiliter adducant.* Et in constit. monast. Id. c. 18 *Quod si flagitiosarum cogitationum vis vehementior insurgat, ne sic quidem est deiiciendus animus, neque susceptæ certamina ex dimidia parte confecta relinquenda, sed eo vsque obsirmatè perdurandum, quoad Deus perspecta nostra cõstãtia gratia Spiritus sãcti nobis affulgeat.*

Vide

Vide V. *Acedia. Colloquia otiosa. Desolatio spiritualis. Familiaritas nimia. Illusiones spirituales. Indiscretio. Pigritia. Pusillanimitas, Tristitia. Tepiditas.*

E

EBRIETAS.

Remedia contra Ebrietatem.



Rimum Remedium. Considera quid Spiritussanctus in S. scripturis in Ebrietatem dixerit. Primo enim monet ut eam fugiamus apud B Lucam. *Attendite vobis, ne forte grauentur corpora vestra in crapula & ebrietate.* 2. denunciat eam iram Dei prouocari. nam sic loquitur apud Isaiam. *Vę qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad uesperam, ut vino aestuetis.* Et *Vae qui potentes estis ad bibendum uinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.* Tum apud Salomonem. *Cui vę, cuius patri vae, cui rixę, cui fouea, cui sine causa vulnera, cui suffossio oculorum, nonne his qui commorantur in uino & student calicib. epotandis?* 3. mentem ab alienari, apud eundem. *Ne intuearis vinum, cum splenduerit in vitro color eius, ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit ut coluber.* Et apud Prophetam Abacuch. *Vae qui potum dat amico suo mittēs fel suum & inebriās, ut aspiciat nuditatem eius: repletus es ignominia pro gloria.* Atque Isaiam. *Sacerdos & Propheta nescierunt prae ebrietate, absorpti sunt à vino.* Et Ozeam. *Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferūt* 4. libidinem in flammari Nam in prouerbiis. *Luxuriosa*, inquit, *res vinū, & tumultuosa ebrietas.* Et in epist. ad Ephesios. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* 5. ea iacturam fieri vitę & fortunarum. Vt apud Ecclesiasticum. *Propter crapulam multi obierunt. qui autem abstinens est, adiiciet vitam.* Et. *Operarius ebriosus non locupletabitur.* Et. *Vinum multū potatum irritationem & iram, & ruinas multas facit.* 6. amitti felicitatem aeternam. Clare enim Apostolus ad Galatas scribit. *Manifesta sūt opera carnis, quae sunt, fornicatio, immunditia, & c. dissensiones, ebrietates, comessationes, & his similia: quę praedico vobis, sicut praedixi; quoniā qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Et ad Corinthios. *Nolite errare, neque fornicarii, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum* Dei *possidebunt.*

Luc. 21. 34. Isa 5. 11. & 22. prou. 23. 29. Ibid. v. 31. Ab. 2. 15. Isa. 28. 7. Ose. 4. 11. prou. 20. 1. Eph. 5. 18. Eccli. 37. 34. Eccli. 19. 1. & 31. 38. Gal. 5. 21. 1. Cor. 6. 10.

II. REM. Considera, quam acriter S. Patres eam insectati sint. S. Basilius homilia in Ebrietatem *Ebrietas daemon est voluntarius ex voluptate animis nostris inditus, ebrietas malitiae mater est, virtutis inimica, fortem virum reddit ignauum, ex temperante facit lasciuum, iustitiam ignorat, prudentiam extinguit. Sicut enim aqua igni est aduersa, sic vinum immodicum rationi, & caet. Quid quęso sunt ebrii aliud, quam gentilum idola? Oculos habent, & non vident.* Sanct. Ambrosius

Basil. hom. 14.

in libro de Elia & ieiunio. *Ebrietas fomentum libidinis, ebrietas incentiuū insaniæ, ebrietas venenum insipientię. Hęc sensus hominū mutat & formas: per hanc fiunt ex hominib. equi adhinnientes, &c. Vosê amittūt*
Cap 17. *colore variantur, oculis ignoscunt, ore anhelant, fremunt naribus, in furore ardescunt, sensu excedunt.* Et inf. *Quid aūt obtestationes potentium loquar? quid memorē sacramenta, quæ violare nefas arbitrantur? Bibamus, inquiunt, pro salute Imperatorum, & qui non biberit fit reus in deuotione. V̄r. n. non amare Imperatorem, qui pro eius salute non biberit. O piæ deuotionis obsequium, &c. O stultitia hominum, qui ebrietatē sacrificiū putant, quī æstimant illos ebrietate placere, qui ieiunio passiones sustine*
Hier. l. 3. comment. *re didicerunt.* S. Hier. in c. 5. epi. ad Galat. *Quartumdecimum locū inter*
1. Cor 6. 10. *carnis opera ebrietas apud Apostolum tenet. Ebriosi quippe regnū Dei non*
Luc. 21. 34. *possidebunt. Et Dominus ad discipulos: Cauete, ait, ne forte grauētur corda vestra vino & crapula. Vino hominis sensus euertitur, pedes coruūt, mens vacillat, libido succenditur, &c. Pulchrè quidam non ignobilis orator, cum ebrium de somno describeret excitatum, ait. Nec dormire excitatus, nec uigilare ebrius poterat. Qua sn̄ia expressit, quodāmodo nec mor*
Chry ho. 57 Luc. 21. 34. *tuum eū fuisse, nec viuum.* B. Chrys. ad pop. Antioch. *Ubi ebrietas, ibi*
Luc. 16. *diabolus: vbi turpia verba, vbi saturitas, illic dæmones choreas agunt. Ta*
Id. hom. 1. *lem habebat mensam diues ille epulo, propterea ne quidē guttæ aquæ* Dominus fuit. Et iterum. *Ebrius dæmon est voluntarius, mortuus animatus morbus veniam habens, ruina excusatione carens, cōe generis nostri opprobrium. Non. n. in conuentibus tantum inutilis ebrius, aut in priuatis, & publicis negotiis, sed & solo aspectu est omnium grauissimus, fætores exhalans teterrimos, eructationes & oscitationes.* Et in Matthæū ho. 58. *Quanto melior asinus ebrioso est, quanto canis præstantior? Omnes certè bestię, cum bibūt, aut comedunt, vltra quam satis est non sumunt, etiamsi*
Aug. ser. 231 *mille homines cogerent.* D. Aug. in ser. de tempore. *Cum ebrietatis malū sit graue vitium, & Deo odibile, ita per vniuersum mundum à pluribus in consuetudinem missum est, vt iam nec putetur esse peccatum, &c.* Et oēs *ebriosi tales sunt, quales paludes esse videntur. Nascuntur in illis sā*
Serm. 232. *guisugæ, ranę, & diuersa genera vermium, quę magis horrorem possūt generare, quā aliquid, quod ad victū proficiat, exhibere.* Et rursus. *Qui credit ebrietatem paruum esse peccatum, si se non emendarit, & pro ipsa ebrietate pœnitentiā non egerit, cū adulteris & homicidis ęterna sine remedio illum pœna cruciabit.* B. Isidorus de summo bono. *Plerisque laus*
Isid. l. 2. c 43 Isa. 5. 22. *est, multum bibere & non inebriari. Audiant hi aduersum se dicentem Prophetam. Vę qui potentes estis ad bibendum vinū, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.* Ex Ethnicis instar omnium sit Seneca ita ad Luci-
Sen. ep. 85. liū scribens. *Dic quā turpe sit, plus sibi ingerere, quam capiat, & stomachi sui non nosse mensuram; quam multa ebrii faciant, quibus sobrii erubescant: nihil aliud esse ebrietatem, quam voluntariam insaniam, &c. Oē vitium ebrietas & intendit, & detegit, obstantem malis conatibus verecun-*

verecundiam remouet. Vbi possedit animum nimia vis vini, quicquid mali latebat, emergat. Et paulo post. *Cogita quas clades ediderit publica ebrietas. Hæc acerrimas gentes, bellicosasque hostib. tradidit: hæc multorum annorum pertinaci bello defensa mœnia patefecit: hæc cõtumacissimos et & iugũ recusantes in alienũ egit arbitriũ. hæc inuictos acie mero domuit.*

III. REM. Considera exempla eorum, qui propter ebrietatem grauiter deliquerunt Noe, licet perfectus in generationibus per ebrietatem nudatus est in tabernaculo suo. Noth, quem Sodoma non vicit vino inebriatus geminum commisit incestum. Sampson repletus vino per meretricem hostibus traditus est. Holopherni quia plusquam vnquam alias biberat, caput à Iudith resectum est. Filij Iob dum vinum bibunt ruina domus oppressi sunt Herodes inter procula S. Ioannem Baptistam capite mulctari iussit. Diues epulo ob excessum in potu, ne guttulam quidẽ aquæ post hanc vitam, inquit Chrysost. habere meruit. *Refer*, inquit Seneca loco citato, *Alexandri Macedonis exẽplum, qui Clytum carissimũ sibi ac fidelissimũ inter epulas transfodit, & intellecto facinore mori voluit, certe debuit, &c. Quem tot itinera, tot prælia, tot hyemes, per quas uicta temporum locorumque difficultate transierat, tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria, tutum dimiserunt, intemperãtia bibendi, & ille Herculaneus ac fatalis scyphus condidit.* B. Aug. vel quisquis est auctor sermonũ ad fratres in eremo, pro concione dixit. *Accidit hodie terribilis casus, vt oẽs audistis, pp quem ad ecclesiam Hipponensem & fœminas & infantes congregari præcepi. Ecce præclarissimus ciuis noster, & fere dilectus ab omnibus Cyrillus filium habebat, vt scitis, quem corrigere nolebat, & luxuriosè viuẽdo insumpsit partẽ bonorum suorũ. Sed ecce hodie ebrietatem perpessus matrem prægnantem nequiter oppressit, sororem uiolare voluit, patrem occidit, & duas sorores vulnerauit ad mortem.* Tho. Cantiprat. libro 2. Apum ex relatione fratris ord prædicatorũ. *In Gallia erant honesti, inquit, quidã viri in taberna & bibebant; cumq; incaluissent mero inuectus est sermo quid futurum sit post hanc vitam. Tunc vnus, uanissime decipimur a clericis, qui dicunt animas sine corporibus uiuere post ruinam.* Hoc dicto omnibus in risum concitatis aduenit homo *statura magnus & fortis, & residens cum illis vinum postulat, bibit, & q̃ritque quis inter eos sit sermo, De animabus, inquit ille, qui supra. Si quis meam vellet emere, optimo pretio darem eam, & de precio in cõi ad bibendum omnib. Tunc cachinnantibus omnibus, ille qui superuenerat. Talem, inquit, mercatorem quæro; paratus sum eam emere: dicito quanti dabis? Et ille elato vultu. Tanti inquit. Mox conuenientibus eis in pretio, soluit emptor statim pecuniam, & lætantibus omnibus, biberunt pleno calice, non curante quicquam illo, quod animam suã vendidisset. Vespere autem facto, tempus est, inquit emptor, vt quisque nostrum ad propria reuertatur. Vos tamen antequam separemur ferte iudicium. Si quis equum emerit, capistri vinculo alligatum, nunquid cum equo in ius ementis cede-*

Gen. 9. Ge. 19. Iud. 16. Iudith. 13. Iob. 1. Mat. 14. Luc. 16.

Au ser 33.

Tho. c. 56.

tet & capitulum? Cui omnes pariter responderũt, vtique cederet. Nec mora, venditorem quæstionis & responsionis horrore trementem, emptor eum anima & corpore videntibus omnibus sursum eleuauit in aera, & secũ, vt certũ est, ad inferna pertraxit, diabolus ut erat in hominis specie.

IV. REM Abstine a conuiuijs, aliisque conuenticulis, in quibus est potandi occasio, iuxta monitionem Sapientis. *Noli esse in conuiuiis potatorum, nec in comessationibus eorum.* Habes exempla illustria duorũ sanctorum, Ambrosii & Augustini, qui, vt scribit Possidius, *neque in patria petiti ibant ad conuiuium, ne temperantiæ amitteretur modus.* Quod si cõmode te ab omnibus subducere non potes, vel quia à principe viro inuitaris, vel a superioribus interesse iuberis, vide ne limites sobrietatis excedas, quos tibi excedere nunquam licet, etiamsi a Rege ad bibendum cogeris. Sic.n. scribit B. Aug. *Solent ebriosi ita se excusare, vt dicant. Persona potens me coegit, vt amplius bibã, & in conuiuio regis non potui aliud facere. Ad excusandas excusationes in peccatis ista prætendimus, & quod implere nolumus, non potuisse nos dicimus. Etiamsi ad hoc veniretur, vt tibi diceretur. Aut bibas, aut morieris, melius erat, vt caro tua sobria occideretur, quam per ebrietatem anima moreretur.* Sed excusatio ista falso obiicitur. *Ipsi.n. reges, & quicunque alii potentes, &c. si te viderent definisse, vt eis non acquiescas pro timore Dei inebriari, si tibi sub hora videantur irasci, postea verò te in grandi admiratione suscipiũt dicentes. Quantis eum minis & terroribus fatigauimus, & tamen nunquam eum à sobrietate separare potuimus?* Et paulo post. *Ille qui ebrietati resistit, si cum Dei adiutorio perseuerarit, & pro ipsa ille aliquas pertulerit tribulationes, omnia ei Dominus ad Martyrii gloriã reputabit.*

V. REM. In potu ne quære voluptatem, sed tantum vitæ sustentandæ, roborandarumque corporis virium necessitatem. Ea de causa Apostolus Timotheo suo aquæ potatori præcepit, vt modico vino vteretur ob frequentes eius infirmitates. Quem finem honestum vel alium, si animo infixum habueris, facile pretiosiora vina declinabis, quæ corpora grauare solent. Certe seruo Dei carnem cum concupiscentiis suis crucifigere conanti indignum est in potu quærere oblectamentum; imo sanctũ & iustum esset illi, optare, si fieri posset, citra vllum sensus gustum, naturali necessitati tantum facere satis, vt hoc magis assimularetur Christo ab omnib. voluptatib. terrenis alienissimo, sanctisq; omnibus, qui tã longe aberant a studio venandæ alicuius illecebræ in potu, vt data opera varios modos excogitarint esculentis poculentisque oẽm adimendi delectationem. Quam autem carnali homini durum, asperumue sit hoc remedium prolixe declarauit B. Augustinus in confessionum libris. *Quis est Domine, inquiens, qui non rapiatur aliquantulum extra metas necessitatis? Quisquis est, magnus est, magnificet nomen tuum. Ego autem non sũ quia peccator homo sum.* Et rursus. Hoc me docuisti, *vt quemadmodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam. Sed dum ad quietem satietatis*

Prou 23. 20. Possid. in vita Aug. Aug. ser. 233 de temp. Psa. 240. 1. Tim 5. Gal. 5. 24. Medicina amara. Au. l. 10. c. 31

tientatis ex indigentiæ molestia transeo, in ipso transitu mihi insidiatur la queus concupiscentiæ. Ipse enim transitus voluptas est, & non est alius, qua transeatur, quam quo transire cogit necessitas. Et cum salus sit cā edē di & bibendi, adiungit sese tanquam pedisse qua periculosa iucunditas, & plerumque praire conatur, vt eius causa fiat, quod salutis causa me fa cere vel dico, vel volo: nec idem modus vtriusq; est, nā quod saluti satis est, delectationi parū est. Et sæpe incertū fit, vtrum adhuc necessaria cor poris cura subsidium petat, an voluptaria cupiditatis fallacia ministeriū suppetat. Ad hoc incertum hilurescit infelix anima, & in eo præparat ex cusationis patrocinium, gaudens non apparere, quid satis sit moderatio ni valetudinis, vt obtentu salutis obumbret negotium voluptatis.

VI. REM. & optimum est, ab omni vini vsu abstinere, quo innumerabiles sancti hactenus, quo longius ab ebrietate abessent, vsi fuere Sapiens inquit, *Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animum transferrem ad Sapientiam, deuitaremque stultitiam.* Spiritus sanctus certe laudat apud Ieremiam Rechabitas, quod vinum ut parerent Ionadab patri suo, nō biberint. Laudat & Danielē, quod vino, aqua sola contentus, cū sociis abstinuerit. Gabriel Archangelus inter admirādæ sanctitatis Ioannis Baptistæ indicia ponit, quod vinū, siceramue non sit bibiturus. Eusebius in historia Ecclesiastica cōmemorat S. Marcum Euangelistam primis fidelib. in Ecclesia Alexandrina degentib. inter cætera virtutum exercitia a vino abstinentiam commendasse. D. Augus. lib. primo de moribus Ecclesiæ, agens de Episcopis, sacerdotibus, diaconis & monachis in Ecclesia Dei suo æuo florentibus, eos laudat, quod vino abstinuerint. S. Hieron. in cælum ferens palestinæ monachos, scribit ne ægros quidem sibi vinū indulsisse; imo hortatur sponsas Christi, hoc est, sacras virgines, vt vinum fugiant perinde ac venenum. *Si quid*, inquit, *in me potest esse consilii, si experto creditur, hoc primum moneo, hoc obtestor, vt sponsa Christi vinum fugiat pro ueneno. Hæc aduersus adolescentiam prima arma sunt dæmonum, non sic auaritia quatit, inflat superbia, delectat ambitio. Facile caremus aliis uitiis, hic hostis nobis inclusus est: quocunque pergimus, nobiscum portamus inimicum. Vinum & adolescētia duplex est incēdium voluptatis, quid oleum flammę adiicimus? quid ardenti corpusculo fomenta ignium ministramus?* Neque mirere Hieronymum adolescentibus adimere vinum, cum & gentiles olim, vt Romani, teste Aeliano, vsque ad annum ætatis trigesimum, ijs ademerint.

Eccl. 2. 3. Iere. 35. 18. Dan. 1. & 10 Luc. 1. 15. Euf. li. 2. c. 7. Aug. c. 30. Hier. ad Eustoch. de virgin. ep. 22. Ælian. l. 10. var. hist. c. 9.

VII. REM. Quod si tibi vel non libet, vel non licet, aut expedit ad tantam aspirare perfectionem, vt omne vinum ableges ceruisia vel aqua contentus, reuoca saltem prauam nimium bibendi consuetudinem paulatim ad iustam moderationem, & si difficultas in ea peruincenda occurrat, diuinam opem cum eo qui dixit, *omnia possum in eo qui me confortat*, implora. Ita consulit B. Augustinus in sermone 231. de tempore.

Phil. 4. 13.

pore. Qui sunt, inquit, *ebriosi cum Dei adiutorio de luto fecis se excutiāt vel de cloaca ebrietatis, dum adhuc tēpus pœnitendi est festinent, quanta possunt celeritate Deo auxiliante consurgere, & totis animæ viribus cū*
psal 68. 15. *Propheta supplicantes Domino dicant. Eripe me de luto, vt non inhæream, &c. Sed hic ante omnia scire debemus, quia non vna die efficiuntur homines ebriosi, sed cum paulatim per singulos dies singulos sibi, aut binos calices ad potum consuetudinarium addunt. Sic qui se de hoc malo desiderat liberare, paulatim subtrahēdo ad sobrietatis lucem redeat. Qui enim per partes aliquid subducere voluerit, & de ebrietate liberabitur,*
Aug li. 10 c. 31. Lu 21. 34 Crapula est intemperantia venialis. *& intolerabilem inferni pœnam non patietur.* Et in libris confession. *Audio vocem iubentis Dei mei. Non grauentur corda vestra crapula & ebrietate. Ebrietas longè est à me, misereberis, ne appropinquet mihi. Crapula autem nonnunquam surrepit seruo tuo: miserebris, vt longè fiat à me. Nemo. n. esse potest continens, nisi tu des. Multa nobis orantibus tribuis, & quicquid boni, antequā oremus, accipimus, à te accipimus, & vt hoc postea cognosceremus, à te accipimus. Ebriosus nūquā fui, sed ebriosos à te sobrios factos ego noui. Ergo à te factū est, vt hoc non essent, qui nunquā fuerunt, à quo factum est, vt hoc non semper essent qui fuerūt: a quo etiam factum est, ut scirent utrique, à quo factum est.* Ac tādem cōcludit. *Itaque freni gutturis temperata relaxatione, & constrictione tenendi sunt.*

VIII. REM. Caue, ne quenquam inducas ad inebriandum se, vel directe, hoc est, intendendo vt ille se inebriet, vel indirecte vt compellendo ad potum, quem verisimile est inebriandum; nam secundum D. Thomę, aliorumque Doctorum sententiam non esses immunis à peccato mortali, eo quod cooperari malo, perinde sit atque malum perpetrare. Vnde
Ambro. 13. Aug. ser. 230 231. B. Ambrosius, dum prolixe describit potatorum mores in libro de Elia & ieiunio. *Rogas*, inquit, *ad iucunditatem, cogis ad mortem.* Et S. Augustinus, in citatis sermonibus de tempore *Si & te*, ait, & *alium inebriaueris, habebis hominem amicum, habebis Deum inimicum.* Et rursus. *Quicunque me audire contempserit, & ad bibendum pronus fuerit, vel in conuiuio suo alios adiurare, vel cogere uoluerit, pro se, & pro illis in die iudicii reus erit.* Et iterum. *Qui alterum cogit, ut se plus, quam opus est biben do inebriet, minus malum ei erat, si carnem eius uulneraret gladio, quam animam eius per ebrietatem necaret.*

Vide V. *Amor sui. Choreæ. Consuetudo praua* *Gula.* **Immortificatio** *passionum. Luxuria. Societas praua. Voluptas carnalis.*

EXEM-

EXEMPLVM MALVM, VEL SCANDALVM.

Remedia contra exemplum malum.

I REM. Considera quid Spiritus sanctus de malo exemplo in sacris literis tradiderit. Primo enim monet, ne nostro exemplo cuiquam offendiculo simus, & occasionem præbeamus delinquendi. *Ne ponatis*, inquit Apostolus, *offendiculum fratri, vel scandalum*. Et. *Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum*. 2. monet, ne attendamus exemplum vulgi, vel multitudinis. *Non sequeris*, inquit in Exodo Deus, *turbam ad faciendum malum, nec in iudicio, plurimorum acquiesces sententiæ, vt à verò devies*. 3. declarat, quam grauiter peccet, qui prauum exemplum aliis præbet. *Væ mundo*, inquit Christus apud Matthæum, *à scandalis, væ homini, per quem scandalum venit. Qui scandalizauerit vnum ex pusillis istis minimis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundũ maris*. Et B. Paulus. *Si propter cibum tuum frater tuus contristatur, iam nõ secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est*. Et. *noli propter escam distruere opus* Dei. Et rursus. *Peccantes in fratres, & percutientes conscientiam ipsorum infirmã, in Christum peccatis*. 4. monet, vt ab eorum societate, qui scãdalum præbent, nos segregemus. *Si oculus tuus dexter*, ait Saluator, *scandalizat te, erue eũ, & proiice abs te; & si manus tua dextera scandalizat te, abscinde eam et proiice abs te*. Vnde & Petro, scandalum aliquod sermone suo aliis danti, respondit. *Vade post me Sathana, scandalum es mihi*.

Ro. 14. 13. 2. Cor. 6. 3. Exod. 23. 2. matt. 18. 7. Ro. 14. 15. Ibid. 20. 1. Cor. 8. 12. Mat. 5. 29. & 18. 9. matt. 16. 23.

II. REM. Considera quid idem Spiritus sanctus tradiderit de exemplo bono. Primo enim generatim omnes hortatur, vt aliis bonum exemplum præbeant: vt in epist. ad Romanos. *Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem*. Et ad Corinth. *Christi bonus odor sumus Deo, in iis qui salui fiũt*. Et ad Philip. *Sitis sine querela, & simplices filii Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ; inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo*. Et rursus. *modestia vestra nota sit omnibus hominibus*. Et in priore epistola B. Petri *Conuersationem nostram inter gentes habentes bonam, vt in eo, quod detrectant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum in die visitationis*. 2. speciatim aliorum superiores. nam Christus apud Matthæum ad Apostolos ait. *Vos estis lux mundi, sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cælis est*. & paulus ad Timotheum. *Exemplum esto fidelium in verbo, & cõuersatione, in charitate, in fide, in castitate, ut profectus tuus manifestus sit omnibus*. Et ad Titum. *In omnib. præbe te exemplum bonorum*

Ro. 15. 2. 2. Cor. 2. 15. Phi. 2. 15. Phi. 4. 5. 1. Pet. 2. 12. Mat. 5. 14. 16 1. Tim. 4. 12.

Tit.2.7 *norum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate.* Ac B. Iacob. *Quis*
Iacob.3.14. *Sapiens & disciplinatus inter uos? ostendat ex bona conuersatione opera*
Ioann.13.15 *tionem suam in mansuetudine sapientiæ.* 3. Docet exemplum Christi imitandum, & sanctorũ. *Exemplum dedi uobis,* ait Christus ipse cum lauis-
1.Pet.2.21. set Apostolorum pedes, *vt quemadmodum ego feci, & vos faciatis.* & S. Petrus *Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut se-*
Isa.51.2 *quamini vestigia eius.* Isaias Propheta. *Attendite ab Abraham patrem*
1.Mach.2.26 *uestrum, & ad Saram, quæ peperit vos.* Matthias in libris Machabæorũ ad fortiter pro Dei legibus pugnandum commemorat exemplum phi-
Heb.13.7. nees. Paulus ad Hebræos. *Memento te Præpositorum vestrorum, qui vo-*
1.Cor.11.1. *bis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum cõuersationis imi tamini fidem.* Et ad Corinth. *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.*

Bas.quæst.64 III. REM. Considera dicta SS patrum. B. Basilius in regulis breuior. *Sane scandalizat aliquis, quandocunque dictis, factis ve legem violat, & exemplo suo ad legis violationem inducit, ut serpens Euam, & Eua A-*
Matt.16.22. *dam Vel quandocunque prohibet exequi voluntatem Dei, vt Petrus Dominum, quando dixit. Absit à te Domine, non erit tibi hoc. cui tum di-*
1.Cor.8.10. *ctum est. Vade post me Satana, scandalum es mihi, quia non sapis ea, quę Dei sunt, sed ea, quæ hominum. Vel quando ædificat animum imbecillis ad aliquid eorum, quæ uetita sunt, secundum quòd scriptum est ab Apo-*
Matth.18.6. *stolo. Si quis viderit eum, qui habet scientiam, in idolio recumbentẽ, non ne conscientia eius, cum sit infirma, ędificabitur ad manducandum idolothyta?* Et infra. *Si in iis quę in potestate nostra sunt res adeo formidabi lis est fratrem scandalizare, quid de iis dicendum erit, qui rebus vetitis faciendis, loquendis ve scandalizant, maximè quando vel scientia maiore prẹditus uidetur, uel in gradu aliquo censetur sacro, ut cæteris tanquã re-*
Naz.in apo. pro fuga. *gula, exemplar vè propositus esse debeat?* Greg. Nazian. in Apologetico. *Præclarè cum eo agitur, qui nec peccando, nec suspicione laborando quam diu fieri potest, ac ratio sinit, offensionis, scandalique materiam multitu*
matth.18.6 *dini præbet; quippe cum iis etiam, qui vnum ex pusillis offenderint, quã certa, quamque atrox & acerba ab eo, qui mentiri nescit, pœna constituta sit, non ignoremus.* Et in oratione ad laudem Basilii sub finem, cum tã quam *communem uirtutis tabulam & exemplum omnibus Ecclesiis & hominibus proponit, in quod intuentes uelut in uiuam quandam legem, uitam suam dirigant.* Similiter Greg. Nyssenus in enarratione vitæ Mo-
Isa.51.2 seos. *Per Prophetam,* inquit, *Isaiam, diuina uox clamat. Attendite ad Abraham patrem uestrum: ut quemadmodum qui ui uentorum a recta nauigationis uia in pelagus exacti sunt si ad ignem, uel cacumen montis respexerint, facile se ab errore in tutum reducunt: sic quicunque huius ui tæ fluctibus oppressi à uirtute aberrant, exemplo Abrahæ quasi guberna culo ad diuinæ uoluntatis portum reuocãtur.* Et paulo post. *Idcirco enim*
Hier.ep.11 *credendum est præstantissimorum uirorum uitas exquisitissimè descriptas, ut uita nostra imitatione ad uirtutem rectius deducatur.* Hier. in ep.

ad

ad Gerontiam, de monogamia. *Fuge personas, in quibus potest malę conuersationis esse suspicio, nec paratum habeas illud à triuio. Sufficit mihi conscientia mea, non curo, quid de me loquantur homines. Et certè Apostolus prouidebat bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus, ne per illum nomen Dei blasphemaretur in gentib. Habebat vtique potestatem sororem mulierem circumducendi, sed nolebat se iudicari ab infideli conscientia, &c. Si scandalizat, inquit, esca fratrem, in æternum carnem non manducabo.* Aug. in sermonibus de tempore. *Nemo se circũueniat, fratres carissimi, nullus homo sibi solummodo viuat, &, sicut frequenter suggessi, quantoscunque aliquis exemplo sanctæ vitæ ædificauerit, cum tantis & pro tantis mercedem retributionis beatæ vitæ accipiet: & quantiscunque exemplum malæ conuersationis, etiam si eum illi non sequantur, præbuit, pro tantis se malis rationem nouerit redditurum.* S. Leo I. in sermone de S. Laurentio. *Facilis ad exhortandum sit ratio, efficax ad suadendum. validiora tamen sunt exempla, quam verba, & plenius est opere docere, quam voce.* Eodem spectat quod non semel B. Greg. docet plus exempla mouere, quam verba, & ad amorem patriæ cęlestis, quosdam incitari magis exemplis, quam prædicamentis. Et B. Bernard. *Sermo viuus & efficax exemplum est operis, facilè persuadens quod intẽdimus, dum factibile esse probat quod suademus.* Rom. 12.17. 1. Cor. 8. 13. Aug. ser. 163. G ho 38. in Euang. & in 4. dial. Bern. ser. 2. de resurr.

IV. REM. Considera, quid doctissimi Ethnicorum de vi & efficacia exemplorum scripserint. *Duo illa*, inquit Cicero, *nos maxime mouent, similitudo exemplum.* Et alibi. *Quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant homines.* Et Seneca ad Lucilium. *Longum iter est per præcepta, breue & efficax per exempla. Zenonem Cleanthes non expressisset, si eum tantummodo audisset. Vitæ eius interfuit, secreta perspexit, obseruauit illum, an ex formula sua viueret. Plato & Aristoteles, & omnis in diuersum itura sapientum turba plus ex moribus, quàm ex verbis Socratis traxit.* Idem epist. 11. docet animo fingendum talem magistrum virtute præstantem, si re ipsa desit, coram quo viuamus. Aristides apud Platonẽ in Theage sub finem sic loquitur. *Ego, ò Socrates nihil unquam à te didici, vt & ipse nosti. proficiebam autem, quoties tecum vna eram, etiamsi tantum vna in domo essemus, quanquam non in eodem cubiculo, magis tamen, si quando in eodem etiam cubiculo Et tum quoque magis, si in te dicentem intuerer, quam si oculos ullam in partem dirigerem, multò autem maximè ac plurimum proficiebam, si quandò proximè te sederem, et tangerem tibi.* Cur autem plus exemplis quam verbis & doctrinæ credatur, causam reddit loco citato Seneca, quia *homines plus oculis credunt quam auribus.* Cum quo conuenit illud Horatianum. *Segnius irritant animos immissa per aures, quam quę sunt oculis subiecta fidelib.* Aristoteles vero, quia quisque procliuior est ad eligendum bonum in particulari, quã in vniuersali, licet hoc illo sit diuinius. Nã quod opere & exẽplo ostenditur, videtur ab operante electũ. Vñ B. Ioannes, *No diligamus*, inquit, Cic. l. 3 de oratore. & ep. 4. ad Ser. Sulp. Sen. ep. 6. Horat. de arte poet. Ari. Eth. c. 1. 1. Io. 3. 18. Act. 1. 1

quit,

Act. 1. quit, *lingua, neq; verbo, sed opere & veritate*. Et B. Lucas scripsit Christum prius cœpisse facere, deinde docere.

V. REM. Considera, quantus fructus vel ex vnius hominis pii & sancti exemplo sit consecutus. Nam imprimis ex vnius Christi Saluatoris exemplo consecuta est Apostolorum, discipulorumque Christi, ac per eos & successores eorum totius orbis vsque ad nostram ætatem conuersio. Idcirco enim iuxta SS. Patrum doctrinam Christus, cum esset filius Dei naturam humanam assumpsit, factus similis nobis homo, vt hoc visibili exemplo omnes ad veram virtutem informaremur. Ideo, inquit B. Basil. c. 2. Basilius in constit. monastic. *naturam humanam suscepit, vt in se uelut in tabula quadam ueram nobis pietatem depingeret, eamque omnibus ante oculos statutam pro uiribus imitandam, ceu archetypũ proponere. Nec enim alia de causa corpus nostrum gessit, nisi ut quoad fieri possit, ad imitanda uitæ ipsius studia conformemus.* Deinde notum est quot millia hominum ex vnius B. Antonii, Basilii, Hieronymi, Augustini, Benedicti, Romualdi, Brunonis, Bernardi, Dominici, Francisci, Ignatii, & aliorum exemplo commoti sint ad vitam religiosam eremiticam vel cœnobiticam ducendam. Quam multi vnius sæpe martyris in perferendis tormẽtis constantia, ad fidem Christi complectendam, sanguinem etiam pro ea profundendum sint pellecti. Quanto numero etiam hoc seculo ad sodalitatem B. Virginis, aliasque piè institutas omnis ætatis homines se certatim, ob præclara pietatis exempla quæ in sodalibus cernunt, se adiungant.

Quam pauci denique ad ueteres religiosorum cœtus, in quibus vetera sanctitatis exempla defecerunt, se aggregare soleant. Augustinus Aug. c. 3. & 5 sane diserte fatetur in octauo confessionum libro se conuersione Victorini doctissimi senis, & omnium liberalium doctrinarum peritissimi, quã illi narrauerat Simplicianus, ad suam conuersionem permotum. *Vbi*, inquit, *homo tuus Simplicianus de Victorino ista narrauit, exarsi ad imitandum. Ad hoc enim & ille narrauerat*. Et cum postea graui lucta carnis, & Spiritus excruciaretur, pubitaretque num castitatem seruare posset, rursus exemplorum præsidio hanc tentationem discussit. *Aperiebatur*, inquiens, *ab ea parte qua intenderam faciem casta dignitas conti-* Ib. c. 11. *nentię, serena & non dissolutè hilaris, honestè blandiens, vt venirem; neque dubitarem, & extendens ad me suscipiendum & amplectendum pias manus plenas gregibus bonorum exemplorum. Ibi tot pueri & puellę, ibi iuuentus multa, & omnis ætas, & graues viduæ & Virgines anus, & in omnibus ipsa continentia nequaquam sterilis, sed fecunda mater filiorum. Et irridebat me irrisione exhortatoria, quasi diceret. Tu non poteris, qđ isti, & istæ? An verò illi, & istę in semetipsis possunt, ac nõ in Domino Deo suo? Proiice te in eum, noli metuere, non se subtrahet, vt cadas. Proiice te securus, excipiet te, & saluabit te*. Huius generis exempla passim extant quamplurima.

VI. RE-

VI. REM. Crebro peruolue Sanctorum historias, è quibus ampla tibi suppeditabit optimorum exemplorum seges, idque facies plurimorum sanctorum exemplo, maxime B. Antonij, Dominici, Thomę Aquinatis, Birgittæ, aliorumque qui vt habes in eorum vitis apud Surium, & ipsi eas lectitabant, & aliis earum lectionem commendabant. Deindè & totius Ecclesiæ Catholicæ, in qua vsus iam olim increbuit Martyrologium legendi in anniuersario cuiusque sancti die, & nunc obtinet vitam præcipuorum quorumque sanctorum recensendi in officio diuino vel Breuiario Eodem spectant sanctorum festa, in quibus res a sanctis gestæ non solum decantantur, sed etiam pro concione exponuntur, *ad excitandam*, vt loquitur B. Augustinus in libris contra Faustum, *eorum imitationem*. Et publica Calendaria nominibus sanctorum in singulos dies æque apud hæreticos atque Catholicos signata. Adhæc imagines & statuæ in templis, & alibi, res à sanctis gestas exprimentes. Tum sanctorum certorum patrocinia, a quolibet pro arbitrio delectorum, & menstruæ eorundem in sodalitatibus quibusdam sortito factæ electiones. Hæc enim nulla alia de causa excogitata sunt, vel inducta in mores, quam vt tā crebra commemoratione eorum, ad consectandam eorundem vitam, & pietatem magis magisque accenderemur. Quantus autem profectus vel ex sola priuata lectione vitæ sancti existere possit duobus tantum exemplis, vt cætera omittam, doceri potes. Vnum habes in Augustino ex relatione Potitiani de duobus Imperatoris aulicis, qui cum extra vrbem Treuirorum forte incidissent in casam quandam eremiticam, ibique codicem, in quo scripta erat in vita S. Antonii Aegyptij, perlegissent, sic ambo accensi sunt sectandæ illius vitæ religiosæ desiderio, vt relicta militia seculari se extemplo diuino seruitio consecrarint. *Et ambo*, inquit Augustinus, *habebant sponsas. Quæ posteaquam hoc audierunt, dicauerunt etiam ipsæ virginitatem Deo.* Alterum est B. P. N. Ignatii Societatis Iesu fundatoris, qui, vt prolixe in eius vita refert Petrus Ribadineira, cum militiæ seculari item deditus, lectoque ob læsum grauiter pedē affixus codicem sibi aliquem porrigi, fallendi temporis ergo, postulasset nec alius ad manum esset, nisi qui uitam Christi & sanctorum contineret, lectione illa sensim ita immutatus est, vt abiectis armis, mundoque contempto totum se diuino cultui manciparit, ac tandem viros doctissimos propositi sui sectatores sibi adiunxerit, ac religionem Societatis Iesu iam toto orbe sparsam, a sede Apostolica sæpe approbatem, condiderit.

Aug. li. 10. c. 11

Lib. 8. cōfes. c. 6.

Rib. lib. 1. c. 2.

VII. REM. Vnius pluriumve uirtute & doctrina præstantium vitam moresque tibi imitandos propone, sicut philosophi illi veteres vitam Socratis.

Sic enim monet Spiritus sanctus per Sapientem. *Cum sapientibus, inquiens, & prudentibus tracta. Et. Cum viro sancto assiduus esto, quemcunque cognoueris obseruantem timorem Dei, cuius anima est secundū* ani-

Eccli 9. & 37

Amb. c. 43. *tiam tuam.* Deinde S. Patres. Ambrosius libro 1. de officijs. *Sequatur cō uersationis electio, vt adiungamur probatissimis quibus seniorib. Namq; vt equalium vsus dulcior, ita senum tutior est, qui magisterio quodam et ductu vitę colorat mores adolescentium, & velut murice probitatis inficit.* Namque *si hi qui sunt ignari locorum, cum solertibus viarum iter adoriri gestiunt, quanto magis adolescentes cum senibus debent nouum sibi iter vitæ aggredi, quo minus errare possint, & à uero tramite virtutis*

Hier. ep. 7. *deflectere.* Hiero. ad Lætam de institu. filię. *Proponatur ei (Lætę) probæ fidei ac morum, & pudicitiæ virgo ueterana, quæ illā doceat, & assuescat*

Cass. lib. 4. c. 38. & 40. *exemplo ad orationes & psalmos nocte consurgere, mane hymnos canere, tertia, sexta, nona hora stare in acie quasi bellatricem Christi.* Io. Cassianus libro quarto de institutis monast. *Considera te de paucis, & electis effectum, & ne exemplo ac tempore multitudinis refrigescas, sed viue ut pauci, vt cum paucis inueniri merearis in regno Dei. Multi enim sūt vocati, pauci verò electi.* Et inf. *Exempla tibi sunt imitationis, ac vitę perfectæ in congregatione commoranti à paucis, imò ab vno vel duobus, non à pluribus expetenda.* Hoc antidotum, quam salutare sit, multi sanctissimi viri exemplo suo declararunt. ac in primis S. Antonius, quem scribit

Athan. in eius uita B. Athanasius adhuc tyronem, monachorum, qui tum nondum insolitudines sic abdiderant, sed in villis extra urbem commorabantur, obiuisse cellas, obseruasseque sedulo singulorum virtutes, & mores, vt eos imitari posset; idemque postea sectatoribus suis præscripsisse auctor est Cassia-

Cas. l. 5. c. 4. nus libro 5. institu. monast *Vetus est, inquit, beati Antonii, admirabilisque sententia monachum spiritualia mella condere cupientem, velut, apē prudentissimam debere vnamquamque virtutem ab his qui eam familiarius possident deflorare, & in sui pectoris uase recondere. Cunctas namque si ab vno uolumus mutuari, aut difficile, aut certe nunquam idonea ad imitandum nobis exempla poterunt reperi.* Quæ sententia licet uideatur pugnare cum superiore eiusdem Cassiani dicentis *à pluribus non esse expetenda exempla,* non tamen pugnat, quia etsi a pluribus flosculum aliquem virtutis decerpere possent, non tamen debebant, nisi unum aliquem aut duos tanquam spiritalis uitæ duces & magistros sectari. S. Bernardus ad fratres de monte Dei. *Elige tibi, inquit, tu ipse hominem consilio meo, cuius vitæ exemplar sic cordi tuo insederit, reuerentia inhæserit, vt quoties eius recordatus fueris ad reuerentiam cogitati assurgas, & temetipsum ordines & componas, qui cogitatus, ac si præsens sit, in affectum mutuæ charitatis emendet in te omnia emendanda, & tamen nullum patiatur damnum secreti sui solitudo tua. Hic præsens tibi adsit quandocunque uolueris: occurrat sępè & cum nolueris. Increpationes eius describe tibi, &c.*

Addo aliud exemplum Petri Blesensis qui ante annos 400. in Eccle-

P. Blesensis Bath. arch. sia Dei floruit. Is in inuectiua aduersus obtrectatorem sic scribit. *Diu a retroactis temporibus aliquem tui ordinis* (Cistertiensis) *virum semper*

meтum habui, meæ conuersationis testem, meique corporis & animæ Angelum & custodē. Unū tamen elegi, & prælegi mihi dilectum Deo & hominibus, quem iudicio meo longè differētius multis quadam præminētia probatissimæ religionis illustrat, &c. Ipse procuidubio amicus Dei est canonicæ institutionis serenissimus æmulator, suæ carnis crudelissimus aduersarius, &c. Memoriā eius posui tanquam signaculum super cor meum, cuius humilitatem, maturitatem, prudentiam, constantiā, & ut includam multa paucis, incomparabilem honestatem in interioribus meis iugi recordatione circumfero quantumcunque permittit conuersatio secularis ad exemplar illius quasi ad sigilli spiritualis imaginem me cō'gno.

Vide V. *Consuetudo praua. Familiaritas nimia. Linguæ abusus. Societas praua.*

F

FAMILIARITAS NIMIA.

Remedia contra eandem.



PRIMVM Remedium. Considera familiaritatem nimiam inter ea vitia numerari, quæ speciem quandam virtutum mentiuntur, & idcirco nō facile eam à virtute charitatis, vel amicitiæ posse discerni. De quo genere viuorum sic scripsit aduersus Pelagianos Hieron. *Vicina sunt vitia virtutibus si vt paululum declinaueris, aut errandum tibi sit, aut in praceps cadēdum. Quantum inter se distant, pertinacia & perseuerentia, parsimonia & frugalitas, liberalitas & profusio, prudentia & calliditas, fortitudo et temeritas, cautela & timiditas, quorum alia ad bona, alia referuntur ad mala:* Quæ causa forte est. vt nullus ex priscis Patribus, extra S. Basilium in diiudicandis humanis affectibus vere lynceum, huius vitij meminisse videatur. Sed nec recentiores Scriptores, nisi paucis verbis, hunc morbū attigerunt. Hier. li. 3.

II. REM. Considera sedulo omnia quæ a Basilio de hoc morbo prodita sunt. Sic enim in sermone de institutione monachorum scribit. *In cōmuni contubernio neutiquam patitur charitatis lex aliquas coire seorsū, aut amicitias, aut sodalitates. Siquidem nullo modo fieri potest, quin affectiones ista, quæ in hanc magis, quam in illam propendent partem plurimum incommodent communi omnium, concordiæ. Quare æqualiter se diligere inter se omnes debent, idemque ergo vniuersum fratrum cætum charitatis tenendus est modus. Quod si quis inuentius fuerit qui maiore quadam animi propensione monachum fratrem, vel propinquum, vel alium* Bas. ser. com monitor. Bas. ser. 1.

quem-

quemuis quauis de causa videatur diligere, hũc castigare oportet vt inim rĩũ publicæ charitati. Si quidem in eo quod quis aliquem plus diligit, facile indicat reliquos se in amore inferiores hře. Rursum in const. monast.
Id. c. 30. *Charitatem quidem mutuam habere inter se fratres debent, non ita tamen, vt duo tres vè seorsum à cæteris sodalitatem inter se coeant, quandoquidem hoc non charitas est, sed seditio & diuisio, & eorũ qui sic coeũt improbitatis iudicium Si in communis disciplinæ decus earum haberẽt, qui tales sunt, sine dubio cõem, æqualemque erga omnes charitatem tenerent. Si verò ipsi à reliquis sua sponte disiuncti in cętu catum efficiant, vitiosa huiusmodi amicitiæ conciliatio est, & diuersam quandam à cõmunibus institutis rem esse oportet, quæ hos inter ipsos conciliet: atque hoc profecto nihil est aliud, quam contra veterem disciplinæ stabilitatem innouatio.* Et paulo post. *Quod si firmatam quis iam vetustate disciplinam labefactare in animo habeat, ac alios etiam de fratribus secum comites trahat, hic primo quidem ab eo qui sanus sit secreto admoneri tanquam parum sanus debet. Sin secreto curari noluerit, adhibendi erunt etiã fratres ali s intelligentiores, vt est in sacro Euangelio, &c.*

Matt. 18. 16. III. REM. Considera, in quanta pericula hæc familiaritas, licet initia habet Spiritualia, sępè hominem coniiciat, vt vere dici possit de eo illud Sapientis. *Est via quæ videtur homini iusta: nouissima autem eius deducunt ad mortem.* Et illud Apostoli. *Sic stulti estis, vt cum Spiritu cœperitis carne consum memini?* De hoc periculo non tacuit Basilius: nam in sermone de abdicatione rerum. *Iuuenis, inquit, siue ętate, siue animo fueris, ęqualium tuorum consuetudinem defugito: ab illisque tē nõ secus, atque ab ardentissima flamma procul abducito: quando quidem illorum opera vsus aduersarius plerosque olim incendio dedit, & sempiterno igni cremandos addixit, ac spiritualis videlicet primo charitatis vana quadã specie illectos in teterrimam postea Pentapolitarum voraginem præcipites deturbauit* & B. Laur. Iust. in libro de disciplina & perfectione monasticæ conuersationis. *O quot sub specie charitatis seducuntur, & seducunt? O quanti simulata pereunt dilectione? Heu quam multi in principio purè & sine deceptione conuersantes ex nimia familiaritate paulatim in fecti in immane præcipitiũ dilapsi sunt: eo miserabilius, quo fœdius. Sub vera charitatis namque prætextu in tales subintrat amor sensualitatis, &c. Sicut amat vnus singulariter, ita & amari vult, atque cęco seductus errore ignorat se vesano amore percussum. Passione namque victus ducitur inuitus & tyrannicè superatus ad opera carnis, quadam, ut sic dicam, necessitate abstractus & illectus, ac intentione quadam latenter palliata & polita seductus, vt suum valeat assequi appetitum, patrum ordinationes frangit, monasterii institutiones non obseruat, &c. De verbis, de actibus mutuis, de cogitationib. obscęnis tacẽdum est, quæ sub colore charitatis omnia ex in ordinata paulatim familiaritate generantur. De talibus dicit Apostolus. Videte ne cum Spiritu cœperitis, carne consum memini.*

Prou. 14. 12.
Gal. 3. 3.
Basil.
B. Iustin. ca. 82.

mini. Proinde interdicenda est assidua & priuata conuersatio in Collegiis seruorum Christi. Solent quidam respondere, se ita Dei gratiam esse in Spiritu fundatos, vt non pertimescendum sit lapsus periculum. Sed audiant illi quid in libro de singularitate clericorum obiiciat B. C. prianus. Nimium, inquit, praeceps est, qui transire contendit, vbi alium conspexit cecidisse, & vehementer infraenis est, cui non incutitur timor alio pereunte. Et paulo post. Vtilius est, vt infirmum se homo cognoscat, vt fortis existat, quam fortis videri velit, & infirmus emergat. De qua praesumptores obiurgat Apostolus dicens. Si quis putat se aliquid esse, cum nihil sit, seipsum implanat. Ille autem tutius sibi consulit, qui circa malos semper insidus species quascunque noxias extimescit. — Gal. 3. 3. Cypr. Gal. 6. 3.

IV. REM. Esto nullum impendeat tale periculum, tamen caueri non potest, quin nimia familiaritas occasionem det multis obloquijs, suspicionibus, scandalis, odijs & auersionibus, vt obseruauit idem Basilius agens de institutione monachorum. Quoniam aequali, inquit, inter se vicissim charitate complecti omnes debent, iustitia violatur, quoties in communi cõuẽtu priuatę aliquae coitiones reperiuntur. Qui.n. vnũ magis quã caeteros diligit, is quod non perfectè caeteros diligat de seipso indicio est. Quocirca ex conuentu reiiciendus est amor iste singularis, ex quo suspiciones, inuidiaeque oriuntur. Vbique enim aequalitatis defraudatio inuidiae, odiique materia existit. Quare etiam praeceptum à Domino nobis est imitemur bonitatem illius, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos. Et B. Iustinianus in loco citato. Interdicenda est priuata conuersatio in Collegiis seruorum Christi, quae quanquam in nullo alio reprehensibilis sit, sine proximorum tamen scandalo fieri nequit. Et infra, Nam solent in conuersationibus familiaribus, minimumque assiduis, nisi cautè agantur, intermisceri vaniloquia, scurrilitates, detractiones & effrenati risus, p quę mens distrahitur, compunctio dissoluitur, gratia subtrahitur, proximus male aedificatur. Quoniã vero excipere posset, sibi curae nõ esse, qd alii suspicentur, modo salua maneat conscientia, saltẽ curet ne aliis sit scandalo. Vę homini, inquit Christus, per quem scandalum venit. Prouidentes bona, ait Apostolus, non tantum coram Deo, sed etiam corã hominib. Et. Non quę sua sunt singuli considerantes sed quę aliorum. Et. Estote sine offensione Iudęis & graecis & Ecclesię Dei, sicut & ego per omnia omnib. placeo Sic exceptionẽ repellit B. Cyp. libro nuper allegato, & addit. Non iuuenib. tantum, sed & senibus congruit fratrum imbecillitati consulere, ne senectus peruersè prouocet iuuentutem, ex qua dẽt oĩa salutaria documenta procedere, sicut Eleazarus in libro Machabaeorũ profitetur & dicit. Praemitti malo ĩ infernũ, quã patrias leges deserere, nõ.n. aetatẽ nostrã dignum est fingere, vt multi adolescentium arbitrari Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum, vt ipsi propter meam simulationem, & propter modicum, & corruptibile tempus vi se per me seducantur, vt odium ac maculam senectuti meę acquiram. — Bas. serm. 2. matth. 5. 45. matth. 18. 7. Rom. 12. 17. phil. 2. 4. 1. Cor. 10. 33. 2. mach 6. 23

Deinde non modo homini pio curæ esse debet vt salua sit conscientia, sed et vt fama, quēadmodū fuit Eleazaro. Quo circa hic addidit Cypr. *Suspiciosis tamen malam porrigit famam, & pudicitię bonum frustra intrinsecus laborioso agone custodit, quod forinsecus efficit infamari de*
1. Cor. 10. 29. *strucns magisterium Pauli prouidentis pariter & monentis. Vt quid, inquit, libertas mea iudicatur ab infideli conscientia?*

V. REM. Simulatque ergo deprehendes ex familiaritate tua oriri suspiciones, offendicula, & obtrectationes in animis quorundam, illico inchoatam familiaritatem dissue, vel etiam rumpe, exemplo eorum de quibus scribit Climacus agēs de discretione *Vidi, inquit, iuuenes se inuicem castissimo amore, ac secundum Deū diligentes, qui tamen dum aliorum conscientiam inde lædi conspicerent, conuenit inter eos, vt se ab inuicem ad tempus elongarent.* Neq; ille discessus imminuit mutuā eorū dilectionē, sed potius auxit, quia maculā, qua obfuscari cœperat, sustulit. *Hi pro certo*, inquit B. Cypr. agens de coniugib. post votū perpetuæ castitatis segregatis *sese inseparabiliter diligunt, qui vt triumphos sibi inferant, à seipsis discedunt.* Imò consultum est, eandē familiaritatem, antequam oriantur eiusmodi suspiciones, vel scandala, præscindere, vti prudens magister S. Elizabeth regis Hungariæ filiæ, & Lantgrauij Thuringiæ coniugis quondam fecit. Nam in vita eius Iacobus Montanus ita scribit. *Cernens prudēs magister eius Conradus toto illam nisu per pietatis opera ad celsitudinem sanctæ perfectionis contendere, curandum magnopere putauit, ne quid huic intentioni, vel abesset utile, vel adesset inutile. Proinde expendens quanto sit impedimento spiritualis vitæ priuata erga familiares & amicos affectio duas illi comites Ysintrudem & Gutam, quarū prę ter cæteras singulari tenebatur amore, quam primum ademit. Testes sunt lachrymæ vtrinq; profusæ, quid & charitatis habuerint iunctæ, & doloris senserint separatæ, &c. Ergo geminę familiaritatis destituta solatio, & quidē gratissimo, velut aggeris obiectu prępeditum vndique flumē altius excrescit, didicitq; supernè deposcere, quicquid minus infra consequi permittebatur.* Cū quo cōsentit rursum illud consiliū B. Cypriani. *Præoccupandus est aditus cunctis insidiis, ne hostilitas prior obrepens occurrat improuidis. Salutare remediū est præuenire potius, q̄ præuenīri, & anticipare potius, quā anticipari virib. fortib. congruit. Vbicunq; fuerit prouidentia, fenstrantur vniuersa contraria. Vbi autem prouidentia negligitur, oīa contraria dominantur.* Et illud Hieronymi ad Nepotianū. *Caueto omnes suspitiones, & quicquid probabiliter fingi potest, ne fingatur, ante deuita.*

VI. REM. Considera quæ sint nimiæ familiaritatis indicia, hoc est, quibus notis cognoscatur familiaritatem spiritualem transiisse in carnalem vel sensualem, vt tanto citius caueri queat. B. Bonauentura in Tractatu de processu religionis assignat septem. Primum est, si familiares crebra vsurpent colloquia de rebus vanis & futilibus de aliorum defectibus, si profusi inter eos risus & obmurmurationes, contra superiores.

[Margin notes: Io. Clim. gra du 26. — Cyp. de singul. cle. — Apud Surd. Nou. 1 9. c. 21 — Ibid. — Bon. process. sin 6 c. 16.]

res, 2. si perueniant ad contractum manuum, cæterarumque corporis partium, luctas, oscula, amplexos. 3. Si munuscula vtrinque impertiant crebrius. De quo Hieron. ad Nepotianum, de vita clericorum. *Crebra*, inquit, *munuscula, & sudariola, & fasciolas, & vestes ori applicitas, ac degustatos cibos blandasque & dulces litterulas, sanctus amor non habet Mel meum, lumen meum, meum desiderium, omnes delitias & lepores, & risu dignas vrbanitates, & cęteras ineptias amatorum in comędiis erubescimus, in sęculi hominibus detestamur, quanto magis in monachis & clericis.* 4. si ægre à sese mutuo, & non sine lachrymis diuellantur: diuulsi autem ita nonnunquam ex absentis amici recordatione mœreant, vt deuotioni suæ vacare non possint. 5. si molestè ferant alios venari suo cum carorum amicitiam, & inuideant eam assecutis. 6. Si in mutuis offensis grauius exacerbentur, & difficilius reconcilientur, dicentes: Nunquã hoc vel illud ab eo expectassem. 7. si suos lapsus grauiores, ipsi inter se non corrigant, & ad alios delatos, vel defendant, vel extenuent. Hier. ep. 1.

3°. VII. REM. Considera, quam infirma sint eorum præsidia, qui adduci non possunt, vt dictas familiaritates dissoluant. Alii enim obtendunt naturã se procliues ad consuetudinem paucorum. Quibus iam olim respondit B. Basilius locis supra citatis: *Qui*, inquit, *in rebus huiusmodi naturã sequitur, is planè declarat seipsum nondum ex toto à naturali defecisse affectu, sed adhuc vrgi carnis imperio*. Et rectè, nam natura etiam propendemus ad otium, aliaque multa vitia, & tamen nemo docet in ijs obsequendum naturæ, vel carni, sed pugnandum esse contra illam. Alii obtendunt intentionem, scopumque bonum, quem sibi habeant propositum, in singulari illa familiaritate, nempe vt pijs colloquijs alios ad meliorem frugem perducant. Verum alii non ex intentione quam non vident, sed ex externa conuersatione, quam vident colligunt, intentionem bonam esse non posse. Alij excipiunt se nihil vnquam mali cum eiusmodi familiaribus vel agere vel egisse. At Apostolus hortatur nos vt ab omni specie mali abstineamus. Magna autem species mali est in ea re, quæ tot gignit suspiciones, scandala, dissensiones, obloquia? immo magnum verè malum est, quod tollit boni nominis existimationem. *Melius enim est*, teste Sapiente, *nomen bonum quam diuitię multæ*. & Poeta *Omnia si perdas, famam seruare memento.* Bas. ep. 2. mo nast. instit. 1. Thess. 5. 22. Prou. 22. 1.

Vide Vt *Adulatio, Amor sui. Colloquia otiosa. Consuetudo praua. Curiositas. Detractio Hypocrisis. Immodestia. Immortificatio passionũ. Inconstantia. Indiscretio. Inobedientia. Iudicium proprium Linguæ abusus. Murmuratio. Tepiditas. Voluntas propria. Voluptas carnalis.*

G

GLORIO VANA.

Remedia contra gloriam vanam.



RIMVM Remedium. Considera quid spiritusſanctus in diuinis literis de gloria vana patefecerit. Primo enim dehortatur nos ab aucupanda inani gloria & laude vt apud Ieremiam. *Non glorietur Sapiens in ſapientia ſua.* Et Apostolum. *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi.* Et Sapientē. *Laudet te alienus, & non os tuum.* Et. *Noli extollere te in faciendo opere tuo.* Et apud Lucam. *Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, quia ſerui inutiles ſumus. Non enim qui ſeipſum commendat,* vt eſt in epiſt. 2. ad Corinthios, *ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat.* 2. monet nullum nobis eſſe cauſam aucupandæ gloriæ noſtræ. *Quid habes,* ait per Apoſtolum, *quod nō accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris?* Et per Iſaiam. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni.* Ac apud Ioannem. *Si ego glorifico meipſum* (ait Chriſtus ipſe, qua homo) *gloria mea nihil eſt.* 3. docet ſoli Deo deberi omnem gloriam. *Da Domino Iſrahel,* inquit ad Achan Ioſue, *gloriam.* Et in pſalmis. *Afferte Domino gloriam & honorem, & date gloriam laudi eius.* Et. *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.* Et apud Apoſtolum. *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Et. *Soli Deo honor & gloria.*

Ier. 9. 23.
Gal. 5. 26.
prou. 27. 2.
Eccli. 10. 29.
Luc. 17. 10.
2. Cor. 10. 18.
1. Cor. 4. 7.
Iſa. 40. 6.
Io. 8. 54.
Ioſ. 7. 19.
pſal. 28. 2.
pſal. 113. 9.
1. Cor. 1. 31.
1. Tim. 1. 17.
Luc. 10. 17.
Baſ. const.
Chry. ho. 45

II. REM. Conſidera quid SS. Patres in gloriam vanam dixerint. B. Cyprianus in ſermone de ieiunio & tentationibus. *Gloriabantur,* inquit *aliquando diſcipuli (Chriſti), & complacebant ſibi in miraculis, gratulabundi, quod eis etiam dæmonia obedirent, ſed repreſſa eſt increpante Domino ſimplicitatis eorum præſumptio. Videbam,* inquit, *Satanam tanquam fulgur deſcendentem de cœlo. his verbis eorū animis intimans, & c. quia ante hominis conditionem ſuperbientis diaboli ruinam vidit.* S. Baſilius in conſtit. monaſt. *Fugiamus inanem gloriam, dulcem ſpiritualium operum ſpoliatricem, iucundum animarum noſtrarum hoſtem, tineam virtutum, blandiſsimam bonorum noſtrorum depradatricem, eandemque mellis illitu fraudis ſui veneni coloratricem & mortiferi hominū mentibus poculi porrectricem; Quod opinor ea de cauſa facit, vt vitio ſe illi audius ingurgitent, nec vlla illius expleantur ſatietate.* Dulce quid humana imperitis gloria eſt. Io. Chryſ. ad pop. Antioch. *Ut ſaui quidā vēti in tranquillum mare delati totum ab immo ſubruunt, vt & arena cū*

vndis

vndis misceatur, sic excæcat mentis impetum gloriæ furor: nam pecunias quidem contemnere volenti satis est facilè, honorem autem à multis collatum despicere multi laboris indiget, magnæ sapientiæ Angelicæ cuiusdam animæ ipsum cælestis celsitudinis verticem tangentis. Non est. n. non est vitium ita tyrannicum, & vbique dominans, ex maiori quidem, vel ex minori parte, attamen vbique. Et rursus. *Anima cupiens honorē, & glorificari, non videbit regnum cælorum. Non meus est hic sermo neque mea recito verba, sed Spiritus sancti. Non videbit, licet virtutem operetur. Ait. n. Receperunt mercedem suam. Itaque qui mercedem non accipit, quō cælorum regnum videbit?* Hieronym. ad Eustochium, de custodia Virginitatis. *Illud quoque tibi vitandum est, ne inanis gloriæ ardore capiaris. Quō inquit Iesus, potestis credere, gloriam ab hominib accipientes? Vide, quale malum sit, quod qui habuerit, non potest credere. Nos verò dicamus. Quoniam gloriatio mea tu es. Et qui gloriatur, in Domino glorietur. Et si adhuc hominib placerem, Christi seruus non essem.* Aug. lib. 5 de ciuitate Dei. *Sanius videt, qui & amorem laudis vitium esse cognoscit. Quod ne poetā fugit Horatium, qui ait; Laudis amore tumes: sūt certa piacula quæ te, Ter purè lecto poterunt recreare libello.* Idem in carmine Lyrico ad reprimendam dominandi libidinem ita cecinit. *Latius regnes auidum domando Spiritum, quam si Libyam remotis Gadib iungas, & vterque Pœnus seruiat vni.* Et rursus. *Tam est hoc vitium inimicum piæ fidei, si maior in corde sit cupiditas gloriæ, quam Dei timor uel amor, vt Dominus diceret. Quō potestis credere gloriam ab inuicem expectantes, & gloriam quæ à solo Deo est non quærentes?* Idem de quibusdam, qui in eum crediderant, & verebantur palam confiteri, ait Euangelista *Dilexerunt gloriam hominum magis quam Dei.* Io. Cassianus. *Septimum nobis certamen est contra Spiritum cenodoxiæ (quam nos vanā siue inanem gloriam possumus appellare) multi formem, varium atque subtilem, ita vt quibuslibet perspicacissimis oculis non dicam caueri, sed peruideri, deprehendique vix possit.* Et infra. *Pulchrè Seniores nostri naturam morbi huius in modum cepæ, bulborumque describunt, quæ vno decorticata tegmine, alio rursum inueniuntur induta: totiesque reperiuntur obtecta quoties fuerint expoliata.* S. Bernar. in Cantica. *Gloria in cōfusione eorum, qui terrena sapiunt, dicente etiam Dauid. Qui hominib. placēt, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Fratres, si hæc scitis, nemo vestrū velit laudari in vita ista, quia quicquid hic fauoris captas, quod ad Deū non retuleris, ipsi furaris. Tibi enim vnde gloria putide puluis, tibi vnde?*

Matt. 6. 5. — Hier. ep. 22. — Ioan. 5. 44. — Ps. 3. 4. — 1. Cor. 1. 31. — Gal. 1. 10. — Aug. c. 13. 14. — Hor. li. 1. ep. ad mecænatem & carm. l. 2. ad Salust. — Io. 5. 44. & 12. 43. — Cas. l. 11. inst. c. 1. — lib. c. 5. — Bern. ser. 13. — phil. 3. 19. — psalm. 52. 6.

III. REM. Considera exemplum Christi, Ioan. Baptistæ, & Apostolorum. Nam apud Matthæum per Ioannis discipulos rogatus Christus, an ipse esset Messias, non respondit se esse, sed dixit id ex doctrina & operib. diiudicandum. Deinde de se agens in tertia persona. *Ite,* inquit, *renūciate Ioāni, quæ audistis & vidistis. Cæci vidēt, claudi ambulāt, &c.*

matt. 11. 3. — Isa. 35. 5. — matth. 8. 4.

Chr. ho. 26 in matth. Adhæc non semel vetuit publicari miracula a se facta. Vt cum lepros curato dixit, *Vide nemini dixeris. Ideo.n.inquit Chrys. nulli dicere iubet vt doceat non diligendam ostentationem, & gloriam. Nam quod alio in*
Luc. 8. 39. *loco sanatum à se iubet beneficium publicare, non diuulgari seipsum iuss*
Io. 1. 20. *sit, sed dari gloriã Deo. Narra, inquiens, quanta tibi fecit Deus.* S. Io. Baptista non aliud fuit quam speculum contemptus humanæ gloriæ, in vita habitu, & moribus, ideo in solitudine omnẽ vitam egit. ideo nec Elias, nec Propheta, nec Messias, cum posset, haberi voluit. Sed vox clamantis
Act. 14. 14. in deserto, qua nihil vanius & fragilius Paulus & Barnabas, vt est in Apostolorũ Actis, cũ Listrenses ob sanatũ claudũ diuinos honores eis deferre vellent, conscissis tunicis suis exilierunt turbas clamantes & dicen-
Act. 3. 12. tes. *Viri quid hæc facitis?* Petrus quoque & Ioannes, cõcurrẽte populo ob simile miraculũ dixerũt. *Viri Israëlitæ quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut ptãte fecerimus hũc ambulare?*

IV. REM Considera quãti vanæ gloriæ cõtẽptores fuerint alij multi
Hier. in eius vita. sancti. De S. Hilarione ita scribit Hieron. *Sexagesimotertio vitæ suæ anno cernens grande monasterium, & multitudinem fratrum secum habitãtium, turbasque eorũ, qui diuersis languorib. & immundis spiritib. occupatos ad se deducebant, ita vt õi genere hominum solitudo per circuitũ repleretur: flebat quotidie, & incredibili desiderio conuersationis antiquæ recordabatur. Interrogatus à fratrib. quid haberet, cur se conficeret, ait. Rursum ad seculum redii, & recepi mercedem meã in vita mea. En homines Palestinæ & vicinæ prouinciæ existimant me alicuius esse momẽti, &c. Mirentur alii signa quæ fecit, mirentur incredibilẽ abstinentiã scientiam, humilitatem. Ego nihil ita stupeo, quã gloriã illum, & honorẽ calcare potuisse. Concurrebant Episcopi, presbyteri, clericorum & monachorum greges, matronæ quoque Christianorum grandis tentatio. Sed et potentes viri & iudices, vt benedictum ab eo panem & oleũ acciperent:*
Bern. ser. 13. in Cant. *at ille nihil aliud nisi solitudinem meditabatur.* Cum qua Hieronymi admiratione consentit illud Bern. *Magna, inquit, & rara virtus profecto ẽ, vt magna licet operantem magnum te nescias, & manifestam omnib. tuã te solum latere sanctitatem, mirabilem te apparere, & contemptibilem te*
Sur. to. 6. *reputare, hoc ego ipsis virtutib. mirabilius indico.* S. Greg. Turonum Episcopus vt est in eius vita, reliquias sãctorum semper è collo gestabat, vt
Sur. to. 4. quoties miraculum ederet, non suis meritis, sed reliquiarum beneficio adscriberet. S. Vdalricus Augustanus Episcopus, cum die Iouis sancto visi essent cum eo sacrum facientes sancti Fortunatus & Adalbero antecessores, dextera quoq; manus consecrans tpe cõsecrationis super eũ apparuisset, tempore communionis clericis, qui viderant porrectæ, os compressit, vt visum occultarent, & post sub pœna amittendæ vitæ vetuit, ne patefecerent. Eadem de causa, cum morbum caducũ curare posset, publice id
Greg lib. de vita patrum. petentibus negauit. S. Nicetius Treuirorum antistes, vt auctor est Gregorius Turonicus, ad cauendam inanem gloriam, signum crucis sub veste

formauit,cum publice curaret dæmoniacum. S. Anno Archiepiscopus Coloniensis,cum ei cæcus quidam obuiam fieret dicens se visione monitum,vt aqua qua manus in Missa abluisset illineret oculos,asperis verbis eum repulit,vocans impostorem.cæcus verò cum a sacri Ministro aquã impetrasset,visum recepit,Et cum postea gratias Episcopo agere vellet, longe acrius eũ excepit,quod Deum tentasset. Ministro aũt qui aquã dederat leuiter alapam infregit,ac vtrique prohibuit, ne se viuo cuiquam rem propalarent,sed Deo tantum gratias agerent.S. Bernardus quoque nouus sui sæculi thaumaturgus,nec ob crebra miracula sibi aliquid esse videretur,in hæc verba prorupit. *Ex scriptutis didici signa fieri, vel per perfectos, vel per fictos.Ego nec perfectionis mihi sum cõscius,nec fictionis. Nihil ergo mihi,& signis istis,quandoquidem mea illa famę magis quàm vita nouerim exhiberi;nec ad meam fieri commendationẽ,sed ad commonitionem potius,ad fructum autem aliorum, & ad fouendum de me bonam opinionem.* Sur.to.5.li.5. c.3. Lib.3.vitæ. c.6.in Surio.

V.REM. Considera,quã lubricus,periculosus & perniciosus sit morbus humanæ gloriæ.Nã velut *vmbra corpus*,teste B. Hieronymo ad Eustochium,ita gloria sequitur vbique virtutem,etiam in intimas solitudines,vt eam mactet & perdat. *In solitudine*,inquit Cassianus. *quoque cunctorum mortalium consortia gloriæ causa fugientem persequi non cõsistit. Quanto amplius vniuersum quis vitauerit mundum,tãto eum acrius insectatur.* Et infra. *Omnia vitia superata marcescunt & deuicta per singulos dies infirmiora redduntur,hoc verò deiectum acrius conualescit. Cætera genera vitiorum eos tantum impugnare solent, quos in certamine superarint,hoc verò suos victores acrius insectatur:quantoque fuerit validius elisum,tanto vehementius victoria ipsius elatione congreditur.* Et rursum. *Cui sub specie nitidæ vestis cenodoxiam non potuit diabolus generare,pro squalida & inculta conatur inserere. Quem scientiæ & eloquutionis ornatu nequiuit extollere,grauitate taciturnitatis elidit. Si ieiunet palam,gloria vanitatis pulsatur. Si illud contemnendæ gloriæ causa contexerit,eodem vitio elationis obtunditur.* Denique hic vnus morbus, omnibus virtutum thesauris,& beatitudine æterna nos expoliat. Clare.n. apud Matthæum Christus,dixit,ieiunantem,orantem, vel eleemosynas dantem,vt videatur ab hominibus,recepisse in hoc mundo mercedem suam,ac idcirco frustra expectare æternam. Qua de causa recte supra B. Basilius,vanam gloriam omnium spiritalium bonorum latronem, Chrysost. verò *matrem gehennæ* appellauit. Hier.ep.22. Cassi.li.11.c.6. Ib.c.7. Ib.c.4. Matt.6.1. Ba.constit. mon.c.11. Chr.ho.17. in ep ad Ro.

VI.REM. Considera quam vilis, fluxa & caduca sit omnis humana gloria, laus,& celebritas nominis,quam tãto studio hoĩes huius seculi venantur. *Mihi pro minimo est*, aiebat Apostolus, ab *hominib. iudicari, aut ab humano die.* i. fauore & existimatione humana. Imo Christus ipse dicit. *Si glorificare me voluero,gloria mea nihil est.* Sicut.n. vmbra corporis,quocunque tandem colore corpus imbutum sit, semper nigra est; 1.Cor.4.3. Io.8.54.

imo

immo nihil quod subsistat, sic omnis huius seculi gloria, quã patres vmbræ comparant, quacunque tandẽ ex re nascatur, siue ex virtute vera, siue ex scientia, vel potentia, non nisi inane quid est in sola opinione consistens, siue eius qui honorat, siue qui honoratur. *Hæc inanis gloriæ natura est*, ait Nazian. ad Nemesium gentilem, *vt statim decidat.* *Nihil hominum gloria*, inquit B. Chrysost. *vilius. Nonne uides personas, quas in scena versantes induuntur, quam sint pulchræ & splendidæ? potes mihi talem aspectum in ueritate mostrare? nequaquam. Nunquid unquam earũ amore captus est?* Non. *Quare? quia vacuæ sunt, & imitantur pulchritudinem, pulcræ tamen non sunt. Similiter & gloria inanis est, & gloriam quidem imitatur, non tamen est gloria. Dic n. mihi, quid habet boni à multis circumspici? Sicut enim larua occultat vilitatem hominis vsque ad vesperam, dimisso autem theatro, vnusquisque apparet, quod est: ita si post multas tuas laudes auditas domum reuertare, & solus sis, omnia gloria defluxerit. In forum processisti, præsentes in te cõuertisti? quid amplius? nihil extinctum est, & euanuit tãquam fumus diffusus. Quantæ sunt hæc quæso stoliditatis, quantæ dementiæ?* *Ad unum itaque spectemus, quomodo Deus nos laudet.* Et paulo post. *Non potest gloriæ seruus homo, nõ omnium seruus esse, & ipsis seruilior mãcipiis. Nec n. talia præcipimus seruis nostris, qualia captiuis suis illa turpia & de decore plena negotia loq. facit, & pati, & quò obsequentiorem viderit, hoc imperium plus adauget. Fugiamus itaque hanc seruitutem, fugiamus. Dices aliquis. Qualiter poterimus? Si philosophemur de terrenis, si cogitemus, quod præsentia omnia somnium & vmbra sint.*

Bas. hom. 3. VII. REM. Considera tuam vilitatem. Primum, quod terra sis, & in terram breui forte rediturus. Hoc remedium est S. Basilii scribentis in verba Moysis. Attende tibi ipsi. *Tibi*, inquit, *mire places ob opes, vel aui tæ gentis claritudinem? immodico gaudio subsilis ob patriæ celebritatẽ? ob elegantiam corporis? ob honores ab omni gradu tibi delatos? Attende tibi ipsi: mortalis enim tu quippe terra es, & in terram abibis. Vbi iam dic, qui ciuitatum amplissimos magistratus capessebant? Vbi inuicti rhetores? vbi exercituum Duces? vbi tyranni?* Nonne omnia puluis? *non sunt in fabulam versa omnia? Memoria vitæ eorum in quam paucis ossibus retinetur? In horum sepulchra deflecte parum per oculos. posse ne te speras discernere inter famulum & Dominum, pauperem & diuitem? vinctum, & eum à quo uinctus erat Regẽ?* Secundo, quod, quicquid laude vel gloria dignum habes, acceperis a Deo. *Quid habes*, ait Apostolus, *qđ non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Et. *non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Quod si ne ad cogitandum quidem bonũ sufficientes sumus, quanto minus ad eloquendum & agendum? Vnde Christus. *Sine me*, inquit, *nihil potestis facere* Et nobis solum peccatum est, at boni nihil Osee ait. *Perditio tua Israel, tantummodo in me auxilium tuum.*

Chr. hom. 3 ad popul. — Deute. 15. 9. iuxta 70. — 1. Cor. 4. 7. — 2. Cor. 3. 5. — Ioan. 15. 5. — Os. 13. 9.

tuum. Et B. Bernardus in Cantica. *Tibi, inquit ò homo, vnde gloria? puta de puluis unde tibi? De vitæ sanctitate? Sed Spiritus est qui sanctificat. Spiritus non dico tuus, sed Dei. Et si prodigiis aut signis effulgeas, in manu tua fiunt, sed virtute Dei. An blanditur popularis fauor, quod verbum bonum, & bene forte depromseris? sed Christus donauit os & sapientiam. Nam lingua tua quid nisi calamus scribæ? & hoc ipsum mutuo accepisti talentum creditum est, repetendum cũ vsura.* Si dicas Deũ agnosco auctorem omnium bonorum, quæ habeo, sed interim mea sunt, quæ mihi Deus dedit. Fateor tua esse, sed ita, sicut ille tua esse voluit. Voluit autem te illis rectè vti ad tuam aliorumque salutem, non autem inde gloriari, sicut Pater filio dat vestes ad honestatem vel necessitatem, non vt inde insolescat. Rides puerum si ob plumulam galero impositam sibi vehementer placeat quanto magis ridet te Deus, si ob scientiæ, nobilitatis, vel pietatis donum aliquod immodice te efferas. Ber. serm. 13

VIII. REM. Quoad fieri potest virtutes tuas occulta, & occasiones captandæ gloriæ refuge. Quod remedium suggessit Dominus ipse cum apud Matthæum iubet orantem sese recipere intra cubiculum, & ieiunantem lauare faciem, & eleemosynam dantem ita pare ut nesciat sinistra quid faciat dextra. Sicut enim thesaurus absconditus tutior est a latronibus, & virgo domi clausa facilius castitatem seruat, quam quæ per vias vagatur, ita virtus occultata, à vana gloria & diaboli laqueis securior est. *Sicut vestem pretiosam*, inquit Chrysostomus, *cũ in publico ponimus, plurimos ad insidias prouocamus: Si verò domi recondamus, in tuto cunctа seruabimus: Sic si opes virtutum palam quasi venales assiduè portemus in mente, inimicum irritamus ad furtum, sin verò nemo alter id sciet, nisi quem nulla occulta latent, tutissimo in loco consistent.* Et B. Greg. in Euangelia. *Inuentus thesaurus absconditur, vt seruetur, qui studium cælestis desiderii à malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In præsenti etenim vita quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus. Maligni autem Spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident, deprędari ergo desiderat, qui thesaurũ publicè portat in via. Hoc autem dico, non vt proximi opera bona nostra non videant, cum scriptum sit: Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est; sed ut per hoc quod agimus, laudes exterius non quæramus. Sic autem sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto, ut & de bono opere proximis præbeamus exemplum, & tñ per intentionem, qua Deo soli placere quærimus, sẽper optemus secretũ.* matth. 5. 6. Hom. 5. in Matt. Greg. ho. 11 matt. 5. 16. 1. Cor. 10. 31.

IX. REM. Assuefac te vt omnes actiones tuas, maxime mane ad gloriam Dei referas, secundum consilium Apostoli. *Siue manducatis*, inquit, *siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriã Dei facite.* Qđ remediũ dedit Io. Cass. his verbis. *Athleta Christi qui verum & spiritalem agonem certare desiderat, hanc multiformem bestiam tali remedio poterit euadere, si primitus nihil proposito vanitatis & inanis gloriæ* Cass lib. 11. Inst. cap. 18.

capes-

capessendæ gratia fieri permittat. Deinde quæ bono initio fecerit, obseruatione simili custodire nitatur. Quo autem constantius id facias, optimũ erit Deum quasi præsentem & operum nostrorum spectatorem cernere
psal. 8. & dicere cum regio Propheta. *Prouidebam Dominum in conspectu meo*
Bas. q. 34. *semper.* Ita consulit. S. Basilius in regulis breuioribus Nam posita quæstione, quomodo quis possit captandæ humanæ laudis vitium declinare; respondit. *Si sibi certò persuaserit, vbique Deum adesse Siquidem est nemo, qui cum in oculis Domini sit, cum illius dedecore, conseruo suo malit*
Chr. ho 43. ad pop. *gratiosus esse, quam Domino.* Idem suadet Chrysost. *Cum aliquid boni faciens cogites, quod & hominibus oporteat ostendere, & aliquos facti spectatores quæras, cogita quod Deus videt, & omnem illam extingues cõcupiscentiam, de terra recede, ad illud cæleste respicias theatrũ. Homines enim licet laudarint, mox tamen accusant, vel inuident, vel carpunt; &*
Chry. ho 5. in Gen. *vt non faciant hoc, tamen nihil laudato prosunt. Deus verò non ita facit, sed gaudet, nostra laudans merita.* Et alibi. *Non vides in equorum ludis, quomodo hi qui equos agitant, non aduertunt plausum populi assidentis, nec voluptatem ex eo plausu capiunt, sed in vnum Regem in medio sedẽtem oculos intendunt, ac ad nutum illius attendentes totam multitudinem despiciunt. Hos & tu imiteris, non magni faciendo hominum famã, sed sententiam iudicis iusti expectando, atque ad nutum eius omnia dirigendo.*

X. REME. Considera exempla eorum quibus vanę gloriæ aucupiũ male cessit. Primum est Luciferi Angelorum principis, qui plus æquo ob naturæ gratiæque dona elatus cum socijs ad tartara deturbatus est: quo
Luc 10. 18. exemplo Christus ad Lucam terruit 72 discipulos, cum glodiarentur, q. dæmonia ipsis subijcerentur, dicens. *Vidi Satanam, sicut fulgur de cælo*
Gen. 3. 5. *cadentem.* Alterum est Adæ protoplasti, qui paradiso exterminatus est,
4. Reg. 20. 13 quod diuinitatẽ in scientia boni & mali suasu serpentis affectasset. Tertium est Ezechiæ regis, qui quod Babyloniæ regis Legis ex ostentatione quadam thesauros omnes suos spectandos exhibuisset, a Domino per Isaiam Prophetam grauiter increpitus est, ibique denunciatum est omnes illos vna cum filiis in Babylonem de portatum iri. Quartum est Phari-
Luc. 18. 14. sæi apud Lucam, qui quod ex fastu quodam bona sua opera prædicasset, & se publicano peccatori anteposuisset, Publicano a Domino posthabitus est, & iustificationis beneficio priuatus.

XI. REM. Considera indicia, ex quib. cognoscas te expugnasse vanã gloriam. Primum est, si moleste feras te ab aliquo laudari. *Laus enim,* inquit B. Gregorius, *iustos cruciat, iniquos exaltat: sed iustos cum cruciat*
Gre. 16. mo. ca. 23. *purgat, iniquos verò dum lętificat, reprobos monstrat.* Et post. *Cum verò*
Aug. lib. con fes. ca. 37. & ep 64. *iusti sua præconia in Dei laudem tendere sentiũt, ea etiam desiderabiliter amplectuntur.* Exemplum habes in Augustino qui in libris Confessionum agens de tentatione gloriæ. *Quotidiana,* inquit, *fornax nostra est humana lingua. Tu nosti de hac re ad te gemitum cordis mei, & flumi-*

na

na oculorum meorum. Neque enim facile colligo quam sim ab ista peste mundacior,& multum timeo occulta mea,quæ norunt oculi tui,mei non. Alterum est,si delecteris quidem aliquãtulum laudibus tuis,plus tamen ipsa veritate.*Contristor,*ait ibidem August.*aliquando laudibus meis,cum vel ea laudantur in me,in quibus ipse mihi displiceo:vel etiam bona leuiora pluris æstimantur,quam æstimanda sunt.* Et rursum. *Quid igitur tibi in hoc genere tentationis Domine confiteor? quid? nisi delectari me laudibus,sed amplius ipsa veritate,quam laudibus?* Tertiũ est,si gaudeas vel certe optes gaudere cum Apostolis in contumelijs iniurijs pro Christo:quod altissimum genus est imitandi Christum,qui opprobriis saturatus dicitur,vt non puderet nos aliquam subire pro eo ignominiam, maxime,cum sæpe necesse sit,nam vt docet Chrysostomus in Genesin,*fieri non potest,vt qui virtuti dediti sunt ab omnibus bene audiant.* Act. 5. 41. Thren. 3. 30. Chrys ho 23

XII.REM. est oratio,ac Chrysostomus quidem existimat non esse aliud remedium contra vanam gloriam.Ita enim loquitur in opere imperfecto.*Omnia mala quæ sunt in mundo habent contraria bona per quæ superentur,vt puta fornicatio castitatem,superbia humilitatem,iracundia consuetudinem.* Et *nullum est malum,quod non habeat contrarium bonum,excepta vana gloria,Ita quantum tu bona feceris volens compescere uanam gloriam,tanto magis excitas eam. Et causa est ista, quia omne malum ex malo nascitur.sola autem vana gloria de bono procedit,& ideo non extinguitur per bonum,sed magis nutritur Denique inter homines peccatores tentatio vanæ gloriæ non habet locum. Fornicarius enim, aut raptor,quomodo tentetur in gloria vana, qui non habet vnde glorietur? Ergo nullum remedium potest esse cõtra vanã gloriã,nisi oratio sola. Et hæc ipsa vanitatẽ generat,nisi cautè prospexeris,si forte bene oraueris.* Chr. ho. 15. in matth.

Vide V.*Ambitio. Amor sui.Immortificatio passionum. Præsumptio.Superbia.Vestium luxus.Vindicatio iniuriæ.*

G V L A.

Remedia contra gulam.

I REM.Considera sacræ scripturæ dicta.Primo enim hortatur vt eã fugiamus,vt in Salomonis Prouerbiis. *Noli esse in conuiuiis potatorum,nec in comessationibus eorum,qui carnes ad vescendum conferũt.* Et apud Ecclesiasticum.*Vtere quasi homo frugi his,quæ tibi apponuntur,ne cum manducas multum,odio habearis.* Et Apostolum.*Sicut in die honeste ambulemus,non in comessationibus & ebrietatibus,non in cubilibus & impudicitiis,&c.Sed induimini Dominum Iesum Christum,& carnis curam ne feceritis in desideriis.* 2.docet ea prouocatam diuinam irã, vt ab Adam & Eua ob fructum arboris vetitæ degustatum. Huic enim dictum est.*Multiplicabo ærumnas tuas:in dolore paries filios.* Illi verò. *Maledicta terra in opere tuo.In sudore vultus tui vesceris pane.* Deinde ab eorum filiis tempore Noe.*In diebus Noe,*inquit Lucas,*edebant & bibebant* prou. 23. 20. Eccl. 31. 19. Ro. 13. 13. Ge. 3. 16. & 17

bebant, usque ad diem, qua intrauit Noe in arcam, & venit diluuium, & perdidit omnes. Item a filiis Israel fastidientibus manna. *Adhuc carnes,* ait in Numeris, *erant in dentibus eorum, & ecce furor Domini concitatus in populum percussit eum plaga magna nimis.* Et in Deuteronomio. *Filius vester si comessationibus vacat & luxuriæ, atque conuiuiis, lapidibus obruet eum populus.* Et apud Isaiam. *Comedamus & bibamus,* aiunt gulosi, *cras n. moriemur. Et reuelata est in aurib. meis uox Domini. Si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini, dicit Dñus exercituum.* 3 excludit gulosos beatitudine æterna. nam in epistola ad Galatas, comessationes ebrietates numerãtur inter manifesta opera carnis regno cœlorum excludentia. Et Christus apud Lucam ait. *Vę nobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Vę vobis, qui saturati estis, quia esurietis.* Et diues epulatus quotidie splendide, sepultus est in inferno. Apostolus quoque affirmat commessatores non seruire Deo sed ventri. Huiusmodi, inquiens, *Christo Domino nostro non seruiũt, sed suo ventri. Et. Quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.* 4. tradit hoc vitio etiam iacturam fieri in bonis externis. Esau. nimis ardens cupiditate edulii lenticulæ primogenita fratri vendidit, vt est in Genesi. Et Sapiẽs ait. *Qui diligit epulas, in egestate erit; qui amat vinum & pinguia, non ditabitur.*

Num. 11. 33.
Deut 21. 20.
Isa. 22. 13.
Gal 5. 19.
Luc 6. 24.
Luc. 16. 19
Rom 16 18.
phil. 3. 19.
Gen 25. 33.
prou. 21. 17.

Basil.
Gen. 3 1.

II. REM Considera censuram SS. patrum in gulam S. Basilius in sermone de abdicatione rerum. *Caue ne te aduersarius simili atque primũ parentem peccato circumueniat, & quamprimum de paradiso deliciarum expellat. Nam qui callida escæ obiectione ita malitiosè vita illum spoliauit, & item Iesum eodem modo supplãtaturum sperauerat, nihil est quod is vereatur: etenim præsentissimum hoc venenum ille intelligit, &c. Vt enim fons aquæ si in plures sit riuulos dissectus, vicina omnia loca herbarum viriditate conuestit, sic uitium gulę, si per cordis tui venas distraxerit, indeque sensus tuos omnes irrigarit, & libidinum multarum syluã in te conseuerit, animum tuum ferarum habitaculum efficiet.* S. Ambro. de Cain & Abel *Plurimos gula sua occidit, nullum frugalitas, innumeris usna nocuerunt, nulli parsimonia. Plerique inter epulas fudere animas & mensas proprio repleuere sanguine. Aliis cruditas vocẽ simul rapuit & sensum, & si aliquibus cruditas noxia non fuit, his ruinã fecit ebrietas. Postremo audi, quos Christus excludat. Cum intrauerit, inquit, paterfamilias, & clauserit ostium, incipietis foris stare, & pulsare ostium dicentes. Aperi nobis, & respondens dicit. Nescio vos unde estis, recedite à me operarii iniquitatis. Tunc incipietis dicere. Manducauimus corã te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis. Nescio unde estis.* Audistis quid de manducantibus dixerit? S. Hieron. in Iouinianum. *Esus carniũ, & potus vini, ventrisque saturitas seminarium libidinis est.* Et paulo post. *Quod si quis existimat et abundantia ciborũ potionũque se per frui, et vacare posse sapiẽtia, hoc est, & versari in delitiis, et delitiarum*

math. 4. 3.
Amb lib. 1. c. 5
Luc. 13. 25.
Hier. lib. 2.
Chr. ho. 44.

tiarum uitiis non teneri, seipsum decipit. S. Chr. in Ioannē, *Nihil gulâ perniciosius, nihil ignominiosius est, hæc obtusũ & crassum ingeniũ, hæc carnalem animã reddit, hæc cæcat intellectum, non finit, vt quicquã perspiciat.* Io. Cass. in institutionib. monasticis. *Non sola crapula vini mentē inebriare consueuit, verũetiã cunctarum escarum nimietas vacillantem eã ac mutabũdã reddit, oiq; integritatis ac puritatis contemplatione despoliat.* S. Greg. in moralib. *De uentris ingluuie inepta lætitia, scurrilitas immunditia, multiloquium, hebetudo sensus circa intelligentiam propagãtur.* B. Isid. de summo bono *Sicut oēs carnales cupiditates per abstinētiã resecantur, ita omnes animæ uirtutes educitatis vitio destruuntur.* Cass. li. 5 c. 6 Greg. l. 31. c. 31 Isid. l. 2 c. 42

III. REM. Considera hunc gulæ morbum ante oēs alios tibi esse curãdum. Nã S. Basilius dũ instituit Virgines, & alios ad virtutis perfectionē tēdentes. *Ante oĩa, inquit, aduersus gustũ virgo tota intētione pugnabit, fontesque voluptatũ uentris, & impudicitię fomitē inde manantē à principio castitatis studio & ardore siccabit, &c. Ventre.n. distento epulis, necesse est, ea quę sub ipso sunt mēbra ex humoris redũdantia ad propria & naturalia officia moueri.* Et Cass. *Prima nobis calcanda est gulę concupiscentia, & eo vsque extenuanda mens non solum ieiunijs, verum & uigilijs, lectione quoque & crebra compunctione cordis, in quib. se forsitan vel illusam, vel victã reminiscitur, &c. donec ipsius cibi refectionem non tã iucunditati concessã, quàm oneris vice sibi impositã recognoscat.* Et inf. *Ob quod ciborũ non solum superfluus appetitus virtutũ cõtēplatione calcandus, sed & ipsi naturę necessarius tanquã castitati contrarius, non sine cordis anxietate sumendus est.* Consentit B. Isidor. de sũmo bono. *Nemo pōt virtutum perfectionem attingere, nisi prius ventris edomuerit ingluuiem.* Et ante eũ B. Gregorius in moralib. *Nullus palmã spiritualis certaminis apprehendit, qui non in semetipso prius per afflictã ventris concupiscentiã carnis incentiua deuicerit.* Et iterũ. *Dum uenter non restringitur, per carnis cõcupiscentiã simul cũctæ uirtutes obruũtur.* Baſ. de vera virgin. Cas. lib. 5. Inst. c. 14. Isid. l. 2 c. 42 Gre. 30. mo. c. 16.

IV. REM. Considera modos, quibus gula delinquitur, vt vnicuique congruentia adhibeantur antidota. Eos accurate exposuit eodem loco B. Greg. *Quinque nos modis gulę uitium tentat. Aliquando namque indigentię tempora præuenit, aliquando uero tempus non præuenit, sed cibos lautiores quærit. aliquando quælibet sumenda sint præparari accuratius expetit. aliquando autem & qualitati ciborum & tempori cõgruit sed in ipsa quantitate sumendi mensuram moderatæ refectionis excedit. nonnunquam uero & abiectius est quod desiderat, & tamen ipso æstu immensi desiderii deterius peccat. Mortis quippe sniam patris ore Ionathas meruit, quia in gustu mellis constitutũ edēdi tps antecessit. Et ex Aegypto populus eductus in eremo occubuit, quia despecto manna cibos carniũ petiit, quos lautiores putauit. Et prima filiorũ Heli culpa suborta ēẽ, q ex eorũ uoto sacerdotis puer, nõ antiquo more coctas uellet de sacrificio carnes acciperet, sed crudas q̃reret, quas accuratius exhiberet. et cũ Hierusalē d.* Ib. c. 27. 1 Reg. 14. 43. Num. 11. 33. 1. Reg. 2. 13.

Hæc

Ezec. 16. 49. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis & abundantia aperte ostenditur, quod idcirco salutem perdidit, quia cum superbiæ vitio mensuram moderatæ refectionis excessit. Et primogenitorum gloriã Esau amisit, quia magno æstu desiderij vilem cibum, scilicet lenticulam concupiuit: quam dum vendendis etiam primogenitis prætulit, quo in illã appetitu anhelaret, indicauit. Neque enim cibus, sed appetitus in vitio est.* Cassianus tres tantum modos ex dictis assignat, primum, secundum & quartum.

Cas. col. 5. c. 11.

I. Antidotum contra primum modum.

PRimo modo medeberis, si obserues certum tempus comedendi, vt prandij, & cœna. Vnde Cassianus. *Monachus hanc imprimis cautionẽ sibi indicat, vt non potus quicquam, non esus vlla oblectatione deuictus, ante stationem legitimam, communemque refectionis horam extra mensam percipere penitus prorsus indulgeat, &c. Similiter quoque canonicũ somni tempus, mensuramque custodiat.* Et alibi. *Ante horam canonicã,* inquit, *absolutio ieiunii nullatenus præsumenda est, &c.* hinc enim *monasterij odium gignitur, atque exinde horror, & intolerantia eiusdem cõcrescit habitaculi: quã sine dubio mox discessio, aut fuga velocissima subsequetur.* Quod si aliquando difficile tibi sit mediam vsque ad statam horam sustinere, imitare exemplum eius, qui in vitis Patrum cum autore dæmone fame vrgeretur hora prima diei, imperauit sibi, vt expectaret vsque ad tertiam, & cum tertia esset, vsque ad sextam, & cum sexta, porro vsque ad nonam, quæ erat stata prandij. Qua exercitatione secundo, tertioue repetita, sic dæmonem, famemque vicit, vt nec post biduum esuriret. Ad hoc antidotum pertinet illud Ecclesiastæ. *Væ tibi terra cuius principes mane comedunt. Beata terra, cuius Principes vescuntur tempore suo,* i. stato, ait Greg. Taumuturgus in huius loci cõmentario.

Cas. l. 5. inst. 5. 20. & 23.

Coll. 5. c. 11. & 17.

V. P. par. 2. cap. 3.

II. Antidotum contra modum 2. & 3.

SEcundo contra lautitiem, & laboriosum apparatum eduliorum ama viliores & communes atque parabiles cibos. Sic enim monet B. Basilius: *Omnib locis, inquiens, cib qui sit ad victum necessarius solerti ratione inquirendus, condimentorumque elaboratæ blanditiæ vt voluptatis illecebræ repudiandæ.* Hiero. contra Iouinianum. *Ne tales accipiamus cibos, quos aut difficulter digerere, aut comesos magno partos & perditos labore doleamus. Holerum, pomorum ac leguminum, & facilior apparatus est, & arte impendijsque cocorum non indiget, & sine cura sustentat humanum*

Eccl. 10. 16. Bas. de vera virg. H lib. 2.

matum corpus, moderateque sumptus leuiori digestione concoquitur. Et infra. *Epicurus voluptatis asser tot omnes suos libros repleuit holerib. & pomis, & vilibus cibis dicit esse viuendum, quia carnes & exquisitæ epulæ ingenti cura ac miseria præparentur.* Cassianus in instit. monastic. *Est cibus eligendus non tantum qui concupiscentiæ flagrantis æstus temperet, minusque succendat, verumetiam qui ad parandum sit facilis, & quem ad comedendum opportuniorem vilioris pretii compendium præstet, quique sit conuersationi fratrum esuique communis?* Et paulo post. *Quicquid autem extra consuetudinem præsumitur vsumque commune, vt vanitatis & gloriæ, atque ostentationis morbo pollutum antiquissima Patrum traditio notauit.* Neque ideo, siue secularis, siue religiosus sis, arceris ab omnibus lautioribus mensis, quando vel necessitas, vel honestas, vel obedientia maioribus debita exigit. Constat enim Christum Dominum & nuptiis, in quibus lautiores cibi apponi solent, aliisque conuiuiis diuitum interfuisse. Et charitas sæpè persuadet vt de consueta seueritate aliquid remittamus, ad recreandos hospites, quorum conuersatio nobis proficua est, vel quibus consuetudine nostra commodare possumus. Id modo dico, dum hi respectus absunt, nos quantum in nobis est subtergere debere istas lautitias. Cass. li. 5. c. 23.

III. Antidotum contra modum 4.

QVartus Gulæ morbus iuxta S. Gregorium erat, quando in quantitate sumendi mensura moderatæ refectionis exceditur; cui mederere, si tantum cibi sumas, quantum ad vires corporis pro ratione status, & officii, quod exerces corroborandas satisfuerit. Certa enim mensura, quæ omnibus sit communis, præfigi non potest. Quod enim vni parum est, alteri satis est, & vbi hic peccat vitio gulæ, ibi ille nimia se macerat abstinentia. Ita tradit B. Basilius. *Quoniam,* inquiens, *innatum nobis corporis vehiculum, neque nimis laxando frena, neque rursus immodicè illa retinendo ad virtutis cursum producere oportet, idcirco & corporis status, & habitus, & ciborum qualitates solerter explorare conueniet, vt valido quidem ac vegeto corpori frena immittamus, & per inediam frigidioresque cibos redundantiam caloris arceamus; porrò senili & frigescenti cibi potusque adiumentum ad sustentandas vires ingeramus.* Idem habet Cassianus. Vt verò cognoscas, quantum cibi cuique sufficere ad vires corporis tuendas debeat, S. Dorotheus, & alii sancti præscribunt. Vt quisque experientia magistra discat & obseruet, quanta cibi copia soleat stomachū grauare, ac deinde paulatim de illa copia detrahat, donec nullam amplius in digestione sentiat difficultatem. Contra quoque notet, quanta cibi tenuitas & parsimonia imbecilliorē reddat, vt officio quod sustinet ægre facere satis possit. Quo animaduerso pauiatim eo vsq; cōmeatū augeat, donec integræ suppetāt vires ad oēs functiones cōsuetas Bas. de Virg. Cass. coll. 2. c. 22. Dorot. ser. 9.

explendas. Quam ergo quantitatem cibi sufficere tibi re ipsa cognoris, eam ordinarie vsurpa. Quod si dubius & anceps hæreas, quanta cibi copia tibi sit necessaria, potius naturali inclinationi repugna, quàm faue, eo quod, vt vulgo fertur, appetitus sit nequam, & colore necessitatis Ephes. 5. 29. facile in fraudem inducamur. *Nemo enim carnem suam*, inquit Apostolus, *vnquam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam.*

IV. Antidotum contra modum 5.

Basi. QVintus gulæ morbus erat nimio desiderii æstu ferri in viliores cibos, instar Esau in edulium lenticulæ, quem morbum & alii patres notarunt vt S. Basilius in sermone de abdicatione, dum ait. *Gulæ vitium non in escarum copia naturę suę vim exerere nouit, sed in voluptate, atque gustatu licet modicis admodum vtare.* Et B. Augustinus lib. 3. Aug. c. 12. de doctrina Christiana. *Fieri potest, ut sapiens pretiosissimo vtatur cibo sine vitio cupiditatis, insipiens autem fœdissima gulę flamma in vilissimum ardescat.* Antidotum autem huius morbi generale est, nempe, vt nimiam cupiditatem coerceas, quæ æque in pretioso, ac vili potest esse Eccl. 37. 32. edulio. Vnde Sapiens. *Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam.* & Apostolus. *Carnis curam ne feceritis in* Ro. 13. 14. *desideriis.* Et loco citato Aug. *Sanius quisque maluerit more Domini pisce uesci, quam lenticula more Esau nepotis Abraham, aut hordeo more iumentorum. Non. n. propterea continentiores nobis sunt pleręque be-* Gen. 25. 33. *stię, quia uiliorib. aluntur escis. Nã in õibus hmõdi reb. non ex earum rerũ natura, quib. utimur, sed ex causa vtendi, & modo appetendi, vel pro-* Gre. 30. mo. c. 27. *bãdũ est, uel iprobandũ, quod facimus.* Et Greg. *Neque cibus, sed appetitus in uitio est. Vnde & lautiores cibos plerunque sine culpa sumimus, et abiectiores non sine reatu conscientiæ degustamus. Esau quippe primatũ* Gen. 3. *per lenticulam perdidit, & Elias in eremo uirtutem Spiritus carnes edẽdo seruauit. Vnde & antiquus hostis, quia non cibum, sed cibi concupiscẽtiam esse causam damnationis intelligit, & primũ sibi hominem, non car-* Matt 4. 3. *ne sed pomo subdidit, & secundum non carne, sed pane tentauit.* Hinc est *ꝙ plerumque culpa committitur, etiam cum abiecta & uilia sumuntur.*

V. REM. Qm̃ necessitati cibi sumendi cõiuncta est semp̃ voluptas, vide vt ne occasione necessitatis sinas te rapi vltra metas necessitatis. *Sic* Greg. c. 28. *e. n. uoluptas* ait B. Grego. loco allegato, *sub necessitate se palliat, ut uix eam perfectus quisque discernat. Sępè autem in edendi uia furtiuè adiuncta uoluptas subsequitur: nonnunquam uerò impudenter libera etiam praire conatur. Facile verò est deprehendere, cum uoluptas eius necessitatem præuenit, sed valde difficile est discernere, cum in ipso esu necessario se occulta subiungit. Nam, quia præeuntem naturæ appetitum sequi-* Aug. c. 31. *tur, quasi à tergo ueniens tardius uidetur.* Et B. Aug. li. 10. Confessionũ.

Inhis

In his tentationib. constitutus certo quotidie aduersus concupiscentiã manducandi & bibendi. Quis est, non est Domine, qui non rapiatur aliquantulum extra metas necessitatis? quisquis est, magnus est, magnificet nomẽ tuum. Ego autem non sum, quia homo peccator sum. Et iterũ. *Hoc me docuisti, vt quemadmodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam.* Et inf. *Quia quod saluti satis est, delectationi parum est. Sæpe incertum fit, vtrum adhuc necessaria corporis cura subsidium petat, an voluptaria cupiditatis fallacia ministeriũ suppetat. Ad hoc incertũ hilarescit infelix anima, & in eo præparat excusationis patrocinium, gaudens non apparere quid satis sit moderationo valetudinis, vt obtentu salutis obumbret negotium voluptatis.* Et pau. sus. *His tentationibus quotidie conor resistere, & inuoco dextrã tuã ad salutẽ meã, & ad te refero æstus meos, quia consiliũ mihi de hac re nondum stat. Audiui vocẽ tuã. Post cõcupiscentias tuas ne eas, & à voluptate tua auertere. Omnia possum, inquit Apostolus, in eo, qui me confortat. Da quod iubes, & iube quod vis.* Hæc ille. Eccl. 18. 30. Phil. 4. 13.

Hæc autem non eo dicta sunt a Gregorio & Augustino, vt velint nullã debere esse in cibo oblectationẽ, sed id tantum contendunt, non esse oblectationẽ illã quærendam tanquam scopum & finẽ, ac ideo amplectendam tantum, quatenus seruit necessitati. Quanquam seruus Dei hoc longius a gulæ vitio discedet, quo sincerius solam necessitatem in cibo spectarit, & quæsierit. Spectabit aũt, quando veras voluptates in diuinarũ rerum contemplatione fuerit aucupatus. *Nequaquam enim*, inquit Cassianus, *poterimus escarum præsentium spernere voluptates, nisi mens contemplationi diuinæ defixa, amore virtutum potius, & pulcritudine cælestium delectetur.* Deinde, si antequam cibum sumat, statuat se tantum rationem vtilitatis tanquam magistram & ducem in cibo sumendo secuturum, vt habet S. Basil in regulis breuiorib. Cass li. 5. inst. c. 14. Bas q. 126.

VI. REM. In omnibus cibis vita semper satietatem, siue pretiosi, sint siue viles. Nam apud Ezechielem Hierosolyma ob saturitatem panis Sodomæ comparatur & B. Hieron. in Iouinianum ita scribit. *Sed & ex vilissimis cibis uitanda satietas est. Nihil enim ita obruit animum, vt plenus uenter, & ex æstuans, & huc illucque se vertens, & in ructus, vel in crepitus ventorum efflatione respirans.* Et Cas. *Generalis hic continẽtiæ modus est, vt secundum capacitatẽ viriũ, vel corporis, vel ætatis tãtum sibimet cibi vnusquisque concedat, quantum sustentatio carnis, non quantum desiderium saturitatis exposcit.* Palladius in historia Lausiaca scribit, Isidorum Sacerdotem, etiamsi quotidie tantum cibi sumeret, quãtum satis esset ad tuendam corporis incolumitatem, tamen magnam tẽperantiæ laudem apud oẽs meruisse, quod nunquam satur è mensa surrexisset. Cass quoque non obscure laudat quendam eremi cultorem è Senioribus partium Syriæ, qui confessus sit se, licet sexies diuersis aduenientibus fratribus mensam posuisset, & cum omnibus cibum sumpsisset nondum esse saturum, sed adhuc esurire. Ezech. 16. 49. Hier. lib. 2. Cass. coll. 2. c. 23. Pallad. c. Cass. 5. inst. c. 25.

Quod si cui difficile videatur ad tantam frugalitatis perfectionem aspirare, ob contrariam multorum annorum consuetudinem, quibus cõsueuerit largiori cibo potuque se reficere, is norit se inuocato diuino auxilio posse prauam consuetudinem paulatim melioris beneficio expugnare. Exemplum habet B. Augustini, qui post conuersionem suam, vt est in Confessionum libris, quotidianum in hoc genere contra carnem bellum suscepit. *In his tentationibus*, inquit, *positus certo quotidie aduersus concupiscentiam manducandi, & bibendi. Non est enim quod semel pracidere, & ulterius non attingere decernam, sicut de concubitu potui. Itaque freni gutturis temperata relaxatione & constrictione tenendi sunt.* Et Possidius in eius vita scribit eum mensa vsum frugali & parca, quæ inter olera & legumina, aliquando carnes pp hospites & infirmiores quosque contineret. Deinde in ipsa mensa, magis lectionẽ vel disputationem, quàm epulationem potationemque dilexisse. Adhęc secum commorantibus & conuiuantibus numerum poculorum præfixisse. Denique exemplo Ambrosii in sua patria petitum ad conuiuia nõ iuisse, ne temperantiæ amitteretur modus. Alterum exemplum est B. Dorothei, qui cum Dositheum quendam viri primarij filium inter delitias sæculi educatum instituendum suscepisset, initium fecit ab expugnatione gulæ, ac principio copiam illi fecit comedendi quantum vellet, tum de consuetæ portionis partibus duodecim vnam ademit, & post aliquot dies rogauit, num famem sentiret, cumque respondisset exiguã se sentire, iussit eum continuare, donec nullam amplius sentiret. Deinde cepit ex duodecim statæ portionis partibus subtrahere binas, eoque plures, donec ad moderationem legibus temperantiæ conuenientem peruẽtum est.

Aug. li. 10. c. 31

Poss. c. 22.

c. 27.

Dor. in eius vita.

VII. REM. Considera sedulo frugalitatem omnium sanctorum ab orbe condito, de quibus multa S. Hieron. in episto. ad Eustochium, de custodia Virgin. libro secundo in Iouinianum, Basilius, aliique patres. Primum Adam & Eua, eorumque posteri ad duo annorum millia victitarunt arborum fructibus, & terræ oleribus. Populus Israeliticus totos 40. annos manna & aqua vixit, morte punitus simulatque carnes concupiuit. Vnde & sepulcra eorum dicta sunt *sepulcra concupiscentiæ*. Eliæ Prophetæ sub quercu lasso per Angelum mittitur prandium, collyrida panis & vas aquæ. Elisæus filios Prophetarum inuitat ad prandiũ herbarum agrestiũ. Danieli in lacum leonum mittitur *messorum prãdium, vt arbitror*, inquit Hieron. *rusticanum*. Ananias, Misael Azarias in Babylone captiui contempta regis mensa leguminibus vescuntur, aquamque bibũt & pulcriores fiunt. Christus turbã quinque millisũ pane pauit, quẽ nos ob vilitatẽ parui ducimus. Matthæus Apostolus, teste Clemẽte Alexãdrino, solis holerib. cũ pane vitã tolerauit. Iacob. frater Dñi vino & carne, teste Egesippo, abstinuit. Marci Euangelistę discipuli pane, sale, hysopo, & aqua contenti fuere, & Eusebius Hieronymus probat

Hier. ep. 22.
Bas hom. de ieiun.

Num. 11. 34.
3. Reg. 4. 39.

Dan 14. 35.

Dan. 1. 12.
Ioã 6. 11.
Clem. l. 2. pęda. c. 2.
Eus. l. 2. hist. c. 22.
Hier. de vitis ill.

ex Philone. Quam frugalitatem secuti cum S. Antonio, & S. Hilarione per aliquot secula multæ eremitarum myriades. Paulus primus eremità dactilis initio, post dimidiato pane per coruum quotidie diuinitus misso, semel autem integro cum hospite S. Antonio vixit, vt habet in eius vita Hieronymus, qui & asserit in epist. ad Eustochium, pro luxuria reputatum, si monachus coctum aliquid comederet. Cassianus ex sententia Abbatis Moysis dicit refectionem ordinariam monachorum a senioribus statutam duo paximatia, idest, duos paruulos panes, *quos*, inquit, *vix libræ unius pondus habere certissimum est*. Denique quanta in parsimonia multi alij extra eremum, & cœnobia vixerint, ostendunt vitæ sanctorum. Hier. ep. 22. Cass. coll. c. 19

Vide V. *Amor sui. Choreæ. Ebrietas. Luxuria. Voluptas carnis.*



H

HAERESIS.

Remedia contra hæresin.



PRimum Remedium. Considera, quid de crimine hæreseos, hæreticisque diuina oracula pronuncient. Hæresin sane inter manifesta lethalia crimina, quæ nos regno cœlorum arceant, annumerant. *Manifesta*, inquit Apostolus, *sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, &c. rixæ, dissensiones, hæreses, inuidiæ, &c. & his similia, quæ prædico vobis, sicut & prædixi, quoniam, qui hæc agunt, regnum Dei non possidebunt.* Vnde B. Petrus, hæreses vocat, *sectas perditionis*, quia hæretici sua doctrina se aliosque in æternum perdunt. 2. Christus Saluator vocat hæreticos *falsos Prophetas, lupos rapaces, pseudochristos, fures & latrones*. B. Paulus verò *pseudoapostolos, operarios subdolos, homines seipsos amantes, cupidos, elatos, blasphemos, scelestos, sine affectione, proditores, proteruos, voluptatum amatores magis quam Dei, proprio iudicio condemnatos*. S. Petrus, *pseudoprophetas, magistros mendaces, seruos corruptionis, indoctos & instabiles*. S. Ioannes. *Antichristos & seductores*. B. Iudas, *nubes sine aqua, arbores autũnales, infructuosas, bis mortuas; fluctus feri maris, despumãtes suas confusiones, sydera errantia, quib. procella tenebrarũ seruata est in æternũ*. 3. oracula diuina tradunt fidẽ, quæ cõtraria est hæresi, necessariã esse ad salutem. *Sine fide impossibile est*, inquit Apostol. *placere Deo. Credere. n. oportet accedentẽ ad Deũ, qa est, & inquirẽtib. se remunerator est.* Gal. 5. 2. pet. 2. Matt. 7. Matt. 24. Io. 10. 2. Cor. 11. 2. Tim. 3. Tit. 3. 2. pet. 2. 1. Ioã. 2. 2. Ioan.

II. REM. Considera SS. Patrum dicta primò enim diabolum faciunt parentem auctoremque hæresum vt B. Ignatius ad Trallianos, & Cypr. de vnitate Ecclesiæ: nec iniuria, quia teste Saluatore, diabolus *ab initio fuit mendax & pater mendacii.* quid enim aliud est hæresis, nisi mendax & fallax doctrina? 2. matrem hæresum aiunt esse superbiam. *Omnes hæretici,* inquit Tertullianus, *tument, omnes scientiam pollicentur.* Et Hieronymus in Abdiam. *Quis hæreticorum non in superbiam extollitur?* Deinde Augustinus libro de Pastoribus. *Diuersis locis,* inquit, *sunt diuersæ, sed una mater superbia omnes hæreses genuit, sicut vna mater nostra Catholica omnes Christianos fideles toto orbe diffusos.* 3. negant appellandos Christianos. Vt Ignatius, Cyprian. locis citatis & Hieron. cōtra Luciferianos. *Si enim hæretici sunt,* inquit Tertullianus de præscrip. *Christiani esse non possunt.* Et B. Augst. in Enchirid. *Si diligenter, quæ ad Christum pertinent, cogitentur, nomine tenus inuenitur Christus apud quosl bet hæreticos, qui se Christianos vocari volunt, re verò ipsa nō est apud eos.* 4. conferunt idololatris, vt Tertull. Origenes, Irenæus, imò faciunt deteriores idololatris, vt Hieron. in Ezech. Imò & Iudæis vt Ambrosius in sermonibus, atque adeò ipso diabolo, vt idem libro tertio de fide. *Hæretici,* addit Hieron. in Isaiam, *omnes vincunt impietate.* 5. comparant eosdem fœdissimis ferocissimisque bestijs. Ignat. ep. ad Smyrnæos canibus rabidis, serpentibus, basiliscis, & squamosis draconibus. B. Cypr. lupis & canibus. Ambrosius noctuis, & vulpibus, Hieronymus Scarabæis. Vincentius Lyrinensis ranis & muscis morituris. Augustinus cimicibus, qui, vt habet libro 4. in Iulianum, c. 9. *dum viuunt mordent, mortui autem fœtent.*

Ign. in ep. 5. Cyp initio. Io. 8. 44. Tertu de p script. Hie. in c. 1. Abdiæ. Aug. c. 8. Aug. c. 5. Tertul. de p script. Orig. ho. 12. in Ierem. Hier. in c. 9. Amb. ser. 91 Hier. in c. 18 Cyp. ep. 52 Amb. ser. 41 Aug. in p̄s. 80. Hier. in c. 2. Abac. Vinc in cō. monit.

III. REM. Abstine a colloquio & consuetudine hæreticorum. Id præscribit Apostolus Tito, licet Episcopo. *Hæreticum hominem post vnam & secundam correctionem deuita, sciens, quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus.* Dicitur autē proprio iudicio condemnatus, teste B. Hieronymo, *propterea quod adulter, fornicator, homicida, & cætera vitia per Sacerdotes ab Ecclesia propelluntur. Hæretici autem in semetipsos sententiam ferunt arbitrio suo de Ecclesia recedentes, quæ recessio propriæ conscientiæ videtur esse damnatio.* Et ad Timothæum. *Profana & vaniloquia deuita, multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum vt cancer serpit.* Deuita, inquit in suo commonitorio Lyrinensis, *quasi viperem, quasi scorpionem, quasi basiliscum, ne te non solum tactu, sed etiā visu afflatuque percutiant. Quid est prophana? quæ nihil habent sacri, nihil religiosi, ab Ecclesiæ penetralibus, quæ est templum Dei penitus extranea.* Similiter monet B. Ioannes in altera epistola. *Si quis hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malignis.* In quæ verba idem Vincentius. *Quam doctrinam? nisi Catholicam & vniuersalem, & vnam eandemque per singulas*

Tit 3. 10. Hiero. 2. Tim. 2. 16. Vinc. Lyr. v. 10.

gulas ætatum successiones incorrupta veritatis traditione manentem, & vsque in secula sine fine mansuram? Idem antidotum nobis præscripserunt Patres. Vt Cyprianus in epist. ad Cornelium. *Declinent fortiter & euitent dilectissimi fratres nostri verba & colloquia eorum, quorum sermo vt cancer serpit.* Et infra. *Nulla cum talibus commercia, nulla conuiuia, nulla colloquia misceantur, simusque ab eis tam separati, quàm sunt illi ab Ecclesia profugi.* Augustinus in epistola 62 *Hæreticum sicut vitã dum monemus, ne infirmos, & paruulos fallat, ita non abnuimus quibuscunque modis possumus corrigendum.* Leo sermone de passione Domini. *Viperea hæreticorum vitate colloquia, nihil vobis commune sit cum eis, qui solo sunt nomine Christiani.* Exemplo quoque suo omnes sancti id declararunt. Ita de Apostolis testatur, eorumque discipulis B. Irenæus. *Tantum, inquit, Apostoli & horum discipuli habuerunt timorem, vt neque verbo tenus communicarent alicui eorum, qui adulterauerant veritatem. Ioannes discipulus Domini in Epheso iens lauari, cum vidisset intus Cerinthum exiliuit de balneo non lotus, dicens, quod timeat ne balneum concidat, cum intus esset Cerinthus inimicus veritatis. Et ipse Polycarpus Marcioni aliquando occurrenti, & dicenti sibi, Cognosce nos, respondit, cognosco te primogenitum Satanæ.* De S. Antonio eremita ita scribit Athanasius. *Manichæis aut aliis hæreticis nũquam saltem amicabilia verba largitus est, denuncians talium amicitiam atque sermones perditionem esse animæ. Sic etiam Arianos detestabatur vt omnibus diceret, ne iuxta quidem eos esse accedendum.* Et ipse B. *Antonius iam moriturus. Hæreticorum, inquit, & schismaticorum venena vitate, meũque circa eos odium sectamini. Scitis ipsi quod nullus mihi nec pacificus quidem sermo cum eis unquam fuerit.* S. Hilarius, quantum abhorruerit ab sui temporis hæreticis Arianis, non obscure declarat, cum ita scribit libro cõtra Auxentium. *Mihi non erit aliud quàm diabolus, quia Arianus est.* S. Hieronymus, quia summo odio prosequebatur hæreticos, ac vicissim summopere exosus erat illis; ita scribit in Pelagianos. *Fateor me nunquam hæreticis pepercisse, & omni egisse studio, vt hostes Ecclesiæ mei quoque hostes fierent.*

Cyp. ep. 3 & 4.

Leo ser. 18.

Ire. l. 3. c. 4.

Ath in eius vita.

Chr.

Hier. li. 1.

IV. REM. Abstine & à librorum hæreticorum lectione, cum enim hæreses nil aliud sint, quàm venenum, pestis, lepra. vt S. Patres docent, Cyprianus, Theodoretus, Augustinus & Gregorius Magnus, certe & à librorum, in quibus venenum illud pestiferum continetur, abstinendum est tractatione. *Vt solet*, inquit Nazianzenus agens de libris hæreticis, *lethale poculum mellis dulcedine temperatum suauitate fallente perimere, sic & hoc malum per blandimenta aurium audientium sensus quadam labe contaminans, contagione adhærentes inficit.* Quare Isaias Abbas oratione. 4. monachis suis inter cætera præcipit his verbis. *Si librũ inueneris, qui dicatur esse hæreticorum, caue illum legas, ne veneno mortifero cor tuum impleat, sed in ea doctrina, quam in Ecclesia sancta di-*

Cyp. ep. 40. Th in ps. 1. A. l. 2. quæst. Euang. c. 40 G. l. 8 mo. c. 9 Naz. li. d. fide. Est in to. bibl. SS. P. Marg.

dicisti ita persiste, vt ei nihil addas, nihil detrahas. B. Ephræm, vt est in eius vita, duos pestilentes Apolliuaris hæretici libros, cum a fœmina quadam mutuo accepisset, ita singula folia conglutinauit, vt nunquam vsui cuiquam esse possent, ratus optime se ea ratione de Ecclesia Catholica mereri. In Prato Spirituali Sophronij tale narratur exemplum. *Abbas Cyriacus presbyter Lauræ Calamonis narrauit nobis dicens. Die quadā vidi per somnum mulierem honesta facie purpura indutam, & cum ea viros duos habitu venerando, & aspectu præclaro. Arbitratus autem sum mulierem illam esse dominam nostram Dei genetricem, eosque qui cum illa erant viros, S. Ioannem Baptistam, & S. Theologum & Euangelistam. Egressusque de cellula orabam illam, vt ingrederetur: quæ non cōsensit. Permansi ergo diutius obsecrans, ac dicens. Ne quæso auertatur humilis factus confusus, & alia plura huiusmodi. Illa igitur, vt me vidit instare precibus, seuerius mihi respondit dicens. Habes intra cellam tuā inimicum meum, & vis vt ingrediar? Et his dictis abscessit. Euigilans autem ego affligi cœpi, & cogitabam, num peccatum aliquod mente contra illam admisissem, nullus enim erat alius in cella. Nihil autem peccati inueniens, nimio mœrore absorptus surrexi, arripuique librum vt lectione mœrorem leuarem, quem mutuo ab Isichio Hierosolymitanæ Ecclesiæ presbytero acceperam. Euoluensque librum inueni duos impii Nestorii libros in fine voluminis scriptos, moxque agnoui hunc esse Dominæ nostræ B. Mariæ inimicum. Tunc surgens abii, librumque Isichio reddidi, dicēs me plus detrimenti, quàm vtilitatis ex eo reportasse. Cum verò causam ille sciscitaretur, omnem rei ordinem illi retuli. Qui zelo Dei succensus, protinus illos duos Nestorii libros ex volumine præcidit, & igni tradidit, dicens. Non manebit in cella mea Dominæ nostræ sanctæ Dei genitricis semperque Virginis Mariæ inimicus.*

V. REM. est humilitas: si enim hæresum mater est superbia, vt dictū est, necesse est, vt humilitate eam a nobis arceamus. Hoc remedium pro amplectenda fide catholica B. Aug. dedit Dioscoro his verbis. *Nō aliam tibi ad capessendam & obtinendam veritatum viam, munias, quā quæ munita est ab illo, qui gressuum nostrorum tanquam Deus videt infirmitatem. Ea est autem prima humilitas, secunda humilitas, tertia humilitas: & quoties interrogares hoc dicerem: non quo alia non sint præcepta, quæ dicantur, sed nisi humilitas omnia quæcunque benefaciamus, & præcesserit, & comitetur, & cōsecuta fuerit, & proposita, quam intueamur, & apposita cui adhæreamus, & imposita, qua reprimamur, iam nobis de aliquo bono facto gaudentibus totum extorquet de manu superbia: vitia quippe cætera in peccatis; superbia verò etiam in rectè factis timenda est, ne illa quæ laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cupiditate amittantur. Itaque sicut Rhetor ille nobilissimus, cum interrogatus esset, quid ei primum videretur in eloquentiæ præceptis obseruare oportere, pronunciationem dicitur respōdisse; cum quæreretur, quid secundo, eandem pronun-*

Marginal notes: Apud Sur. (beside "dam mutuo accepisset"); Prat. c. 46. (beside "mereri"); Aug. ep. 56. (beside "tibi ad capessendam")

ciationẽ: quid tertio, nihil aliud quam pronunciationem dixisse. si interrogares, & quoties interrogares de præceptis Christianæ religionis, nihil me aliud respondere, nisi humilitatem liberet, etsi forte alia dicere necessitas cogeret. Cur aũt hoc antidotũ contra hęresin sit necessariũ ex dupli ci capite liquet. Primo ex parte fidei Catholicę. hæreticus siquidẽ ille dr̃, qui rectã fidẽ deseruit: at recta fides haberi nequit sine humilitate, qua in captiuitatẽ, vt loquit Apostolus, redigatur intellectus. *Fides. n. est substantia*, teste eodẽ. vel fundamentũ *rerũ sperandarũ, argumentum nõ apparentiũ*. Vnde B. Aug in Ioannẽ. *Quid est fides* inquit, *nisi credere, quòd non vides?* Credimus. n. altissima mysteria. vt S. Trinitatis, Incarnationis, Eucharistiæ, Resurrectionis mortuorum, & alia, licet ea non videamus, aut intelligamus. Secũdò ex parte Catholicæ Ecclesiæ, quæ est mater nostra, & magistra fidei. *Non. n. põt Deum habere Patrẽ, qui Ecclesiã noluerit habere matrẽ*, inquit B. Cypr. Et Augustinus. *Euangelio non crederẽ, nisi me Ecclesiæ commoueret auctoritas*. At hæreticus is dicitur, qui renuit audire Ecclesiã, eiusq; caput Pontificẽ Romanũ, & patres oẽs, q sunt eius corpus, plurisq; facit sui cerebri in explanãdis scripturis cõmẽta, quã totã antiquitatẽ. Qũo aũt talis adduci poterit, vt iudiciũ suũ subijciat sũmo Põtifici, Cõcilijs, S. Patrib sine antidoto magnę humilitatis? 2. Cor 10. Heb 11. 1. Aug. trac. 40. Cyp. de vnit. Eccles. Aug. ca 5. in Epist. Man.

VI. REM est Oratio, vel diuini auxilij inuocatio. Est eiusdem S. Augustini, qui confitetur se hoc antidoto tandem è tenebris sectæ Manichæorum emersisse Sic enim in libro de vtilitate credendi. *Magnam deliberationem iam in Italia constitutus habui, non vtrũ manerem in illa secta, in quam me incidisse pęnitebat, sed quonam modo verum inueniendũm esset*. Et paulo post. *Sæpè mihi videbatur non posse inueniri, magnique fluctus cogitationum mearum in Academicorum suffragium ferebantur. Sæpè rursus intuens, quantum poteram, mentem humanam tam viuacem, tàm sagacem, tàm perspicacem non putabam latere veritatẽ, nisi quod in ea quærendi modus lateret, eundemque ipsum modũ, ab aliqua diuina auctoritate esse sumendũ. Restabat quęrere, quanã esset illa auctoritas, cũ in tantis dissensionib se quisq; illã traditurũ polliceretur. Occurrebat igitur inexplicabilis sylua, cui demũ inseri multũ pigebat. Restabat aũt Aliud nihil in tantis periculis, quã vt diuinã prouidentiã lachrymosis & miserabilibus vocib, vt opẽ mihi ferret, deprecarer. Atque id sedulò faciebã* Qua aũt occasione & via ad preces & lachrymas peruenerit prolixè narrat ipse libro confessionũ 8. sub finẽ, ac tandẽ ca. 12. *Ego, inquit, sub quadã fici arbore straui me, nescio, qũo, & dimisi habenas lachrymis, & proruperunt flumina oculorũ meorum, acceptabile sacrificium tuum*. Et non quidem his verbis, *sed in hac sñia multa dixi tibi. Et tu Domine vsquequo? Vsquequo Domine trasceris in finẽ? Ne memor fueris iniquitatum nostrarum antiquarum. Sentiebam. n. me ab eis teneri, & iactabã voces miserabiles? Quãdiu, quãdiu, cras & cras. Quare nõ mõ, quare nõ hac hora finis turpitudinis meę? Et ecce audio vocẽ de vi* Aug. c8. Psal. 78.

Rom 13.13. *cina domo cum cantu dicentis, tolle lege*. Aperuit ergo codicem Apostoli, legit quæ primo occurrerunt verba. Non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus, &c. Nec *vltra*, addit, *volui legere, nec opus erat. Statim quippe cum fine huiusce sententiæ quasi luce securitatis infusa cordi meo omnes dubitationis tenebræ diffugerunt*. Conuersionē deinde suam per litteras patefecit S. Ambrosio, a quo & baptizatus est.

VII. REM. Non aliud crede, quam quod Ecclesia Catholica credit, & credendum esse præcipit, rationemque eius & causam redde, quòd Spiritus S. in sacris litteris doceat, eam non posse errare vel deficere. Nam apud Matthęum, Christus promisit B. Petro ne inferi quidem portas pręualituras contra Ecclesiā super ipsū ædificandā Et B. Paulus clare testatur. *Ecclesiam esse columnam & firmamentum veritatis*. Nec hęretici id negare possunt, nisi verbum Dei euertant. Vnde Lutherus in epistola cōtra Io. Vvurst docuit *Ecclesiā non posse mendacia & errores docere, ne quidem in vno articulo*. Si n. vel vnum mendacium in ea deprehendatur, totam fore falsam. Oecolampadius in Isaiam, pag. 37. 285. & 286. *solam in luce versari. Spiritumque sanctum semper habere præsentem, & non errare*. Caluinus in ps. 102. v. v. 19 & psal. 22. v. 31. 32. & Petrus Martyr. in locis commun. 437 *eam variis modis seruari, perpetuam & inuictam esse*. Nec dicere possunt hæretici, apud se esse illam Catholicam Ecclesiam, quia, vt monet Vincentius Lyrinensis. *In ipsa Catholica Ecclesia magnopere curandum est, vt id teneamus, quod vbique, quod semper, quod ab omnibus creditum est. Hoc est etenim verè proprieque Catholicum, quod ipsa vis nominis ratioque declarat, quæ omnia veræ vniuersaliter comprehendit. Sed hoc ita demum fit; si sequamur vniuersitatem, antiquitatem, consensionem. Sequemur autem vniuersitatem hoc modo, si hanc vnā fidē veram esse fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur Ecclesia. Antiquitatem verò ita, si ab his nullatenus recedamus sensibus, quos sanctos maiores ac Patres nostros celebrasse manifestum est. Consensionem quoque itidem, si in ipsa vetustate omnium vel certè pęnè omnium Sacerdotum pariter & Magistrorum definitiones, sententiasque sectemur*. Et B. Aug. secundum hanc expositionem dicit se in Catholicæ Ecclesiæ gremio teneri. *Multa, inquit, sunt quę in eius gremio me iustissimè teneant. Tenet consensio populorum atque gentium, tenet auctoritas miraculis inchoata spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata. Tenet ab ipsa sede Petri Apostoli, cui pascendas oues suas post resurrectionē Dominus commendauit vsque ad præsentem Episcopatum, successio Sacerdotum. Tenet postremò ipsum Catholicę nomen, quod non sine causa inter tàm multas hæreses sic ista Ecclesia sola obtinuit, vt cum omnes heretici Catholicos se dici velint: quærenti tamē peregrino alicui, vbi ad Catholicam conuenitur, nullus hæreticorum, vel basilicam suam, uel domum audeat ostendere*.

Matt. 16. 18. 1. Tim. 3. 16. Lyrin. in cōmon. c. 3. Aug. cō. ep. Man. c. 4.

VIII. REM. In magna veneratione habeas omnes sacros ritus & cerimo-

rimonias,consuetudines,& pręcepta Catholicæ Ecclesiæ. Quod.n.sal præstat carnibus,vagina gladio,cortex arbori,& folia fructibus,hoc cærimoniæ religioni Catholicæ; declarant.n.non solũ illam,sed etiam fouent,nutriunt,augent & confirmant. Vnde B.Augustinus lib. 19. contra Faustum Manichęum,meritò scripsit absque externis cærimonijs,impossibile esse seruare religionem. Accedit, q̃ rudib & imperitis vicẽ subeant scripturæ & picturæ. Sæpeque ex vna cęremonia Ecclesiæ intelligũt magnũ aliquod mysteriũ, q̃ vix probari possit Nam Aug.lib. 1.de peccatorũ meritis & remiss.probat necessario confitendum peccatum originale, (esto q̃ nullum testimoniũ suppeteret ex scripturis)ex eo solũ, q̃ paruuli exorcizantur,& insufflantur ante baptismum,& iubentur per ora gestantium renunciare diabolo & pompis eius. Si.n.nulli obnoxij sint peccato,nõ dominatur eis diabolus,nec egent in sufflatione. Deinde per eas Catholici ab hæreticis distinguuntur. Cæremoniæ siquidem sunt quasi symbola militaria quib.castra sanctorũ discernuntur ab agminib.dæmonũ. Vnde Ecclesia statim initio mutauit Sabbathũ in diẽ Dominicũ, ne cum Iudæis conueniret,& postea noluit Pascha celebrari 14.luna mensis primi,ne,vt habet Eusebius libro quinto hist. Ecclesiast. Iudaizare videremur. Atq; olim sancti maluerunt quælibet aduersa tolerare, quam symbola religionis abijcere, ne viderentur religionis desertores. Sic.n. Eleazarus in secundo Machabæorum maluit crudeliter occidi, quã simulare se edisse suillam,dicebat.n.si id faceret,oẽs arbitraturos se deseruisse Hebræorũ religionẽ,cuius exemplum secuti sunt septẽ Machabæi fratres. Et Tertullianus in libro de corona militis commemorat, quendam Christianum militem maluisse innumeris supplicijs affici,quàm cũ cæteris laurea coronari, eo q̃ tunc cerimonia erat Christianorum, non coronari laurea,ne idololatræ iudicarentur. Sic hoc tempore aperte colligimus aliquem esse Caluistinam,si nolit se cruce consignare,aut ad nomẽ Iesu pronunciatum caput aperire.

Aug.c. 17.

Aug.c. 34.

Eus.c. 23.

2.mach.c 6. & 7.

IX. REM. Si non potes effugere vel disputationem, vel collationem de rebus fidei cum hæretico;(cui tamen te doctrina inferiorem non esse existimas)primum ab eo percontare, vnde sua argumenta velit depromere contra fidem Catholicam. Si respondeat, vt solent, ex scripturis diuinis, oppone illi nullam vel incertam ex scripturis sperari victoriã, nisi prius constet, vtri sint possessores scripturæ, illi an nos,& vbi sit vera fides & potestas exponendi scripturas. Ita tradit Tertullianus libro de pręscriptionibus. *Non, inquit, ad scripturas prouocandum est, nec in his constituendum certamen, in quib. aut nulla aut incerta victoria est. Nã etsi non ita euaderet conlatio scripturarũ, vt utramque partẽ parẽ sisteret, ordo rerum desiderabat illud prius proponi, q̃ nunc solum disputãdum est. Quibus competat fides ipsa, cuius sint scripturæ. A quo, & per quos, & quando & quibus sit tradita disciplina, qua fiunt Christiani. Vbi enim apparuerit esse veritatem disciplinæ & fidei Christianæ illic erit veri-*

Ter.c. 19.

tas scripturarũ & expositionum & omnium traditionum Christianarũ. Secundò nulla & incerta est ex scripturis pugna, nisi constet de vero sensu & intelligentia scripturæ. *De intelligentia enim hæresis, non de scriptura est,* inquit Hilarius. *Sensus & non sermo fit crimen* Et Hier. in epist. ad Galatas. *Non putemus in verbis scripturarũ esse Euangelium, sed in sensu, non in superficie sed in medulla, non in sermonum foliis, sed in radice rationis.* Deinde Aug. epist. ad Consentium. *Intellectum,* inquit, *valde ama, quia & ipsæ scripturæ sanctæ, quę magnarum rerum ante intelligentiam suadent fidem, nisi eas rectè intelligas, vtiles tibi esse non possunt. Omnes enim hæretici, qui eas in auctoritate recipiunt, ipsas sibi videntur sectari, cum suos potius sectentur errores, ac per hoc, non quod eas contemnant, sed quòd non intelligant hæretici sunt* Vnde autem veram intelligentiam hauriemus ab ipsis ne nuper natis Lutheranis & Caluinianis, an ab Ecclesia Catholica, quæ ante multa secula fuit? Non ab ipsis. *Quia* ipsi, vt habet S. Vincentius Lyrinensis, *scripturam sacram, pro ipsa sua altitudine non vno eodemque sensu vniuersi accipiunt, sed eiusdē eloquia aliter atque aliter, alius atque alius interpretatur, vt pene quot homines sunt, tot illic sententiæ erui posse videantur. Aliter namque illum Nouatianus aliter Photinus, aliter Sabellius intelligit.* Aliter Lutherus, aliter Caluinus, aliter Suenckfeldius. Nec valet exceptio, illā nō à se potendam, sed a collatione ipsarum scripturarum. Atqui alia collatione, v.c. de verbis Christi, *Hoc est corpus meum*, vtuntur Caluiniani, alia Lutherani ad astruendam suam hæresin. Nullum ergo ad veram intelligentiam assequendam superest refugium, nisi ad Ecclesiam catholicam, quàm scripturæ commendat authoritas, vt sapientissimè monuit Augustinus. *Quoniam,* enim, inquit lib. 1. contra Cresconium, *sancta Scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit huius obscuritate quæstionis, eandem Ecclesiam de illa consulat, quam sine vlla ambiguitate sancta scriptura demonstrat* Cur autem potius Ecclesiæ Catholicæ (id est, expositioni omnium Patrum, quorquot post Christum fuerunt eorundēque collationi,) quam collationi nouitiorum prædicantium subscribere debeamus, clare probat idem Augustinus in libro de vnitate Ecclesiæ. *Puto,* inquiens, *si aliquis Sapiens extitisset, cui Dominus Iesus Christus testimonium perhibet, & de hac quæstione consuleretur à nobis, nullo modo dubitare deberemus id facere, quod ille dixisset, ne non tam ipsi, q̃ Domino Iesu Christo, cuius testimonio commendabatur, repugnare iudicaremur. Perhibet autem testimonium Christus Ecclesiæ suæ. Ecce Euãgelium, lege, vbi ait Oportebat Christum pati, & resurgere tertia die, & prędicari in nomine eius pęnitētiam & remissionem peccatorum per oēs gentes incipientib. ab Hierusalem. Q̃uo ergo suscepit ista ecclesia per oēs gentes incipientib. ab Hierusalem, remotis omnib. ambagib. & tergiuersationib. sic suscipiendus es. Quod si non bis, non mihi aut cuiquam hominũ qui vult ita suscipere, sed ipsi saluatori cōtra salutē tuã pniciosissimè reluctaris,*

Hil. lib. 2 de Trin.
Aug ep. 22.
Lyrin. c. 2.
Aug. c. 33.
Id. c. 19.
Luc. 24. 46

claris.qui te sic suscipiendum esse non vis credere, quemadmodum suscipit illa Ecclesia quã testimonio suo commendat ille, cui fateris nefariũ esse non credere. Agit aũt Augustinus contra Donatistas, qui contendebant hæreticos nõ esse suscipiendos sine anabaptismo, cũ.n. illi vrgerẽt, ex scriptura nõ posse probari esse ita suscipiendos, respõdet Aug. susci pi ex consuetudine Ecclesiæ, quã scriptura cõmẽdat. Nec aliter respon deret de aliis omnib. quæ non sunt in scriptura. Vt quod Euangelium Matthæi sit verè Matthæi, quod vetus testamentum, & singuli eius libri sint vere verbum Dei, id enim non scimus nisi traditione Ecclesiæ, quã vt ducem & Magistram infallibilem nobis commendat scriptura. Vnde non dubitauit scribere idem Aug. *Euangelio non crederem, nisi me Ecclesiæ commoneret auctoritas.* Primum ergo, vt omnes abscindãtur quę stiones, quærendum est vbi sit vera Ecclesia & vera fides, ea enim inuenta, constabit, quæ sint germanæ scripturæ, & quæ germana & vera expositio scripturarum, vt supra dicebat Tertullianus. Aug. con. ep. Manich c. 5.

Vide V. *Amor sui. Contentio. Curiositas. Iudicium proprium. Obstinatio. Superbia.*

HYPOCRISIS.

Remedia aduersus Hypocrisin.

I REM. Considera quid Spiritus sanctus in diuinis litteris contra Hypocritas, simulatores & dolosos homines enunciet. Primò enim arguit & vetat hypocrisin. Nam apud Isaiam ait. *Omnis hypocrita est, et nequam.* Et apud Sapientem. *Ne fueris hypocrita in conspectu hominũ.* Et Matthęum. *Hypocrita eiice primum trabem de occulo tuo.* Et Lucã. *Vos estis, qui iustificatis vos corã hominib. Deus aũt nouit corda vestra.* Et iterum. *Attendite à fermento Pharisæorũ, quod est hypocrisis.* 2. cõminatur eis, & maledicit, vt apud Iob. *Spes hypocritæ peribit. Nõ ei placebit vecordia sua, & sicut tela aranearũ fiducia eius.* Et, *Simulatores, & callidi prouocant irã Dei, neq; clamabũt cũ uincti fuerint.* Et apud Dauidẽ. *Virum sanguinũ & dolosum abominabitur Dominus.* Et Salomonẽ. *Abominatio Domini est omnis illusor.* Et Ieremiã. *Pacem cum amico suo loquitur, & occultè ei ponit insidias. Numquid super his non visitabo, dicit Dominus?* Et Malachiã. *Maledictus dolosus.* Certe apud Matthęum in solo capite 23. octo maledictiones fulminat Spiritus sanctus, vel Christus in hypocritas. 3. declarat eos iacturam facturos in vita & bonis temporalibus, vt apud B. Iob. *Congregatio hypocritæ sterilis.* Et. *Gaudium hypocritæ ad instar puncti.* Et apud Psalmistam. *Dolosi nõ dimidiabunt dies suos* Et Sapientem. *Ingrediens duas vias non habebit successus.* 4 docet facturos iacturam gratiæ diuinæ, & vitæ æternæ. Vt apud Iob. *Non veniet in conspectum Dei omnis hypocrita.* Et apud Sapientem. *Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictũ.* Et. *Quę est spes hypocritę, si auarè rapiat, & si liberet Deus animã eius. Numquid audiet* Isa. 9. 17. Eccli. 1. 37. matt. 7. 5. Luc. 16. 15. Luc. 12. 1. Iob 8. 13. Iob. 36. 13. psal. 5. 7. prou. 3. 32. Ier. 9. 8 Iob. 15. 34. Iob. 20. 5. psal. 54. 24. Iob. 13. 16.

Deus

Matt.24.51. *Deus clamorem eius, cum venerit super eum angustia?* Et apud Matth. *Partemque eius ponet cum hypocritis: illic erit fletus & stridor dentiũ.*

H.REM. Considera S. patrum testimonia B. Cypr. *Tanta*, inquit, *est* Cyp. ser. de ieiun. *hypocritarum dementia, vt fętoribus pro odoribus abutantur, & pretiosa vilia, & aspera suauia arbitrentur, & fauorum sapor omnium dulcedinum superet condimenta, omnisque delira sensualitas contrariis dele-* Amb. ep. 44. *ctetur.* S. Amb. lib. 7. Epistolarum ad Constantium. *Nemo ęt in dolo loquatur ad proximum suum. Laqueus est in labiis nostris, & sępè vnusquisque sermonib suis non explicatur, sed inuoluitur. Fouea alta est os maleuoli, grande innocentię pręcipitium, sed maius maleuolentiæ innocens, dum credit facilè, cito labitur, sed tamen iste lapsus resurgit: maledicus autẽ suis artibus præcipitatur, vnde nunquã exiliat, atq; euadat.* Ponde- Lac. li. 4. c. 17. *ret ergo vnusquisque sermones suos non cum fraude, & dolo.* Lactantius in libris institutionũ. *Circumcisio instituta est à Deo, vt figura esset secundę circumcisionis, qua nudatur pectus, vt significaret aperto & simplici corde debere nos viuere, ne aliquod facinus inter conscientię secre-* Bas. ho. 7. *ta velemus.* S. Bas. in Hexæmeron. *Non silebo polypi dolos ac furacitatẽ. Is cuicunq; saxo adhæserit, illius colorem subit, atque adeo vt pisciũ complures ad ipsum de improuiso nantes, tanquam ad Saxũ appellãt, parat amque se prædã illi offerant. Tales sunt (hypocritæ) qui sobrietatem cũ sobriis laudant, intemperantes sicut cũ intemperantib. atque ad id, quod cuique placet suam omnino sniam vertunt. Quos euitare facile nemo pot,* Chr. ho. 19. *propterea quod pietatis prætextu prauitas eorum fucata & adornata ꝓfundè latet.* S. Chrys. in Matthęum in imperfecto *Nulla res sic exterminat bonũ, sicut simulatũ bonum: nã manifestum malum quasi malum fugitur & cauetur: sed quasi bonum suscipitur. Sic serui diaboli tunc pessimè Christianitatem corrumpunt, quando se simulant* Christianos, de qui Matt. 7. 15. *bus monet suos & nos Christus. Attendite à falsis* Prophetis, *qui veniunt ad vos in vestimentis ouiũ, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. Quia magna virtus est hominum cognoscere malũ, & firma tutela salutis est scire quẽ fugias.* Et rursum in verba, væ vobis scribæ & Pharisæij hypo Id. hom 45. chritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis. *Corpora*, inquit, *peccatorũ se pulchra dicuntur mortuorum, quia anima mortua est in corpore peccatoris. Sicut ergo sepulchrum, quamdiu clausum est pulchrum videtur foris; si vero fuerit apertum, horribile est; sic & simulatores honorũ, quamdiu non cognoscuntur laudabiles sunt. cum autem cogniti fuerint, inueniun-* Aug. in psal. 63. *tur abominabiles.* S. Aug. in Psalmos. *Simulata innocentia non est innocẽtia, simulata æquitas non est æquitas, sed duplex iniquitas, quia & iniqui* Greg. lib. 8. cap. 36. *tas est, & simulatio.* S. Greg in libris Moralium. *Hypochrytæ operaturi laudes suas cogitant: laudati autem secum taciti in cogitationibus versant. Gaudent se pręcipuos in humana æstimatione claruisse. Cumque in flati fauoribus apud semetipsos intumescunt, sępè mirantur taciti etiam ipsi quod sunt. Videri quotidie semetipsis altiores cupiunt, ac miris inuen-*

*uentionib. in opere excrescunt, quia sicut virtus humilitatis tẽ vitiũ e-
neruat, sic arrogantia roborat. Cogit namque mentem iuuenescere, & con
tra vires valere; quia & quod negat vigor valetudinis, amor imperat lau
dis. Unde & factis suis arbitros inquirunt. Si verò eorum operi testes
deesse contingat, narrant ipsi quę gesserint. Cumque offerri fauorib. cœpe
rint, sæpe eisdẽ suis operib. quę egisse se referunt, mentiendo aliquid adiũ
gũt.* S. Ber. in Cantica. (*Hypochritæ heretici*) *oues sunt habitu, astu vul-* Bern. ser 66.
*pes, actu & crudelitate lupi. Hi sunt qui boni videri, non esse: mali non
videri, sed esse volunt. Mali sunt, & boni videri volunt, ne soli sint ma
li: mali videri timent, ne parum sint mali. Etenim minus semper mali-
tia palã nocuit, nec vnquã bonus, nisi boni simulatione deceptus est.*

III. REM. Considera quis propriè dicatur Hypochrita S. Bas. in ho
milia de ieiunio, *Hypochrita, inquit, dicitur histrio, qui in theatro personã* Bas. ho. 1.
*sustinet alienam, sępe heri, cum sit seruus, aut regis, cum sit priuatus. Iti-
dẽ in hac vita plerique vitã suã velut è proscenio ad ostentationem com
ponunt, aliud in corde gerentes, aliud in specie hominũ oculis præsefe-
rentes.* Et Aug. in sermone Domini in monte. *Sunt hypocritæ simulato-* Aug. li 2. c. 5
res, tanquã pronunciatores alienarum personarũ, sicut in theatricis fabu Hie in c. 23.
lis, &c. sic in omni vita humana, quisquis se vult videri quod non est, hy matt.
*pochrita est. Simulat. n. iustum, & non exhibet, quia totum fructũ in lau
de hominum ponit: quã possunt ẽt simulantes percipere, dũ fallunt eos, q-
bus videntur boni, ab eisque laudãtur. Sed tales ab inspectore cordis Deo
mercedẽ non capiunt, nisi fallaciæ supplicium: rectissimeque his dicitur.
Recedite à me operarii dolosi; nomen enim meũ habuistis, sed opera mea
non fecistis.* Greg. Nazianz. comparat hypocritã, *meretrici, quæ sicut, cũ* Greg. ora fu
natiua pulchritudine destituta est, ad colores, pigmenta & fucos confuge- nebri patris
*re solet: ita hypocrita cum specie solidæ perfectæque virtutis careat, adum
brationem quãdam pietatis externam simulat, qua eorum oculos retinet,* Hie. li 2. Au
qui adumbrata virtutis simulatione capiuntur. Hinc colligit B. Hiero. gu ser 59. de
agens contra Pelagianos, *quamuis aliis vitiis carere possimus, hypocri-* temp.
seos tamen maculam habere non posse, aut paucorum aut nullorum: nã
qui vult se videri quod non est, hypocrita est.

IV. REM. Considera, quã laudata sit in scripturis, & S. Patribus vir
tus contraria hypocrisi, nempe simplicitas, qua is simplex dicitur, qui est
omnis simulationis, fictionis, & doli expers, qui non cogitat malum, nec
suspicatur de aliis, qui malum malo non rependit, qui loquitur & agit Iob. 1. 5
sicut sentit. Ab hac. n. in primis in diuinis litteris laudatur Iob, Deo dicẽ Ge. 25. 27.
te ad Satan. *Numquid considerasti seruũ meũ Iob, quod non sit ei similis in* Ps. 14. 2.
terra, vir simplex & rectus? Et patriarcha Iacob. *Iacob autẽ, inquit, vir
simplex habitabat ĩ tabernaculis.* Et in psalmis, dr̃ regno cælorũ dignus.
nã Dauid cũ dixisset. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?* subiecit.
Qui loquitur veritatẽ in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua, nec Io. 2. 47
fecit proximo suo malũ, qui iurat proximo suo & non decipit, &c. Et Na

thanael,

1.Pet.2.22 thanael, quo cōſpecto Chrs dixit. *Ecce verè Iſraelita, ī quo dolus nō eſt.*
matt. 10. 10. Imò Xps ipſe, de quo B Petrus. *Qui peccatū nō fecit, nec ïuẽtus ē dolus ī ore eius; q cū malediceretur nō maledicebat.* Deĩde hāc cōmẽdat Xps Apoſtolis, dicens. *Eſtote ſimplices, ſicut colũbæ.* Paulus Corinthijs. *Malitia paruuli eſtote.* Petrus electis aduenis. *Deponentes,* inquiens, *oēm malitiam, & oēm dolū & ſimulationes, & c. ſicut modo genti infantes, rōnabiles, ſine dolo lac concupiſcite.* Commendauit, & ante illos Salomon. *Cum ſimplius,* inquit, *ſermocinatio eius,* id eſt, Dei. *Voluntas eius in his qui ſimpliciter ambulant. Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter. Qui ambulat ſimpliciter, ſaluus erit.* Tertiò cōmendant ſimplicitatē S. Patres, vt Aug. in lib. 38. quæſtionum. *Sicut propè ſumma & diuina virtus eſt,* inquit, *neminem decipere, ſic vltimum vitium eſt, quē libet decipere.* Et Ambr lib 2. officiorum *Quinetiam verborū ipſorū, & præceptorū eſſe menſuram conuenit, ne aut nimia remiſsio, videatur, aut nimia ſeueritas. Plerique. n. remiſsiones malunt eſſe, ut videantur boni. Sed nihil ſimulatū & fictū uerę uirtutis eſſe certū eſt, qnetiā & diutur nū eſſe nō ſolet. In principio uernat, in proceſſu tanquā floſculus diſsipatur & ſoluitur; qđ aūt uerū ac ſyncerū, alta radice fundatur.* Et inſ. *Ergo bonis artib. & ſyncero propoſito nitendū ad honorē arbitror, maximè Eccleſiaſticū. Ad oīa abundat animi directa ſimplicitas, ſatiſq. ſe ipſa cō mendat.* Et Hieron. ad Paulinum, de inſtitutione monachi. *Habeto ſimplicitatem columbę, ne cuiquā machineris dolos, & ſerpentis aſtutiam, ne aliorum ſupplantaris inſidiis. Non multum diſtat in uitio, vel decipere poſſe, vel decipi Chriſtianum.* Et lib. 7. in Iſaiam, ſub finem. *Si caſtum eſſe me ſimulo, & aliud eſt in conſcīa mea: habeo non gloriam mercenarii, ſed ſupplicia peccatoris.* Et *in comparatione duorum malorū, leuius malum eſt apertè peccare, quàm ſimulare & fingere ſanctitatem.* Deniq; Chryſoſt. in Acta Apoſt. *Quis non obſtupeſceret, quis non admiraretur hominem moribus ſimplicem, vel quis non iungeret ſe ei, qui ſubdolus non eſt? aut quorum aliorum eſt ſalus, quorū pręter hos eximia illa felicitas? Nonne Paſtorib. initio Euangelium prædicatum eſt? nōne Ioſeph ſimplex hō erat, adeo vt nec per adulterii ſuſpicionem perterretur, quo peccato perpetrando conſentiret? Nonne agreſtes fuci expertes elegit* (in Apoſtolos?) *Anima. n.* inquit, *benedicta omnis ſimplex. Et iterum. Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter. Dicat aliquis: Nonne & prudentia opus eſt? At quid aliud ſimplicitas, quam prudentia? Quando. n. nihil ſuſpicaris mali, neq; moliris malum, quando nihil fers moleſtè, neque vindictā meditari poteris. Via quędam eſt ad Philoſophiā ſimplicitas.* Et paulo poſt. *Quid igitur, ſi in malos inciderit viros talis? Deus, qui præcepit eſſe ſimplices, porriget manū, quid ſimplicius erat Dauide? quid Saule malignius? Vter igitur ſuperauit? Quid Ioſephus? nonne ſimpliciter appellabat heram, illa eum contra callidè? & quid quæſo detrimenti inde paſſus eſt? Quid Abele fuit apertius? Quid*

Caino

Marginal notes: 1.Cor.14. — 1.Pet.2.2. — prou. 3. 32. 10.28. — Aug. q. 53. — Amb. ca. 22. & 24. — Hier. ep. 13 — Iſa. 26. — Chr. hom. 7 — prou 10.

Caino malificentius? Idem Iosephus nonne citra fucum agebat cum fratribus? nonne propter hoc probatus fuit, eo quod ipse quidem omnia absque suspicione loquebatur, illi autem malitiose insidiabantur? & poterat Deus permittere illum non incidere in illos, sed permisit, vt ostenderetur miraculum, quod illi quidē quod poterant, conarentur, ille tamen vicit.

V. REM Cōsidera exēpla eorū, quib. pessimè cessit hypocrisis, vel simulatio Primū est Ambrosii de Absolone, Absolon, inquit, erat Dauidis regis filius, decore insignis, egregius formā, prestās iuuētaie: ita vt uir talis in Israhel nō reperiretur, à vestigio pedis vsq; ad verticē immaculatus. Is fecit sibi currus & equos, & viros 50. qui præcurrerent ante eū. Surgebat diluculo, & stabat ante portā in via: & si quē aduertisset regis iudicia quærentē, accedebat ad eū dicēs. Ex qua ciuitate es tu? respōdit ille. ex vna tribu sum de trib. Israel, seruus tuus. Referebat Absolō. Verba tua bona sunt & directa, & qui te audiat non est tibi datus à rege. Quis cōstituet me iudicē? Et quisquis ad me veniet, cuicunque fuerit iudicium necessarium iustificabo illum. Talibus delinibat singulos sermonib. Et cū accederēt adorare eū extendēs manus suas, apprehēdebat, atq; osculabatur eos. Sic cōuertit in se corda oīum, dū blanditiæ hmōi in timorū tāgūt viscerū sensū Sed delicati isti & ambitiosi elegerūt honorabilia & grata ad tps & iucūda: vbi aūt parua processit dilatio, &c. nō poterūt tolerare ac sustinere, &c. Liquet igitur ea esse ꝑpetua ac solida, q̄ vera sūt, & quæ syncerè potius, q̄ dolo cōgregātur. Ea verò q̄ simulatione atq; assentatione parta sūt, nō posse diu ꝑseuerare. Alterū est eiusdē de Gabaonitis. vbiq; honestatis ꝑponderat cōsideratio, q̄ dolū excludit, fraudē eiicit. Vñ rectè generalē Dauid propheta prōpsit snīā, dicēs. Nec fecit ꝑximo suo malū. Non solū itaq; in contractib. sed et generaliter in oīb. dolus abesse dēt, aperiendā simplicitas, intimāda veritas ē. Veterē aūt istā de dolo nō iurisperitorū formulā, sed patriarcharū snīam scriptura diuina euidēter expressit in libro testi veteris, qui Iesu Naue inscribitur. Nā cū exisset fama p populos siccatū esse mare in Hebræorū trāsitu, &c. corruisse muros Iericho, &c. Gabaonitę metuētes validā manū uenerūt cū versutia simulātes se de terra longinqua esse, diuq; peregrinatos dirupisse calsiamēta, detriuisse amictus vestiū, quare veterascentiū indicia monstrarunt. Cām aūt tanti laboris, emerendæ pacis & ineundæ cū Hebræis esse amicitiæ cupiditatē, & capessunt ab Iesu Naue poscere, secū firmaret societatem. Et quia adhuc erat ignarus locorū, atq; incolarum inscius, non cognouit fraudes eorum, neque Dñm interrogauit, sed cito credidit. Adeo sancta erat illis temporib. fides, vt fallere aliquos posse non crederetur, &c. Hoc est, innocentē esse, ignorare quod noceat: & si circūscribitur ab aliquo, de omnib. tamen bene iudicat, qui fidem esse in omnib. arbitratur. Hac igitur mentis suæ deuotione inclinatus vt crederet, testamentū disposuit pacem dedit, confirmauit Societatem. Sed ubi in terras eorū vētū est, depbēsa fraude, q. cū essent finitimi aduenas se esse simu-

Amb. 1. off. c. 22.
2. Reg 15.
4
Id. l. 3. of. ca. 10.
Psal 143.
Ios. 3. c. 9.
Simplicitas.

simulauerant circumscriptum se populus patrum indignari capit. Iesus tamen pacem quam dederat reuocandam non censuit, quia firmata erat Sacramenti religione, ne dum alienam perfidiam arguit, suam fidem solueret. Mulctauit tamen eos vilioris obsequio ministerii. Clementior sententia, sed diuturnior. Manet.n. officiis pœna veteris astutiæ hereditario in hunc diem ministerio deputata. Tertium est eiusdem de Anania & Sapphira. *Regula, inquit, iustitiæ manifesta est, quod à vero declinare virū non doceat bonum, nec damno iniusto afficere quenquam, nec doli aliquid annectere, fraudis ve componere. Quid euidentius eo, quod Ananias, quia fraudauit de pretio agri sui, quem ipse vendiderat, & portionē pretii tanquam summa totius numerum ante pedes posuit Apostolorum, sicut reus fraudis interiit? Licuit utique illi nihil offerre, & hoc sine fraude fecisset: sed quia fraudem admiscuit, non liberalitatis gratiam reportauit, sed fallaciæ pœnam exoluit.*

Act. 5. 3

Exempla tria ex historia Ecclesiastica.

Trip. lib. 9. c. 48. S. Epiph. Cyp. Episcopus.

PRimum est in historia Tripartita Cassiodori. Q*uidam pauperes studentes Epiphanium arte deludere, ut eis aliquid daret, cum iter ageret, vnus eorum supinum se prostrauit in terra, alter verò stabat quasi mortuum deflens, nec habens vnde eum sepelire posset.* Epiphanius aūt *superueniens orauit, vt sub quiete dormiret, & sepulturæ necessaria præbuit, simulque consolatus est flentem dicens. Quiesce fili à lachrymis: nō enim fletu resuscitari poterit. Cumque discessisset Epiphanius, cæpit ille pulsare socium, vt resurgeret. Et cum hoc secundo fecisset, dicens: Surge hodie tuis laboribus epulemur: & ille penitus non sentiret, cognoscens uerè mortuum, cucurrit ad Epiphanium flens & petens, ut eius socium suscitaret. At ille consolatus est eum, hortans ne ferret grauiter, quod euenerat, non tamen defunctum denuo suscitauit.* Hoc enim credo prouidè *gestum, ut ministri* Dei *non facilè deludantur.* Secundum est priori simile in vita B. Gregorij Thaumaturgi descripta a Gregorio Nysseno de duob. pauperib. Hebræis, quorū alter se mortuū in via publica confinxerat, alter verò mortem fictè deplorans necessaria ad funus a Gregorio alacriter habente postulabat, cui pallium suum B. Gregorius illi co iniecit, & ceptum iter prosecutus est. At pallii iniectio animam è iacentis corpore eiecit. Tertium est B. Gregorij in quarto Dialogorum. *Est, inquit, apud nos nunc Athanasius ex Isauria presbyter, qui in diebus suis Iconij rem terribilem narrat euenisse. Ibi namque, ut ait, quoddā monasterium Thongolaton dicitur, in quo quidam monachus magnę æstimationis habebatur, bonis quippe cernebatur morib. atque in omni actione sua compositus, sed sicut ex fine res patuit, longe aliter, quàm apparebat, fuit. Nam cum ieiunare se cum fratribus demonstraret, occulte mā ducare consueuerat. Quod eius uitium fratres omnino nesciebant. Sed cor*

S. Greg. Nysseno Episc.

Greg. c. 38.

poris

poris superueniente molestia ad uitæ extrema perductus est. Qui cum iã esset in fine, fratres ad se omnes, qui monasterio inerant, congregari fecit. At illi tali, ut putabant, uiro moriente, magnum quid ac delectabile se ab eo audire crediderant. Quibus ipse afflictus & tremens compulsus est pro dere, cui hosti traditus cogebatur exire. Nam dixit. Quando me uobiscũ credebatis ieiunare, occultè comedebam: & ecce nunc ad deuorandũ dra coni traditus sum, qui cauda sua mea genua, pedesque colligauit, caput uerò suum intra meum os mittẽs Spiritum meum ebibens extrahit. Qui bus dictis statim defunctus est, atque ut pænitendo se liberare potuisset à dracone, quem uiderat, expectatus non est. Quod nimirum constat, quia ad solam utilitatem audientium uiderit, qui eum hostem, cui traditus fuerat & innotuit, & non euasit.

VI. REMED. Considera exempla eorum, qui discrimen capitis adire maluerunt, quàm simulare se fecisse, quod non fecerant. Primum est nonagenarij senis Eleazari, de quo in libris Machabæorum, cui cũ quidam persuadere conarentur, secreto, vt vesceretur carnibus, quibus ei vesci licebat, vt ita simularetur manducasse, q̃ rex Antiochus imperaue rat, de sacrificij carnibus, respõdit cito, se malle mori, *Nõ enim*, inquit, *ætati nostræ dignum est fingere, ut multi adolescentes, arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad uitam alienigenarum: & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis uitæ tem pus decipiantur, & per hoc maculam atque execrationem meæ senectuti conquiram. Nametsi in præsenti tempore supplicijs hominum eripiar, sed manum omnipotentis, nec uiuus, nec defunctus effugiam.* 2. Macch. c. 6.

ALTERVM exemplum sit S Anastasij Martyris, Parsæ, qui cum Cæsareæ Palestinæ à Marizabana Persarum Duce post multos cruciatus, per certum hominem rogatus esset, vt verbo saltem vnico suam religionem inficiaretur: (quid enim, inquit, ea ex re detrimenti capies, cum cor non simul loquatur?) cum à carcere & supplicijs solutum iri. Illico Anastasius post fusas preces respondit. Neq; tu me, neq; vllus alius impulerit me, vt hoc faciam: non ò rex & Deus, ne specie quidem tuum nomẽ, neque in somnis, aut vllo alio modo videris negantem. Vnde & in Persidem auectus est, & martyrij corona ibidem ornatus. In surio. 22 Ianuar.

VII. REMED. Considera vitium hypocriseos hoc magis tibi esse execrandum & fugiendum, quo hominem similiorem reddit diabolo. Prima enim in scripturis sanctis proprietas diaboli est, quod cũ ipse sit Spiritus tenebrarum teterrimus, tñ ad fallendos homines *transfiguret se in Angelũ lucis*: non secus hypocritæ, cum ipsi intus & in cute pleni sint immunditia & iniquitate, tamen secundum externam speciem venditant se tanquam probos & sanctos. Altera proprietas est, quod sit *mendax, imo pater*, & auctor, *mendacij*, sic prorsus, *vt dũ mẽtitur ex proprijs loquatur*. Ita enim disertè testatur Christus apud Ioannem. Vnde Augustinus in libris de ciuitate Dei scribit eos *ad decipiendũ nos sem* 2. Cor. 11. 14. Io 8. 4. Aug. lib. 3. c. 7. & l. 4. c. 31.

per esse vigilantissimos, imò *miris modis fallatia delectari.* Haud secus
scribæ & Pharisæi, quos Christus toties vocat hypocritas, simulatione
sua nihil aliud faciebant reipsa, quam quod mētirentur, & conarentur
matth.22 15. per fraudem capere in sermone Dominum. Quare & in eodem sermo
Ioann. 8 44. ne apud Ioannem, vbi diabolum patrem mendacii appellauit apertè
eis obiecit. *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri vultis fa*
matt.23 33. *cere.* Ac certe apud Matthæum iisdem, multis alioquin scelerib. coo-
pertis, non solam hypocrisin cum tot maledictionibus exprobrasset,
& serpentes ac genimina nuncupasset, nisi flagitiū in iis fuisset prorsus diabolicum.

VIII. REM. Considera non omnes simulationes, fictionesve imò e-
tiam dolos semper esse vitiosos, vel mendacia, sed quasdam esse pias si
2 Cor.12 16. mulationes & pios dolos, vt fuit ille de quo Apostolus. *Cū essem astu*
Lucæ 24 28. *tus, dolos uos cæpi.* Exempla suppetunt multa. Primum est Christi Domi
ni, qui coram duobus discipulis euntibus in Emmaus simulauit se pe-
1. Cor.9.22. regrinum, finxitq; se longius ire, vt eis hospitalitatis secum exercendæ
ansam præberet. 2. est B. pauli, qui in priore epistola ad Corinthios ꝓ-
fitetur se infirmis, infirmum, Iudæis Iudeum, gentilibus gentilem, imò
omnib. omnia factum, vt oēs lucrifaceret & faceret saluos. quod reipsa
præstitit, cum Timotheum curauit circumcidi, & ipse in Cenchris pa-
Act. 16. 3. & Act 18. 18. lam totondit caput, ne videretur legem Moysis eiusque cerimonias
Aug. contra abominari. Vnde Augustinus ad Consentium. *Quod Paulus ait. Omni*
mendac. c 12 *bus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerē, compatiendo id fecit, non mē*
tiendo: Fit. n. quisque tanquā ille, cui vult subuenire, quando tanta miseri
cordia subuenit, quanta sibi subueniri vellet si ipse esset in eadē miseria
constitutus. Ita fit tanquā ille, non quia fallit illum, sed quia se cogitat si
In Surio. 2. Maii. *cut illum.* 3. exemplum est S Anathasij. Nā, vt est in eius historia, co-
Ruffi lib. 10. cap. 17. acto ad Tyrū Concilio cum Ariani Episcopi subornassent mulierculā quæ accusaret Athanasiū, q̄ hospitio acceptus sibi stuprū ꝑ vim
intulisset: introductus est Athanasius & vna cū eo, Timotheus pres-
byter, q simulās se esse Athanasiū. Egonè, inquit, mulier apud te sum
In Sur. 16. martii, & Ephræm, to.1 diuersatus? ego te violaui? Cui illa petulanter. Tu mihi vim intulisti.
Qua fraude cognita reiecta est mulieris impudētia. 4 est B Abrahami
eremitæ, vt cognouit neptē suā Mariā, quā in omni pietate instituerat, ob lapsū in fornicationē, fuga elapsā, turpique quæstu alicubi oībus corpus suū prostituere, obiecto amictu heremitico assūpsit militarē, nullis sūptibus laboribusque parcēs donec eā inueniat. Vbi inuenit in quodā diuersorio, simulat apud hospitē se magno eius amore
teneri, cœnā opiparā curat instrui, mēsæ illā adhibet, libere vna cū illa
carnib. à quib. 50. iā annos abstinuerat, vescitur, à cœna eā in intimū cu
bile abducit, remotisq; arbitris detracto pileo è capite declarat quisnā
sit. illa vbi veterē patruū & magistrū agnouit tota cōtremiscere & sup
plex ad pedes illius labi. Senex cōtra eā erigere, veniā spōdere de lapsi

bus,

bus, se rationem pro ipsa redditurum in die iudicij, si resipiscat ergo ad mentem & eremum cum eo rediit, tantasque de se reliquo vitæ cursu pę nas exegit, vt etiam miraculis clarueritt, & in cęlitum numerū relata sit.

Vide V. *Adulatio. Amor sui. Immortificatio passionum. Inconstantia. Linguæ abusus. Mendacium. Timor humanus.*



I

ILLVSIONES SPIRITVALES.

Remedia pro illis discernendis à diuinis inspirationibus.



PRimum Remedium est ex parte materiæ inspiratæ. Considera, an visiones, reuelationes, & quicquid tibi inspirat, sit consentaneum diuinis litteris, traditioni, communi doctrinæ Ecclesiæ Romanæ, & rectæ rationi. nam si non fuerit, certo scire debes non esse inspirationem diuinam, sed illusionem dæmonis. Vnde Christus Saluator omnes tentationes sibi à dæmone in deserto factas, quia non congruebant cum diuinis litteris, testimoniis earundem repressit. Matt. 4.

II. REM ex parte eorum, qui discernere possunt adulterinas inspirationes, a veris & salutarib. vti ordinarie sunt viri doctrina & pietate pstantes. Quales consules, quoties ambigis de inspiratione diuinanè sit, an diabolica. Docet enim D. Paulus. *omnia probate quod bonum est tenete.* & S. Ioannes. *Nolite omni spiritui credere, sed probate Spiritus si ex Deo sint.* Quod autem non quiuis simplex laicus probare possit, an Spiritus ex Deo sit, inde liquet, quod Apostolus in priore epistola ad Corinthios discretionem Spirituum numeret inter dona Dei, quæ Theologi vocant gratias gratis datas, quę paucis dantur. Vnde & in eadem dicit. *Si quis uidetur Propheta esse, aut spiritualis, cognoscat, quę scribo nobis.* *Sciat me,* inquit B. Hieron. in epistola ad Minerium & Alexādrum. *illud Apostoli libenter audire. Omnia probate, quod bonum est tenete. Et Saluatoris uerba dicentis. Estote probati numularii, vt si quis nummus adulter est, & figuram Cęsaris non habet, nec signatus est moneta publica, reprobetur. Qui autem Christi faciem claro profert lumine, in cordis nostri marsupium recondatur.* 1. Thes. 5. 21 1. Io. 4. 1 1. Cor. 12. 10. Ib. c. 14. 37. Hier. ep. 152

I 3 REM.

IIII. REM. est ex parte subiecti, vel personæ cui facta est inspiratio. Hic enim pater spiritualis, qui delectus erit in probatorem Spiritus, Tertul. de pr. script. memor esse debet dicti Tertulliani, vt non fidem ex persona, sed personam ex fide æstimet & probet. ac primo indagare, num is cui visiones, vel inspirationes illæ contingunt sit integri & sani cerebri; nam si non sit, mox emēdandus est, mouendusque esse mera phantasmata. 2. an sit Tert. c. 9. fœmina. cum ea enim longè cautius agendum erit, quam cum viro, quia dæmon per eam primum parentem decepit, sicut initio Christianismi per Maximillam, & Priscillam Nouatianos & Montanistas, ac inter hos nostrum doctissimum Tertullianum, vt apparet ex libro de anima, vbi probat animam nostram esse corpoream ex visione Priscillæ, quæ in Ecclesia tempore diuini officii per extasin rapiebatur, & loquebatur cum Angelis, 3. sitne diues vel pauper, nam diuiti facile obrepit superbia, pauperi verò simulatio. 4. an publicam cum multis, vel priuatam cū paucis: religiosis vel secularibus, probis vel improbis vitam agat. Nam Ps. 17. 26. vt ait Psalmista. *Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente, innocens eris. Et cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris.* Et Sa-Prou. 13. 20. lomon. *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit.* Et. *Qui communica-* Eccl. 13. 1. *uerit superbo induet superbiam.* Secundò debet pater spiritualis, cum qui suas vel visiones vel inspirationes patefecerit, potius obiurgare quā laudare, serioque monere ne fidem facile illis præstet. ac docere, vt quoties contingunt dicat cum B. Petro ex humilitate. *Exi à me, quia homo* Luc. 5. 8. *peccator sum.* aut cum eremita illo, qui dæmoni apparenti in specie Ga-Vita Pp. lib. de obed. c. 35. brielis archangeli, dixit. Forte ad alium à Deo missus es, ego enim visitatione Angelorum non sum dignus. Quod si obiurgationem, vel monitionem hanc moleste ferat, facile probaueris an spiritus ex Deo fuerit. Prou. 12. 1. *Qui enim odit increpationes,* inquit Sapiens, *insipiens est.* Et, *Qui odit cor-* Eccl. 21. 7. *reptionem, vestigium est peccatoris.*

Ber. ser. 57. V. REM. ex parte signorum, quæ ordinarie solent diuinam inspirationem antecedere, quæ annotauit S. Bernardus in Cantica. Primum Psal. 88. 15. est, si homo intus, vel foris moueatur ad tuendam iustitiam. *Iustitia enim & iudicium præparatio sedis tuę,* ait Psaltes. 2. est, si moueatur ad sectandum humilitatem, charitatem fraternam, obedientiam erga præ-Matt. 5. 8. Ps. 75. 3. latos, puritatēq; maxime cordis & pacem. *Beati mundo corde,* ait Christus, *quia ipsi Deum videbunt.* Et Dauid. *In pace factus est locus eius.* 3. Si sentiat recordatione peccatorum conscientiam pungi & vis, doleatq; Psal. 96. toto corde de peccatis. *Ignis ante ipsum præcedit,* inquit idem. Et. *Iuxta* Ps. 33. 19. *est Dominus iis, qui tribulato sunt corde.* Ac Dominus apud Isaiam. *Ad* Esa. 66. 2. *quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum Spiritu, & trementem sermones meos?* 4. est B. Augustini in libris Confessionum, si initio Aug. lib. 11. 9. quidem turbet, maxime hominē minus spiritualem, ac terreat, sed mox consoletur. *Inhorresco,* inquit, *inquantum dissimilis ei sum; inardesco, inquantum similis ei sum.* Proprium enim Spiritus diuini consolari, ter-

ror verò est tantum signum boni Spiritus aduentantis. Malus vero Spiritus in Angelum lucis trasfiguratus primo aspectu exhilarat animam, vt oculos aspectus rosę, sed mox contristat ac tandem eam in desperationem & obstinationem conatur inducere.

VI. REM. est ex parte signorum, quæ comitantur vel sequuntur diuinam inspirationem. S. Greg. in quarto dialogorum libro generatim vnum signum proponit. *Sancti, inquit, viri inter illusiones, atque reuelationes ipsas visionum voces, aut imagines quodam intimo sapore discernunt vt sciant, vel quid à bono Spiritu percipiant, vel quid ab illusore patiantur.* Sic B. August. in 6. Confess. libro c. 13. scribit S. Monicam matrem suam dicere solitam, *se nescio, quo sapore, quem verbis explicare nō poterat, discernere, quid interesset inter Deum reuelantem, & animam suam somniantem.* B. Bernardus vero loco citato pressius illa persequitur his verbis. *Si non solum compungeris in sermone (ædificante ad pietatem,* vel inspiratione) *sed & conuerteris totus ad Dominum, iurās & statuens custodire iudicia iustitiæ eius, etiam adesse ipsum iā noueris, præsertim si te inardescere sentias amore eius. Etenim vtrumque de illo legis, & ignē videlicet ante ipsum præcedere, & ipsum nihilominus ignē esse. Moyses siquidem de illo dicit, quia Deus ignis consumens est.* Pergit deinde ad alterum signum, & ait. *Porro hoc igne cōsumpta omni labe peccati, & rubigine vitiorum, si iam emundata ac serenata conscientia sequatur subita quędam, atque insolita latitudo mentis, & infusio luminis illuminantis intellectum, vel ad scientiam scripturarum, vel ad mysteriorum notitiam, quorum alterum propter nos oblectandos, alterū propter ædificandos proximos reor dari: oculus respicientis proculdubio est iste educens quasi lumen iustitiā tuā, &c.* Subnicit & tertium. *Post hæc,* inquiens, *tantæ degnationis ac miserationis respectum sequitur vox blādè & leniter diuinam insinuans voluntatem, quę non est alius, quàm ipse amor, qui otiosus esse nō potest; de his quæ Dei sunt solicitans & suadens. Denique audit sponsa, vt surgat & properet, haud dubium, quin ad animarum lucra. Hoc si quidem vera & casta contemplatio habet, vt mentem, quam diuino igne vehementer succenderit, tanto interdum repleat zelo, & desiderio acquirendi Deo, qui eum similiter diligant, vt otium contemplationis pro studio prædicationis libenter intermittat.*

Greg. c. 48.

I. Signum.

Deut 4. 24. Heb. 12. 29.

II.

III

IV

VII. REM. est Oratio. Licet enim donum discretionis spirituū gratis detur, tamen a Deo rarò communicatur, nisi ijs, qui ardenter illud ab eo postularint: atque etiam sanctitate vitæ morumque ad illud se cōpararint. *Si quis nostrum.* inquit idem Ber. *integrè & perfectè iuxta verbum Sapientis cor suum tradat ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conspectu altissimi deprecetur, simulque votis omnibus studeat secundum Isaiam Prophetam parare vias Domini, rectas facere semitas Dei sui, cui cum Propheta sit dicere. Oculi mei semper ad Dominum. Et. Quia prouidebam Dominū in conspectu meo semper non-*

Ber. ser. 57. in Cant. Eccl. 39 6. Isa. 40 3. ps. 24 15. ps. 15. 8. ps. 23. 5.

ne hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiā à Deo salutari suo? Visitabitur profectò frequenter, nec vnq. ā ignorabit tēpus visitationis suæ, quantūlibet is, qui in Spiritu visitat, clandestinus veniat, & furtiuus, vtpote verecundus amator. Addit Richardus Victorinus scribens in Cantica, non solum orandum Dominum, antequem venia: inspiratio, sed ēt postquā obtēta est, vt permaneat & nos perficiat, inque in omni vitæ actione dirigat.

Rich p. 1 33.

Vide V. *Desolatio spiritualis. Distractio in oratione.* Iudicium propriū. *Præsumptio. Superbia. Voluntas propria.*

I M M O D E S T I A.

Remedia contra immodestiam.

I. REM. Considera, quid nomine Modestiæ intelligatur, vt hoc certius innotescat morbus immodestiæ. Intelligitur aūt cōpositio quædam externa morum ex virtutibus animo inhærentib. nata, & ad ædificandum proximum idonea Sicut. n. post hanc vitam in cœlo ex interna animarum beatarum gloria, eximius quidam splendor externus in corpus redundabit, sic proportione quadam in hac vita ex interna animi compositione & pulchritudine, compositio quædā venusta in externa corporis membra, actionesque, vt vultum, incessum, habitum, sermonemque statui cuiusque congruentem deriuatur. Vnde B. Ambro. in libris Officiorum virtutem modestiæ *à modo scientię quid deceret appellatam* arbitratur. Cui cōsentiens Augustinus in libro de vita beata. *Modestia*, inquit, *vtique dicta est à modo, & à temperie temperantiæ. Vbi aūt modus est, atque temperies, nec plus est quicquam, nec minus.* Qui ergo compositionem illam externam, quam exigit cuiusque status, vt ecclesiasticus vel religiosus, non hēt, eū scias morbo immodestię laborare.

Am. li. 1. c. 18

Aug. non lōge à fine.

II. REM. Considera Spiritum sanctum in sacris litteris nos commonefacere, vt ex compositione externa morum côiecturam faciamus de statu hominis. Ex *uisu*, ait Ecclesiasticus, *cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis, enunciant de illo.* Et rursum. *Fatuus in risu exaltat vocem suam: vir autem Sapiens vix tacitè ridebit.* Salomon quoque apostatam his notis vult cognosci *Homo apostata*, inquiens, *vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malū, & oī tēpore iurgia seminat.* Et alibi. *Oculi stultorum in finibus terrę.* 2. arguit incompositos mores, vt filiarum Sion apud Isaiā. *Pro eo*, inquit, *quod eleuatę sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant & plaudebant: ambulabāt pedibus suis & composito gradu incedebant, decaluabit Dominus verticem earum.* Et in prouerbiis. *Qui annuit oculo, dabit dolorē.* Et. *Qui festinus est pedib. offendit.*

Eccl. 19. 26.

Eccl. 21. 23.
prou. 6. 12.

prou. 17. 24.
Isa. 3. 16.

Prou. 10. 10.

fendit 3. varia præcepta varijs hominũ ſtatib. paſſim pſcribit, quæ lõgũ eſſet percenſere, nominatim aũt adoleſcentiæ. *Adoleſcẽs, inquit, loquere in tua cã vix.* Et, *In medio magnatorũ non præſumas, & vbi ſunt ſenes non multũ loquaris.* Deinde per Apoſtolũ viris & mulierib. *Oĩs uir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput ſuum, oĩs aũt mulier orans & prophetans non velato capite, deturpat caput ſuũ, &c. vir quidẽ non debet velare caput ſuum.* Et per B. Petrũ. *Quarũ non ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus.* 4. commendat ſpeciatim modeſtiam, decorũ & compoſitionẽ externã. *Omnia,* ait per B. Paulũ, ad Corinthios, *honeſtè & ſecundũ ordinem fiant in vobis.* Et ad Philippenſes. *Modeſtia veſtra nota ſit oĩb. hominib.* Et ad Coloſſenſes. *Induite vos ſicut electi Dei, &c. humilitatẽ, modeſtiã, patiẽtiam.* Et apud B. Petrũ. *parati ſemper ad ſatisfactionẽ omni poſcenti vos rationẽ, &c. ſed cũ modeſtia & timore, conſcientiã habentes bonã, vt in eo quod detrahunt vobis confundantur, qui calumniantur veſtram bonã in Chriſto conuerſationem.* Et ad Titũ, vult oẽs eſſe modeſtos, *oẽm oſtendentes manſuetudinẽ ad oẽs homines. Quę n. deſurſum ẽ ſapientia,* ait B. Iacob. *pacifica eſt, modeſtia, ſuadibilis, bonis cõſentiens.* Prou. 19. 2. Eccl. 32. 10. v. 13. 1. Cor. 11. 4. 1. pet. 3. 3. 1. Cor. 14. 40. Phil. 4. 5. Col. 3. 12. 1. pet. 3. 15. Tit. 3. 2. Iac. 3. 17.

III. REM Conſidera S. Patrũ ſententias. S. Baſ. in regulis fuſius diſputatis de modeſtia veſtitus ita ſcribit. *Imbecillioribus veluti pędagogi diſciplina ſit quædã, qua inuiti etiam à rebus flagitioſis prohibentur, hæc quæ in veſtitu foris apparet profeſsio. Ut igitur, peculiaris quidam in veſtitu eſt ornatus militis, alius Senatoris, itemque aliorũ alius, unde vt plurimũ de dignitate illorum capitur coniectura. Sic decorum quoque ac conſentaneum eſſe uidetur, hominem Chriſtianum in ueſtitu etiam præcipuum aliquid à cæteris ſeruare oportere, per quod traditum ab Apoſtolo modeſtum illum ornatum conſeruet. Qui quidem modo cenſens ſtatuit Epiſcopum ornatum eſſe debere, modo mulierib. vt in habitu ornato incedant, præcipit, ita tamen. ſ. vt ornatus ille cũ vita Chriſtiani hominis congruere intelligatur. Eadẽ in calceamentis ratio eſt, ut uidelicet, quod quã minimum præferat curioſitatis, minimoque ſumptu parari poſsit, & ad neceſſarium modo uitæ uſum ſit ſatis. Hic canon perpetuo tenore ſeruetur.* Et in epiſtola ad Greg. Theologum. *Tunica cinctu appreſſa ſit corpori & aſtricta, cinctus neque muliebrem in modum illa exuperet, neque prælaxus tunicam fluxam efficiat. Inceſſus eſto, nec ſegnis, ne animum diſſolutum declaret, nec rurſus inſolenter incitatus, ne conſternatos impetus aĩ ſignificet. Unũ modo ſit ueſtitus propoſitum, operimentum ut exiſtat, ab æſtus frigoriſque iniuria corpus defendens.* Et alibi de modeſtia riſus. *Illud ẽt non mediocriter caueri debet ab iis qui colendæ pietati ſtudent, ne in riſũ præter modũ effuſi ſint, quia intemperantiam non abeſſe à ſe ſignificat, & aĩ motus nequaquã ſedatos declarat. At modice rictũ deducere, eoq; animi ſui hilaritatẽ leniter ſignificare, nõ eſt cõtra decorũ, quatenus illud tantũ indicetur, quod ſcriptũ eſt. Corgaudẽs exhilarat faciẽ.* Baſ. q. 22. 1. Tim. 2. & 3. Baſ. ep. 1. Id. in reg. f diſp. q. 17. Prou. 15. 13.

Illud

Eccl 2. 2. Eccl 7. 7. Naz. orat. *Illud aūt, in immanes cahinnos prorumpere, & corpore subsaltare, nequā quā est eius qui aīo cōposito sit, aut plane probo, & cōpote sui.* Hmōi genus risus ēt *Ecclesiastes damnans, tanquā rē animi constantiæ & grauitati maximè contrariā sic dicit. Risū riputaui errorē. Et sicut sonitus spinarū ardentiū sub olla, sic risus stulti.* Greg. Nazianz. in oratione de moderatione in disputationibus seruanda ita scribit de modestia in sermone. *Modestiæ laudem ipse certe huic tribuerim, non qui de seipso pauca, idq; e apud paucos & raro commemoret, nec qui humiliorē & abiectiorem humiliter affatur, sed qui parcè & moderatè de Deo loquitur, ac quędā proloqui, quędā premere & retinere, quorūdā ēt inscitiā fateri non uit, atque ei sermone cedit, cui loquendi munus cōmissum est,* &c. *Turpe est profectò, cū in veste ac victus ratione non magnificentiā, sed vilitatē amplectaris,* &c. *in diuinis disputationib. principatū ac tyrannidē tibi vendicare, ac supra omnes legis Doctores supercilium attollere, vbi humilitas non solum gloriam habet, verumetiam securitatē.* De eadem & S.
Amb c. 18. Ambros. lib. 1. officiorū. *Ne modum progrediaris loquendi, ne quid indecorum sermo resonet tuus: speculum. n. mentis plerunque in verbis refulget. Ipsū vocis sonū libres modestia, ne cuiusq̃ offendat aurē vox fortior.*
1. pet. 3. c. Et Paulo post. *oremus ī incorruptione quieti & modesti spiritus, qui est an Deū locuples, vt ait Petrus Magna igitur modestia, q̃ cū sit ēt iuris sui remissior, nihil sibi usurpās, nihil vindicans, & quodāmodo intra vires suas contractior, diues est apud Deū, apud quē nemo diues. Diues est modestia, quia portio Dei est.* Et rursus. *Est ēt in ipso motu gestu, incessu, tenenda verecundia,* vel modestia. *Habitus. n. mentis in corporis statu cernitur. Hinc homo cordis nostri absconditus, aut leuior, aut iactantior, aut turbidior: aut contra grauior, & constantior, & purior, & maturior æstimatur. Itaq; vox quędam est animi, corporis motus,* Hiero. in epistola
Hie. ep. 4. ad Rusticū monachū. *De ludo monasteriorū huiuscemodi volumus egredi milites, quorū habitus, sermo, vultus, incessus, doctrina virtutū est.* Et supra. *Sordidę uestes, candidæ mētis indicia sunt: vilis tunica cōtemptū seculi probet: ita duntaxat, ne animus tumeat, ne habitus, sermoque dissentiant.* Et in epist. ad Marcellam de ęgrotatione Blesillæ. *Nos quia*
Id ep. 23. *serica veste non vtimur monachi iudicamur: quia ebrii non sumus, nec cachinno ora dissoluimus continentes vocamur & tristes. Si tunica non canduerit, statim illud è triuio. Impostor & græcus est.* B. Prosper in li-
prosp li. 3. c. 19 bris de vita contēplatiua. *Temperantia est (modestiæ) ꝙ reuerentiā senioríb. exhibemus. equales germanitus honoramus, iunioríb. gratiā paternæ dilectionis impendimus, ꝙ præstamus loquenti seniori silentium, quod ipsius ad loquendū præstolamur imperiū, quod nō attollimus immoderatū in collocutionib. somnū, qđ risui prorūpere non permittimus in cachinnū.*
Naz. orat. 2. in Iulian. IV. REM. Considera exēpla eorū, ex quorū prauis in adolescentia morib. sapientes coniecere aliqn fore perditissimos. Ea quidē complura sunt, sed duo exstant maxime illustria. Alterum est de Iuliano apostata

Cæsare,

Cæsare, de quo Greg. Nazianzenus cōtubernalis ita scripsit. Cū Athenis cū eo versaret, *non malū huius viri coniectorē me fuisse memini. Me mouerunt ipsius inconstantia, atq; incredibilis quadā mentis emotio vatē efficiebat, si quidē vates ille optimus est, qui rectè conijcere nouit*. Neque *enim mihi quicquā boni ominari videbātur, ceruix nō flata, humeri subsultantes, & ad æquilibrium subinde agitati, oculus insolens & vagus, furioseque intuens, pedes instabiles & titubantes, nasus contumeliam et contemptum spirans, vultus lineamenta ridicula idē significantia, risus petulantes, & effrænati, nutus & renutus temerarii, sermo hærens, spirituque concisus, interrogationes stultæ & præcipites, responsiones his nihilo meliores, &c. Quid singula describere necesse est? Talē ante opera conspicatus sum, qualē in operibus postea cognoui. Quod si quidam ex eis, qui tum simul erant, quidque dixerim audierunt, nunc mihi præsto essent, haud ægrè testarentur. Quibus, vt hæc conspexi, statim prolocutus sum. Quale malum Romanorum terra nutrit? præfatus licet, ac mihi, vt falsus vates essem, imprecatus*. Alterum exemplum affert B. Ambr. lib. 1. offic. Amb c. 18.

Meministis, inquit, filii quendam amicū, cum sedulis se uideretur cōmendare officiis, hoc solo tamen in clerum à me non receptum, quod gestus eius plurimum dedecederet. Alterū quoque, cum in clero reperissem, iussisse, ne unquā præiret mihi, quia velut quodā insolentis incessus uerbere oculos feriret meos. Idque dixi, cum redderetur post offensam muneri. Hoc solum excepi. Nec fefellit sententia. Vterque. n. ab Ecclesia recessit: vt qualis incessu prodebatur, talis perfidia animi demonstraretur. Namque alter Arianæ infestationis tempore fidem deseruit: alter pecuniæ studio, ne iudicium subiret, sacerdotem se nostrum negauit. Lucebat in illorum incessu imago leuitatis species quædam scurrarum percursantium. Si eas, hæc naturæ fuisse vitia, atque ideo emendari non potuisse, respondet ibidem Ambr. *Si quid sanè in natura vitii est, industria emendet, vt ars desit, non desit correctio* Nam & in feris bellius, industria & pœnis naturalia vitia sæpe expugnata scimus.

V. REM. Considera exempla eorum, de quorum virtute eximiaque sanctitate, ex vultu, incessu habitu, sermone, alijsque externis morib. coniectura facta est Satis erunt duo Primum Christi saluatoris, cuius modestiā internā & externā nemo superauit, cū fuerit ipsa modestia. Vnde Apostolus ad conciliandā sibi Corinthiorū fidem sic obtestatur illos. 2. Cor. 10. *Ipse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinē & modestiā Christi*. Et Hieronymus in explanatione psalmi 44 ad Principiam virginē. Hier. tom. 3. matt. 11. 29. *Nulli dubium, inquit, est ueritatem, & modestiam, & iustitiam, Christum appellari, qui dicit Ego sum via, veritas, & vita. Et discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Et quia factus est nobis à Deo iustitia, & redēptio & sanctitas. Hæc aūt vniuersa dicuntur in corpore, ut exigātur in membris*. Quanta aūt vis in vultu Christi fuerit, non semel idem Hier. in c. 9 matt. auctor exposuit, vt in Matthæum, vbi agens de subita conuersione B.

Mat-

Id.in c.21. matth. Matthæi. Certe, inquit, *fulgor ipse, & maiestas diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana Christi facie relucebat ex primo ad se videntes trahere poterat aspectu. Si n. in magnete lapide & succinis hæc esse vis dicitur, vt anulos, & stipulā, & festucas sibi copulent, quanto magis Dñs omnium creaturarum ad se trahere poterat, quos volebat.* Et rursus alibi. *Mihi inter omnia signa, quæ fecit, hoc videtur mirabilius esse, quod vnus homo, & illo tēpore contemptibilis, & in tantū vilis, vt postea crucifigeretur, scribis & pharisæis contra se sæuientib. & vidētib. lucra sua destrui, potuerit ad vnius flagelli verbera tantā eiicere multitudinem, mensasque subuertere, & cathedras confringere, & alia facere, quæ infinitus non fecisset exercitus. Igneum. n. quiddā atque sydereum radiabat*

Id. ep. 140. *ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie.* Demū in epist. ad Principiam. *Uniuersis, inquit, pulchrior est virgo de virgine qui non ex volūtate viri, sed ex Deo natus est. Nisi. n. habuisset, & in vultu quiddā sydereum, nunquā eum statim secuti fuissent Apostoli, nec qui ad cōprehendendum eum venerant corruissent.* De vi Sermonis habemus te-

Io. 7 46. Luc 4 22. stimonium apud B. Ioannē, vbi pharisęorū ministri dicunt. *Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo* & apud Lucam, vbi Nazareni *mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius.* Et apud Matth.

matt. 7. 29. Greg lib. 23 mor. c. 7. dicentem. *Erat docens eos sicut ptātem habens, & non sicut Scribæ & pharisęi.* Quē locū exponens B. Gregor. *Cum imperio, inquit, docetur. ꝙ prius agitur, quā dicatur. Nā doctrinæ subtrahit fiduciā, quando consciētia præpedit linguam; vnde ēt de Domino scriptum est. Erat. n. docens, sicut ptātem habens, non sicut scribæ & pharisęi. Singulariter namque et principaliter solus ex ptāte bona locutus est, quia ex infirmitate mala nulla commisit.* Derisus testatur B. Bas. in reg. fusius disputatis his verbis.

Basi. q. 17. Risum effusum tanquā rē grauitati contrariā *Dominus ostendit, qui susceptis cæteris, quæ necessario corpus sequuntur, affectionib. iisq; omnib. q̄ virtutis testificationē habent, veluti lassitudinē, & misericordiā aduersus calamitosos, risu, quantū ex Euāgeliorū historia cognosci pōt, vsus nūquā sit, contraq; omnes, quotquot ab eo tenerentur, miseros appellauerit.* Alterū exēplum sit Deiparæ Virginis, quod loco supra citato agens de

Luc. 6. 25. Amb. l. 1. of. c. 18. modestiæ, vel verecundiæ laude proposuit Ambro. dicens. *Hic pudor in ipso cognitionis ingressu Domini matrem commendat legentibus, & tanquam testis locuples, dignā quæ ad tale munus eligeretur, astruit, quod in cubiculo, quod sola quod salutata ab Angelo tacet, & mota est introitu*

Luc 1. *eius, quod ad virilis sexus speciē peregrinā turbatur aspectus virginis. Itaque quamuis esset humilis, præ verecundia tñ non resalutauit, nec vllum responsū retulit, nisi vbi de suscipienda Domini generatione cognouit, vt qualitatem effectus disceret, non vt sermonē refelleret.* Et in libris

Id. lib. 2. de virginib. *Sit, inquit, vobis tanquam in imagine descripta virginitas vitaq; Mariæ, de qua velut in speculo refulget species castitatis, & forma virtutis. Hinc sumatis licet exēpla viuendi, vbi tāquam in exemplari ma-*

ri magisteria expressa probitatis, &c. Virgo erat non solũ corpore, sed et mente, quæ nullo doli ambitu syncerum adulteraret affectum. Corde humilis, verbis grauis, animi prudens, loquendi parcior, legendi studiosior. Intenta operi, verecunda sermone, arbitrũ mentis solita non hominẽ, sed Deũ quęrere, nullũ lædere, bene velle omnib. assurgere maiorib. natu. &c. Qñ ista vel vultu læsit parentes? quando dissensit à propinquis? qñ fasti diuit humilẽ? quando derisit debilẽ? quando vitauit inopem? Nihil toruum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundum, non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior, vt ipsa corporis species simulachrum fuerit mentis, figura probitatis, &c. multa quæ sequuntur. Refert Dionysius Carthusianus & alij, Dionysiũ Areopagitã, cũ ex Græcia aliqñ in Iudæã venisset, & B. Virginẽ Mariã conuenisset, tãta claritate fulgentẽ eius vultũ cõspexisset, vt præ nimio stupore deficiẽs ĩ terrã ceciderit, dixeritq; nisi rõne naturali & fide cognouisset aliã esse diuinitatẽ, se hãc ipsã Virginẽ loco diuinitatis habiturã fuisse. Diony in c. 3. de diuin. nom. Areop.

VI. Remed. Considera, non solum consilij, sed præcepti quoque videri homini, maximè Ecclesiastico & Religioso, vt extrema cõpositione talis studeat videri ad maiorẽ Dei gloriã, eorumq; quibuscum viuit ædificationẽ, qualẽ professio status postulat. Huc enim pertinẽt illa Christi Domini ad Apostolos, omnesque eorum successores verba. *Vos estis lux mundi. Sic luceat lux vestra corã hominib. vt videãt opera vestra bona, &c.* Et illa Apostoli *Prouidentes bona, non tm̃ corã Deo, sed ẽt corã hominib.* Et. *Rogamus vos fratres, vt abundetis magis, et operã detis vt quieti sitis, & vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt.* Et. *Oportet aũt illũ* (nẽpe Episcopum & Sacerdotẽ) *testimoniũ habere bonum ab iis qui foris sunt.* Et. *De cętero fratres, quęcunq; sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quęcunq; bonę famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ hæc cogitate.* Neq. n. satis est tibi bonã habere conscientiã, sed ẽt necesse est te tueri bonã tui famã, quod non põt fieri nisi internis virtutib. externa quoq; respondeat cõuersatio, vt ex testimonijs allegatis fusè probat in lib. de bono Viduitatis B. Augustinus. *Quisquis*, inquiens, *à criminib. flagitiorum atque facinorum vitam suam custodit sibi bene facit, quisquis autẽ etiam famam, & in alios misericors est. Nobis. n. necessaria est vita nostra, aliis fama nostra. Et vtique quod aliis misericorditer ministramus ad salutem, ad nostram quoque redundat vtilitatem.* Accedit ꝙ in minima quæque labecula in facie maiorẽ adfert deformitatẽ, quam magnę cicatrices in corporibus, ita quoque in hominibus Ecclesiasticis ac Religiosis, qui sunt quasi facies Ecclesiæ Dei, minimus externæ cõpositionis defectus plus offensionis dãnisq; afferat ꝓximis, quã enormes ẽt aliorũ membrorũ, hoc est, secularium lapsus. Vnde S. Basilius in regulis fusius disputatis. *Neque enim* inquit, *si quid indecorum geritur, id similiter & in obscuris hominibus, & in iis qui illustres sunt, ãiaduerti*

matth 5. 14. Rom. 12. 17. 1. Thess 4. 11. 1. Tim. 3. 7. phil. 4. 8. Aug. c. 22. Basil. q. 22.

uerti perinde ſolet: Nam de vulgo aliquem, aut alioqui obſcurum, ſi in publico quis publicet, aut ſcurriles voces emittat, aut in ganeo crebro verſetur, aut alia eiuſmodi flagitioſè agat, haud facile quiſquã attenderit, q̃ppe cũ quiſq; exiſtimet facta illa vniuerſo vitę eius inſtituto reſpondere. At qui vitæ genus perfectũ profitetur, hunc ſi vel latum vnguem ab officio ſuo recedere viſus ſit, oẽs confeſtim obſeruant, ipſiq; probri loco illud
mat. 7. 6. *obiciunt, & faciũt, qđ in Euãgelio ſcriptum eſt. conuerſi dirumpent vos.*

VII. REM. Conſidera, ob cãs dictas oẽs religionum fundatores regulas quaſdam modeſtiæ ſuis ſectatorib. præſcripſiſſe. Vnde S. Baſilius in ſermone de aſceſi. *Monachum*, inquit, *oportet corpus quietum, habitũ non ſordentem ſed honeſtum, vocem moderatam, ſermonem compoſitum habere, in cibo potioneque minime turbulentum eſſe, ſed ſedatum potius & grauem, coram maioribus natu ſilere, non eſſe ad riſum procliuem, oculos habere ad terram deiectos, animum ad cęlum erectum, manib. labora*
Aug. c. 20. 21 1918. *re, ſanctorum pedes lauare, à congreſſu mulierum abſtinere, & c.* S. Aug. in regula. *In inceſſu, ſtatu, & in omnibus motib. veſtris nihil fiat, quod cuiuſquã offendat aſpectum, ſed quod veſtrã deceat ſanctitatē. Oculi veſtri etſi iaciantur in aliquã feminarũ, figantur in nulla. Non ſit notabilis ha-*
S. Bened. in reg. gradu 13 *bitus veſter, nec affectis veſtib. placere, ſed morib. Quando proceditis, ſimul ambulate, cum veneritis, quo itis, ſimul ſtate, & c.* S. Benedictus in
S. Franc. in reg. c. 3. c. de humilitate. *In oratorio, in monaſterio, in horto, in via, in agro, vel vbicunque ſedens, ambulans vel ſtans, inclinato ſemper ſit capite, & defixis in terram aſpectib.* S. Franciſcus in regula. *Conſulo, moneo, & hortor fratres meos in Domino Ieſu Chriſto, vt quando vadunt per mundũ, nõ litigent, neque contendant verbis, aut alios iudicent, ſed ſint mites, pacifi*
Dorot. ſerm. 24 *ci, & modeſti, manſueti & humiles.* B. Dorotheus in ſermone quodam. *Hæc eſt modeſtia & grata compoſitio primum non circumferre huc & illuc oculos, ſed quę ante te ſunt ſolum intueri, neque vana & otioſa lo-*
Ribal. li. 3. c. 1. *qui, ſed tãtum neceſſaria.* B. P. N. Ignatius Societatis Ieſu inſtitutor quoque edidit magno ſtudio tredecim modeſtiæ religioſæ leges, vt teſtatur in eius vita Petrus Ribadineira. Quas regulas proculdubio patres illi non tam ſtudioſe condidiſſent, niſi animaduertiſſent eas & maximè in religioſos ſuorum ordinum homines congruere, & non parum valere ad maiorem proximi ædificationem, eo quod *de exterioris hominis motu*, vt loquitur in inſtitutionibus monaſticis Caſſianus, *interioris ſtatum*
matt. 7. 16. homines æſtimare ſoleant, conuenienter dicto Chriſti. *A fructib. eorũ cognoſcetis eos.*

VIII. REM. Conſidera, etiam minimam leuitatem, quo magis ab ea abhorreas, nocere perfectioni vitæ ſpiritualis. Id docere te poſſunt duo
Greg. li. 3. c. 14. exempla a B. Greg. in dialogorum libro relata. Vnum eſt B. Iſaac ſerui Dei. *Hic. n.* ait ille, *cum virtute abſtinentię, contemptu rerum tranſeuntium, Prophetiæ Spiritu, orationis intentione eſſet incomparabiliter præditus vnum erat quod in eo reprehenſibile eſſe videbatur, quia nonnun-*

quam

quam ei tanta lætitia inerat, vt illis tot virtutib. nisi sciretur esse plenus nullo modo crederetur. Rationem aũt eius rei mox subiicit Greg. Magna, inquiens, *est omnipotentis Dei dispensatio, & plerunque contingit, vt quib. maiora bona præstat, minora non tribuat, ut semper eorũ animus habeat, vnde se reprehendat, quatenus dũ appetunt perfecti esse, nec possunt, se minimè extollant. Sed discant, quia ex semetipsis maiora bona nõ habent, qui in semetipsis vincere parua vitia non possunt.* Alterum est Grе.l 4.c 17 Musæ puellæ. *Probus*, inquit, *Dei famulus de sorore sua, nomine Musa, puella parua narrare consueuit, quod quidam nocte ei per visionem sancta* Dei *genitrix virgo* Maria *apparuit, atque coæuas in albis vestibus puellas ostendit. Quibus illa cum admisceri appeteret, sed se eis iungere non auderet, B. Mariæ Virginis est voce requisita, an velit cum eis esse, atque in eius obsequio viuere? Cui cum puella eadem diceret, volo: ab ea protinus mandatum accepit, vt nihil vltra leue & puellare ageret, & à risu & iocis se abstineret, sciens per oĩa, quod inter easdem virgines, quas viderat, ad eius obsequium die trigesimo veniret. Quib. visis in cunctis suis morib. puella mutata est, omnemque à se leuitatem puellaris vitæ magna grauitatis detersit manu. Cumque eam parentes mutatam esse mirarentur, requisita rem retulit, quid sibi beata Dei genitrix iusserit, vel qua die itura esset ad obsequium eius indicauit. Tunc post vigesimumquintum diem febre correpta est. Die aũt trigesimo, cum hora eius exitus propinquasset, eandem beatam genitricem Dei cum puellis, quas per visionem viderat, ad se venire conspexit. Cui se etiam vocanti respõdere cœpit, & depressis reuerenter oculis aperta voce clamare.* Ecce *Domina venio, ecce Domina venio In qua etiam voce Spiritum tradidit.*

Vide V. *Choreæ. Suriositas. Ebrietas. Exemplum malum. Familiaritas nimia. Linguæ abusus. Vestium luxus. Voluptas carnalis.*

IMMORTIFICATIO PASSIONVM.

Remedia contra immortificationem.

I. REMED. Cõsidera, quid sit propriè mortificare passiones animi, & facile intelliges, quid sit immortificatio earum. Mortificas siquidẽ illas, cum perturbationes animi, v. c. iræ, vel odij, simulatq; exortæ fuerint domas, cum carnis cupiditatem ad cibum vel potum immoderatum pronæ coerces, cum iudicium voluntatemque propriam spontè subijcis alienæ. Nam sicut homo occisus, vel mortuus, etiamsi cõtumelijs laudibusvè afficiatur, nullum mœroris vel gaudij indicium præbet: ita homo verè mortificatus, etiamsi multis incommodis iniurijsue afficiatur, nullum signum iræ, vel impatientiæ prodit, imò magnam aliquando ex illis capit voluptatem. Perfectissimè autem mortificabis passiones illas, si non modo cupiditates carnis & sensuum coerceas in illicitis,

illicitis,hoc est,in ijs quæ lege diuina vel humana vetita sunt, sed etiā in licitis,vt si a licitis cibis,potu, sumno, lecto, recreatione,alijsque corporis cōmodis, quod est omniū religiosorum, aliorumque Dei seruorum propriū,aliquid tibi subtraxeris.De quibus B.Augustinus in lib de Fide ad Petrum ita scripsit.*Humiles serui Christi, qui cupiunt Domino suo sine impedimēto absque animi noxia cogitatione seruire, cō iugia omnino non appetunt,& à carnib.& vino abstinent,inquantū corporis valetudo permittit,non quia peccatum est aut coniugē habere,aut vinum carnesue percipere,sed quia mundioris vitæ instituta sectantur,et corpora castigare volunt.* Et S Gregorius in quarto dialogorum agens de sancto quodam presbytero, qui ad tuendam castitatem etiam pijs & religiosis fęminis aditum ad se negabat *Habent*, inquit, *quippe sancti viri hoc proprium, vt quo semper ab illicitis longe sint,à se plerumque etiam licita abscindant.* Immortificationis itaque morbo laborat quę suis passionibus animi,cupiditatibusque carnis,siue in illicitis,siue licitis facile obsequitur,& indulget.

Aug.c.3.14.42.

Greg.c.11.

II. REM.Cōsidera quid S.Scripturæ moneant. Primum.n.monent, vt cupiditates carnis mortificemus. *Si Spiritu facta carnis mortificaueritis*,inquit Apostolus *viuetis. Et. Mortificate membra vestra,quæ sunt super terram,fornicationem,immunditiā,&c.*vt cōcupiscentiis carnis,quod idem est,non pareamus.*Post concupiscentias tuas*,ait Ecclesiastus,*non eas.* Et paulus Non regnet *peccatum in vestro mortali corpore, vt obedietis concupiscentiis eius.* Et.*Carnis curam ne feceritis in desideriis.* Et.*Spiritu ambulate,& desideria carnis non perficietis.* Et B. Petrus,*abstinete uos à carnalibus desideriis,quę militant aduersus animam.* 3.vt affligamus carnem.Nam Christus ait.*Qui non accipit crucē suā,& sequitur me non est me dignus.* Apostolus clamat.*Castigo corpus meum & in seruitutem redigo,ne quando reprobus efficiar.* Et. *Christo confixus sum cruci.* Et.*Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis,& concupiscentiis* : 4.vt odiamus & abnegemus nosipsos. *Qui non odit animam suam*,ait Christus,apud Lucam, *non potest meus esse discipulus.* Et.*Si quis vult post me uenire,abneget semetipsum & tollat crucem suam quotidie,& sequatur me.*Per animam autē Christus intellexit non eius naturam,sed vitiosos eius affectus,& carnales inclinationes,sicut & per abnegationem,cupiditatū carnaliū refrenationē,vt exposuit B.Basilius in regulis fusius disputatis. 5. monent vt pęnitentiam agamus cum ieiunio,cilicio, cinere, lacrymis,deinde vt iram,effusam lætitiam,mœrorem, disputationem aliasque animi passiones expugnemus,quæ sunt particulares mortificationes.

Ro.8.13.
Coloss.3.5.
Eccl.18.30.
Ro.6.12.
Ro.13.14.
Gal.5.16.
1.pet.2.11.
Matt.10.38.
1.Cor.9.27.
Gal.2.19.
Gal.5.24.
Luc.14.26 & 9.23.

III. REMED.Considera quid scripserint S.Patres de mortificatione passionū,vel cupiditatum B. Cyprianus in lib. de bono pudicitiæ. *Qui cupiditates tollit, et metus sustulit, nam ex cupiditatibus metus ueniunt,qui cupiditates vincit,de peccato triumphat,qui cupiditates vincit,*

Cypr. de disciplina,& p.

vincit malum generis humani sub pedib. suis iacere ostendit. qui cupiditates vicit, pacem sibi perpetuam dedit, qui cupiditates vicit, libertatẽ sibi, quod est & ingenuis difficilimum, reddidit. Greg. Nazianz. in orōnibus de Pace. *Nihil vnicuique tã expetendum, quàm vt animi pace fruatur, affectibus imperet.* Basi. in hexameron. *Sane in hoc creatus es princeps, vt imperites affectib. vt dominare bestias, reptilib. & præstre simul volatilibus, &c. Tuis fac imperes cogitationib. imperator vt sis quæ sunt omniũ. Ad hanc doctrinę formulã collatus nobis principatus per animalia mores nostros concinno ordine moderatur, & eo dirigit, vt nostri ipsorũ discamus esse Domini. Absurdum.n. fuerit, si is nō uni imperet genti, qui ipse domi ex alieno pendeat arbitrio, is administrãdę reipublicę preficiatur, qui in intimis ædibus captiuus premitur iugo vilissimi scorti, nec rẽ familiarem rite dispensat. Nemo quod venatu nō prehenderit leonẽ, contemptui patuit, aut morte multatus est: iræ intẽperiem qui non domuit, nulli non fuit deridiculus.* Ephræm in sermone Ascetico. *Passiones in aĩa ex minima cã generantur, & nō exterminatę infinitã quandã pariunt rerũ diuinarũ, propriæq; salutis despicientiã. Cernis in ære ne quum viridem, rubiginemq; quemadmodum in in profundũ deprimatur atq; altius penetret. Intelligis, quid efficiat in aĩa passio neglecta? nisi eraseris rubiginẽ, non auferes maculã: & nisi carnis naturã attriueris, fugare passiones non poteris.* Ambrof. libr. I. officiorum, de virtutis studioso. *Caueat etiam motus animi sui. Sunt enim motus, in quibus est appetitus ille, qui quasi quodam prorumpit impetu. Vnde græcè ὁρμὴ dicitur, quod vi quadã se repente proripiat. Nō mediocris in his vis quædã animi atq; naturæ est. Quæ tñ vis gemina est. Vna in appetitu, altera in rōne posita, q̃ appetitũ refrænet, et sibi obedientẽ prestet, et ducat quo uelit, et tãquã sedulo magisterio edoceat, quid fieri, quid euitari oporteat, et bonæ dominatrici obtẽperet.* Et rursus. *Iure ea fortitudo vocatur, qñ vnusquisq; seipsũ vincit, irã cōtinet, nullis illecebris emollitur atq; inflectitur, nō aduersis pturbat' nō extollit' secũdis, et quasi vẽto quodã, circũfert' variarũ rerũ mutatione. Quid ãt excelsius et magnificẽtius q̃ exercere mẽtẽ, afficere carnẽ. et i seruitutẽ redigere, ut obediat ĩperio, cōsiliis obtẽperet, ut ĩ adeũdis laborib. ĩpigrè exequat' ꝓpositũ animi ac volũtatẽ?* Hier. in Pelagianos. *Quatuor sũt perturbationes, q̃b. vexatur genus humanũ: duæ pſẽtis, et duę futuri: duæ bonorũ, et duæ malorũ. Ægritudo, q̃ grecè dr̃ λύπη, & gaudiũ, ꝙ illi χαρὰν, vel ἡδονὴν vocãt, alterũ boni, alterũ mali: excedimusque mẽsurã, si gaudeamus sup̃bis q̃ nō debemus, diuitiis potẽtia, honoribus inimicorũ ĩfelitate, vel mortib. aut ecōtrario pſẽtiũ malorũ dolore cruciamur, aduersis, exiliis, paupertate, lãguore, et mortib. ꝓpinquorũ, ꝙ Apostolus fieri ꝓhibet: et rursũ, si cupiamus ea q̃ arbitramur bona, hæreditates, honores, ꝓsperitates omniũ rerũ, & corporũ sanitatẽ, & cætera, quorũ presentia gaudio fruimur, et metuamus illa, q̃ putamus aduersa. Quib. ad ꝑfectũ carere iuxta Stoicos, Zenonẽ uidelicet et Chrysippum.*

Naz. orat. de pace 3

Basi. ho. 11. Gen. 1.

Ephr. ser. 1.

Amb. c. 47.

Id. c. 36.

Hier. li. 2.

k

pum, possibile est, iuxta Periapeticos aũt et difficile, & impossibile, cui
sniẹ oĩs scripturæ sanctę cõsentit auctoritas. Unde & Iosephus Macha
bæorũ scriptor historiæ, frangi & regi posse dixit perturbationes ani-
Aug. ser. 13. *mi, nõ eradicari, & quinq; Tusculanarũ quęstionũ Cicer. libri his dispu*
tationib. referti sunt. August. de verbis Apostoli. Si Spiritu actiones car
nis mortificaueritis, viuetis. *Hoc est opus vestrũ in hac vita, actiones*
Rom 8. 13. *carnis Spiritu mortificare, quotidie affligere, minuere, frenare, interime*
re. Quã multos. n. proficientes, nõ iã delectãt, q̃ antea delectabãt? Qñ er
go delectabat, & nõ ei cõsentiebatur, quia iã nõ delectat, mortificatũ ẽ.
Calca mortuũ, trãsi ad viuuũ. calca iacentẽ, cõflige cũ resistẽte. Mor-
tua est. n. vna delectatio, sed viuit altera, illã dũ nõ consentis mortificas.
cũ cęperit omnino nõ delectare, mortificasti. Hæc est actio nostra, hæc ẽ,
Greg 6. moral c. 12. *militia nostra.* Greg. in verba Iob. Et bestiæ terræ pacificę erunt tibi.
Iob 5. 25. *Possunt per terræ bestias motus carnis intelligi, qui dũ mentẽ nostrã irra*
tionalia suadendo lacessunt, cõtra nos bestialiter insurgunt. Sed cum cor
diuina sub lege deprimitur, ẽt carnis incentiua detumescunt, ut etsi ten-
tando submurmurant, nequaquã tñ asq; ad effectũ operũ, quasi ad aper-
ti morsus rabiẽ exurgunt. Quis. n. adhuc in hac corruptibili carne subsi-
stens, has terræ bestias plenè edomat, cũ ille ad tertiũ cœlũ raptus egre-
Rom. 7. 23. *gius prædicator dicat. Video aliã legẽ in mẽbris meis repugnantẽ legi*
mentis meæ, & captiuũ me ducentẽ in lege peccati, quæ est in membris
meis? Sed aliud est has bestias in cãpo operis sęuiẽtes aspicere, aliud in-
tra cordis caueã fremẽtes tenere. Redactę nãq; intra claustra cõtinen-
tię, etsi adhuc tentãdo rugiũt, vsq; ad morsũ tñ, vt diximus, actionis illi
Cic. lib. 1. *citæ nõ excedunt.* Adde duos Ethnicos. M. T. Cic. in Tusculanis. *Tota*
Tusc. 9. *Philosophorũ vita, vt ait Plato, cõmẽtario mortis est. Nã quid aliud a-*
gimus, cũ a voluptate. i. a corpore, cũ a re familiari, quę est famula et mi
nistra corporis, cũ a republ. cũ a negotio seuocamus animũ, quid, inquã,
tũ agimus, nisi animũ ad seipsũ aduocamus, secũ esse cogimus? Secerne
re ãt animũ a corpore, nequicquã aliud est, q̃ emori discere. Quare hoc
cõmẽtentur, mihi corde, disiũgamusq; nos a corporib. i. cõsuescamus mo-
ri. Hoc et dũ erimus in terris, erit illi cælesti vitę simile, et cũ illuc ex
his vinculis emissi fuerimus, minus tardabitur cursus annorũ. L. An-
Sen. ep. 113 næus Seneca ad Luciliũ. *Alexander quidem Persas, & Hyrcanos &*
Indos, & quicquid gentium vsq; in Oceanũ extendit Oriens, vastabat,
fugabatq;. Sed ipse modo occiso amico, modo amisso, iacebat in tenebris,
alias scelus, alias desideriũ suum mœrens, victor totum regum atq; popu
lorum, irę tristitiæq; succubuit. Id. n. egerat, ut omnia potius haberet in
potestate, quam affectus. O quàm magnis homines erroribus tenentur,
qui ius dominandi trans maria cupiunt mittere, fœlissimosq; se indicãt,
si multas per milites prouincias obtinent, & nouas veteribus adiũgũt,
ignari quod sit illud ingens, paratumq; regnũ. Imperare sibi maximũ im
Prou. 16. 32. *periũ est.* Hæc ille, cõuenienter sanè cũ dicto Salomonis. *Melior est*
patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium.

IV. Rem.

IV. Rem. Considera exẽpla eorũ qui affectus suos ẽt in rebus licitis coercuerunt. primũ est Regis Dauidis à multis celebratũ. Nam B. Ambr. in lib. 2. de sancto Iacob, & vita beata agens de passionũ compressione. *Quem*, inquit, *de hominibus meliorẽ & fortiorẽ assumemus, quã sãctũ Dauid, qui cupiditatẽ, qui cõcupierat aquã de lacu Bethleem hostili interclusã exercitu sibi auferre nõ potuit, potuit mitigare? Nã cũ aliis vtiq; defuisse nõ inueniamus, i. tãto exercitus numero, cũ vtiq; multo minus regi deesse potuerit ex cæteris fontib. aqua, irrationabilem quã dã concupiscentiã passus, desiderauit eam, quæ hostiũ erat circũfusione vallata, vnde sine maximo periculo nõ potuisset deferri. Itaq; ait. Quis mihi dabit potũ de lacu, qui est in Bethleem, ad portã? Et cũ essent regii tres viri, qui hostiũ castra præciderent, & deferrent aquã, quã sũmo desiderio desiderasset, cognoscens quod periculo alieno aqua sibi eadẽ cõstitisset, profudit illã Domino, ne sanguinem illorũ, qui eã detulerant, habere videretur. Quæ res indicio est, quod concupiscentia quidẽ rõnem præueniat, sed ratio cupiditati resistat.* Alterum est Valentinianũ Imperatoris ab eodẽ Ambrosio in orõne funebri cõmemoratũ. *Valentinianus quoq; in delicto Prophetæ similis ait. Delicta iuuentutis meæ, et ignorãtiæ meæ ne memineris. Nec solũ dixit, sed ẽt ante correxit errorẽ, quã disceret esse lapsũ alicuius erroris. Et quid iã de aliis dicã, qui etiã ludo iuuentutis putauerit abstinendũ, resecandã ætatis licentiã, seueritatis publicæ duritiẽ molliendã. Ferebatur primo ludis Circensib. delectari, sic istud abstersit, ut ne solẽnib. quidẽ Principũ natalib. vel imperialis honoris gratia Circenses putaret esse celebrãdos. Aiebat aliqui feraũ eum venationib. occupari, atq; ab actib. publicis intentionẽ eius abduci. Oẽs feras vno momento iussit interfici. Iactabant inuidi, quod præmaturẽ prãdiũ peteret, cœpit ita frequentare ieiuniũ, vt plerũq; ipse impransus conuiuiũ solẽne suis Comitib. exhiberet, quo & religioni sacræ satisfaceret, et Principis humanitati. Scenicæ eiusdã forma ac decore deperire Romæ adolescentes nobiles nuntiabatur. Iussit eã ad comitatum venire. Deductã tñ, nunquã aut spectauit, aut vidit. Postea redire præcepit, vt & omnes agnoscerent irritũ eius non esse mandatũ, & adolescẽtes doceret ab amore mulieris tẽperare, quã ipse qui potuit habere in potestate, dispexerat. Et hęc fecit, cum adhuc nõ haberet uxorẽ.* Eodẽ referre potes exẽplũ Christi Domini, qui cũ sub horã sextã. i. circa meridiẽ, vt exponit Augustinus, ex itinere fatigatus discipulos emẽdorũ ciborũ cã in ciuitatem Sichar misisset, iis regressis nihil voluit comedere. *Interrogabant eum discipuli*, ait B. Ioã. *dicentes. Rabbi manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare, quã vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicem. Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Iesus. Meus cib. est, ut faciam voluntatem eius, qui misit me.* Neque Gentiles desunt, qui hac virtute mortificãdi se excelluerint. Fert Catonẽ minorẽ, belli Imperatorẽ, grauissima siti cũ toto exercitu

Amb. ca. 1. 2. Re. 23. 17.

Amb. de obitu Imp. Psal. 24. 7.

Amb. l. 83. quęst q. 64.

Ioan. 4. 33.

Fulg. lib. 4. cap. 9.

psal.135.9. Aug. in psa 136. in summo cœli æstu laborantē, cum pauxillum aquæ in galea a milite oblatū esset, manu quidem eā excepisse, sed mox in terrā abiecisse, ne solus solatiolo illo, quod aliis cōmunicare nequibat, frueretur.

V. Rem. est, vt simulatq; perturbationem aliquam in aïo exortam senseris, eā coerceas. *Beatus*, inquit, Psalmista regius, *qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petrā*. In quæ verba Aug. *Qui sunt paruuli Babyloniæ? Nascentes malæ cupiditates. Sunt.n. qui cū veteri cupiditate rixantur. Qñ nascitur cupiditas, antequā robur faciat aduersū te mala consuetudo cū paruula est. Ne.n. cupiditas nequā prauæ consuetudinis*

1. Cor. 10. 4. Matth 7. 25. Ephe. 20.2. *robur accipiat, cū paruula est, elide illā. Sed times, elisa non moriatur, ad petrā elide. Petra aūt erat Christus. In petra ædificamini, si nō vultis tolli aut à ventis, aut à pluuia.* Et Ephrem in sermone de perfectione Monachi. *Nisi citius passiones, quæ in te cernūtur, sustuleris, bulcus efficiunt, nisiq; prauā putredinē curaueris in infinitū excrescet, om*

Doroth ser. 11. *néq; substātiā tuā corrumpet.* Huc facit quod B. Dorotheus cōmemorat senem quendam Monachorum Patrē discipulo suo imperasse, vt paruā cupressam in sylua euelleret, quæ vna manu statim euulsa est, deinde maiusculā ostēdisse, eāq; binis manib. euulsam: postea maiorē, donec ad quintā ventū est, quæ non potuit ab eo solo euelli. Tū senē dixisse. Sic se habent passiones nſæ, dū paruulę sunt, facile expugnātur: quo aūt diutius conualuerint, ægrius, nec nisi sūmo adhibito studio, & adiunctis sanctionibus, qui oratione & cōsilio succurrant.

VI. Rem. est, ētsi in ortu compressæ sint. non otiari sed assidue renascentes cupiditatum ramos resecare. *Quis enim ita ad vnguem*, in-

Bern. ser. 58 quit S. Bernardus in Cantica, *omnia à se superflua resecauit, vt nil se habere putet putatione dignum? Credite mihi, & putata repullulant, et effugata redeunt, & re accenduntur extincta, & sopita denuo excitantur. Parum est ergo semel putasse, sępe putandum est: imò, si fieri posit, semper, quia semper qđ putari oporteat, si non dissimulas, inuenis. Quā*

Iud. 1. Thren. 3. *tūlibet in hoc corpore manēs profeceris, erras, si vitia putas emortua, & non magis suppressa. Velis, nolis, intra fines tuos habitat Iebusęus, subiugari potest, sed non exterminari.* Et infra. *Scrutemur*, inquit, *iuxta Prophetam vias nostras, & studia nostra, & in eo se quisq; iudicet profecisse, non cū non inuenerit quod reprehendat, sed cū quod inuenerit reprehendet. Tunc te nō frustra scrutatus es, si rursū opus esse scrutinio ad*

Aug lib. 14. *uertisti.* Eodē August. cū in libris de Trinitate exponens locum Apostoli. *Expoliantes vos veterem hominem cum actib. eius, induite no-*

cap. 17. *uum.* ita scribit. *Sane ista renouatio non momento vno fit ipsius cōuersionis, sicut momento vno fit illa in baptismo renouatio remissione omniū peccatorū; neq; enim vel vnū quantūcunq; remanet, quod nō remittatur: sed quēadmodū aliud est carere febrib. aliud ab infirmitate, quæ febrib. facta est, reualescere: itemq; aliud est infixum telū de corpore demere, aliud uulnus, quod eo factū est, secūda curatione sanare: ita prima*

curatio

curatio est cãm remouere lãguoris, qđ per omniũ fit indulgẽtiã peccatorũ, secũda ipsũ sanare lãguorẽ, qđ fit paulatim pficiẽdo ĩ renouatione huius imaginis. De qua re apertissimè Apostolus locutus est, dicẽs. Et si exterior homo noster corrũpitur, sed interior reuocatur de die in diẽ. 2. Cor. 4. 16

VII. Remed. est loco prauarũ affectionũ in animo plantare bonas, quod tradit Io. Cassianus, dicens. *Non possunt desiderio presentiũ rerũ, vel reprimi, vel aueli, nisi pro istis affectibus noxiis, quos cupimus amputari, alii salutares fuerint, intromissi. Nullatenus n. valet viuacitas mentis absq; alicuius desiderii, vel timoris, gaudii vel mœroris affectione subsistere nisi hæc eadẽ fuerint in bonã partẽ immutata.* Et Bernardus in capite ieiunii tractans verba. *Conuertimini ad me in toto corde vestro. Attẽde, inquit, solerter, quid diligas, quid metuas, vnde gaudeas, aut contristeris, &c. Totum enim cor in his quatuor affectionibus est, & de his accipiendum puto, quod dicitur, vt in toto corde conuertaris ad Dominum. Conuertatur proinde amor tuus, vt nihil omnino diligas, nisi ipsum, aut certe propter ipsum. Conuertatur etiam ad ipsum timor tuus, quia peruersus est timor omnis, quo metuis aliquid præter eũ, aut non propter eum. Sic & gaudium tuũ & tristitia aquẽ cõuertatur ad ipsum. Hoc aũt ita fiet, si non nisi secundum eum doleas aut læteris.* Cass. coll. 12 cap 5. Bern. ser. 4. ieiu.

VIII. Remed. est, tẽpestiue, hoc est, à prima adolescentia domãdarum animi affectionũ, inserendarumq; virtutũ studiũ inchoare, qđ præscribit in psal 118. S. Ambrosius in verbis. *Præcurrit ætatis maturitatẽ, quisquis in adolescentia positus senilẽ grauitatẽ induit, & iuueniles annos veterana quadã continentia regit, feruoremq; vitẽtis corporis in cœna morũ maturitate componit. Nã quid põt habere laudis, si effœtũ corpus voluptatib. & iam senectutis gelu frigidũ deuotionis officia deposito iã segnior vigore conuertat? non est corona, nisi vbi fuerit difficilioris lucta certaminis.* Et Paulo post. *Bonus est. n. Dominus sustinẽtibus, Hieremias dicit Et bonum est viro, qui graue portauit iugũ à iuuentute, sedebit singulariter, & silebit, quia tulit iugum verbi. Qui. n. a iuuentute iugum portauerit, & habens maturi moderaminis teneriora volẽs colla subdiderit, sedebit singulariter remotus a strepitu interpellãtiũ passionũ, & quietus silebit: cui necesse iã nõ sit iugari cũ corpore, decertare cũ variis cupiditatib. quia tulit iugũ verbi aiẽ, q̃ quærit Deũ, quæ captiuas sibi fecit oẽs delicias iuuẽtutis. Vñ fortasse et illud Dominicũ Nõ clamabit, neq; contendet, neq; audiet quisquã in plateis vocẽ eius, non solum ad defensionis silentium, absolutionisq; contẽptũ, sed etiã ad compressiones omniũ accipere possumus corporalium voluptatum.* Amb. 3. ser. 19 Tren. 3. 25 & 27. Matt. 12. 19

IX. Remed. est, in examine cõscientiæ quotidiano studiose, expendere, ad quas animi perturbationes a natura sis propensus, quib. cogitationib. mens tua sæpius agitetur. Solemus. n. de iis rebus crebrius cogitare, quas impẽsius amamus. *Vis nosse* ait S. Fulgẽtius in homilia quidã, *vbi sit thesaurus tuus? attende quid ames. vis nosse, quid ames? attende,* Fulg de S. Confess. Matth. 6. 21

attēde, quid cogites. Hoc est enim. Ubi est thesaurus tuus, ibi & cor tuū. Itaque quemadmodum, qui vult vētos explorare, obseruat nubes, nā si v.c. moueantur meridiē versus, certū est ventum a septentrionibus flare: sic qui vult cognoscere quæ passio maxime in aīo dominetur, notare debet quo ferantur cogitationes, si enim ferantur ad honores mūdi, non dubium est in eius corde spirare Boream superbiæ, si ad delicias & voluptates, Austrum concupiscentiæ, si ad vindictam, iracundiæ typhonem. Breuiter quales sunt fœtus, tales sunt & eorum parentes, respondet enim fructibus arbor, causæ effectus. Hoc argumento
1. Cor. 3. 3. Apostolus conuincit Corinthios esse carnales, dicens. *Cū sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* Accedit, quod dæmon infestus generis humani hostis, vt hominē citius præcipitem agat in flagitii voraginem, explorare solet cuiusq; propensiones & affectus, vt tradit B. Gregorius lib. 14. moralium. *Intuetur,* inquiens, *inimicus generis humani vniuscuiusque mores, cui vitio sint propinqui, & illa opponit ante faciem, ad quæ cognoscit facilius inclinari mentem, vt blandis ac lætis moribus sæpe luxuriam, nonnūquā vanam gloriam, asperis verò mentibus iram, superbiam, vel crudelitatē proponat. Ibi ergo decipulā ponit, vbi esse semitā mentis cōspicit: quia illic periculū deceptionis inserit, vbi viā esse inuenerit propinquæ cogitationis.* Quaprimū ergo per examen prauam aliquā inclinationem eiusmodi in te deprehenderis, ad eā domandā & expugnandā te accinge. *Ita enim* nobis inquit Cassianus, *aduersus vitia arripienda sunt prælia, ut vnusquisque vitiū, quo maximè infestatur explorans aduersus illud arripiat principale certamen, omnem curā mentis ac solicitudinē ergo illius impugnationē, obseruationemq; defigens.* Et inf. *Cū principalis cordis nostri intētio, velut speciē sibi pugnā aduersus vnā exceperit passionē, pro ipsa orabit attētius, peculiari solicitudine ac studio supplicās, vt eā diligētius obseruare, & per hæc celerē mereatur obtinere victoriā.* Et rursū. *Cuq; se ab ea (passione,) sēserit absolutū, rursū latebras sui cordis simili intētione perlustret, & exploret quā sibi inter reliquas pspexerit diriorē atq; aduersus eā specialius oīa spūs arma commoueat.*

Greg. c. 6.

Cass. 5. coll. c. 14. Examē particulare.

X. Remed. Considera, quantæ sint vtilitates mortificationis passionū. Lest, quod naturā corruptam in nobis quadantenus restituat. In eo enim præcipue sita erat in statu innocentiæ naturæ humanę integritas, quod rō Deo, corpus vero cum oībus suis facultatibus sentiendi, appetēdique subiectum erat rationi, at beneficio mortificationis efficitur, vt passiones ad mediocritatem redigantur, & lineam rectæ rationis non excedat. Quod multi sancti in hac vita consecuti fuerunt, vt ille *senex* apud Cassianus, *qui cum apud Alexandriā turbis infideliū circūfusius non solū maledictis, verū et grauissimis impellentiū vrgeretur iniuriis, eiq; a subsanātib. diceretur. Quid miraculi Christus vester quē colitis, fecit? Ille inquit, ut his, ac maiorib. si intuleritis, nō monear*

Cass. coll 12. cap. 13.

nec offendat iniuriis. 2. est, quod preces nostras reddat efficaciores. *Quot quos viros virtutum vidimus*, ait B. Cyprianus, *sine ieiunio non legimus ascendisse, nec aliquid magnum moliti sunt, nisi prius abstinentia præcessisset. Quoties aliquid à Deo obtinère conati sunt, ieiuniis incubere & lacrymis, & pernoctantes in orationibus ciliciis carni hærentib. supplices beneficia postularunt.* 3. quod valeat ad satisfactionem pro peccatis. *Cogitandum summopere est*, inquit Gregorius in Euangelia, *vt qui se illicita meminit commisisse, à quibusdam etiam licitis studeat abstinere, quatenus per hoc conditori suo satisfaciat, & quid commisit prohibita, sibimet abscindere debeat etiam concessa.* 4. quod prosit ad expugnandas dæmonis tentationes. Id docuit Christus, cum dixit. *Hoc genus dæmoniorum non eiicitur nisi per ieiunium & orationem.* In quæ verba Augustinus. *Vide quanta sit ieiuniorum virtus, vt id facere ieiunia valeant, quod Apostoli nequiuerunt.* 5. quod imprimis cõmoueat homines ad vitæ emendationem. Vnde B. Petrus, cum in epistola priore hortatus fuisset fideles, vt exemplo Christi armarent se contra inordinatas carnis cupiditates, mortificationemque crucis Christi amplecterentur, mox addit. *In quo admirantur, non currentib. vobis in eandem luxuriæ confusionem.* Certe S. Ioannes baptista, verus hominis mortificati typus, nouo feueritatis exemplo omnes Hierosolymitas, Iudæam totam & Iordanis accolas exciuit, vt confiterentur lapsus suos, vellentque ab eo baptizari. Denique ad vitæ spiritualis perfectionem nullum instrumentum, mediumuè aptius est affectionum mortificatione: quo enim plus eas subegeris, eo minus à perfectionis fastigio aberis, hoc est, à caritate, quæ secundum Apostolũ *est vinculum perfectionis. Nutrimentum enim charitatis*, inquit alicubi Augustinus, *est imminutio cupiditatis: perfectio nulla cupiditas. Quisquis igitur eam nutrire vult instet minuendis cupiditatibus.* Vnde B. Bernardus non dubitat studium mortificationis, quod vigere solet apud religiosæ vitæ cultores comparare martyrio. nam exponens verba Christi. Qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam, *perdet eam dixit, siue ponendo*, inquit, *vt martyr, siue affligẽdo vt pœnitens, Quanquam genus martyrii est, spiritu facta carnis mortificare, illo nimirum, quo membra cæduntur ferro, horrore quidem mitius, sed diuturnitate molestius.*

Cyp. sermo de ieiun.

Greg. hom. 34.

Matt 17 20.

Aug. ser. 65. de temp.

1. Pet. 4. 4.

Matth. 3. 5.

Aug. l. 83. q. 36.

Bern. ser. 30. in Cant.

Matth. 10. 38

XI. Remed. Considera, quanta non modo vtilitas, sed etiam necessitas sit sanandi morbum immortificationis, 1. quia testimonia S. scripturæ supra citata docens, non esse dignos Christo nec discipulos Christi, qui non abnegant se & tollunt crucem suam, & qui nõ oderint animam, id est, animales motus, qui carnem suam non crucifigũt cum vitiis & concupiscentiis, hæc præstari nequeunt sine mortificatione. 2. quia quotiescunque periculum est præuaricandi legem diuinã vel humanam, tenemur sub peccato mortali cohibere passionem in

Rem. 2.

 nobis

nobis dominantem. 3. quia Aristoteles, Plutarchus aliiquè philosophi docent nulli mortalium aditum patere ad cōprehendēdas humanas scientias, nisi perturbationes animi compescuerit: quanto minus patebit ad diuinam: imino virtus omnis secundum S. Thomæ Aquinatis doctrinam requirit sedatas in animo passiones, vt mansuetudo verbi causa, animum ab omni iracundia immunem. 4. quia passiones sūt
Iac 4. 1. omnium vitiorum fontes. Vnde B. Iacobus *Vnde bella & lites in vobis? nonne ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris.* Sunt ergo obstruendi per mortificationem. *mortificatione volu-*
Cassi. l. 4. inst. cap. 43. *tatum*, ait Cassianus, *extirpantur atque marcescunt vitia vniuersa.*
Ib. ca. 34. & 35. 5. quia proprium, si non cuiusuis Christiani, saltem religiosi, qui semel mundo renunciauit, ex doctrina Abbatis Pynufii apud eundem Cassianum, est, *mortificatas, & crucifixas cum Christo habere concupiscentias, & affectus carnales vniuersos. Sicut ergo*, inquit, *crucifixus quis iam non pro animi sui motu membra sua quoquam mouendi habet potestatem, ita & nos voluntates nostras, ac desideria, non secundum id quod nobis suaue est, ac delectat ad præsens, sed secundum legem* Do*mini, quo nos illa constrinxerit, applicare debemus.*

Vide V. *Ambitio, Amor sui. Consuetudo praua. Curiositas. Familiaritas nimia. Immodestia. Impatientia in aduersis, Inobedientia. Ira. Iudicium proprium. Linguæ abusus. Odium. peccatum. Superbia. Tentatio. Timor humanus. Tristitia. Vindicatio iniuriæ. Voluntas propria. Voluptas carnalis.*

IMPATIENTIA IN ADVERSIS.

Remedium contra Impatientiam in aduersis generatim.

PRIMVM Remedium. Considera spiritussancti oracula penè innumera de aduersis patienter ferendis. Primo enim patientiam laudat, impatientiam reprehendit. *Qui patiens est*, in-
Prou. 14. 29. quit in prouerbijs, *multa gubernatur prudentia: qui autem impatiens*
Eccl. 2. 16. *est exaltat stultitiam suam.* Et apud Ecclesiasticum. *væ his, qui perdi-*
Iac. 5. 8. *derunt sustinentiam.* 2. hortatur ad patientiam apud B. Iacobum, *Patientes estote fratres vsque ad aduentum* Domini. *Ecce agricola expectat preciosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum & serotinum.* & apud Salomonem. *Disciplinam Domini fili*
Prou. 3. 11. *ne abiicias, nec deficias cum ab eo corriperis. Quem enim diligit Dominus corripit & quasi pater in filio complacet sibi.* 3. numerat eam in e-
Gal. 5. 22. pistol. ad Galatas inter fructus Spiritussancti. Facit eam notam & characterem seruorum dei. *Seruum enim Domini non oportet litiga-*
2. Tim. 2. 24. *re*, ait Apostolus, *sed mansuetum esse ad omnes, docibilem & patientē.*

Et. In

Et. *In omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, &c.* Immo & notam filiorum Dei. *Flagellat enim omnem filium quem recipit. Quis enim filius quem non corripit pater*, ait idem? *Quia acceptus eras Deo*, ait angelus ad Tobiam, *necesse fuit, vt tentatio probaret te.* 4. commendat patientiam afflictionum tanquam donum Dei. *vobis donatum est*, ait per Apostolum, *pro Christo non solum vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini.* Et apud B. Petrum. *Hæc est gratia Dei, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens iniustè.* 5. docet deum adesse in tribulationibus & consolari. *Clamabit ad me*, inquit ipse, *& ego exaudiam eũ, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum.* Et Dauid, *Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas?* & mox subiicit. *multiplicasti magnificentiam tuam, & conuersus consolatus es me.*

2.Cor. 6.4. Heb 12.7. Tob 12.13. Phil.1.29. 1 pet.2.19. psal 90.15. psal 70.20.

II. Remedium. Considera dicta veterum Patrum. Cyprianus. *Patientia est, quę nos Deo & commendat, & seruat: ipsa est, quæ iram temperat, quæ linguam frenat, quæ mentem gubernat, pacem custodit, disciplinam regit, libidinis impetum frangit, tumoris violentiam comprimit, incendium simultatis extinguit, coercet potentiam diuitum, inopiam pauperum refouet, tuetur in virginibus beatam integritatem, in viduis laboriosam castitatem, in coniunctis & maritatis indiuiduam charitatem, facit humiles in prosperis, in aduersis fortes, contra iniurias & contumelias mites, & docet delinquentibus cito ignoscere, si ipse delinquas, diu & multum rogare, tentationes expugnat, persecutiones tolerat, passiones & martyria consummat.* TERTVLLIANVS. *Patientia fidem munit, pacem gubernat, dilectionem adiuuat, humilitatem instruit, pœnitentiam expectat, exomologesin assignat, carnem regit, spiritum seruat, manum continet, tentationes conculcat, scandala pellit, pauperem consolatur, diuitem temperat, infirmũ non extendit, valentem non consumit, fidelem delectat, gentilem incitat, seruum Domino, Dominum Deo commendat, fœminam, virum approbat, amatur in puero, laudatur in iuuene, suspicitur in sene, in omni sexu, in omni ætate formosa est.* Et rursus. *Matrix impatientia in omne delictum, diffundens de suo fonte varias criminũ venas. Omne peccatũ impatientiæ ascribendum. Malũ impatientia est boni: nemo impudicus, non impatiens pudicitię, & improbus probitatis, & impius pietatis, & inquietus quietis.* Basilius in admonitionem quadam. *Fili patientiam arripe, quia maxima virtus animæ, vt velociter ad sublimitatem perfectionis possis ascendere. Retributionẽ patientiæ tuæ ne quæras ab hoĩe, vt in futuro possis accipere ab æterno Domino æternã retributionẽ. Patientia grãdis est medela aĩę: impatientia aũt est pernicies cordis.* Hieron. in epist. ad Eustochium. *Ne in immensum volumẽ extẽdã, quære et inuenies singulos (sanctos) aduersa perpessos. solus in delitiis Salomon fuit, & forsitan ideo corruit. Quem.n. diligit Dominus corripit.*

Cyp. de bono patient. Tertull. de patient. Basil. in admon. ad fil. spirit. Hier. de custod. virgin. ep. 22. Heb 12.6.

pit. Castigat autem omnem filium, quem recipit. Nonne melius est breui tēpore dimicare, ferre vallum, arma sumere, lassescere sub lorica, & postea gaudere victorē? quā impatientia vnius horæ seruire perpetuo. nihil amātib. durū est, nullus difficilis cupienti labor est, &c. Qū tibi videtur graue esse quod sustines Pauli secundū epistolā ad Corinth. lege. In laboribus, plurimū, in carcerib. abundantius, in plagis supra modum, etc. Quis nostrū saltē minimā portionē de catalogo harum sibi potest vendicare virtutū? Ioan. Chryso. in epistol ad Philippenses, Pro Christo pati, inquit, munus est maioris admirationis, quā sit reuera mortuos excitare, & signa miranda patrare. Nā illic quidē debitor sum, hic vero debitorē hēt Christum. Et ad populū Antiochenū. Si corpus rectè dicimus beatū, quod pōt absq; sui offensione ferre frigus, & calores, & famē, & inopiā, & viæ difficultates, aliasq; ærūnas, quāto magis beatam oportet vocare aīam, quæ viriliter & fortiter oēs omniū molestiarum incursus ferre pōt, & cor suū per oīa nulli seruituti obnoxiū seruare. Gregorius in Euāgelia. Verè radix omniū, custosq; virtutū est patientia, cuius propriū munus aliena mala æquanimiter pperi, et cōtra eū quoq; qui mala irrogat, nullo dolore morderi, & quod ait Apostolus, non vinci à malo, sed vincere in bono malum. Quanto autem culmine virtus patientiæ polleat, Salomon indicat, dicens. Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium. Minor est ergo victoria vrbes expugnare quia extra sunt, qui vincuntur: maius autē est, quod per patientiam vincitur, quia ipse a se animus superatur, & semet ipsū sibi subiicit, quādo eū patientia in humilitate tolerātiæ sternit.

Chry. ho. 1. Id hom. 1. Greg ho. 35. Rom 12. 21. Prou. 16. 32.

III. Remed. Considera snīas hominis Ethnici Senecæ de hac re, q̄ merito molles oēs & delicatos pudefacere possunt. nā in vnico solo libello, cuius inscriptio est. Quare bonis viris mala accidant cū sit prouidentia, hęc eius sunt dicta Cap. I. Deus bonū virū in deliciis nō habet, experitur, īdurat, sibi illū præparat. Quare multa bonis viris aduersa eueniūt? nihil accidere bono viro mali pōt. Cap. II: oīa aduersa exercitationes putat. Quis aūt, vir modo, & erectus ad honesta, non est laboris appetens iusti, & ad officia cū periculo prōptus? cui nō industrio otiū pœna est? Marcet sine aduersario virtus. Tunc apparet, quāta sit, quantū valeat, polleatq; cū quid possit, patientia ostendit. Et inf. Ego nō miror, si quando voluptatē capiunt Dii, dū spectant magnos viros colluctantes cū aliqua calamitate. nobis interdū voluptati est, si adolescens constantis animi feram venabulo excepit, si leonis incursū interritus ptulit, tantoq; spectaculū est gratius, quanto honestior id fecit. Cap. III. Inter multa magnifica Demetrii nostri & hac vox est. Nihil mihi vī infelicius eo, cui nihil vnquam euenit aduersi. non enim licuit illi, se experiri. indignus visus est, a quo vinceretur aliquando fortuna, quæ ignauissimū quemque refugit. Et inferius. Quid Regulo fortuna nocuit, quod illum documentum fidei, documentum patientię fecit? Figunt cutē claui, &

Sen. libr. de prouidētia.

ili,& quotunque fatigatum corpus reclinauit, vulneri incumbit,& in perpetuā vigiliam suspensa sunt lumina. Quanto plus torm ēti, tāto plus erit gloriæ. Cap. IV. *prospera in plebem,ac vilia ingenia deueniunt; at calamitate,terroresque mortalium sub iugum mittere,proprium magni viri est.* Et iterum. *Miserum te iudico,quod nunquam fuisti miser. trāsisti sine aduersario vitam.nemo sciet,quid potueris.ne tu quidem ipse, opus est enim ad notitiam sui experimento. Militares viri gloriantur vulnerib. gubernatorē in tempestate,in acie militē intelligas. calamitas virtutis occasio est.* Dux lectissimos mittit, *qui nocturnis hostes aggrediantur insidiis.* Nemo eorum qui exeūt dicit. *Male de me Imperator meruit,sed,bene iudicauit. praeceptores plus laboris ab his exigūt,in qb. certior spes est.* Nunquā *virtutis molle documētū est. verberat nos & lacerat fortuna.* Patiamur. *nō est sęvitia certamē est.* Cap. V. *Labor optimos citat. Senatus per totū diē sępe consulitur, cum illo tempore vilissimus quisque aut in popina lateat,aut tempus in aliquo circulo terat,etc. Ignis aurū probat miseria fortes viros. Vide quā altē ascendere debeat virtus. Scias illi ñ p secura vadēdū eē.* Humilis *et inertis ē tuta sectari.*

IV. Remed. Considera neminē in hoc mundo immunē esse ab afflictionibus. *Occupatio magna,* ait sapiens, *creata est oīb hominib. & iugum graue super filios Adā a die exitus de ventre matris eorū, vsq; in diē sepulturæ in matrē omnium.* Quare nec infans immunis est. *Vnusquisque nostrum,* ait Cyprianus, *cum nascitur,& hospitio mundi huius excipitur, initium sumit à lachrymis,et quāuis adhuc omnium ignarus, nihil aliud nouit in illa ipsa prima natiuitate, quam flere* Neq; reges & Principes. *Veruntamen nec rex* inquit Chrysostomus ad pop. Antiochenum *procul à curis & cruce vitā agis,sed vitam viuit plenā multis tribulationibus.* Ecce Saul *primus regnauit apud apud* Iudaos, *quātis molestiis et vexationibus?* Et *post illū* David *innumeris probatus malis. Salomon, Abias,* Ezechias, *Iosias similiter.* Salomō certe oīa huius vitæ cōmoda expertus dixit. *Vidi cūcta quę sunt sub sole,& ecce vniuersa vanitas,et afflictio spiritus.* Fortassis excipies improbos,qui suis obsequuntur cupiditatibus: at illi plurib. afflictionib. sunt obnoxii, q̄ alii. Nā *inter oēs tribulationes humanæ animæ,* inquit Augustinus, *nulla maior est tribulatio, quàm conscientia delictorū. Namque si ibi vulnus non sit,sanusq; sit intus hominis, quod conscientia vocatur, ubicūq; alibi passus fuerit tribulationes illuc confugiat,& ibi inueniet Deū. Si aūt ibi requies nō est,* ꝑpter *abundantiā iniquitatis,quo cōfugiet homo?*

Eccli. 40. 1.
Cypr. de bono patient.
Chry. ho. 66.
Eccl. 1. 14.
Aug. in psal. 45.

V. Remed. Considera, licet afflictiones in hac vita communes sunt iustorum & improborum, eas tamen propriè esse iustorum & Christianorum, ac semper fuisse. *Multa tribulationes iustorum,* ait psalmista. Et B. Lucas in Actis. *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Et Paulus. *Omnes,qui piè viuere volunt in Christo Iesu,persecutionem patientur.* Quæ verba expendens S. Augustinus.

Psal. 33. 20.
Act. 14. 20.
2. Tim. 3. 12.
Aug. in psal. 55.

Nemo

Nemo sibi dicat, inquit, fuerunt tributationes apud patres nostros, apud nos sunt. Si putas te nondum habere tribulationes nondum cœpisti esse Christianus. Et *ubi est vox Apostoli* [2. Tim. 3.] [Luc. 14. 27.] *. Oẽs qui volunt in Christo piè vivere persecutionem patientem. Si ergo non pateris pro Christo ullam tribulationem, vide, ne nondum cœperis in Christo piè viuere.* Huic doctrinæ consentiunt & illa verba Saluatoris. *Qui non baiulat crucem suã, & venit post me, non potest meus esse discipulus* quod non est aliud dicere, quam expertem tribulationum non posse esse Christianũ: [Act. 11. 26.] [Heb. 12. 6.] Omnis enim Christi discipulus Christianus est, & omnis Christianus Christi discipulus. Discipuli enim Christi, in actis cognominati sunt Christiani. Conspirant & illa Apostoli. *Quem diligit Dominus castigat. Flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseuerate. Tanquam filiis uobis offert se Deus. Quis enim filius quem nõ corripit pater? Quod si extra disciplinam estis? cuius participes facti sunt* [Aug. lib. de Pas.] *oẽs, ergo adulteri, & non filii estis.* Unde Augustinus. *Flagellat Deus omnem filium quem recipit, & tu forte exceptus eris? si exceptus es à passione flagellorum, exceptus es à numero filiorum.* Quare nõ dubitat [Amb. libr. 1. epist. 4.] B. Ambrosius alicubi patientiã tribulationũ appellare *matrẽ fideliũ.*

VI. Remed. Cõsidera causas, ob quas Deus voluerit filios & amicos [Chrys. ho. 6. ad pop. Ant.] suos, imò etiam alios, exerceri afflictionib. Prima est Ioã. Chrysostomi, vt animus noster ab amore temporalium bonorum auocaretur ad amanda æterna. *Si enim*, inquit ille, *cum sunt tot tristia, tot pericula & curę tam libenter præsenti immoramur vitę: si nihil horum esset, & omnis ærumnæ expers esset vita nostra, quando unquam futura desideraremus? Sic Deus permisit Iudæos lateritio opere & luto in Aegypto grauari, ut ærumnarum magnitudine cruciati ad* Deum *clamarent*, & ad terram promissam aspirarẽt. *O infelicitas generis humani*, excla[Aug. ser. 111. de temp. & 149.]mat Augustinus, *amarus est mundus, & diligitur: putas si dulcis esset, qualiter amaretur? turbatur mundus, & amatur mundus, quid si tranquillus esset mundus?* Flores *eius quomodo colligeres, qui à spinis nõ reuocas manus?* [Prou. 17. 3.] II. Causa est, vt sic probetur virtus iustorũ. *Sicut igne*, inquit Salomon, *probatur argentum, & aurum camino, ita corda probat Dominus.* [Eccli. 27. 6.] Et Ecclesiasticus. *Vasa figuli probat fornax, & homines* [Iob. 23. 10.] *iustos tentatio tribulationis* [Tob. 12. 13.] Hinc Iob se a Deo probatum dixit, *quasi aurum quod per ignem transit.* & Tobię cęcitate percussio angelus dixit: *Quia acceptus eras* Deo, *necesse erat, ut probatio tentaret te.* Nec [Psal. 25. 2.] dubitauit rex Dauid eam a Domino postulare dicens. *Proba me Domine,* [Psal. 16. 3.] *& tenta me, ure renes meos & cor meum.* Quomodo aũt probatus fuerit, alibi testatur, dum ait. *Probasti cor meũ & uisitasti nocte. Quis ipsũ cor meũ*, inquit ibidẽ August. *uisitatione tribulationis probatũ est, igne me examinasti, et nõ ẽ inuenta in me iniquitas.* [Rom. 5. 3.] Hinc est qđ Apostolus tribulationis quasi effectũ faciat probationẽ. *Tribulatio*, in quiẽs *patientiã operatur, patiẽtia aũt probationẽ, probatio uerò spem.*

III. vt

III. vt intellectus noster, maximè dũ adhuc in peccatis hęremus, illuminetur. *Vexatio*, inquit Isaias Propheta, *dabit intellectũ*. Et Salomõ. *Virga atque correctio tribuit Sapientiã* Et Ecclesiasticus. *Qui non est tentatus, quid scit?* Fratres Ioseph non ante cognouerunt sceleris sui in ipsum patrati atrocitatem, quàm cum in afflictione dicerent. *Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrũ* Et rex Nabucdonozor, apud Danielem beneficio tribulationum obtinuit, vt verũ Deũ & regem in cœlis agnosceret. Filius prodigus quoque cauterio earũdem inustus, agnouit miseriam suam & ad domum paternam reuertit. IV. vt purgemur à peccatis. *Pius & misericors est Deus*, ait Ecclesiasticus, *& remittet in die tribulationis peccata*. Et. *In die tribulationis cõmemorabitur tui, & sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua.* & Sara apud Tobiã. *In tempore tribulationis peccata dimittis his, qui inuocant te*. Vnde Chrysostomus ad populum Antiochenum. *Peccatũ*, inquit, *sanies est: pœna ferrum medicinale, sicut igitur saniẽ habens, si non secatur, est in maioribus malis: ita peccans, si non puniatur, omniũ est miserrimus*. & Gregorius. *Psalmista ait. Ego ad flagella paratus sũ: quia n. viri sancti mentis suæ corruptionis vulnus sine putredine nõ esse considerant, libenter se sub manum medici ad sectiones parant, vt aperto vulnere virus peccati exeat, quod sana cute intus occidebat*. Vbi aduerte, beneficio afflictionum & pęnas peccatis debitas tolli, si patienter tolerentur. Nã ait B. Paulus. *A Domino corripimur, vt nõ cum hoc mundo damnemur*. Et quidam apud Iob. *In sex tribulationib. liberabit te, & in septima non tanget te malum. Quid enim senario numero*, inquit B. Gregorius, *quem septimus sequitur, nisi præsentis vitæ operatio, decursusq; signatur, etc. In sex itaq; nos tribulationib. Dominus liberat, ne nos in septima*, (qua Dñs ab oĩ opere quieuit, & retributio æternę quietis indicatur) *malũ tãgat, quia p paternæ pietatis eruditionẽ psẽtis vitæ labore nos atterit, sed ĩ aduẽtu iudicii à verbere abscõdit, ut tãto tũc ad salutẽ certiores exhibeat q̃to nũc flagella durius secant*.

Isa. 28. 19. Prou. 29. 15. Eccli. 34. 9. Gen. 42. 21. Dan. 4. 34. Luc. 15. 18. Eccli. 2. 15. Eccli. 3. 17. Tob. 3. 13. Chrys. ho. 6. Greg. 7 moral c. 6. 1. Cor. 11. 32. Iob. 5. 19.

VII. Rem. Considera nos per multarũ ærũnarum tolerantiã fieri in hac vita beatos. *Beati*, inquit magister veritatis, *qui persecutionem patiuntur pp iustitiã*. *Si qd patimini*, ait B. Petrus, *propter iustitiã, beati*. *Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis*. Et B. Iacob. *Beatus vir, qui suffert tentationẽ*. Et Iob. *Beatus homo, qui corripitur à Deo*. At dices. In beatitudine, summũ est gaudiũ, solatium, & gloria. Et hęc sunt in ærũnis pro Christo perpessis. Nã cum Dñs dixisset. *Beati estis cũ maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint*, mox addit, *gaudete & exultate qm̃ merces vestra copiosa est in cœlis*. Vñ Apostoli, vt est in eorũ Actis, *ibant gaudentes à conspectu concilii, qm̃ digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliã pati*. Et Paulus. *Repletus sum cõsolatione, superabundo gaudio in oĩ tribulatione nostra*. Et. *Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christũ abundat cõsolatio*

Matth. 5. 10. 1. Pet. 3. 14. Iac. 1. 12. Iob. 5. 17. Matth. 5. 11. Act. 5. 41. 2. Cor. 7. 4.

Psal 93 ·19 *latio nostra.* Haud secus rex Dauid. *Secundū multitudinē dolorū meo rū in corde meo consolationes tuæ lętificauerunt animam meam.* Glo-
Pet.4 14. ria quoq; summa illis non deest, quia B. Petrus causam reddens cur opprobria passi sint beati, rationem subiicit. *Quoniā quod est honoris, gloriæ, & virtutis, et qui est eius Spiritus, super vos requiescet.* Nemo ignorat in quantam gloriā B. Iob cesserit inuicta illa patientia in do
Chry. ho 5 loribus, vt non dubitet scribere B. Chrysostomus ēt *fimum in quo se-*
ad pop. An. *debat Iob, omni tribunali regio esse venerabiliorē, & multi nūc,* inquit, *longam transmarinam peregrinationem à terræ finibus suscipientes in Arabiam abeunt vt fimum illum cernant, & conspicati terrā deosculē tur, quę illius victoris certamina, & cruorē omni auro pretiosiorē excepit.* Atque hac de causa Gregorius Nazianzenus in epistola 64. ad Philagrium Stoicos præ Peripateticis collaudat, quod res externas nullum ad beatitudinem impedimentum afferre dicant, sed virum bonum beatum esse, etiamsi in Phalaridis tauro concremetur.

Matth 5 3. VIII. Rem. Considera in altera quoq; vita nulli parata maiora pmia, quāſmulta in noīe Christi passis. *Beati pauperes Spiritus,* ait Christus, *qm ipsorū est regnū cœlorū. Beati, cū maledixerint vobis hoīes, etc.*
2. Cor 4 17. *qm merces vestra copiosa est in celis.* Et Apostolus. *Quod in presenti est momentaneū & leue tribulationis nostræ supra modū in sublimitate æternū glorię pōdus operatur in nobis.* Et rursus. *Oīs disciplina in presen*
Heb. 12. 11. *ti quidē nō vī esse gaudii, sed mœroris, postea āt fructū pacatissimū exercitatis per eā reddet iustitiæ.* Hac consideratione in calamitatib. suis
Iob. 19. 25. erectus B. Iob, dicebat. *Scio, q redēptor meus viuit, et in nouissimo die de terra resurrecturus sum Et rursū circundabor pelle mea et in carne mea videbo Deū. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, et non alius. reposita est hæc spes mea in sinu meo.* Idem spectabat
Tob 4 23. sanctus Tobias, cū ī exilio his verbis filiū solerēt. *Noli timere fili mi, pauperē qdē vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deū, et recesserimus ab oī peccato, et fecerimus bene.* Et S. Paulus, cū
Rom 8. 17. Romanis promitteret eos fore *filios Dei et hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi,* addit, *si tamen compatimur, ut et cōglo-*
1. Cor. 2. 9. *rificemur. Existimo. n. quod non sunt condignę passiones huius temporis*
Isa. 64 4. *ad futurā gloriā, quę reuelabitur in nobis.* Oculus siquidem, vt alibi ex Isaia Propheta recitat, *non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis*
Apoc. 21. 4. *ascendit, quæ preparauit Deus iis, qui diligunt illum.* Vbi Deus ipse,
Isa. 25. 8. vt est in Apoc. B. Ioannis, *obstergēt omnem lacrymā aa oculis bonorū, & mors vltra non erit, neq; luctus, neque clamor, neq; dolor erit vltra.*

IX. Rem. Cōsidera exēplū vitæ & mortis Christi, *Qui. n. dicit se in*
1. Ioan. 2. 6 *Christo manere,* inqt B. Ioā. *dēt sicut ille ambulauit, et ipse ambulare.*
1. Pet. 2. 21 & B. Petrus ait. *Christus passus est p nobis, vobis relinquēs exēplū, vt*
Heb. 12. 3 *sequamini vestigia eius.* Et S. Paulus. *Recogitate eū, qui talē sustinuit a peccatorib. aduersus semetipsū cōtradictionē, vt ne fatigemini aīs vestris*

tris deficiētes. Quāto āt labores & afflictiones sustinuerit Christus ñ solū in morte, sed ēt in vita tota fuse prosequitur B. Cyp. *Oēs, inquit, actus eius ab ipso statim aduentu patiētia comite signantur, ꝙ primū de illa sublimitate cœlesti ad terrena descēdēs nō aspernatur Dei filius carnē hōis induere, & cū peccator ipse nō esset, aliena peccata portaret, &c. Domine baptizatur a seruo. dieb. 40. ieiunat, ꝑ quē ceteri saginantur. Cū diabolo tētāte cōgreditur, et inimicū tātū vicisse cōtētus, nil vltra verba conatur. Dignatus est ēt pedes Apostolorū lauare. Nec mirādū ꝙ circa obedientes talis extiterit, qui Judā potuit vsq; ad extremū longa patientia sustinere, cibū cū inimico sumere, hostē domesticū scire, nec palā ostendere, traditoris osculū non recusare. In Iudæis vero tolerādis æquanimitas quāta, & quāta patientia? incredulos ad fidē suadēdo flectere, obsequio ingratos fouere, cōtradicētib respōdere leniter, supbos sustinere clementer, humiliter persequētib. cedere. Prophetarū interfectores, & aduersū Deū sp rebelles vsq; ad crucis et passionis horam velle colligeret Sub ipsa āt passione, et cruce, priusq̄ ad crudelitatē necis, et effusionē sāguinis veniretur, q̄ cōuiciorū, ꝓbra patienter audita, q̄ contumeliarū tolerata ludibria, &c.* multa, ac tādē cōcludit. *Quid pt patientius, qd benignius dici? Talis est Christi ac tāta patiētia: q̄ nisi tanta ac talis existeret, Paulū quoq; Apostolū Ecclesia nō haberet.* Hoc Christi exēplū oēs sancti, nō solū quotquot post Christū fuerunt, sed etiā quotquot ab orbe cōdito floruerūt, sunt imprimis imitati, vti docere ꝑgit Cypr. *Inuenimus, inquiēs, & Patriarchas, & Prophetas, et iustos oēs, qui figurā Christi imagine præcunte portabāt, nihil magis custodisse in laude virtutū suarū, q̄ ꝙ patientiā forti & stabili æquanimitate tenuerunt. Sic Abel originē martyrii, & passionē iusti hominis initiās primus & dedicans aduersus fratrē fratricidā non resistit, nec reluctatur, sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abrahā Deo credēs, & radicē ac fundamentū fidei primus instituēs tentatus in filio nō dubitat, neq; cūctatur, sed ꝑceptis Dei tota patiētia deuotionis obsequitur. Et Isaac ad hostiæ Dñicæ similitudinē ꝓfiguratus, qñ a patre imolādus offert, patiēs iuenit, etc. Tot deniq; Proph. interfecti, tot gloriosi martyr. gloriosis mortib. honorati, q oēs ad cœlestes coronas patiētiæ laude uenerūt.* Cyp. l. de bono. pat. Ibid. Gen. 4. 8. Gen. 22. 10.

X. Rem. est Oratio, ꝙ Deus ipse præscripsit. *Inuoca me*, ait apud psalmistā, *in die tribulationis, eruā te, et honorificabis me.* Et *Clamabit ad me, et exaudiā eū, cū ipso sū in tribulatione, eripiā eū, et glorificabo eū.* Et apud Matth. & Marc. impendente captiuitate, dixit. *Vigilate, et orate, vt nō intretis in tentationē.* Et apud Lucā *Vigilate, omni tēpore orātes, vt digni habeamini fugere ista oīa quæ futura sunt.* 2. Dauid fatetur se in afflictionib. cōfugisse ad hoc antidotū, et exaudiūt. *Domine, inquit, quid multiplicati sunt qui tribulant me? Voce mea ad Dominū clamaui, & exaudiuit me de mōte sancto suo. Et cū inuocarē exaudiuit me Deus iustitiæ meæ, in tribulatione dilatasti mihi.* Fatetur & sæpe de psal. 49. 15. psal 90. 15. Matth. 26. 41. Mar. 14. 38 Luc. 21. 36. psal. 3. 2. psal. 4. 2. ps. 116. 13.

alijs,

aliis, vt in Ps. 106. vbi ſępius repetitur hic verſus. *Clamauerũt ad Dominũ cũ tribularentur, & de neceſsitatib eorũ liberauit eos.* 3. In ſola ſcriptura multą exẽpla extant eorũ, qui ad hoc pſidiũ refugerũt, vt i lib. 1. Regũ Annæ vxoris Elcanæ, q̃ afflicta ab ęmula orõne ſua meruit filiũ Prophetã Samuelẽ. Et in priore Paralipomenõ, Regis Ioſaphat, qui ab hoſtib. vndiq; præſſus, ad preces confugiẽs. *Quũ ignoremus*, ait, *quid agere debeamus; hoc ſolũ habemus reſiduũ, vt oculos noſtros ad te dirigamus.* Sic Suſanna caſtiſſima in extremo vitæ & infamiæ periculo poſita ad orõnẽ confugit dicens. *Deus æterne, qui abſconditorũ cognitor, qui noſti oĩa antequã fiant, tu ſcis, quoniã falsũ teſtimoniũ tulerunt contra me.* moxq; Spiritum pueri Danielis Deus excitat, qui eã liberauit. Omitto cętera. Quare D. Auguſt. non dubitat Orõnem vocare *clauem cæli.* & B. Paulinus *naufragorũ tabulã*, quę inter fluctus tribulationum nos ad portum deducat. S. Chryſoſtomus *animę ſolem*, quia vt ſol mundum, ſic oratio mentem illuminet.

1. Reg. 1. 10.
2. Par. 20. 12.
Dan. 13. 41.
Aug. ſer. 226 de temp.
Paul. epiſt.
Chry. lib. 1. de orando Deum.

XI. Rem. eſt Sacra Communio, quæ dr̃ Euchariſtia, hoc eſt, bona gratia, quia continet donũ Dei maximũ, quale ab oĩbe condito datũ non eſt, nẽpe ipſum gratiæ auctorẽ: quẽ dubiũ non eſt in Sacramento piè acceptũ magnas vires ſubminiſtrare in afflictione vel perſecutione exiſtentib. tum quia typus eſt Dominicæ paſsionis, rõne ſacrificii incruenti, in quo Euchariſtia conficitur, tũ quia Chriſtus mã lauit illud in memoriã ſuæ paſſionis offerri & ſumi. Quare in primis Eccleſiæ Chriſtianæ incunabulis, quibus grauiſſimæ ob yrannorũ perſecutiones erãt fideliũ afflictiones, quotidiana cõmunione ſe roborabant ad illas ſuſtinendas Hoc antidotũ præſcripſit B. Cypr. ſui tẽporis Confeſſorib. vt alacriores ad ſanguinem ſuum pro Chriſto profundendum eſſent. *Cum ad hęc fiat*, inquit in quadam epiſt. *Euchariſtia, vt posſit accipientib. eſſe tutela, quos tutos eſſe contra aduerſariũ volumus, munimento dominicę ſaturitatis armemus. Nam quõ docemus, aut prouocamus eos in confeſsione nominis sãguinẽ ſuum fundere, ſi eis militaturis Chriſti ſanguinẽ denegamus?* Et inf. *Idoneus eſſe non põt ad martyriũ, qui ab Eccleſia non armatur ad prælũ, & mẽs deficit, quam non recepta Euchariſtia erigit & accendit.* Ad præfigurãdũ aũt hoc myſterium iã olim Proppheta Dauid cecinit. *Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos, qui tribulant me.* Et Elias ex perſecutione impię Iezabelis de via feſſus miniſterio Angelico pane ſubcineritio paſtus eſt, ſic vt dies quadraginta noctesq; iter deinceps cõtinuauerit. Quid. n. aliud deſignat panis ſubcineritius, niſi corpus Dñi ſub cineribus ſpecierum panis deliteſcens? Adhęc Eliſęus pulmentum agreſtibus & amaris herbis pro filiis Prophetarum decoctum iniectione farinæ reddidit guſtatu ſuaue Denique Daniel inter feros leonum rictus prandio meſſorio Habacuc diuinitus refocillatus eſt.

Luc. 22. 19.
Cyp. lib. 1. epiſt. 2.
Pſal. 22. 5.
3. Reg. 19. 6.
4. Reg. 4. 41.
Dan. 14. 38.

XII. Rem. Præmeditatio futurarum afflictionum. *Minus enim,* inquit

inquit B. Gregorius, *iacula feriunt, quę preuidentur, et nos tolerabilius mundi mala suscipimus, si contra hæc per prescientię clypeū munimur.* Greg. ho. 35 in Euangel.
Et de cā Christus cū aliis, tū Apostolis imprimis futuras persecutiones accuratè prædixit, vt ne postquā euenissent, aut scandelizarētur, aut conturbarentur. *Hęc, inquiens, locutus sum vobis, vt nō scandalizemini. Absq; Synagogis facient. Et hæc locutus sum vobis, vt, cū venerit hora eorū reminiscamini, qui ego dixi vobis.* Hoc antidotū gentiles quoq; Philosophi magni fecerunt: nā ita scribit Seneca. Ioan. 16. 14.
Nisi quicquid fieri pōt futuro habeas, das in te vires reb. aduersis, quas infregit, quisquis prior vidit. Et iterū in naturalib. Quæstionibus. *Quia naturā oculis, non rōne cōprehendimus, nec cogitamus quid illa facere possit, sed tantū quid fecerit, damus huius neglegētię pœnas tanquā nouis terreri, cū illa nō sint noua, sed insolita.* Et in Epistolis. Sen. l. de trā quil. cap. 11. Id. lib 6 q. 3
Quæ alii diu patiēdo leuia faciūt, vir sapiens leuia facit diu cogitādo. Ep. 77.
Anaxagoras verò hoc pręsidio munitus, teste Laertio, nūciata filiorū morte nihil turbatus respōdit, *sciebā me genuisse mortales.* Et Seuerus imperator, auctore Dione Nicæo, vrnā sibi parari voluit in qua sepeliretur, quā crebro manib. contrectans dicebat. *Tu virū capies, quē totus orbis capere nō potuit,* idque fecit, vt memoriā mortis retineret. Eadē de cā ex nostris S. Ioā. Eleemosynarius Patriarcha Alexādrinus, iussit sibi extrui monumentū, licet imperfectū. Solēnibus autem festis in conspectu multorum voluit sibi à fabris dici. *Monumentum tuum Domine adhuc imperfectum est: iube ergo vt tandem perficiatur: incertum enim est, qua hora mors ventura sit.* Laert. l. 2. Dion. in eius vita. Sur. in vita.
XIII. Rem. est pœnitentia vera, interna, & externa, quo remedio diuinę literæ plenæ sunt. Quoties n. filii Israhelis aliqua afflictione magna fuere, eam pœnitentiæ præsidio in sacco, cinere, & ieiunio actæ auerterunt, vt liquet in historia Iudith, Machab. & alibi. Idem facere Niniuitæ gentiles, cum quibus & iumenta saccis induta ieiunarunt. *Si gens illa*, inquit Deus apud Ieremiam Prophetam, *pœnitentiam egerit à malo suo, quod locus sum aduersus eā, agā et ego pœnitentiā super malo, quod cogitaui vt facerem ei.* Et apud Ioelē. *Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, in fletu, & in planctu, etc. canite tuba in Sion, sanctificate ieiuniū, vocate cætū, &c.* Et *respondit Dominus, & dixit populo suo. Ecce ego mittā vobis frumētū et vinū, et oleū, & replemini eis, et dabo vos vltra opprobriū in gētib.* Hoc antidotū B. Greg. Nazianz. oratione in plagā grandinis commēdauit populo suo cum fruges iam maturę grandine percussæ fuissent. *Cum Deus, inquit, non nisi coactus nostris peccatis percutiat, quid afferri pōt quin natiua sua bonitate vtens indulgentē se nobis prębiturus sit, modo nosmetipsos nostri misereat, iustisque patris visceribus viā patefaciamus. ac proinde in lachrymis seminemus, vt in exultatione metamus, Niniuitas imitemur, non Sodomitas. peccato medeamur, ne* Iud 4. & 9. 1. Mach. 2. 3. Ion. 3. Ierem. 18. 8. Ioel. 2. 12. v. 19. Psal. 125. 5.

tum peccato conficiamur. Ionā concionantē audiamus, *ne ignis & sulphuris illuuie obruamur.* Et iterum. *In lachrymis animas vestras possidete, iram cohibere, vestra vita studia meliora facite, ieiunium sanctificate, curationem proclamate, quemadmodum vos mecum beatus*

Ioel.2.16. *Ioel cohortatur, congregate seniores, infantes, ubera lactantes, ætatem commiserandam, Deique misericordia pro cipuè dignam.*

VIDE V. *Amor sui. Auaritia. Disperatio. Impatiētia in morbis. Impatientia in dānis tēporal. Impat. in morte alioru. Ira. Maledictio. Mortis metus. Murmuratio. Obstinatio. Odium. Pusillanimitas. Tentatio. Tristitia. Vendicatio iniuriæ.*

IMPATIENTIA IN MORBIS.

Remedia contra impat. in morbis.

I REM. Considera sacrarū litterarū testimonia. Primū n. docent Medicos nō esse negligēdos. *Honora,* inqt Ecclesiasticus, *Medicū*

Eccli.38.1. *pp necessitatē, etenim illū creauit Altissimus. A Deo est.n.oīs medela.* Et. *Altissimus creauit de terra medicamēta, & vir prudēs nō abhorrebit ea.* 2. diuinū auxiliū implorandū. *Fili,* ait idē, *in infirmitate tua*

Ibid.9. *ne despicias teipsū, sed ora Dnm, et ipse curabit te.* 3. Sacerdotū quoq; opē requirēdā & sacramētorū administratione. *Infirmatur qs in vo-*

Iac.5.14. *bis,* ait Apostolus Iacobus, *inducat pbyteros Ecclesiæ, et orēt sup eū, vngētes eū oleo in nomine Domini, et oratio fidei saluabit infirmū, & alleuiabit eū Dñs* cām morborū esse ingluuiē, & alia peccata. Ait

Eccli.37.31. enim Sapiens, *In multis escis erit infirmitas.* Et Christus cuidā sanato

Ioan.5.14. dixit, *Noli amplius peccare, ne tibi aliquid deterius contingat.*

Cypr. ser.3. II. Rem. Considera SS. Patrum dicta B. Cyprianus de bono Patientiæ *Ad varia quoq; carnis incōmoda, & crebros corporis durosque cruciatus, quib. humanū genus quotidie fatigatur, & patitur, patiētia necessaria est. Examinandis autem nobis, atq; explorādis diuersi iportantur labores, & multiplex tentationū qualitas irrogatur, de iacturis facultatū, de ardorib. febriū, de cruciatu vulnerū, de amissione charorū. Nec aliud magis iniustus discernit et iustos, quā q in aduersis per impatientiam queritur & blasphemat iniustus, patientia iustus probatur, sicut scriptum est. In dolore sustine, & in humilitate tua patientiā*

Eccli.2.5. *habe, quoniam igne probatur aurum atq; argentū.* S. BAS. in Hexame-

Bas. hom. ron. *Morbus, paupertas, ignobilitas, mors, cæteraq; id genus, quæ hominib. sunt tristia, non proprie malis adnumeranda veniunt: propterea quod neq; ea, quæ istis aduersantur, inter maxima bona numeramus quæ quidē partim à natura prodeūt, partim verò multis ēt vtiliter accidisse*

Naz. ep.70. *se videtur.* S. Greg. Nazian. ad Philagriū. *Honestū esse censeo te dolori resistere, atque animo vel nunc maxime expurgari, ad morbum nihil*

aliud esse ducere, quā vtilē quādā institutionem: hoc est, vt et corpora oīa, et quicquid fluxū est et caducū aspernans, totū te in cœlesti patri addictas, nec præsenti tēpori, sed futuro æuo viuas, mortisq; meditationē, vt Plato ait, hāc vitā eximes. Ioā. Chrys. in hom. de Patientia. *Nihil est, nihil, inquā, tā horridum tāq; tremendum, q̄ hi, qui vel morbo, aut pœnis discruciantur, non superent, si diuino sint amore incensi: ita vt neq; ignis, neq; ferrū, neq; inopia, neq; languor aliquis, neq; mors, neq; aliud quippiā huiusmodi graue, aut molestū appareat ei, qui hunc sit erga* Deū *amorē consecutus.* Seneca ad Luciliū. *Tria hæc*, inquit, *in oī morbo grauia sunt: metus mortis, dolor corporis, intermissio voluptatū.* Cōtra primū hoc dat antidotū. *Non tm̄ morbi, sed totius vitæ remediū est, cōtēnere morē. Multorū mortem distulit morb. & saluti illis fuit videri perire. Morieris, nō quia ægrotas, sed quia viuis* Contra secundū tale. *Magnos cruciatus hēt morbus, sed hos tolerabiles interuallo faciunt. Hoc solatium vasti doloris est, q̄ necesse est desinas illum sentire, si nimis senseris Vir magnus ac prudens animū deducit à corpore, & multū cum meliore et diuina parte versatur: cū hac querula & fragili, quantū necesse est. Leuis dolor est, si nihil illi opinio adiecerit. Cōtra, si exhortari te cœperis, ac dicere, nihil est, aut certe exiguū est, duremus, iā desinet, leuē illū, dū putas facies. Oīa ex opinione suspensa sunt. In ipsis po'itus difficultatibus dicat.* Forsan & hæc olim meminisse iuuabit. *Toto contra illū pugnet aīo, vincetur, si cesserit, vincet, si se contra dolorē suū intenderit. Vtrū vis, longū esse morbū aut breuē? Si longus est habet intercapedinē, dat refectioni locū. Breuis morbus ac praeceps, alterutrū faciet, aut extinguetur, aut extinguet. Quid āt inter est, nō sit, an nō sim? in vtroq; finis dolēdi ē. Illud quoq; p̄derit ad alias cogitationes auertere animū, & à dolore discere. Cogita, q̄d honeste, q̄d f r iter feceris. Tūc tibi fortissimus quisq; et victor doloris occurrat. Ille, qui dū varices exsecādas præberet, legere librū perseuerauit. Ille, qui nō desiit, cū ob hoc ipsū irati tortores oīa instrumēta crudelitatis experirentur. Nō vincetur dolor rōne, qui victus est risu?* Cōtra tertiū, hoc est, in ermissionē voluptatū tale subiicit antidotū. *Duo sunt genera voluptatū, corporales morbus inhibet, non tamen tollit, imò si vtrum æstimes, incitat. Magis iuuat bibere sitientem, gratior est esurienti cibus. Quicquid ex abstinentia contigit, auidius excipitur. Illas verò animi voluptates, quæ maiores, certioresq; sunt, nemo medicus ægro negat. has quisquis sequitur, & bene intelligit, omnia sensuū blandimenta contemnit. O infelicem ægrū, quare? quia non vinū niue diluit, etc.*

Plato i phædone.

Sen. ep. 78.

III. Remed. Operam medici, si morbus fit grauior tuus, vel aliorū m, implora, vt copiosè suadet S. Basilius in regulis fusius disputatis his rōnibus, 1. quia diuina scriptura medicinā inter dona Dei numerat, medicosq; iubet propter necessitatē honorari. 2. qa aliis artib. sine noxa vtimur, ad incōmoda corporis depellenda, vt agricultura

Basil. q. 55. Ec. 1 38. 1.

ad cauendā famē,textrina ad tegendā nuditatē,architectura ad declinandas cœli iniurias,ergo & arte medicinæ,ad arcendos morbos 3.q[uia] Deus idcirco herbis,aliisq; rebus in terra mariq; creatis varias indidit virtutes, vt industria humana iis vteretur ad curandos morbos.4.quia hæc ars valet ēt ad colendā continentiā. *Siquidē animaduerte*,inquit Basilius,*ab ea & delicias amputari,et crapulā cătenari, epularū præterea varietatē, & exquisitā nimis condimentorū solertiā tā quā inutilē improbari. In summa adeniq; indigentiā ab ea sanitatis matrē appellari.* Hinc sequit[ur] ne religiosos quidē delinquere, si medicorū opera in pfligādis morbis vtantur,cū Basilius religiosus ipse ad religiosos hæc scripserit. Et S.Aug.in reg. quā monachis pscripsit,ita loquit[ur]. *Cuius infirmitas cogit lauādū corpus nō lōgius differatur. Fiat sine murmure de cōsilio medici,ita vt ēt si nolit,iubēte Præposita faciat,q[uod] faciendū est pro salute. Si aūt velit,et forte nō expedit, suæ cupiditati nō obediatur. Aliquando.n. ēt si noceat, prodesse creditur,q[uod] delectat. Deniq; si latēs est dolor in corpore famulæ Dei, dicēti quid sibi doleat,sine dubitatione credatur: sed tamen vtrū sanādo illi dolori,quod delectat expediat,si non est certum,medicus consulatur.*

Aug.ep.109

IV. Rem. Ita require Medici industriam,vt tñ præcipue fiduciam colloces in diuino auxilio. *Etenim*, inquit idē Basilius loco citato, *cum illud,incolumitatis suę spem oēm habere in manib. Medicorū,planè iuramentū simile sit,(q[uod] quidem vsu venire miseris nonnullis aīaduertimus, qui ēt non verentur aperte liberatores suos illos appellare) tum hoc,omnes penitus,quę ab ea proficiscantur,vtilitates fugere,hominū est valde in sua sententia peruicacium.* Et Ambrosius de Cain & Abel. *Ne videamur de humanis artibus,hoc est medendi peritia,herbarumque succis sperasse magis remedium, quam de Deo subsidiū poposcisse,ad ipsū prius est confugiendū qui nostrę curare possit aīæ passiones,verum quidam præpostero ordine ante ab hominib. sibi opem arcessunt.* Et B.Hieron.scribentes in Isaiam. *Nihil*,inquit,*absque misericordia Dei ars medendi valet.* Probat aūt S. Basilius in misericordia Dei imprimis fidendum exemplo regis Ezechiæ. Licet.n.Isaias Propheta massā ficorū vlceri eius applicari iussisset, tñ ad eū dixit. *Quod erit signum,quia Dominus me sanauit.* Domino nimirum non ficubus tribuens sanitatem. 2. quia Deus vult nos per media ēt naturalia curari,vt clarius Dei beneficium nobis innotescat,quippe cum & ficus & aliæ medicinæ auctorem vendicent Deū. 3. quia non omnes morbi à natura, vel à vitiosa victus ratione ortū ducūt, qui ferè egent arte Medici, sed sępe sunt peccatorum nostrorū flagella. *Quem enim Dominus diligit,castigat.* Et Apostolus ait. *Ideo inter vos* (indigne scilicet cōmunicantes) *multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.* Quales imitari debent eū,qui apud Michæā dixit. *Iram Domini portabo,quoniam peccaui ei.* Et fructus dignos pœnitentiæ

Amb. li.1.c. 10.

Hier. in ca. 26.

4.Reg 20.7.

Heb.12.6.
1.Cor.11.30
Mich 7.9.
Math. 3.8.

nitentiæ facere: & verborum Dñi meminisse. *Ecce sanus factus es, iã noli amplius peccare*. Deinde quia Deus alios affligit morbis vt testatã reddat eorũ virtutum vt Iob, alios vt copiosius in altero seculo eos remuneret, vt Lazarum, alios vt ne quis aliquid fastigio humano maius eis inesse putet vt Paulũ, cui Lycaones sacrificare voluerunt. Qui certe opẽ medicorũ non implorarunt. Hæc oĩa Basilius.4. quia nonnulli sancti, vt ostenderent, quantã fiduciã haberent in Deo, medicinas neglexere. *Medicinã carnalẽ*, inquit S. Agatha, *corpori meo nunquã exhibui, sed habeo Dominum Iesum Christũ, qui solo sermone restaurat vniuersa*. Et S. Egidius Atheniensis è stirpe regia ad Rhodani ostia solitarius, cũ a venatorib. regis Francorũ sagitta in incertũ missa sauciatus esset, nõ modo medicinã corpori admittere noluit, sed ẽt Deum orauit, ne læsa caro sanitatem reciperet, vt corporis dolor longius ab animo arceret cogitationes voluptatũ. Hæc in Deũ fiduciam cum maximè inesse debeat hominib. religiosis, vtpote qui maiorem sanctitatem profitentur, ita aliqñ B. Bernardus scripsit ad fratres de S. Anastasio, qui variis afflictabantur morbis. *Compatior vtique, & multũ ego compatior infirmitati corporũ, sed timenda multo magis ampliusque cauenda infirmitas animarum. Propterea minimè competit religioni vestræ medicinas quærere corporales, sed nec expedit saluti. Nã de vilib. quidẽ herbis, & quæ pauperes deceant interdũ aliquid sumere tolerabile est, & hoc aliquando solet fieri. At verò species emere, quærere medicos, accipere potiones, religioni indecens est, et contrariũ puritati: maximèq; ordinis nostri, nec honestati congruit, nec puritati. Hæc n. oĩa gentes inquirunt. Scimus aũt, quia qui in carne viuunt, Deo placere non possunt. Spiritualia proinde spiritualib. cõparanda, & quærenda potio humilitatis, & clamandũ in toto corde. Sana animã meã Dñe, quia peccaui tibi.* Eodẽ tendunt, quę alibi dixit, in eos q plus æquo valetudini conseruaudę student. *Qui voluerit*, inqt *Christus, animã suã saluã facere, perdet eã. Quid hic vos dicitis ciborũ obseruatores, morũ neglectores? Hyppocrates & sequaces eius docent aĩas saluas facere in hoc mundo. Christus & eius discipuli perdere. Quẽnã vos ex duob. sequi magistrũ eligitis? At manifestũ se facit, qui sic disputat. hoc oculis, hoc capiti, & illud pectori vel stomaco nocet.* Et inf. *Legumina, inquit, ventosa sunt, caseus stomachũ grauat, lac capiti nocet, potũ aquæ nõ sustinet pectus, caules nutriunt melancholiã, cholerã porri accendũt, pisces de stagno, aut de lutosa aqua mea penitus cõplexioni nõ cõgruũt. Quale est hoc, vt in totis fluuiis, agris, hortis, cellariisue reperiri vix possit qđ comedas? puta te quæso, monachũ esse, non medicũ, nec de cõplexione iudicãdũ, sed de pfessione.* Cõuenit cũ hoc monito Bernardino exemplũ è cęnobio Bernardino, à Vincẽtio Belloacensi descriptũ. Fuit, inquiens, in Claraualle monachus corpore infirmus, & in obseruatione medicamentorũ curiosus, q noctu per

Ioan.5. 14.
Iob.2.7.
Luc. 16 20.
Act.14.11.
In eius vita apud Sur.
Sur. in eius vita.
Bern. ep. 314
Matt.6. 32.
Rom.8.9.
1.Cor.2.13.
Psal.40 5.
Id ser.30. in Cant.
Vinc. lib.7. Spec. hist.c. 104.

visum, tum fratres omnes ad diuinũ officium persoluendum templũ intrarent, conspexit B. V. Mariam iuxta Ecclesiæ fores singulis fratribus cochlear suauissimo antidoto plenum è pixide porrigentem, sibi aũt dicentem, nunquid tu meo medicamẽto opus habes? nõne sapiẽs ipse medicus es, & tui curam geris? Vade ergo: mihi enim tantũ curę sunt qui fiduciam suam iactant in Dominum & filium meũ. Quo facto, cũ ille pudore suffusus, veniã delicti supplex petisset, benigna mater illi idem antidotum obtulit. sumpsit, conualuit, & deinceps abdicatis medicamentis, communibus cibis contentus fuit.

V. Remed. Considera à Deo immitti morbos, ac proinde non immitti nisi bono fine, vt tu scilicet resipiscas, & vitam tuam corri-
Aug. c. c. 3. gas. *Tussi laboras*, inquit Augustinus in libro de visitatione infirmorum, *pulmone deficis, cibum stomachus respicuit, phtisi decoqueris, vinum fastidis, dysenteria sauciaris, multimodo morborum genere afficeris? sed & hæc, si oculum habes, si cordatus es, Dei tota sunt, disciplinam patris ne abiicias fili, &c. Vis scire, quia infirmitas corporis salutem animæ parturit? audi Dominum Apostolo respondentẽ. virtus in infirmitate perficitur: ac si dicat. Complectere, quam pateris infirmitatem, quoniam ita proficies de virtute in uirtutem.* Exemplum huius rei
Prou. 3. 11. 2. Cor. 12.
Amb. lib. 2. epist. 9. habes apud Ambrosium ad Bellicium ægrum ita scribentem. *Iactatum te graui ægritudine significasti mihi, credidisse in Dominum Iesum, & iam cœpisse reualescere. Ad salutem igitur ea infirmitas fuit, plus aculei, quam periculi ferens, quia diu promissum remordebas. Hoc est, quod ait. Percutiam, et sanabo. percussit infirmitate, & sanauit fide.* Hinc fit vt morborum, aliorumq; afflictionũ expertes in suis pec-
Deut. 32. 39. Ierem. 48. 11 catis obdurati maneant, quod exprobat B. Hieremias Moabitis docens ideo illos in sceleribus perstitisse, quod nunquam, vti filii Israel captiui abducti sint, aut cum aduersa fortuna conflictati. *Fertilis inquiens, fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fecibus suis; nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non abiit, idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus.* Sicut enim vas prauo odore perfusum, eundẽ semper retinet, nisi fecibus eiectis aqua calida decoctum vel ẽt ambustum nouo liquore imbuatur, sic animus peccatis assuetus nouum saporem non ante induit, quam noua aliqua afflictione vexatus saniora consilia acceptet. Facit nimirum Deus in peccatoribus lucrandis, quod peritus piscator in capiendis hamo piscibus. Nã vt ille longa arundine piscando, vbi escã piscis magnus acceperit, nõ statim illum violenter ex aquis extrahit, sed finit altius hamũ in stomachũ demitti. vbi autẽ infixus fuerit paulatim piscem ad ripam trahit, ne filum abrũpatur: sic Deus hominem ex peccati limo extracturus ad æternæ vitæ ripã, escã quidẽ illi proponit cęleste præmium, sed vt illam arripiat timorẽ inferni velut hamum subiicit, vt partim præmii desiderio accensus, parum

dimi-

diuino timore tactus, peccata deserat. sed quia ex affectionum prauarum aquis, quibus immersus est statim extrahi non potest, vt dicti timoris hamus altius infigatur pectori, graui & periculoso corporis morbo, aliisque afflictionibus eum exercet, vt postquam totus timore dei concussus fuerit, & desiderio vitæ æternæ incensus, facile viam virtutis capessat, & sanitati reddatur.

VI. Remed. Considera fructus spirituales, qui ex morbis oriuntur. Deducunt siquidem, vti generatim de omnibus afflictionib. supra dictum est, hominem, primo in notitiam sui & Dei. 2. præseruant a peccatis 3. augent, si patienter tolerentur, gratiam & meritũ, ac proinde & gratiorem Deo reddunt 4. similem Christo & sanctis efficiunt. Christus enim apud Isaiam, dicitur *vir dolorum*, qui nostros languores & infirmitates tulit 5. supplent voluntariam satisfactionẽ pro peccatis. Hos fructus spirituales spectans S. Petrus Apostolus noluit propriam filiam S. Petronillam cum febri confli̇ctantem sanitati restituere, sciens illi prodesse ad seruãdam virginitatem. Cum enim quidam valde mirarentur, cur cum alios etiam sola vmbra curaret, non idem beneficium præstaret filiæ, curauit quidem illam ad tẽpus, iussitque discumbẽtibus ministrare, sed ministerio peracto voluit eãdem ad lectulum redire. Eadem de causa Beniamin eremita, cum sola oratione alios infirmos curaret, noluit tamen seipsum intercutis morbo laborantem curare: rogabatque eos qui sui miserebantur, vt non tam corporis, quam animæ curam gererent, veniamque a Domino exorarent peccatorum quæ sanus commisisset. Itaque quod peccator foret angebatur, quod æger nihil. Eodem pertinet, quod in S. Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi vita proditum est, quendam. scilicet valetudinis recuperandæ causa sepulchrum eius adijsse, votique compotem factum. Deinde dubitare secum cœpisse, num sanitas æquè ac prior morbus ad animæ salutem profutura foret, itaque ad sepulchrum martyris redijsse, petiisseque si sanitas non prodesset, in morbum pristinum recideret, atque recidisse. De S. Romito quoque eremita legimus, cum quot annis graui morbo tentaretur a Deo, doluisse, quod vno anno liber esset, atq; si a Deo tunc desertus fuisset.

Isa. 53. 3.

Ex S. Marcello de eius vita.

Trip. l. 8 c. 1

V. pp. 2. p. c. 148.

VII. Remed. Considera exempla sanctorum, qui patienter morbos etiam grauissimos sustinuerunt. Primus sit Iob, toto prorsus corpore tabidus & putridus, & a planta pedis vsque ad verticem capitis fœdo vlcere confectus, quem *vulnerum vastitas*, inquit B. Cyprianus *& tabescentes ac defluentes artus, vermium quoque edax pœna consumpsit*: & super hæc testa saniem radens & sedens in sterquilinio, licet amicorum vxorisque conuiciis valde exasperatus esset, nullum impatientiæ signum dedit, sed dixit. *Si bona suscipimus de manu Dei, mala quare non sustineamus? Affligens me dolore non parcat, nec contradicam sermonibus sancti.* 2. Paula Romana, teste Hieronymo ad

Iob. 1.

Cypr. l. de patient.

Iob. 6. 10. Iob. 2. 10. Hier. ep. 27.

Eustochium,cum febri laboraret,& stomachi cruditate cibum non digereret,vt modico vino vteretur,nec medicorum placitis, nec religiosorum suasibus,imò nec S. Epiphanii,(quem Hieronymus submiserat)impelli potuit,nolens ab vitæ monasticæ instituto ne in ęgritudine quidem declinare. Multo enim tempore aquam bibens magis expauit vini gustum,quàm infirmitatis periculum. Imò Epiphanius testatus est se senem fere persuasum,ne vinum biberet. 3. Seruulus mendicus toto vitæ tempore paralysi laborans, auctore B. Gregorio in libro 4. dialogorum,ita vt in lectica iacens omnino se commouere non posset semper in doloris accessionibus Deo gratias agebat,& hymnos decantabat: quare & moriens angelorum recreatus est concentu,& mortuus odore suauissimo domicilii locum cõpleuit. 4. Galla Romana Symmachi Consularis viris filia, teste eodẽ Gregorio,cum intra annos puellares marito viduata ægrotaret,corpore toto in tabificam scabredinem verso, Medicis aientibus morituram,nisi coniugium iteraret,vel mentem pilosum viri instar habituram,neglexit medicorum consilium,quiduis pati parata, quam nubere. Mammillam deinde vlceribus plenam ita tolerauit, vt morti proxima apparente sibi B. Petro Apostolo, non vt curaretur rogarit,sed an sibi dimissa essent peccata. Quæ dimissa audiens, plus ex hoc consolationis cępit,quam ex morbo doloris. 5. S. Hildegardis virgo nobilissima Bingensis,vt est in eius vita apud Surium,licet morbis continentur vexata in lecto decumberet,ipsius mortis imago,tamen mirandis claruit visionibus, futurorumque prędictionibus, omnesque ægros tum ad se venientes, tum etiam absentes in somnis eis apparens,sanitati restituit. Quo exemplo, aliorumque multorum similium,vt liquet ex vitis sanctorum,discis, ægrè iudicari posse, nũ ægritudo corporis posthabenda sit incolumitati.

Greg. c. 14. & ho. 15. in Euang.

Greg. 4. dia. cap. 13.

Sur. 17. Sep.

VIII. Remed. est Abstinere a peccatis, scriptura enim sacra clarè docet peccata nostra plerunque morborum causam esse,vt annotauit B. Hieronymus in cap. 9. Matthæi, vbi cum paralyticus iacens in lecto Christo oblatus esset sanandus,Christus respondit. *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua*,vt tanquam peritissimus medicus ostẽderet se causam & radicem paralysis tollere. Vnde cum apud Ioannem,ægrum illum,qui per triginta octo annos ad piscinam iacuerat, curasset,ait illi. *Vade & noli amplius peccare, ne quid tibi deterius contingat*. Sic Apostolus in priore epistola ad Corinthios indicat ob indaginem Eucharistiæ sacræ perceptionem quosdam morbis a Deo affligi. *Propter* hoc inquiens,*inter vos multi infirmi,& imbecilles,et dormiunt multi*, Et mox antidotum subiiciens,ait. *Si nos ipsos diudicaremus*,per examen conscientię, & confessionem peccatorum, *non vtique iudicaremus*, id est, puniremur a Deo. Hoc ita firmum habuit Ecclesia Catholica, nempe peccata esse morborum causas, vt

Math. 9. 2. Ioan. 5. 14.

IN-

INNOCENTIVS. III. Papa in Concilio Lateranensi, vt habetur in Decretalibus, titulo *de Pœnitentiis & remissionibus*, legem tulerit, ne medicus ægro ante corporis medicamenta subministret, quam sacerdoti, medico spirituali, peccata confessus fuerit. c. cum infirmitas.

Antidota pro impatientia in morbo cæcitatis.

I Remed. Considera, si cæcus sis, te occasionem habere multa peccata cauendi. Omnia enim peccata B. Ioannes, in epistola priore, ad tres fontes reuocat. concupiscentiam carnis, oculorum, & superbiam vitæ. Quare nec opus habes, aut cum Dauide dicere, *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem*. aut conqueri cum Ieremia. *Oculus meus deprædatus est animam meam*. Certe melius fuisset Dauidi esse cæco, quam videre Bethsabee. Satis est, si interim oculi animi tibi non desint, quibus essentia diuina contemplanda est, quam Angeli semper contemplantur in cœlo. Hoc antidotum etiam Ethnici philosophi suis in solatium præscripsere. *Oculos te perdidisse ploras?* inquit Seneca, *habet & nox suas voluptates. Quam multis cupiditatibus via incisa est, quam multis rebus carebis, quas ne videres, vel eruendi erant. Non intelligis partem innocentiæ esse cæcitatem? Huic oculi adulterium monstrant, huic incestum, huic domum quam concupiscat, huic vrbem & mala omnia. Certe irritamenta sunt vitiorum ducesque scelerum*. Hæc ille. Cum quo congruit illud sapientis. *Nequius oculo quid creatum est?* Vnde Hieronymus. *Quosdam*, inquit *philosophos legimus effodisse sibi oculos ne à contemplatione philosophiæ auocarentur.* 1. Ioa. 2. 16. Psal. 118. 37. Thren. 3. 51. Mat. 18. 10. In exceptis. Eccl. 31. Hier. li. 2. in Iouin.

II. Remedium. Considera exempla eorum qui cæcitatem æquo animo tulerunt. Tobias senior stercoribus calidis hyrundinum excæcatus nihil contristatus gratias agit Deo: ob quam patientiam anno quarto post visum recipere meruit per angelum, rursusque gratias Deo agens ait. *Benedico te Domine Deus Israel, quia tu castigasti me, & tu saluasti me*. Pigmenius presbyter Romanus, teste Beda, æquo animo ferebat se oculis captum, quod potestas adempta esset hostes Ecclesiæ cernendi, vnde cum Iulianus apostata Cęsar ei obuiam factus, dixisset. Gratias ago Dijs, ò Pygmeni, quod te video, contra ille. Gratias ago Deo meo, respondit, quod te non video, tam forti animo tyrannum cōtemnens, quam cęcitatem. post martirii corona donatus, cæpit videre, quæ oculus non vidit. Didymus *Alexandrinus*, ait Hieronymus, *captus à parua ætate oculis, et ob id elementorum quoque ignarus, tantum miraculum sui omnibus præbuit, vt dialecticam quoque & geometriam, quæ vel maximè visu indiget, vsque ad perfectum didicerit. et* Tob. 2. 11. Tob. 11. 17. B. in martyrol. Hier. in cat. Scrip. Eccl.

plura

Ep. ad Castrutium. 33

plura opera, ac nobilia conscripsit. Et alibi. *Didymus vir eruditissimus captus oculis, cum isset ad B. Antonium Alexandriæ agentem, inter cęteras sermocinationes, quas de Scripturis sanctis habebant, cum Antonius admiraretur eius ingenium, & acumen animi collaudaret, sciscitans ait. Num tristis es, quod oculis carnis careas? Cum ille pudore reticeret, secundo, tertioque interrogans, tandem elicuit, vt mœrorem animi simpliciter fateretur. Cui Antonius. miror, ait, prudentem virum eius rei dolere damno, quam formicæ, & muscę, et culices habent, & nō lætari illius possessione, quam sancti soli & Apostoli meruerunt. Ex quo peruidet, quod multo melius sit spiritu videre, quā carne, & illos oculos possidere, in quos peccati festuca non possit incidere.*

Greg. c. 10.

S. Gregorius quoque in quarto dialogorum de venerabili Abbate, nomine Spe, tale refert exemplum. *Hunc omnipotens Deus ab æterno verbere flagellando protexit, & quantum eum diligeret, postmodū perfectè sanando monstrauit. Eius nāque oculos per 40. annorū spacium continua cęcitatis tenebris pressit, &c. Qui cū flagello fatigaretur corporis, habebat per Spiritus sancti custodiam consolationem cordis. Cum vero iam anni quadragesimi fuisset in cæcitate tempus expletū, ei Dominus lumen reddidit, & vicinum suum obitum denunciauit, atq; vt monasteriis circumquaque constructis verbum vitæ prædicaret admonuit: quatenus corporis recepto lumine, visitatis in circuitu fratribus cordis lumen aperiret. Quintodecimo autem die ad monasterium suum reuersus, corpore Christi suscepto, inter voces psalmos cantantiū fratrū animam Deo reddidit, exeunte eius ex ore columba in conspectu omniū, in testimonium simplicitatis, qua Domino seruiuit.*

Apud. Surium 10. 1.

In S. Vedasti quoque historia, cum Atrebati corpus eius in aliū locum transferretur, legimus Audomarum Episcopū cęcum, cum optaret videre sancti ossa, ilico visum recepisse. Deinde, cum orasset si minus aīę conduceret donum videndi, rediret infirmitas, iterato oculis captum fuisse. Deniq; S. Lutgardis virgo, auctore Thoma Cantipratense, cæca facta magis quam ante visionibus diuinis claruit, eamq; monuit per visum Christus ipse, vt patienter cęcitatem toleraret, liberam siquidē fore à purgatorio, & multa visurā in cęlis, quę iā non videret.

Apud. Surium 10. 2.

Hier. ep. 33.

III. Rem. Considera, si forte reformides, te peccatis tuis causam dedisse cæcitati, & ideo in magno mœrore sis, quę Hieronymus scripsit ad Castrutium eadem de causa mærentem. *Obsecro*, inquiens, *ne imbecillitatem corporis, quam sustines, de peccato tibi existimes euenisse, Quod quidem & Apostoli suspicantes de eo qui natus erat cęcus ex vtero, interrogantesque Dominum Saluatorem: iste peccauit, an parentes eius, vt cæcus nasceretur? audiunt. Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei.* Et rursus. *Si cæcitatis causam putas esse peccatum, & id Dei inferre iram, quod crebro medici remediantur, insimulabis Isaac, qui in tantum lucis expers fuit, vt & cui*

Ioan. 9. 2.

cui nollet, errore deceptus, benediceret. Referes crimen in Iacob, cuius taligauerat acies: & cum interioribus oculis, & spiritu prophetali longè post futura prospiceret, & Christum cerneret de stirpe regia esse venturum, Ephraim & Manassen videre non poterat. Deinde ad Abigaum item cęcum, *Nec doleas*, inquit, *si non habeas, quod formiculæ, & muscæ & serpentes habent. i. carnis oculos, sed illū te oculū habere lętare, de quo in cantico dicitur* Canticorū. *Vulnerasti me soror mea spōsa vno de oculis tuis, quo Deus uidetur: de quo à Moyse dī. Transiēs videbo visionē hāc magnā. Deniq; quosdā ēt mundi philosophos legimus, ut totā cogitationē ad mētis cogerēt puritatem sibi oculos eruisse.* Epist. 32. Cant. 4. 9. Exod. 3. 3.

ANTIDOTA

Pro Impatientia in morbo podagræ.

I Remed. Considera hunc morbum tibi cum multis ēt sanctissimis viris esse cōmunem, vndecunque tibi acciderit; ac imprimis, cum S. Gregorio Magno Romano Pontefice, qui se & alios podagricos non semel cōsolatus est per epistolas. Et primū ad Italicā patritiā & Venantiū ita scribit. *Peccatis meis exigentib. ecce iam vndecim menses sunt, quod valde rarū est, si de lecto surgere aliqn̄ potuero. Tātis. n. podagrę, tantisq; molestiarū doloribus premor, vt vita mea mihi grauissima pęna sit. Quotidie n. in dolore deficio & mortis remedium expectando suspiro.* Et ad Eulogium Patriarchā Alexandrinū. *Ecce. n. iam bienniū penè expletur, quo lectulo teneor, tantisq; podagræ doloribus affligor, vt vix in dieb. festis vsq; ad horarum triū spatiū surgere valeam Missarum solēnia celebrare, mox aūt cōpellor cū graui dolore decūbere, vt cruciatum meū possim interrumpente gemitu tolerare. Qui dolor interdū mihi lentus est, interdū nimius. Sed neq; ita lentus, vt recedat, neq; nimius vt interficiat. Vnde fit, vt qui quotidie in morte sum, quotidie repellar à morte. Nec mirū, qui peccator grauis talis corruptionis carcere diu teneor inclusus. Vnde cōpellor clamare. Educ de carcere aīam meā,* Et ad Venantiū Episcopū Syracusanū antidota præscribit. *Podagræ dolorib. torqueor, qui & mihi & vobis nō dispariliter nocui, dum apud nos vehementer excrescunt, nos decrescere à vita fecerunt. Inter quos, quid aliud debemus, nisi semper delicta nostra ad memoriam reuocare, atque omnipotenti Deo gratias agere? Qm̄ qui ex carnis blandimento multa peccauimus, ex carnis afflictione purgamur. Sciendū quoq; est nobis, quia pœna præsens si animum afflicti conuertit, finis est culpæ præcedentis. Si autē ad timorē Domini minimè conuertit, initium est pœnę sequentis. Curandum igitur nobis est, & in fletibus tota mentis conuersione vigilandū, ne de tormēto ad tormenta transeamus, Considerandum quoque est, quantum erga* Greg. 7. ep. 127. Id. l. 8. ep. 35. Psal. 141. 8. G. lib. 9. ep. 23.

nos

nos dispensatione pietatis agit conditor noster quod morte dignos assi-
Heb.12.6. *duè percutit, et tñ adhuc minimè occidit. Nos ergo habemus iudicium, quia derelicti non sumus, qui assiduè flagellamur teste scriptura, quæ dicit. Quē diligit Dñs, castigat, flagellat aūt oēm filiū quem recipit. etc.*
Greg.c.6. Idē B.Greg. in lib. 1. dialogorum commemorat Mercellini Anconitani Episcopi sanctitati minimè obstitisse podagræ morbū, quo minus miraculis illustrit esset: quippe manibus licet gestatus alienis vrbis incendium ex aduerso corpus suum flammis obiiciens derepente cessare fecit, virtute quam pedibus potentior. Scilicet terra denegata est illi calcanda, vt hoc liberius cœlum mente conscenderet.

II. Rem. Considera, quid de articulorū dolorib. constanter ferendis & Ethnici philosophi senserint, scripserintq; M.T.Cic. in Tu-
Cic.lib.3. sculanarum quęstionū libris. *Solebat, inquit, narrare Pompeius, se cū Rhodū venisset, decedens ex Syria, audire voluisse Posidoniū, sed cū audiuisset eū grauiter esse ægrū, quod vehementer eius artus laborarent, voluisse tñ nobilissimū Philosophorum visere. Quē, vt vidisset, & salutauisset, honorificisq; verbis persecutus esset, molesteq; se dixisset ferre, quod eū non posset audire. At ille. Tu verò, inquit, potes: nec committā, vt dolor corporis efficiat, vt frustra tantus vir ad me venerit. Itaq; narrabat eū grauiter et copiose de hoc ipso, nihil esse bonū, nisi quod honestum esset, cubantem disputasse: cumque quasi faces ei doloris admoue[illegible] sæpe dixiße. Nihil agis dolor, quāuis sis molestus, nunquā te esse [illegible]bor malū.* Eandē sñiam amplectitur Tullius, nā mox subiicit *Hoc igitur tibi propone, amplitudinem, & quasi quandā exaggerationem quàm altissimam animi quæ minimè eminet contemnendis & despiciendis dolorib. vnam esse omniū rem pulcherrimā, eoque pulchriorem, si vacet populo, neque plausum captans se tantū ipsa delectet, & c quia nullū theatrū virtuti conscientia maius est.* Idē L.
Sen.ep.78. Ann. Seneca. nam agens de morborū dolorib. fortiter perferendis, inde probat & podagrę dolores cōtēnendos, quod amantissima nostri natura ita disposuerit, vt dolorē, aut tolerabilē, aut breuē faceret. *Maxime, inquiens, dolore consistunt in macerrimis corporis partibus. Nerui, articulique, & quicquid aliud exile est, acerrimè sæuit, cum in arcto vitia concepit. Sed cito hæ partes obstupescunt, & ipso dolore sensum doloris amittunt. Sic podagra, et chiragra, et oīs vertebrarū dolor, neruorūq; interquiescit, cū illa quæ torquebat hebetauit. omniū istorum prima verminatio vexat, impetus mora extinguitur, & finis dolendi*
In excerp. *est, obtorpuisse.* Et alibi. *Dolor imminet, si exiguus est, feramus: leuis est patientia. Si grauis est, feramus: non leuis est gloria. Dolor clamorē exprimat, dum secreta non exprimat. Nō põt homo par dolori esse, nec rōni dolor. Dura res est dolor, imò tu mollis. Pauci dolorē ferre potuerūt. Simus ex paucis. Imbecilles natura sumus. naturā infamare nolite illa nos fortes genuit. Fugimus dolorē. Quid, quod ille sequitur fugientes?*

AN-

ANTIDOTA

Pro Impatientia in morbo lepræ.

I Antidotũ est patientia, quia lepræ morbus opinione hominum habetur maximus omnium & miseratione dignissimus, tum quia incurabilis est, tum quia totum hominis corpus deformat & excedit vsque ad ossa, ac omnib. hominib. etiam parentib. fratribus & amicis abominabile reddit, vt eius conspectum & societatẽ ferre non possint, vt latè describit Gregorius Nazianz. in oratione de pauperum amore. Vnde Aug. vel si quis alius est auctor, in sermonib. ad fratres in eremo, sic alloquitur leprosus. *Fratres mei dilectissimi, scio quod percussit vos Deus, & leprosi facti estis vsque ad diem mortis vestræ. Ideo obsecro vos in Domino, vt non deficiatis in tribulationib. quæ sunt pro gloria vestra. Si stomachus doleat, si venter infletur, si totius corporis dolor vos inquietat, si calamitas vos vndiq; vexat, sẽper vos lætificet in oĩb. laborib. vitæ huius amor vester in Deũ, & pia patientia, & certa spes superiorũ. Despiciamus sanitatẽ, & æternã quietẽ, et sanitatẽ recipiemus. Vobis languẽtib. patientia summè necessaria est. Nullus n. beatus esse poterit, nullus cælorũ ciuis efficitur, nullus amicus Dei cõstituitur, qui inter mala patiẽs nõ inuẽtus fuerit.* Aug. ser. 36.

II Antidotum. Considerare patientiam Iob, non solum quia D. Iacob. nominatim eius patientiam omnib. spectandam proponit, sed quia S. Patres diserte testantur Iob cum alijs plurimis morbis, quoque lepra exitiali, quam vocant elephantasin, laborasse. Vt Chrysost. Apollinaris, Beda, Philippus presbyter, & alij. Aug. loco citato verba sunt Hæc. *Ecce S. Iob, iustus, sapiens, diues, rectus & timens Deum, & tamen leprosus efficitur, non conqueritur, extra castra proijcitur, ab hominibus despicitur & deseritur. Ab vxore blasphematur.* Lex enim lata in Leuitico est. *Quicunque maculatus fuerit lepra, cĩ tempore quo leprosus est & immundus sol. s habitabit extra castra.* Vnde & in libris Regum legimus regem Azariam, qui & Ozias, lepra percussum à Deo, vrbe & regno cedere, & in domo libera morari. Iob aũt sedisse in sterquilinio extra ciuitatem aperte habet editio LXX. interpretum, & S. Patres fatentur, ideo Iob figurã fuisse patiẽtis Christi *extra portã passi.* Deinde, sicut leprosi abominabiles esse solent ẽt fratrib. suis, & amicis, ita & Iob. *Fratres meos,* inquit, *longe fecit a me, & noti mei quasi alieni recesserunt a me dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerunt obliti sunt mei.* Danique sicut leprosi implacabili pruritu vexari solent, ita & Iob, sic vt coactus fuerit *testa saniem radere;* solent enim in leprosis digiti intumescere & putrescere, vt vnguibus se scabere nequeant.

Iac. 5. 11. Leu. 13. 45. 4. Reg. 15. 5. 2. Par. 26. 21. Hebr. 13. 12. Iob 19. 13. Iob 2. 8.

AN-

III. Antidotum est conijcere oculos in Christū Crucifixum, quē
Iac. 5. 11. lobo coniunxit B. Iacob. *Vidimus eū*, inquit Propheta Isaias, *& non*
Isa. 53. 2. 3. 4. *erat ei species neq; decor, despectum & nouissimum virorum, & quasi absconditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus eum. Et nos putauimus eum quasi leprosum & percussum a Deo & humiliatū.* Verè leprosus apparebat, quia corpus eius secundum varias partes intumerat, prout magis minusve flagris, spinis, clauisq; erat exulceratum. Varius quoq; color erat, nunc pallidus, nunc ater, nunc rubens, nunc liuidus ex vibicib. flagellorū; capilli, oculi, faciesq; tota sanguine & sputo fœdata, ac ita deformata, vt Pilatus solū eius conspectum putauerit sufficere ad obdurata Iudęorum corda mollienda. Vnde Aug. ad leprosos. *Nihil tam salutiferum est, quā quotidie cogitare, quanta pro nobis pertulit Deus & hō. Ecce. n. saluator passus est, leprosus in cruce factus est, patiens factus est, nobis relinquens exēplū*
1 Pet. 2. 21. *vt sequamini vestigia eius. Quod si feceritis, non solū infirmitatē non moleste portabitis, sed cū Propheta clamare voce & opere non desistetis.*
Psal. 30. 11. *Deficiat in dolore vita mea, & anni mei in gemitib.* Hinc forte factū est, Christū sæpe dignatū sanctis suis apparere in spē leprosi, vt Martyrio Monacho apud B. Greg. ita scribentē. *In terra Lycaonia*
Greg. ho. 39 in Euang. *Martyrius vitæ valde venerabilis monachus fuit, qui pergēs ad monasteriū quoddā leprosum quendā inuenit in via, ad hospitiū suū redire volentē quidē, sed nō valentē. Eū itaq; pallio suo cōstrictū super humerū leuauit, & detulit, vicinusq; monasterio, ad quod tēdebat magna voce clamauit. Currite, ianuas monasterij cito aperite, quia frater Martyrius venit* Dominum *portans. Statim verò, vt Martyrius ad monasterii aditum peruenit, is qui leprosus putabatur de collo exiliens, & in specie vera Christi Dei & hominis apparens ad cœlum redit dicēs. Martyri tu me non erubuisti super terram, ego te non erubescam super cœlos. Narrabat autē postea Martyrius, quod cum eū portasset pondus minimè sensisset. nec mirum, quia portantem omnia.*

ANTIDOTA

Pro Impatientia in Paupertate.

Psal. 61. 11. I. Antidotū. Cōsidera Spiritus sancti oracula in verbo Dei cōpluria. Primò. n. monet, ne cor, vel spē figas in diuitijs, vt in Psal. Di-
Prou. 11. 28. Eccl. 18. 25. Eccl. 31. 8. *uitiæ si affluāt nolite cor apponere.* Et in Prou. *Qui confidit in diuitiis*
1. Tim. 6. 17. *suis corruet.* Et apud Eccl. *Memento paupertatis in tpe abundantiæ.* Et. *Beatus diues, qui post aurū non abiit, nec sperauit in pecunia thesauris.* Et apud Paul. *Diuitib. huius seculi pręcipe nō sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiarū.* 2. docet diuitias cām pbere multis tenta-
Eccl. 31. 6. & 21. 10. tionib. vt apud Sap. *Multi dati sunt in auro casus, & facta est in specie*

tie illius perditio illorũ. Et. *Si diues fueris, nõ eris immunis à delicto.*
Et apud Apost. *Qui volunt diuites fieri, includũt in tentationẽ, & in* 1. Tim 6 9.
laqueũ diaboli, & desidera multa inutilia & nociua q̃ mergunt hoĩes
in interitũ & perditionẽ 3. docet diuites auaros eẽ regno cęlorũ ex-
clusos. *Vbi sunt,* ait Baruch, *qui argentũ thesaurizãt, et aurũ, ĩ quo cõ* Bar 3.18.
fidũt hoĩes? exterminati sunt, & ad inferos descẽderunt. Et apud Lu Luc. 6 24 &
cã Chrs. *Ve vobis diuitib. qui habetis consultationẽ vestrã.* Et. *Faci-* 18.25.
lius est camelũ per foramẽ acus trãsire, quã diuitẽ intrare in regnũ cæ
lorũ. 4. monet ne solliciti simus de reb. tpalib. Vt apud Matth. *Ne so-* Ma 6.25.33
liciti sitis aĩæ vestrę quid mãducetis, neq. corpori vestro, quid indua-
mini. Quærite primũ regnũ Dei & hec oĩa adiiciẽtur vobis. 5. vt con- Prou. 30 8.
tẽti simus victu & amictu. Vnde in Prou. Salomon. *Mendicitatẽ &*
diuitias ne dederis mihi, tribue tñ victui meo necessaria, ne forte satia
tus illiciar ad negandũ, & dicã: quis est Dñs? Et Apost. *Habẽtes ali-* 1. Tim. 6 8.
menta & quib. tegamur, his contẽti simus. 6. cõsulit oĩb. perfectã pau- Mat. 19. 21
pertatẽ, qua oĩa descenãtur. Vt apud Matth. adolescẽti diuiti. *Si vis*
perfectus esse, vade & vende oĩa quæ habes, & da pauperib. 7. pauper
tatẽ laudat. Vt in Psal. *Melius est modicũ iusto.* Et in Prou. *Me-* Psal 36.16.
lius est parũ cum timore Dñi, quã thesauri magni & insatiabiles. 8. Prou. 15.16.
pauperib. promittit regnũ cęlorũ. Nã Tobias ad filiũ sic loquit. *No-* To 4.23.
li timere fili mi, pauperẽ quidẽ vitã gerimus, sed multa bona habebi Psal. 67. 11.
mus, si timuerimus Deũ. Et rex Dauid. *Parasti in dulcedine tua pau-* Matth. 5 3.
peri Deus. Et Christus. *B. pauperes Spiritu, qm̃ ipsorũ est regnũ cælorũ.* Luc. 16. 22.
Et Lucas. *Factũ est, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Ange-*
lis in sinũ Abrahę. 9. denũciat nos pauperes in mundũ venisse, &
pauperes exituros. *Nihil. n. intulimus in hunc mundũ,* ait Apost. *haud*
dubiũ, quod nec auferre quid possumus. Et Iob ditissimus oĩb. spolia- 1. Tim. 6.7.
tus *Nudus,* inquit, *egressus sum de vtero matris meæ, et nudus reuer* Iob 1.21
tar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit. Sit nomẽ Dñi benedictũ.
II. REM. Cõsidera S. Patrũ sñias. Cyp. serm. de Orõne Dñica. Pau Cyp. ser. 6.
lus in epist. ad Timoth. *docet nõ tm̃ contẽnendas, sed & periculosas* 1. Tim 6.9.
esse diuitias, illic esse radicẽ malorũ blandiẽtium, cecitatẽ mentis hu
manæ occulta depredatione fallẽtium. Vnde & diuitẽ stultũ seculares
copias cogitantẽ, & se exuberãtium fructuũ largitate iactãtẽ redar-
guit Deus, dicẽs. Stulte hac nocte expostulatur aĩa tua, quę ergo para Luc. 12. 20.
sti cuius erunt? Cõtra aũt Dñs perfectũ & cõsummatũ docet fieri, qui
oĩb. suis vẽditis, atq; in vsum pauperũ distribuens thesaurũ sibi cõdit Matt. 19. 21.
in cælo. Eũ dicit posse se sequi, & gloriã Dñicę passionis imitari, qui
expeditus & succinctus nullis laqueis rei familiaris inuoluitur. Si di-
cas, vñ paup ille oĩb. destitutus se alet? Rñdet Cypr. Dñm, ideo nos
docuisse orare, Panẽ quotidianũ da nobis hodie. *Neq. n.* inquit, *de-*
esse quotidianus cib. põt iusto, cum scriptum sit. Nõ occidit Dñs fame Prou. 10 3
animã iusti. Et iterum. *Iunior fui, senui, & nõ uidi iustũ derelictum,* psal. 36. 25
neque

Matt. 6. 31. neq; semen eius quærẽs panẽ. Itẽ Dominus promittat & dicat. Nolite cogitare dicẽtes, quid edemus, aut quid bibemus, aut quid vestiemur? hęc.n.nationes quærunt. Scit aũt Pater vester, quia horũ oĩum indigetis. Quærite primũ regnũ & iustitiã Dei, & hæc oĩa apponẽtur vobis.
Psal. 14. 35. Nã cũ sint Dei oĩa, habenti Dñm nihil deerit, si Deo ipse nõ desit. Sic
3. Reg. 17. 6. Danieli in Leonũ lacu iussu regis incluso, prandiũ diuinitus procura-
Basil. serm. 2. tur. Sic alitur Elias in fuga & solitudine coruis ministrantib. Basil. in Psalmum 14. Nullã paupertas cõciliat hoĩ turpitudinẽ. Hoc vno pauperes à diuitib. differimus, quod securi sumus, atq; eos vigilãtes continuo, nos dormiẽtes ridemus: præterea in magna quiete agẽtes eos in ma-
Hom. 10. gna rerũ perturbatione constitutos ipsi aspicimus. Et in homil. de Ira. Quid miser angeris pauperis appellatione? Reminiscere, quod quẽadmodũ nudus in mundũ venisti, nudus ẽt egressurus es. Quid.n. nudo pauperius? Nihil profecto graue audisti, nisi tibi ipse, quæ sunt obiecta, augeas. Quis vnquã ob paupertatẽ in carcerẽ ductus est? Nã egere non turpe quidẽ, aut aliquod probrũ fuerit, sed paupertatẽ generosè nõ ferre. Memor sis D. N. Iesu Christi, qui cũ diues esset, nostri gratia agere voluit. Io. Chrys. hom. de auaritia. Paupertas ẽst tutũ asylũ, portus trã-
Chrys. quillus, perpetua securitas, delicię periculorũ expertes, voluptas syncera, vita turbationũ nescia, vita fluctuũ ignara, copia inexpugnabilis, Philosophię parẽs, frenũ intẽperãtiæ, supplicii sublatio, radix modestię. Et paulo post. Si qñ in nauigiis est onus iusto grauius, demergit cymbã: cũ verò est moderatũ, prospero fertur cursu. Idẽ usu venit in nostris ædib. Cũ vltra quã vsus postulat cogeris pecunias, exigua venti procella, & quiuis rerũ inexpectatarũ incursus demergit cymbã: at si tñ reponas, quantum postulat necessitas, ẽtsi vehemẽs turbo ingruat, facile percurris vndas. Noli igitur plus cõcupiscere, quã exigit necessitas, ne totũ amittas. An nõ uides, quod agricolę uitẽ putãt, ne vim oẽm in pãpinis & palmitib. sed in radice proferat? Idẽ & tu facito. Qđ si facere recuses reb. prospęs aduersas. In trãquillitate tẽpestatẽ expectata, in sa-
Eccl. 18. 25. nitate morbũ, in diuitiis paupertatẽ & mendicitatẽ. Memento, inquit, scriptura, tpis famis in tpe abundãtię, egestatũ in dieb. opulẽtiæ.
Amb. li. 6. 8. Amb. in Exaemeron. Attẽde tibi pauper, qa oĩa tua pretiosa est, etsi caro mortalis, diuturna aĩa; & si tibi deest pecunia, nõ deest gratia, & si nõ est domus ampla, nõ diffusa possessio, cælũ patet, terra libera est. Oĩb. in cõe elemẽta donata sunt, patẽt a que diuitib. atq. pauperib. ornamẽta mundi. Nunqd pulchriora pretiosissimarũ domorũ aurata la-
Baruc. 3. 24. queria, quã cæli facies stellis insignis fulgẽtib. Nunquid lautiora diuitũ rura, quã spatia terrarũ? Maiorẽ domũ tu hẽs pauper, in qua clamas
Matt. 19. 23. & exaudiris. O Israel, inquit Propheta, quã magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius: magnus, & nõ hẽt finẽ, altus immensus. Domus Dei diuiti est cõis & pauperi. Difficile est tñ diuitẽ intrare
Lib. 5. c. 8. in regnũ Dei. Et rursus. Beata est, si bona sua nouerit cũ ueritate paupertas.

pertas,& oib.præferēda thesauris; qa melius est exiguū cū Dei timore, quā thesauri magni sine timore eius. Quātū est.n.qđ hoīem alat? aut si quæris,quod ēt abundet aliis ad gratiā,id quoq; non multū est. Aug. de verbis Apostoli. Felicitas magna Christianorū, quib. datum est, vt paupertate faciāt pretiū regni cælorū. Nō tibi displiceat paupertas tua, nihil ea pōt ditius inueniri. Vis nosse,quā locuples sit?cælū emit. Quib. thesauris cōferri possit, quod videmus paupertati indultū? Vt ad regnū cælorū veniret diues,possessione sua obtinere possit: tunc obtinet vt contēptu perueniat. Et in serm. de Natali Dñi. Vobis dico pauperes,q mendicatis, qui de eleemosyna Christianorū viuitis. Consolamini,consolamini, tribulatio vestra conuertetur in gaudiū,& dolor vester in lætitiā. Non vobis sit ingratū, quod mendicatis, nec ideo in corde vestro aliquid cōtra Deū dicatis,quia ille iustus & pius est in oīb suis. Et te ideo fecit pauperē, vt sufferendo breuē inopiā,æternā vitā acquireres. Et ideo patientes estote,& expectate Dñm. Leo I. serm. de Quadragesima. Semper diues est Christiana paupertas,quia plus est,quod hēt, quā quod non hēt. Nec pauet in isto mundo indigentia laborare,cui donatū est in oīum rerū Domino oīa possidere. Operantib. ergo quæ bona sunt non est oīno metuendū,ne eis desit facultas operandi,cū & in duobus nūmis Euangelicæ illius viduæ sit laudata donatio,& pro calice aquæ frigidę præmiū hēt gratuita largitio. Ex affectib.n.piorū benignitatis mensura taxatur. Seneca ad Luciliū. Multis ad Philosophandū obstitere diuitiæ,paupertas expedita est secura est. Si vis uacare aīo, aut pauper sis oportet, aut pauperi similis. Nō pōt studiū salutare fieri, sine frugalitatis cura frugalitas aūt paupertas volūtaria est. At necessaria deerunt. Deesse nō poterūt, quia natura minimū petit. Natura aūt se Sapiens accōmodat. Et rursum. Nemo alius est Deo dignus,quā qui opes contēpsit; quarū possessione tibi nō interdico,sed efficere volo, vt eas intrepide possideas; qđ vno cōsequeris mō, si te ēt sine ille beatē victurū persuaseris tibi,si illas tāquā exituras sp aspexeris. Et. Huc cogitationes tuę tēdāt,hoc cura,hoc opta, oīa alia uota Deo remissurus, vt cōuētus sis temetipso,& ex te na scētib.bonis. Quę pōt esse felicitas Deo propior? Redige te ad parua,et quib.cadere nō possis. Ille ingētis aī est qui diuitias,circūfusas sibi multū diuq; miratus, q ad se venerint, ridet,suasq.audit magis eē,q̄ sentit. Multū est nō corrumpi diuitiarū contubernio. Magnus ē ille q ī diuitiis paup est: sed securior,q caret diuitiis

Aug. ser. 29.

Aug. ser. 7. de temp.

Leo serm. 4.

Luc. 21. 3. Sen. ep. 4.

Ep. 18.

Ep. 20.

III. Antidotum. Considera paupertatē Christi, nostri Ducis,& antesignani, Pastoris,& magistri, immo creatoris & redemptoris: qui propter vos,inquit Apost. egenus factus est cum esset diues, vt eius inopia vos diuites essetis. Qui cum in forma Dei esset semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus,& habitu inuentus ut homo. Diues apud Patrem, inquit Aug. & pauper apud nos; diues in cælo, pauper in terra: diues Deus, pauper homo.

2. Cor. 8. 9. Phil. 2. 7.

Aug. i ps. 4

Ber n.ser.4. Quàm paupertatẽ, teste B. Bern. in serm. de natali Dñi, statim in ortu in corpore suo dedicauit, cũ infans in stabulo natus est, pannis inuolutus, & positus in præsæpio; eamq; graphicè describit B. Cyp. Cypr. ser. de natiu. *Nulla domus ambitio, nisi reclinatoriũ in stabulo, mater in fœno, filius in præsepio. Tale elegit fabricator mundi hospitium; huiusmodi habuit delicias sacris Virginis puerperiũ. Panniculi pro purpura, pro bysso in ornatu regio laciniæ congeruntur, pedissequas substantia familiaris nõ patitur, mancipiorum obsequia sumptus tenuis, & inops mensa excludit.* Et inf. *Nihil in illa paupertate videbatur diuinũ, non his quib. reuelatum est desuper, quorũ primi fuere pastores, quorum innocentia & simplicitas electa est, vt laus Christi perficeretur, qui piscatores & pastores sequentib. tpib. confunderent oratores, & à pauperibus & humilibus prædicatio paupertatis haberet exordium. Christus pauper discipulos diuites asperuatur pauper mater, pauper filius, inops hospitium his qui in forma huius scholæ in Ecclesia militant, præbens efficax documentum* Hæc ille. Huic pauperi initio respondit reliquus vitę progressus. Nam dixit. Matth. 8. 20. *Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet*, ac etiam exitus, cum nudus in cruce, expirauit.

IV. Antidotũ. Considera exempla innumerabilium sanctorum, Matt. 19. 27. qui Christi de paupertate consiliũ, & exẽplum sponte sunt secuti. & primo quidem secuti sunt Apostoli, quorum noĩe exclamauit B. Petrus. *Ecce nos reliquimus oĩa & secuti sumus te.* 2. Primi Christiani, Act. 4. 35. qui pecuniã ex agris diuenditis confectã ad pedes Apostolorum deposuerunt, nec amplius quidquã suum esse dixerunt. 3. Martyres, & Heb. 10. 34. alij, qui *rapinam bonorum suorum*, vt loquitur Apostolus, *cum gaudio susceperunt*, ne Christũ desererent. 4. eremitæ, Paulus, Antonius, Hilarion, Arsenius, Macarij, & alij eorum sectatores innumeri, qui Mat. 3. & 11. oĩbus opib. desertis arctissimam in victu & amictu paupertatẽ professi sunt, ad exemplum præcursoris Dñi Io. Baptistę, cuius partas ex Euangelica historia nota. 5. Ordinũ religiosorum fundatores Basil. Aug. Benedictus, Bruno, Franciscus, Ignatius, & quotquot eorũ leges vel regulas susceperunt. 6. qui deserto regno, principatu, vel magnis opib. extremam paupertatem vel mendicitatem elegerunt, vt S. Alexius, S. Rochus, S. Ioannes Calybita, S. Iudocus, & alijs.

V. Antidotum. Considera multos gentilium Philosophos sola natura rationeq; naturali duce, non solum sermone & scriptis, sed etiã Basil. ep. 169. vitæ exemplo diuitias paupertati posthabuisse. Hoc antidoto S. Basilius egregiè patefacit quendã Olympium, qui paupertatem *Philosophiæ altricem* longe finib. suis profligarat, eamq; inducit illum sic alloquentem. *Vt quid isti uiro* (Olympio) *cohabitare volui, nunc zenonẽ laudanti, qui cum in naufragio oĩa abiiceret, nihil nõ virile loquebatur, sed euge dicebat o fortuna, conicis nos in vestẽ attritam ac late*

riam

viam: nunc Cleanthen, qui mercenariam operam suā locauit fontib. hauriendis, vnde & ipse sibi victū cōparabat. Quin & Diogenē nunquam nō celebranti, qui iis tantum reb. viuere conatus, quæ essent ex ipsa natura, ita vt & pastorale poculum abiecerit, cū a puero cōcauis manib. deflexo capite bibere didicisset. Sic Hier. ad Paulinū de institutione monachi alios. *Crates ille Thebanus*, inquit, *hō quodā ditissimus, cum ad Philosophandū Athenas pergeret, magnum auri pōdus abiecit, nec putauit se simul posse virtutes & diuitias possidere, nos suffarcinati auro Christum pauperē sequimur, &c.* Et contra Iouinianū. *Crates ille Thebanus proiecto in mari non paruo auri pondere. Abite, inquit, pessum malæ cupiditates; ego vos mergā, ne ipse mergar a vobis.* Et paulo ante. *Platonici quoq; & Stoici in tēplorum locis & porticib. versabantur, vt admoniti augustioris habitaculi sanctitate, nihil aliud quā de virtutib. cogitarent. Sed & ipse Plato cū esset diues, & thoros eius Diogenes lutatis pedib. conculcaret, vt posset vacare Philosophiæ, elegit Academicam villā ab vrbe procul, non solum desertā, sed & pestilentē, vt cura & assiduitate morborū libidinis impetus frangeretur, discipuliq; sui nullā aliā sentirent voluptatē, nisi earū rerū, quas discerent.* Sic putefacit hoc antidoto B. Aug oēs Christianos. *Quo*, inquiens, *se audebit extollere de voluntaria paupertate Christianus, vt in huius vitæ peregrinatione expeditior ambulet viā, quę perducit ad patriā, vbi veræ diuitiæ ipse Deus est, cū legat L. Valerium, qui in suo defunctus est Consulatu vsq; adeo fuisse pauperē, vt nūmis a populo collatis eius sepultura curaretur? Legat Q. Cincinnatū, cū quatuor iugera possideret, & ea suis manib. coleret, ab aratro esse abductū, vt dictator fieret victisq; hostib. ingentē gloriā consecutū, in eadē paupertate mansisse. Aut quid se magnū fecisse predicabit, qui nullo præmio mundi huius fuerit ab ęternę illius patriæ societate seductus, cū Fabriciū didicerit tantis munerib. Pyrrhi regis Epirotarū, promissa et quarta parte regni, a Romana ciuitate non potuisse diuelli, ibiq; in sua paupertate priuatum manere voluisse?* Et inf. *Hæc proposita sunt necessariæ cōmonitionis exempla, vt virtutes, quarum istæ vtcumq; sunt similes quas isti pro ciuitatis terrenæ gloria tenuerunt, pro Dei gloriosissima ciuitate non tenuerimus, pudore pungamur: Si tenuerimus, superbia non extollamur. Quoniam sicut dicit Apostolus. Indignę sunt passiones huius tēporis ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis. Ad humanā vero gloriam, pręsentisq; temporis satis digna vita existimabitur illorum.*

Hier. ep. 13 — Id. lib. 2. — Aug. l. 5. de ciu. c. 18. — Val. Max. l. 4. c. 4. — Rom. 8. 18.

VI. Antidotū est eiusdē Basilii hom. in dictū Moysis. Attende tibi ipsi. *Victus quotidiani indigus es? de tu proinde*, inquit, *desponderis animū. Cōtēplare bona, tū q iā a Deo tibi collata, tū quę in futurū promissione reposita. Primū qđ hō es, solus Dei cōditoris manib. formatus: adde, ad imaginē illius, & qui potes per uitae probitatē prouehi ad Angelicā dignitatē. Animam sortitus es intelligētia praeditā, cuius solertia*

Basil. hom. 3.

 Deum

Deum agnoscis, omnesq; res naturales. Tibi seruiunt vniuersa animantia omnia terrestria, & aquatilia, & quae in aere circumuolitant. Tuum inuentum sunt artes vniuersae. nonne ciuitates condidisti? nonne cōmoda, delicias, & v s huius excogitasti? nonne maria tōne peruia reddidisti? ōne caelū suū astrorum chorū, ordinemq; tibi ostentat? Quid igitur pusillo aīo? An qd desit equus freno argenteo ornatus? at Solē hēs aureum toto die, & Lunā argenteā nocte tibi praeradiantē. Non dormis in lecto eburneo? At terra ebore pretiosior est in qua requiem dulcē oīs curae expertē accessis. Non sunt laquearia aurea? Atqui caelo tegeris innumeris stellis radiante. Haec humana sunt sequuntur augustiora. Deus propter te inter hoīes versatus est, Spiritum sanctum misit, mortē destruit, spem resurrectionis dedit. Praecepta promulgauit, quae vitam perficiunt tuam, quorū obseruatio iter aperiat ad vitam aeternam, & coronam paratā illis qui labores pro virtute non defugerint. Interim nec necessaria ad praesentem vitam deerunt: quare causa non est, vt animo angaris.

VII. Antidotū. Considera quā multis & grauit. curis multę opes mentem pugnant, & discrucient, vt meritò Dñs apud B. Matthaeū appellet spinas, & diuitias fallaces. Spina. n. primò & dolorem creat cum infigitur, & cum infixa manet, & cum extrahitur; sic diuitiae magno labore acquiruntur, maiore timore conseruantur, & maximo dolore amittuntur, iuxta illud B. Bernardi in serm. de conuersione ad clericos. *Diuitiarum, inqt, amor longè amplius desiderio torquet aīam, quam refrigeret vsu, vtpote quarum acquisitio quidē laboris, possessio verò timoris, amissio plena doloris inuenitur.* 2. Spinae suffocāt semē, vt Christus dicit, idq; pp tria. primò qa humorē terrę exhauriunt, vt nihil suppetant semini. 2. solē & imbrē excludunt. 3. crescentes ē terra aristas impediunt. Sic amor diuitiarū primo oēm diuini amoris pinguedinē exhaurit. *Si quis. n. diligit mundum*, inquit B. Io. *patris caritas non est in eo.* 2. solem diuinae gratiae non magis admittit, quā clausa spelunca solis radios. *Mundus*, inquit Christus, *quod suum est dilīgit*. Sed & imbrē diuini eloquij impedit, quo minus in cor defluat. *Nā vt vociferantiū clamor*, inquit Greg. Naz. *obuii flatus impetu frangitur, sic interna mentis cogitatio, externorū solicitudine interpellatur.* Deinde conantē se ad caelestia cogitanda erigere, & de aīae salute serio tractare, ita amor ille opū deprimit, vt quod sanctę proposuit fortiter exequi nō valeat. Totus ei rei deditus, cuius amore tenet. *Vbi .n. thesaurus tuus*, ait Christus, *ibi, & cor tuū*. Vnde S. Ant. de Padua Prophetico Spiritu plenius in cōcione funebri pro vsurario habita ait. Mortuus est his diues, & sepultus est in inferno. Ite ad thesaurū eius & ī illius medio inuenietis cor eius corpore iā humato. Abierūt parātes & amici, & cor adhuc calidū inter nūmos inuenerūt. 2. Spinęta sūt latibula venenatorū aīaliū, sic diuitiae vitiorū. Vbi. n. magnę opes, ibi fastus, ābitio, luxus, gula, comessationes, ebrietates, & ipse diabolus.

Matt. 13. 22.
Bern. ò 12.
1. Ioan. 2.
Ioan. 15. 19.
Greg. lib. 2. de Theol.
Matth. 6. 21.
In vita apud Sur. to. 3.

bolus. *Diabolus*, inquit Chrysost. *veluti serpens spinis occultatur, intra diuitiarum impostură assidue latitans radix omnium malorum cupiditas*. Recte ergo apud Laertium Diogenes diuitias vocauit *velamentum malitiæ*. Quia vero secundum huius mundi iudicium paupertas & egestas magis pungere & excruciare mentem vñr, quam opes; eo quod multi de quotidiano victu suo & suorũ anxij sint, perpende & sequens antidotum. Chrysost. ho. 8. 1. ep. ad Ro. Laert. lib. 6.

VIII. Antidotũ. Considera etiãsi quidã ob inopiã plus æquo anxij sint, id tñ non esse probandum, quia Christus apud Matthæum diserte vetat, ne de victu & amictu soliciti simus more gentiulium, promittitq; necessaria non defutura, sicut nec volatilib. cęli, si primũ quæramus regnũ Dei. *Quærite*, inquiens, *primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hęc oĩa adiicientur vobis*. *Regnum Dei*, est gratia Dei in qua aĩarum nostrarum vita consistit. vnde apud Lucam dicitur. *Regnum Dei intra vos est*. *Iustitia* verò *eius*, est obseruatio mandatorum, quo sensu Zacharias, & Elisabeth dñr *in omnib. iustificationibus*, i. mandatis Dei, *ambulasse*. Inter mandata aũt Dei computatur, vt homo ex parte sua non otietur, sed primum à Deo in quotidianis precib. *Panem quotidianum*, vt liquet ex oratione Dñica, hoc est, victum & amictum, postulet, deinde St laboret manibus suis. Nam in Adamo protoplasto cibus à Deo dictum. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*. Quod sciens Iob *Homo*, inquit, *ad laborem nascitur, sicut auis ad volatum*. Et Salomon pigrũ laborare nolentẽ amandat ad formicã æstate colligentẽ, vnde viuat in hyeme. Apostolus denique pœnam denunciat. *Qui*, inquiens, *non vult operari, non manducet*. Cũuenit id cũ similitudine de auib. cęli, quas non serentes, neq; metentes, Deus pascit; videmus. n. & illas in victu quotidiano nõ parcere laboribus. Elegans huius rei exemplum prodit Amb. in Hexameron, de aue verè cœlesti hirundine. *Illud*, inquit, *in ea præclarum, qua gratia domos sibi sine vllo adiutore tanquam artis perita componat. Legit. n. festucas ore, easque luto illinit, vt conglutinare possit, sed quia lutum pedibus non potest deferre, sumitatem pennarum aqua infundit, vt facile his puluis adhęreat, & fiat limus, quo paulatim festucas colligat, atq; adhęrere faciat, eo genere nidi totius fabricam struit vt quasi pauimenti soli pulli eius intra ędes suas sine offensione versentur. Sed hoc officiũ industrię prope cõmultis auib. illud verò singulare, in quo est pręclara cura pietatis, & prudentis cognitionis insigne, tum quædã medicę artis peritia, quod si qua pulli eius fuerint cæcitate suffusi oculos, hẽt quoddam medendi genus, quo possit eorum lumina intercepto vsui reformare. Nemo igitur de inopia queratur, qđ vacuas pecuniae proprias aedes reliquerit. Pauperior est hirundo, quae vacua aeris abũdat industria. Aedificat, nec impedit: tecta attollit, & nihil aufert proximi, nec indigẽtia & paupertate ad nocẽdũ alii cõpellit, nec in* Matt. 6. V. 33. Luc. 17. 21. Luc. 1. 7. Luc. 11. 3. Gen. 3. 19. Iob 5. 7. Prou. 6. 6. 2. Thes. 3. 10. Amb. lib 5. c. 17.

gratū filiorum imbecillitate desperat. Nos verò & paupertas afficit, & inopiæ necessitas vexat, & plerosq; cogit in flagitium, impellit in crimen, improuidi & inertes iacemus, cum de diuina miseratione tunc sperandum amplius sit, cum præsidia humana deserint.

Vide. V. *Amor sui. Auaritia. Impatientia in aduersis. Tristitia.*

ANTIDOTA

Pro Impatientia in damno rerum temporalium.

I Antidotū. Cōsidera exēpla eorū qui patiēter oīum, vel quorundā facultatū suarū iacturā tulerunt. Primū est patientissimi Iob, de quo Tertull. *o felicissimū illum, qui oēm patientiæ spēm aduersus oēm diaboli vim expunxit. Quē nō abacti greges, nō illæ in pecore diuitiæ, nō filii vno ruinę impetu adēpti, nō ipsius deniq; corporis in vulnere cruciatus, a patiētia, fide Dño dedita, exclusit, quē diabolus totius virib. frustra cecidit. Neq. n. a respectu Dei tot dolorib. auocatus ille est sed cōstitit nobis in exēplum & testimoniū, tā spiritu, quā carne, tam aīo quam corpore, patieatiæ perpetrādæ, vt neq; dānis secularium, nec amissione carissimorū, nec corporis quidem conflictationib. succidamus. Quale in illo viro feretrum Deus de diabolo extruxit? Quale vexillū de inimico gloriæ suæ extulit, cū ille hō ad hēim acerbū nuncium, nihil ex ore promeret, nisi Deo gratias?* II. est Ezech. regis, qui, vt est in sacra regū historia, cū audisset, Deo puniente, oēs opes suas in Babylonē transferēdas, eo qđ illas Babylonij regis legatis nimis iactāter ostendisset, aīo turbatus non est, sed rñdit. *Bonus sermo Dñi, quem locutus es. Sit tm̄ pax in dieb. meis.* Qua patientiæ humilitate meruit vt regiæ gazæ direptio ad successores eius Ioachim & Sedichiam differretur, qñ & populus ob scelera sua tractus est in captiuitatem. III. est Christianorū innumerabiliū, qui inde ab exorto Christianissimo per annos 300. in varijs persecutionib. rapinā oīum facultatū suarū libenter sustinnere. E quib. fuere, de quib. D. Paulus scribit in epist. ad Heb. *Rememoramini pristinos dies, in quib. illuminati magnū certamen sustinuistis passionū, nā rapinā bonorū vestrorū, cum gaudio suscepistis, cognoscentes uos habere meliorē & manentē substantiam.* IV. est Spyridionis in Cypro Trimithuntis Epi & ouiū pastoris, de quo Socrates in hist. Eccl. *Fures, inquit, quodā tpe nocte concubia, clā in ouilia eius irruunt, oues inde surripere moliuntur. Sed Deus, qui pastorē seruauerat, seruabat & oues. Nā fures vi quadā, qua oculis cerni non poterat, ad ouilia tenebantur astricti. Cum aūt dies illucesceret Spiridion ad oues venit. Vbi manus furū a tergo colligatas offendit, quod factū erat, cognouit, Deumq; precatus, eorū manus soluit. eosque hortatur, vt nō ex iniquis, sed ex iustis laborib. victū quęrere contenderent.*

Tert. lib. de patientia.

4. Reg 20. 10

Heb. 10. 34.

Soc. lib 1. 8

rent. Arietem illis dat, & cũ hoc facere dicto (vobis istum dono, ne frustra vigilasse videamini) liberos dimisit. Simile exemplũ est apud Greg. in dialogis, primum de Stephano apud Reatinã vrbem venerabili. *Fuit*, inquiens, *vir nihil in hoc mundo possidẽs, nihil requirens, solã cum Deo paupertatẽ diligens, inter aduersa semper patientiã amplectens. Is namq; cum quedã die messem, quã sua manu secuerat decisam ad areã deduxisset, nihilq; aliud cum discipulis suis ad totius anni stipendiũ haberet, quidã peruersæ voluntatis vir antiqui hostis stimulis instigatus eandem messem ita vt erat igne supposito in area incendit. Quod factum dum alter conspiceret, eidẽ Dei famulo cucurrit & nunciauit. Quod postquã indicauit, adiunxit dicens. Væ væ pater Stephane, quid tibi contigit? cui statim vultu ac mente placida ille respondit. Væ quid illi contigit, qui mihi hoc fecit? nam mihi quid contigit? In quib. eius verbis ostenditur, in quo virtutis culmine sedebat, qui vnum quod in sumptũ mundi habuerat, iam secura perdebat mente, magisq; illi cõdolebat, qui peccatũ cõmiserat, quã sibi, qui peccati illius dãna tolerabat*. Deinde de Libertino monasterii Fundensis præposito. In prouincia Sãnii, inquit, *idem vir pro vtilitate monasterii carpebat iter. Dumq. Darida Gothorũ dux cũ exercitu in eodẽ loco venisset, Dei seruus ex caballo quo sedebat ab eius hominib. eius proiectus est. Qui iumenti per litti dãnum libenter ferens ẽt flagellũ, quod tenebat, diripentibus obtulit dicens Tollite, vt habeatis qualiter hoc iumentũ minare valeatis. Quib. dictis protinus se in orõnem dedit. Cursu aũt rapido prædicti ducis exercitus peruenit ad fluuiũ, qui vocatur Vulturnus, ibiq equos suos ceperunt singuli hastis tundere, & calcarib. cruentare, sed equi moueri non poterant. & vnus eorũ intulit, quia ex culpa, quã seruo Dei in uia fecerũt illa sui itineris dispẽdia tolerabãt. Qui statim reuersi post se Libertinũ repererunt in orõne prostratũ. Cui cũ dicerẽt. Surge, tolle caballũ tuũ. ille respõdit. Ite cũ bono: ego caballi opus nõ habeo. Descendẽtes verò inuitũ eũ in caballũ, de quo deposuerãt, leuauerũt, & protinus abiecesserũt. Quorũ equi tãto cursu illud qđ prius nõ poterãt trãsire flumẽ trãsierũt, ac si ille fluminis alueus aquã minime hrẽt*. Eiusdẽ gñis est exẽplũ S. Medardi Ep̃. Nouionensis apud Suriũ V. exẽplũ S. Elisabethę Hungarorũ reginę, Ludouici Lantigrauij Cõiugis, q̃ mortuo marito ab Hassiæ magnatib. atce pulsa cũ liberis, oĩbusq. facultatib. spoliata est. Philippus Montanus Spirensis historiæ scriptor, Magnates, inquit, *qui Henrico defuncti principis fratri, per ætatẽ ad regni guvernacula nondũ idoneo adhærebãt, posthabito Dei timore. ac publica honestate Christi famulã fortunis oĩb. exutã ceu ignobilẽ aliquã arce coegerũt excedere, idq; eo modo, vt vix quisquã hospicio eiectã excipere auderet pp̃ sæuitiã, qua crudeles illi in eã bacchabantur. Quo tpe ipsa humano solatio plane destituta ad cœnobiũ Fratrũ Minorũ veniens, hymnũ quẽ* Te Deũ *laudamus uocant, decantari obnixe roga-*

Greg. 4. c. 19

Ibi. c. 1

Sur. 8. Iun.

Sur. 19. No.

uit; præclarè secum statuens Christi numen multo magis in aduersis,
quam prosperis rebus hymnis & laudibus prosequendum esse.

II.Remed. Obfirma aīum contra oēs calamitates aliqñ obuentu-
ras. Iacula.n. præuisa, vt hēt vulgare dictū, minus feriunt. Hoc anti-
dotum non solū à nostris, sed ēt ab Ethnicis diligenter semper in-
Eccl.11. 27. culcatū est. Immò à diuino spiritu in sacris litteris, dum ait. *In die*
Iob 3.24. *bonorum, ne immemor sis malorū, & in die malorum, ne immemor sis*
bonorū. Et Iob. *Antequā concedā suspiro, & tanquā inundantes aquę*
Iob 7.4. *sic rugitus meus. Quia timor, quem timebam, euenit mihi, & quod ve-*
rebar accidit, nonne dissimulaui, nonne silui, nonne quieui & venit su-
per me indignatio? Et rursum. *Si dormiero dicam, qñ consurgā? & rur-*
Chry hom. de auaritia. *sum expectabo vesperam, & replebor dolorib. vsq; ad tenebras.* Vnde
Chrysost. *Reb. prosperis, expectes aduersas. In tranquillitate tempestatē*
expecta, In sanitate morborum expecta, in diuitiis paupertatem ac men-
Eccl.18. 25. *dicitatem expecta. Memento, inquit, scriptura, tps famis in tpe abun-*
dantiæ; mendicitatē & egestatem in dieb. opulentiæ. Ad hunc modū
si fueris affectus, tum & diuitias, multa cum sobrietate administrabis,
& egestatem, si incidat, fortissimè perferes. Malum.n. inexpectatum
perturbat aīum, si incidat. Quod aūt expectabatur, si accidat, non mul-
Iob 36. *tum affert perturbationis.* Et paulo post. *Huius rei testis Iouis Nati-*
uitatis prædicens interitum. Siquidē illi, dum expectant, quod propheta
prædixerat, eis imminere calamitatē insanabilē, expectatione malorum
venturorū fregerunt irā numinis. Rursus iudæi non credentes prophetę
prædicenti Hierosolymorum excidium, acerba perpessi sunt. Et inf. ex-
ponēs cur Iob iā constās perstiterit in aduersis. *Nimirum,* inquit, *qa*
cum diues esset, expectabat egestatē: cum sanus esset, expectabat ægrota-
tionem; cū tot liberorū esset pater, expectabat, vt subito fieret orb. Et
hanc anxietatē semper apud se aluit, intelligens rerū humanarum natu-
Iob 3.24. *ram, & volubilitatem, eoq; dicebat. Timor, quē timebā, euenit mihi &*
periculū quod metuebam occurrit mihi. Neq; sibi, inquit, neq; quieui, sed
mihi venit indignatio. Non dixit, non sileo, neq; quiesco præsenti tpe, sed
non quieui, præterito tpe. Neq.n. rerum prosperitas attulit arrogan tiā,
sed expectatio tristium non sinebat me quiescere. Ex ethnicis, q hoc
remedium crebrius inculcarunt est Seneca, ad Marciā ita scribens.
Sen. li. de cō-solat. c. 9. *Vnde pertinacia in deplorationes nisi quod nihil mali, antequam eue-*
niat, proponimus. Quæ multo ante prouisa sunt, languidius incurunt.
Non putant futurum in quicquam tu putas non futurum, quod multis
scis posse fieri quod multis vides euenisse? Egregium versum audi, &
dignum Publio Cuiusuis potest accidere, quod cuiquam potest. Aufert
vim præsentibus malis, qui futura prospexit.

III.Remed. Considera, omnia bona fortunæ à Deo nobis esse da-
ta cōmodato, atq; aliena potius esse quā propria, quod indicauit B.
Iob, cum iis ereptis dixit, *Dominus dedit, Dominus abstulit. Nudus*

egressus

egressus sũ vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Et Ecclesiastes. *Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet secũ de labore suo.* Et Apostolus. *Nihil intulimus in hũc mundũ: haud dubiũ, quod nec auferre quid possumus.* Oĩa autem bona huius mũdi ꝓpria esse Dei, indicãt illa psalmographi. *Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarũ, & vniuersi, qui habitant in eo.* Et illud. *Si esuriero, nõ dicã tibi: meus est.n. orbis terræ, & plenitudo eius.* Deinde in Propheta Aggæo. *Meũ est argentũ, meum est aurũ, dicit Dñs exercituũ.* Vñ S Patres ex parabola de villico iniquitatis, q̃ est apud B. Lucã, colligerũt, diuites non esse opũ suarũ Dominos, sed dispensatores, vt Ambr. Beda, Theophylactus, Eutymius in eandẽ locum, ac ẽt B. Aug. in quæstionib. Euangelicis. Certe Tertull. in lib. de Patientia. *Quod nostrũ, inquit, videtur, alienũ est: nihil.n. nostrũ, qm̃ Dei omnia, cuius ipsi quoq; nos. Itaq; si dãno affecti impatientes erimus, nõ de nostro amissum dolentes, affines cupiditatis deprehendemur. alienũ quærimus, cũ alienũ amissum ęgrè sustinemus.* Et B. Basil. oratione in verba illa. *Destruam horrea mea*, sic scribit. *Tu nonne spoliator es, qui quę dispensanda accepisti propria reputas? est panis famelici, quem tu tenes: nudi tunica, quã in conclaui conseruas: discalceati calceus, qui apud te marcescit.* Et Ambr. *Sed ais, quid iniustũ est, si cũ aliena non inuadã, propria diligentius seruẽ? O impudẽs dictũ, propria dicis? quę? ex quibus reconditis in hunc mundũ detulisti?* Et Chryso. ad pop. Antioch. *Tuarũ rerum es ò homo, dispensator, non minus, quàm qui Ecclesiæ bona dispensat.* Et S. Leo de collectis. *Etiã terrenæ & corporeę facultates ex Dei largitate proueniunt, vt merito rationem eorũ quæsiturus sit, quę non magis possidenda, quàm dispensanda cõmisit.* Hoc antidoto Seneca Marciam suam consolati conatus est ita loquens. *Quicquid est hoc, Marcia, quod circa nos ex aduentitio fulget, liberi, honores, opes, ampla atria, & exclusorũ clientiũ turba, referi vestibula, clara, nobilis aut formosa cõiux, cæteraq; ex incerta et mobili sorte pẽdẽtia, alieni, cõmodatiq; apparatus sunt, nihil horũ dono datur: collatitiis & ad Dominos redituris instrumẽtis scæna adornatur. Alia ex his primo die, alia secũdo referẽtur: pauca vsq; ad finẽ pseuerabũt. Ita nõ est, quod nos suspiciamus, tanquã inter nostra positi; mutuo accepimus. Vsusfructus noster ẽ, cuius tẽpus illi arbiter muneris sui tẽperat.*

IV. REM. Moderatus amor bonorum fortunæ, iuxta illud psalmi. *Diuitiæ, si affluant, nolite cor apponere*, quo enim impensius ea amabis, hoc eorum amissione vehementius percelleris. Vnde B. Iob. *Si putaui aurum robur meum: & obrizo dixi, fiducia mea? Si lętatus sum super multis diuitiis meis, & quia plurima repetit manus mea? Humerus meus à iunctura sua cadat, et brachiũ meum cum suis ossibus confringatur.* Quod autem B. Iob. hoc remedium mentẽ suã contra omnia aduersa impendentia roborarit docet B. Chrysostomus

Iob. 1. 21. Eccl. 5. 14. 1. Tim. 6. 7. Psal. 23. 1. Psal. 49. 12. Agg. 2. 9. Luc. 16. 1. Aug. l. 2. q. 34. Basil. Amb. ser. 81. Chryso. ho. 34. Leo. ser. 5. Sen. de con sol. c. 10. Psal. 61. Iob. 31. 24. Chrys.

sostomus in hom. de Auaritia. *Quoniam*, inquit, *B Iob aduersa aīo longè ante preceperat, non est perturbatus, cū cerneret illa adesse, quo-*
Iob. 31. 24. *n. ā ne tū quidem, cū adessent læta, vehementer illis adhæsit.* Audi quid *dicat Quod si delectatus sum, cū mihi multæ effluerunt, si reposui copiosam auri vim mihi, si fiduciā habui in lapidibus pretiosis: si ad innumerabilia posui aīm meam.* Quid ais homo? non delectatus es *delitiis effluentib. tibi?* Nequaquam, inquit. *Quid ita? Quoniā videbā illarum instabilē fluxamq; naturā, videbā possessionē haud durabilem.*
Ibid 5. 25. *Aut non video, inquit, quidē Solem orientem ac deficientē, lunā verò intereuntē? non. n. in eodem manet statu. Quod aūt dicit, t. le est. Si stellæ, quę sunt in cælis, perpetuoq; lucent, recipiunt nonnullā mutationē: Sol deficiens, Luna interiens, an non extremæ sit dementię terrena p stabilib. fixisq; ducere? Eoq; nec p̄sentib. magnopere delectabar, nec de cedentibus vehementer cōtristatus sū, quoniā probè noueră earū rerū*
Cap. 10. ad Marciam. *naturā.* Idē remediū loco proximè allegato proponit Seneca. *Sæpè, inquens, admonēdus est aīus, amet vt recessura, imò tanquam recedentia. Quicquid à fortuna datū est, tanquam exēplo abiturum possideat.*

VIDE V. *Amor* ui. *Auaritia. Desperatio.* Immortificatio *passionū.* *Impatientia in aduersis. Ingratitudo. Ira. pusillanimitas. Tentatio. Tristitia. Vestium luxus Voluptas carnalis.*

ANTIDOTA

Pro Impatientia in morte parentum, liberorum fratrum sororum, mariti, vxoris, cognatorum, &c.

I. REM. Considera diuinæ scripturæ testimonia. Ea imprimis declarat non esse illicitum luctum pro mortuis, eo quod san-
Gen. 23. [?] ctissimi quique exitū suorū deplorarunt, vt Abrahā mortē Saræ v-
Gen. vlt. 10
Deut. vlt. 8 xoris, & Ioseph cū fratribus suis, mortē patris sui Iacob. Hebræi itē
2. Reg. 1. 17. mortē Moysis. Dauid mortem Saulis, Ionathæ, & filii Absolonis.
2. Reg. 19. 4. Christus quoque fleuit in morte Lazari. Et in Actorum Apostoli-
Ioan. 11. 35.
Act. 8. 2. corū historia viri timorati dicuntur planxisse planctu magno ob
Eccl. 22. 11. mortem B. Stephani. 2. docet moderatè esse lugendos mortuos. Nā Ecclesiasticus cum dixisset. *Supra mortuum plura, deficit. n. lux eius,* mox subiicit. *Modicum plora supra mortuum, quoniam requieuit.* Et paulo post. *Luctus mortui septem dies: fatui autem & impii, omnes*
Eccl. 38. 16. *dies vitę illorum.* Et rursus. *Fili in mortuum produc lacrymas, et quasi dira passus incipe plorare, & fac luctum secundum meritum eius vno die vel duob. propter detractionem*, id est, ne alii calūnientur te pre-
1 Thes. 4. 12. pter mortem lætari. Et B. Paulus. *Nolumus*, inquit, *vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini* (nempe nimium) *sicut & cæteri, qui spem non habent*, alterius vitæ scilicet.

II. REM.

II. REM. Considera priscorum Patrum dicta. Cyprianus de mortalitate. Nobis quoq; ipsis minimis & externis quoties reuelatum est, quàm frequenter atq; manifeste de Dei dignatione preceptum est, vt contestarer assiduè & publicè prædicarē fratres nostros nō esse lugendos accersione Dominica de seculo liberatos, cū sciam nō eos amitti, sed præmitti: recedentes præcedere, vt proficiscentes & nauigantes desiderari eos debere, non plangi: nec accipiendas hic esse atras vestes, qñ illi ibi indumenta alba iā sumpserint. Basilius de gratiarū actione. Neq; mulierib. neq; viris permittit decori & honestatis rō, vt vel luctū studio affectent, vel immodicis se conficiant lacrymis: tātum sinuatur, rebus minus letis esse quadernus mœsti, lenesq; fundere lacrymas, idq; silentio, citra vllū eiulatū, vestiū lacerationē neu puluere caput aspergant, nec alio quouis pacto indecorè se gerant, eorū exemplum imitati, qui humanarū rerū prorsus sunt rudes. Nonne Iob adamātino corde erat, cū momento tēporis plaga vna eademq; ei obtriti sunt liberi decē? Et in martyrem Iulittā. Filii carissimi, aut vxoris, quā ex animi sententia duxeras aut alterius cuiusdā ex amicissimis, obitus mœrore te affligit, nihil profectò graue homini prouido accidit, & ei, qui rectā rōnē vitæ ducē hēt, nec secūdū vulgi consuetudinē viuit. Imperatorū certè, & parū à natura informatorū est, grauius ob cōsuetudinis separationē angi, id qđ & aīalia rōnis expertia faciūt. Vidi et.n ipse aliqñ bouē ad sæpe lacrymantē, cū contubernalē suū morte ereptū cerneret. Ambr. de fide resurrectionis. Depone mœrorē, si potes: include, si nō potes. Aut absorbendus oīs, aut premēdus est dolor. Cur.n. mœstitiā tuā non rō potius quā dies leniat? nā qđ obliteratura est temporis series, melius prudentia mitigabit. Quin etiā hoc ipsū irreligiosū puto, erga ipsorū memoriā, quos dolemus amissos, vt obliuisci eorū malimus, q̄ cōsolatione mulceri: aut cū horrore reminisci, quā meminisse cū gratia. recordationē timere, quorū imago debeat esse voluptati. Hiero. ad Paulā super obitu Blesillæ filiæ plus æquo plangentē. Detestādæ sūt istæ lacrymæ, plenæ sacrilegio, incredulitate plenissimæ, quæ nō habent modū, quæ vsq; ad vicinā mortis accedunt. Vlulas & exclamitas, & quasi quibusdā facib accēsa, quantū in te est, tui semper homicida es. Sed ad talē clemens ingreditur Iesus, et dicit. Quid ploras? nō ē mortua puella, sed dormit. Irrideāt circūstātes. Ista infidelitas Iudæorū est. Te quoq; si ad sepulchrū filiæ volueris volutari Angelus īcrepabit. Quid q̄ris viuētē cū mortuis? Chry. ad populū Antioch. Migrātes lugeamus, nō prohibeo. Lugeamus, sed nō indecēter, nō comas vellētes, nō detegētes brachia, oculos nō dissipātes, nō pullis vtētes vestib. sed tātū in aīo silēter amaras fundētes lacrymas. Licet n. et absq; hoc exteriori cultu, amarè lugere, nec illudere dūtaxat. A ludibriis n. minime differūt, q̄ gerūtur à nōnulis. Qđ.n. nō ex dolore sint illi forēsis plāctus, sed ex ostētatione potius, et inani gloria, inde clarū ē, qđ multæ partē hoc faciūt. Amarè plora domi, vbi nemo te spectet: hoc est misericordiæ, hoc et tibi pro-

Cypr. ser. 4.

Basi. hom. 4.

Io hom. 5.

Amb. orat. 2. de morte fratris

Hier. ep. 25.

Chry. ho. 69

Aug.c.7. *bi prodesse potest.* Aug. lib. 19. de ciuitate Dei. *Quorum nos vita propter amicitiæ solatia delectabat, vnde fieri potest, vt eorum mors nullam nobis ingerat mæstitudinē? Quā qui prohibet, prohibeat, si potest, amica colloquia, interdicat amicabilem societatem, vel intercidat affectum omniū humanarū necessitudinum, vincula mentis immiti stupore dirūpat; aut sic eis vtendū censeat, vt nulla ex eis animum dulcedo perfundat. Quod si fieri nullo modo pōt, et hoc quo pacto futurū est, vt*
Bern. se. 26 *eius nobis amara mors non sit, cuius dulcis est vita?* Bern. in Cantica.
Ioan. 11. 35. *Christus certe ad tumulū Lazari, nec flētes arguit, nec à fletu prohibuit: insuper & fleuit cū flentibus Et lachrymatus est, inquit, Iesus. Fuerunt lachrymę illæ testes profecto naturę, non indices diffidentiæ. Deniq; & prodiit mox ad vocē eius, qui erat mortuus, ne cōtinuo putes fidei preiudiciū dolentis affectū Sic nec fletus vtiq; noster infidelitatis est signū, sed conditionis indiciū Nec quia percussus (mors fratris Gerardi) ploro, arguo ferientem, sed pronoco pietatē, seueritatē flectere satago. Unde & verba mea dolore sunt plena, nō tamen & mur-*
Seneca c. 7 *mure.* Seneca in consolatione ad Polybiū, cui frater obierat. *Aliqd à nobis natura exigit, plus vanitate contrahitur. Nunquā aūt ego à te, ne ex toto mœreas, exigam. Et scio inueniri quosdam durę magis quā fortis prudentiæ viros, qui negent doliturū esse sapientē. Hi verò vidētur, nunquā in huiusmodi casū incidisse. Satis prestiterit rō, si id vnum ex dolore, qđ & superest & abundat, exciderit. Nā vt quidē nullū omnino esse eū patiatur, nec sperandū vlli, nec concupiscendū est. Fluant lacrymę, sed eædē desinant; trahātur ex imō pectore gemitus, sed iidē & finiatur. Sic rege animū tuū, vt & sapientib. te approbare possis et*
Id. cap. 7. *fratrib.* Et ad Marciā *Aspice mutorū animaliū, quā sint cōcitata desideria, & tñ quā breuia. Vaccarū vno die, alteroue mugitus auditur. Nec diutius equarū vagus ille, amēsq; discursus est. Feræ cū vestigia catulorū cōsectatæ sunt, et siluas puagatæ, cū sæpè ad cubilia expilata redierint, rabiē intra exiguū tēpus extinguūt. Aues cū stridore magno inanes nidos circūfremuerūt, intra momētū tñ quietę volatus suos repetunt. Nec vlli aīali longū fętus sui desideriū est, nisi homini qui adest dolori suo: nec tantū, quantū sentit, sed quantū cōstituit, afficitur.*

III. R E M. Consideratū qui plus æquo indulget luctui in carorū obitu iacturā quodammodo facere fidei in Christū & spei, vt indicat Apostolus, cū ait non contristandū de dormientib. instar
1. Thess 4. 12 gentiliū qui spē non habent. Vnde Tertull. ita scribit. *Ne illa quidē*
Tertul. li. de patient. *impatientiæ species excusatur in amissione nostrorū vbi aliqua doloris patrocinatur assertio. Preponendus est. n. respectus denunciationis Apostoli, qui ait. Ne contristemini dormitione cuiusquā, sicut rationes quę spe carent. Et merito. Credentes enim resurrectionē Christi, in nostra quoque credimus, propter quos ille & obiit, & resurrexit. Ergo cum cōstet de resurrectione mortuorū vacat dolor mortis, vacat & impatientia doloris.* Et paulo post. *Cæterum impatientia in huiusmodi, & spei*

nostrę

nostræ malè ominatur, & fidem præuaricatur. Et Cypr. *Nobis reuelatū & præceptum est, occasionem dandum non esse gentilib. vt nos merito ac iure reprehendant, quod quos viuere apud Deū dicimus, vt extinctos & perditos lugeamus, et fidē, quā sermone et voce depromimus, cordis & pectoris testimonio reprobemus. spei nostræ ac fidei præuaricatores sumus: simulata, ficta, fucata videtur esse, quæ dicimus. Nihil prodest verbis proferre virtutē, et factis destruere veritatē. Improbat deniq; Apostolus Paulus et obiurgat et culpa, si qui cōtristētur in excessu suorū. Eos cōtristari dicit in excessu suorū, qui spē nō hēnt.* Et B. Greg. in epist. ad Aregiū Episcopū in meritu suorū cōtristatū. *Hortor, quiesce dolere, desine tristis esse. Nā indecēs est de illis tedio afflictionis addici, quos credendū est ad verā vitā moriendo peruenisse. Nos q nouimus, qui hoc credimus & docemus contristari nimiū de obeuntib. nō debemus: ne ꝙ apud alios pietatis tenet speciē, hoc magis nobis in culpa sit. Nā diffidētia quodāmodo genus est, cōtra hoc ꝙ quisq; prædicat, torqueri mæstitia, dicēte Apostolo. Nolumus aūt vos ignorare fratres de dormiētib. vt nō cōtristemini, sicut & cæteri, qui spē nō hēnt.* Cypr. de mortalit. Greg. 7. epist. 1. Thess. 4. 13

IV. REM. Considera tiōnes, tum naturales, tum fide nixas, quibus S. Patres dehortati sunt alios ab immodico luctu. I. est, quia pendere vr̄ ex mera hominū opinione. *Fuisse*, inquit, B. Ambr. de morte fratris Satyri, *feruntur quidam populi qui ortus hominum lugerent, obitusque celebrarent. Nec imprudenter. Eos enim, qui in hoc vitæ salū venissent, mærendos putabant: eos verò, qui ex istius mundi procellis & fluctibus emersissent, non iniusto gaudio prosequendos arbitrabātur. Nos quoq; ipsi natales dies defunctorū obliuiscimur, & eum quo obierunt diem celebri solemnitate renouamus.* Et paulo post *Denique Lyciorum feruntur esse præcepta, quæ viros iubeant muliebrē vestē induere, si mærori indulgeant, eo ꝙ mollē & effeminatū iudicauerint in viro luctū. Deforme est enim eos, qui pro fide, pro religione, pro patria, pro æquitate iudicii, atq; intentione virtutis obuiū morti debent pectus offerre, mærere in alio grauius, quod in se, si causa exegerit, sit expetēdum.* Consentit Seneca in consolatione ad Marciā. *Mouet lugentem desideriū eius, quē dilexit? Id per se tolerabile apparet. Absentes enim, absuturosq; dū viuerent, non flemus, quāuis oīs vsus illorū nobis & conspectus ereptus sit. opinio est ergo, quæ nos cruciat, & tanti quodque malum est, quan i illud taxauimus. In nostra potestate remedium habemus. Iudicemus illos abesse, & nosmet ipsi fallamus. Dimisimus illos, imò cōsecuturi præmisimus.* Hoc dictū Senecæ verū esse, cognosci pōt ex similitudine allata à B. Chrysost. dum dictum Apostoli. *Nolo vos ignorare de dormientibus*, exponit. *At consuetudinem defuncti desideras*, inquit *& propterea lamentari. Sed hoc vehementer absurdum est. Si enim sponso alicui filiam in matrimonium copulaueris, deinde ille eam abducens in longinquam discesserit regionē, atq;* Ambr. orat. 1. Seneca. c. 19

ibi in omniũ rerũ abundantia viuat, nequaquã hoc molestè feres, sed dolorẽ, quẽ ex absentię eius diuturnitate capis, prosperitatis illius cõi fama mitigas. Nunc aũt non homine, nõ seruo aliquo accipiente, sed Domino requirente, quẽ dẽt, mœres ac lamentaris. II Rõ, quia immoderatio luctus multos conicecit in graues morbos, vel ẽt è medio sustu-
Basil. ho. 4. lit, licet conarent̃ illũ supprimere. *Ipsi nouimus*, inquit B. Basil. de gratiarũ actione, *non paucos, calamitatib. deploratis vtiq; nec curabilib. obuallatos, vt, ne destillarent lachrymis, sibi tẽperasse. Hi quidẽ in varios & immediabiles affectus inciderunt, ceu sunt, apoplexia, & paralysis alii verò in mortẽ prorsus collapsi sunt, ac si fulcimẽto quopiã debili niterentur, distractis eorũ virib. immodico tristitię põdere. Q̃d cernere possis in flãma, quæ inclusione proprii fumi suffocatur: nã cũ liberè egredi nequeat flãmã suo ambitu opprimit: haud secus isti cõrigere aiũt in ea facultate, quę in aĩali vitalẽ actionẽ moderatur, nimirũ tũ vehementiori doloris acrimonia extingui, nulla illi ad exteriora prosperatio-*
Ambros. de morte satyri. *ne concessa.* Et S. Ambr. loco proxime allegato. *Non mediocre malũ est immoderatio doloris, aut metus mortis. Quãtos ad laqueũ impulit, armauit ad gladiũ, vt in eo ipso amentiã suã proderent mortẽ nõ sentientes, & mortẽ appetentes, & quod pro malo fugerent, pro remedio adsciscerent. Qui q̃m consentaneũ naturę suę ferre ac perpeti nequeunt, contrariũ voto incidunt, vt ab his in perpetuũ separẽtur, quos sequi desiderauerint. Sed hęc rara, q̃m natura reuocat, etsi pręcipitet amentia.* Deinde subiicit in quã fœdos mores imoderatio eadẽ conicit mulieris. *Illud verò* inquiẽs, *freq̃ẽs in mulierib. vt clamores publicos serãt, quasi metuãt, ne earũ ignoretur ærũna: vt illuuiẽ vestis affectẽt, quasi in ea sit sensus dolẽdi, vt impexũ sordib. imadidẽt caput, vt postremo (q̃d plerisq; in locis vulgò fieri solet) discisso amictu, diloricata veste, secreti pudoris nuda ꝯstituãt, quasi ipsũ lenocinẽtur pudorẽ, quia pudoris sui præmia ꝑdiderũt.* III. Rõ, q̃a illa immoderatione ostẽdimus nos nõ solũ diuinæ, sed ẽt propriæ, quod ridiculũ est, repugnare voluntati. De diuina liquet, q̃a ea vnicuiq; ab oĩ æternitate illevi-
Basil. ho. 5. Iulittam. tæ terminus est p̃fixus, in quo discedit. *Tecũ reputes velim*, ait Basil. *q̃d is qui animã corpori indidit Deus, vnicuiq; aĩę suũ viuendi statũ pręstituit, & aliis quidẽ alios hinc emigrãdi præscripsit terminos. Hũc n cõstituit diutius in carne permanere, illũ contra corporeis vinculis decreuit ocyus exolui iuxta sapientiæ ac iustitiæ suæ rõnes nulli prorsus*
Tertull. de patient. *sus enarrabiles.* Vñ Tertull. *Christũ lædimus, cũ euocatos quosq; ab illo quasi miserandos nõ ęquanimiter accipimus.* De nostra voluntate ꝓbatur, quia quotidie in orõne Dominica dicimus. *Fiat voluntas*
Cyp. de mortalit. *tua: sicut in cœlo, & in terra.* Et. *Adueniat regnũ tuũ.* Hinc Cypr. *Quã præposterũ est, quãq; peruersũ, vt cũ Dei voluntatẽ fieri postulemus, q̃n euocat nos et accersit de hoc mũdo Deus, nõ statim volũtatis eius imperio pareamus. Hoc nitimur et reluctamur et peruicaciũ more*

seruorum

seruorum ad conspectũ Domini cũ tristitia et mærore perducimur exeũtes isthinc necessitatis vinculo, nõ obsequio volũtatis. Quid ergo rogamus et petimus vt adueniat regnũ cælorũ, si captiuitas terrena delectat? Quod aũt Dei voluntate & prouidẽtia id fiat, quod non solũ est iustissimũ, sed ẽt quod est cõsultissimũ & optimũ, extra controuersiã est, quia Deus æquè est sapiens & bonus ac iustus. *Bonus est Deus*, inquit B. Hieron. ad Paulã, de obitu Blesillæ, *& oĩa quę bonus facit, bona sint necesse est. Mariti orbitas irrogatur, plango q̃ occidit. Sed q̃a sic placet Domino, æquo aĩo sustinebo. Vnicus raptus est filius, durũ quidẽ, sed tolerabile, quia sustulit ille qui dederat.* Et sapiẽs loquens de iis qui in iuuenili vel puerili ętate moriũtur, quorũ excessus maximè solet parentes affligere. *Raptus est*, inquit, *ne malitia mutaret intellectũ eius, aut ne fictio deciperet animã illius.* Et. *Cõsũmatus in breui expleuit tẽpora multa, placita.n. erat Deo aĩa illius: propter hoc properauit educere illũ de medio iniquitatũ.* In quæ verba B. Cypr. loco citato ita scribit. *Per Salomonẽ docet Spiritus Sãctus, qui Deo placeant maturius hinc eximi, & citius liberari, ne dũ in isto mũdo diutius immorantur, mundi cõtactib. polluantur.* Vnde B. Chrysos. ad popolũ Antiochenũ consolandũ dicere non dubitauit, eos qui in peccatis forte discedunt, ante pœnitentiã à Deo rapiendos non fuisse, si eos pœnitentiã acturos prænouisset. Verba eius sunt. *Et si peccator quidẽ abiit, mala repressa sunt.* (hoc est, nõ poterit amplius peccare) *nec si Deus pœnitentiã acturũ nouißet, ante pœnitentiã eũ rapuißet. Si verò iustus vitã finiuit, in tuto bona consecutus est: itaque planũ est, quod nõ ex charitate tuę sunt lacrymæ, sed ex irrationali motu.* IV. Rõ. sit quia euocari à Deo ex hac vita, quacunq; ætate id fiat, non est aliud quã animã nostrã, quæ corpori tanquã carceri, secũdum scripturã & S. patres, inclusa est, libere è carcere, & ex miserrima carnis, mundi & diaboli seruitute in perfectã libertatẽ vindicare, non igitur plorandũ, sed gaudendũ est in obitu priorũ sanguine vel amicitia coniunctorũ. Imò magis gaudendum est de iis qui in puerili vel alia florenti ætate moriuntur, quã qui in senectute, quia citius è carcere vel captiuitate liberantur. Rõ est B. Basil. in martyrẽ Iulittã ita disserẽtis. *Quẽadmodum eorũ, qui in carceres coniiciuntur, hi quidẽ diutius vinculi carceralib. inclusi detinentur: illi verò ab ea calamitate submouentur celerius: sic & animę. Etenim hæ destinentur in præsenti vita diutius, aliæ minus pro cuiusq; merito, iuxta diuinę sapientiæ arcanũ, sic ut mens nulla capere possit, qua de vnoquoque nostrum creator ipse preuidit.* Non *audis dicentẽ David. Educ de carcere animã meam? multifariũ angorẽ, molestiamque indicantem. Non audisti, vt sancti eius exoluta anima est? Quid Simeon Dominũ nostrũ pio vlnarum astringens complexu cuiusmodi vocem emisit? nonne hanc? Nunc dimittis seruum tuũ Domine. Etenim qui ad cæleste domicilium*

Hieron.
Cypr.
Chry. ho. 69
Basil. ho. 5.
Psal. 142.
Luc. 2. 29.

micilium festinus contendit, supplicio omni carcere grauior est hac inhabitatio corporis. Plures rões habes in V. *Mortis metus* ĩmodicus.

V. REM. Considera exẽpla fideliũ, qui siccis oculis liberorũ, aliorumq; funera pertulerunt. Primũ est B. Iob. de quo S. Basil. de gratiarũ actione. *Nõne Iob adamãtino corde erat, nõ impacta ipsi erãt ex lapide viscera? memento tpis vna & eadẽ plaga obtriti liberi decẽ cõciderunt in perquã amena domo Nõ eiulauit, non sibi diuulsit comam, vocem ingenerosam nullã emisit, magis verò celebrẽ illã, & omniũ ore decantatã gratiarũ actionẽ deprompsit. Dominus dedit, Dominus abstulit. Sicut Dño placuit, ita factũ est. Sit nomen Domini benedictũ.* Et Chrys. in dictũ Apostoli. *Noli vos ignorare de dorm.* Iob. *cũ vniuersa liberorum turba perijsset, audi quid dicat, Dominus dedit, dominus abstulit: quemadmodũ Domino placuit ita factum est. Admirabilia hęc sunt, cum audiuntur solum: si verò accuratè inquiras in illa, tũ magis admiraberis.* Enumeratis deinde sex calamitatibus, quas in hac re Iob passus est, concludit. *Hæc cũ auditis, cõturbamini, & lachrymatis. Considerate igitur quis ille fuerit, qui hęc vidit. Si. n. nos tam lõgo internallo non possumus sine lacrymis tragediã tã miserabilẽ auditione accipere, idq; aliena audientes mala: quisnã tandem, et quàm adamãtinus Iob fuit, qui cum oculis illa cerneret non in alienis, sed in suis propriis malis tam tẽperans fuit: non. n. indignabatur.* Alterum est Patriarchæ Abraham, qui teste eodẽ, *cum vnicum filium haberet, vel parem vel etiam maiorem animi magnitudinem demonstrauit; nã tũ illum sua manu, quod longe funestius, miserabiliusq; erat interficere mãdaretur, non restitit imperanti, non rõnẽ facti poposcit, sed tanta cum alacritate paruit, & plura quoq; si imperata essent facturus fuisset.* Et infr. *Interfecit filiũ, & non interfecit, non manu, sed voluntate interfecit. Deus aũt propterea iussit, non vt sanguinis effusionẽ videret, sed vt Abrahæ mentẽ tibi demonstraret, vt illius prõptitudinẽ in totius orbis meditullio celebraret, vt oẽs ex eo doceret Dei mãdata, tũ liberis, tũ naturæ, tũ rebus oĩbus, tum ẽt ipsi animæ anteponenda esse.* Et post. *Sed dicet aliquis. At illi admirabiles viri erãt. Certe admirabiles & magni erãt. A nobis tñ maior requiritur religio, quã ab illis, qui antiquã viuẽdi formã sequebãtur. Nisi. n. abundauerit iustitia vestra plus quã scribarũ, aut pharisæorũ, non ingrediemini in regnũ cælorum.* Tertiũ est Dauidis regis, de quo B. Ambr. in orõne de obitu Valẽtiniani Imperatoris. *David moriturũ filiũ flebat, mortuum non dolebat. Flebat, ne sibi eriperetur, sed flere desinit erepũ, quem sciebat esse cũ Christo. Et ut scias verũ esse, q̃ assero, inceſtũ Ammõ filiũ, fleuit occisũ: parricidã Abessalon doluit interẽptũ, dicens. Filius meus Abessalon, filius meus Abessalon. Innocentẽ filiũ nõ putauit esse lugendũ, quia illos sibi perisse sciebat pro scelere, hũc pro innocẽtia credidit esse victurũ.* Quartũ est matris Machabæorũ, de qua S. Basil. in orõne de morte

Basil. ho. 4.

Iob. 1. 21.

1. Thes. 4. 12.

Matt. 5. 20.

Ambr.

2. Reg. 12. 20. & 13. 31.

2. Reg. 18. 33.

Est tom. 2. Aphrgm.

morte. Imitare *Machabaeorum*, inquit, *matrē, quę quāuis septē filios morte deletos vidisset, non tñ lachrymis ac luctui sese tradidit, neque vocē emisit muliebrem; sed Deo egit gratias, quod illos igne, ferro, aliisque molestissimis vinculorū suppliciis ab hac carne dissoluisset: quā et ob cām, & à* Deo *probata est, & ab hominibus in hunc vsq; diē celebratur.* Et S. Ambr. lib. 1. Officiorum. *Quid de matre Machabaeorū loquar? quae spectabat lęta filiorū, quot funera, tot trophaea, & morientem vocibus tanquam psallentium cantibus delectabantur, pulcherrimam ventris sui citharam in filiis cernens, & pietatis harmoniā omni lyrae numero dulciorem.* Idem dici potest de S. Felicitate spectatrice martyrii 7. filiorum, de qua B. Greg. in Euangelia, & de S. Symphorosa item 7. filiorum martyrum matre, de qua in vita S. Getulli martyris eius mariti. Quintum sit B. Melaniae iunioris, de qua S. Hieronymus in epistola ad Paulam super obitu Blesillę. *Praesentia exempla sectare. Sancta Melania nostri temporis inter Christianos vera nobilitas, cum qua tibi dominus, mihique concedat in die sua habere partem, calente adhuc mariti corpusculo, et necdum humato duos simul perdidit filios.* Rem *sum dicturus incredibilem, sed, teste Christo, non falsam. Quis illam tunc non putaret more lymphatico, sparsis crinibus, veste conscissa, lacerum pectus inuadere? Lachrymę gutta non fluxit, stetit immobilis, & ad pedes aduoluta Christi quasi ipsum teneret, arrisit. Expeditius, inquit, tibi seruitura sum Domine, quia tanto me onere liberasti. Sed forsitan superatur in caeteris. Quinimmo, qua illos mente contempserit in vnico postea filio probat, cui omni quam habebat possessionem concessa ingruente iam hyeme Hierosolymam nauigauit.* Dices sanctos quosdam videri plus aequo luxisse in quorundam excessu, vt S. Hieronymum ob obitum Blesillae, nam in epistola ad Paulam, vbi calamum stringit contra impatientiam lachrymantium, sic exorditur. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontē lachrymarum, & plorabo? non quod lugēda sit illa, quae abiit, sed quod nobis impatientius sit dolendum, qui talem videre desiuimus.* Et paulo post. *Lacrymis hora complētur, singultus occupat vocē, & hęrentē linguam viscera cōmota non laxant.* Et rursus. *Confiteor affectus meos, totus hic liber fletib. scribitur. testor sanctos angelos, quorū cōsortio Blesilla fruitur, eadē me dolorū perpeti tormēta, quae pateris, & interdū dicere, pereat dies illa in qua natus sū. Hei mihi mater, vt qd genuisti me virū, &c.* Deinde S. Bern. lamentabili & longo sermone deplorat mortē fratris Gerardi. *Quisq;* inquit, *dissimulo, & ignis, quem intra meipsum abscondo, triste pectus adurit, interiora depascitur? clausus latius serpit, saeuit acrius. Quid mihi et cantico huic, qui in amaritudine sum? vis doloris adducit intensionem, & indignatio Domini ebibit Spiritum meū, subtracto siquidem illo, per quem mea in Domino studia vtcūq; libera esse solebant, simul & cor meum dereliquit me.* Et multo post. *Exite, exite lachrymae iampridem*

N *cupientes;*

Ambr. c. 41.
Greg. ho. 3.
Sur. 18 Iul.
Hier. ep. 25
Hier. ep. cit.
Iob. 3.
Iere. 15.
Ber. ser. 26. in Cant.

Gal. 6. *cupientes:exite q̃a is qui nobis meatū obſtruxerat,cōmeauit. Apperiatur cataractæ :miſeri capitis,et erūpant fontes aquarū,ſi forte ſufficiāt ſordes diluere culparū,quib.irā merui.* Verū mox reſpōdet pius Bernardus pro ſe & Hieronymo in hæc verba. *Cōdeſcendat mihi oīs ſāctus,& in ſpiritu lenitatis,qui ſpiritualis eſt,ſuſtineat lamētantē. Luctus meus humano quęſo pēſetur affectu,nō vſu. Videmus nēpe mortuus quotidie plāgere mortuos ſuos,fletū multū,et fructū nullū. Non culpamus affectū,niſi cū excedit modū ,ſed cām. Ille nimirū naturæ eſt,& eius turbatio pœna peccati,hęc vanitas et peccatū. Et.n ibi ſola,niſi fallor,plorātur dāna glorię carnis,vitæ pſētis incōmoda. Et plorādi,q ita plorāt. Nūqd ego ſic? Similis mihi affectus, ſed altera cā, diſſimiliſq; itētio. nulla ſane q̃rela mihi de oib. quæ ſunt mundi. In his profecto q̃ ſunt Dei ademptū doleo fidele auxilium, ſalutare conſiliū.*

VI. REM. Conſidera exēpla gentiliū,qui ab immoderata illa ſuo-
Hier. ep. 3. rū deploratione abſtinuerūt. Hieronymus ad Heliodorū, de Epitaphio Nepotiani. *Vbi*, inquit, *Anaxagoræ ac Telamonis ſp laudata ſētentia. Sciebā me genuiße mortalē? ita reſpōderūt, nūciata morte filii. Cicero, Plato, Diogenes, Clitomachus, Carneades, Poſſidonius, proponunt innumerabiles viros, & maximè Periclē & Xenophōtē Socraticū, quorū alter amiſſis duob. filiis coronatus in cōcione diſſeruit: alter cū ſacrificans filiū audiſſet occiſū, depoſuiße coronā dr̄, & eādem capiti repoſuiſſe, poſtq̃ fortiter in acie dimicantē reperit cōcidiße. Puluillus capitoliū dedicās, mortuū vt nunciabatur ſubito filiū, ſe iuſſit abſente ſepeliri. L. Paulus ſeptē dieb. inter duorū exequias filiorū triūphās vrbē ingreſſus eſt. Prætermitto Maximus, Catones, Gallos, piſones, Brutos, Scęuolas, Metellos, Scauros, Martios, Craſſos, Marcellos atq; Aufidios, quorū nō minor in luctū, q̃ in bellis virtus fuit, et quorū orbitates in cōſolationis lib. Tullius explicauit, ne videar potius aliena, q̃ noſtra q̃ſiſſe. Quāquā & hæc in ſuggillationē noſtri breuiter*
Sen. c. 14. *dicta ſint, ſi non præſtet fides, ꝙ exhibuit infidelitas.* Seneca in cōſolatione ad Marciā L. *Bibuli*, inqt, *melioris, q̃ fortioris viri, duo ſimul filii interfectu ſunt, Aegyptio qdē militi ludibrio habiti: vt nō minus ipſa orbitate, auctor eius, digna res lacrymis eſſet. Bibulus tn̄, q toto honoris ſui anno ob inuidiā collegę domi latuerat, poſtero die quā geminū funus renūciatū eſt, pceſſit ad ſolita in publicū officia. Quid minus poterat, quā vnū diē duob. filiis dare? C. Cæſar, cū Britanniā peragraret, nec Oceano felicitatē ſuā cōtinere poſſet, audiuit deceſſiſſe filiā publica ſecū fata ducentē, tn̄ intra tertiū diē imperatoria obiit munia, et tā*
c. 15. *cito dolorē vixit, quā oīa ſolebat.* Et inf. D. *Auguſtus amiſſis liberis, nepotib. exhauſta Cęſarū turba, adoptione deſertā domū fulſit. Tulit tn̄ fortiter, tanquā eius iā res ageretur, cuius rū maximè intererat, de diis neminē q̃ri. Ti. Cæſar, et quē genuerat, & quē adoptauerat, amiſit: ipſe tn̄ pro roſtris laudauit filiū, ſtetitq; in conſpectu poſito corpore, interiecto tm̄ modo velamento, ꝙ Pontificis oculos à funere arceret, &*

flente

flente populo Romano non flexit vultum:experiendum se dedit Serano ad latus stanti, quàm patienter posset suos perdere.

VII. REM. Propone, vti debes, apud animũ tuũ, te, amorẽ liberorũ, vxoris, aliarũq; rerũ carissimarũ amori Dei posthabiturum. Et merito, tũ qa primũ & maximũ mãdatũ est de Deo ex toto corde, aĩa, viscerib. diligẽdo: tũ qa diserte Christus cõtestatus est. *Qui amat patrẽ, aut matrẽ plusquã me, non est me dignus. Et qui amat filiũ, aut filiã super me dignus.* Qđ remediũ, quia seruabat B Iob. idcirco liberis cib. vna clade sublatis exclamauit. *Dominus dedit, Dominus abstulit.* quẽ. s. liberis p uli. *Sicut Domino placuit, ita factũ est.* Vñ Chrysost. in cõmentario prioris epist. ad Thessalon. his verbis alloquitur mulierẽ lugentẽ obitũ mariti. *Quamobrẽ luges maritũ? ꝙ sperabas forte te securiorẽ in vita futurã? Ab hoc ipsũ quantæ est incredulitatis te de illo id sperere, & non de Deo. Quõ non putas Deũ irritari? nam pl erũq; ob idipsũ eos aufert, ne spẽ in iis colloces. Aemulator. n. ẽ Deꝰ, & vult à nobis omniũ potissimũ adamari, idq; ea rõne, ꝙ nos vehementer amet. Propterea & Deus tibi maritũ abstulit. Nã cuius gratia dic q̃so olim non ita imaturæ fiebant viduitates & orbitates? Qua mobrẽ Abrahã & Isaac multũ tpis viuere ꝑmisit. Eo ꝙ ille viuo ẽt filio Deũ prætulit. Dicebat. n. Deus. Macta filiũ, & mactauit. Quare Sarã in im senectutem deduxit, quia viuente ẽt illa, Aarahã Dei magis obediebat, quã illi. Propterea dicebat ei Deus. Audi Sarã vxorẽ tuã. Nunc verò quoniam adeò ad libidinẽ intemperanter ferimur, & mariti vxores plus amamus, quã Deum, & vxores maritos suos Deo præferunt, horũ gratia nos, & inuitos quoq; ad amorem suum trahit. Ne virum plus ames, quã Deum, & viduitatem non senties vnquam Imò, ẽtsi acciderit viduitas, nullũ tamen eius sensum capies. Quare? quia habes qui te magis amet, tutorem immortalem.* Et infra. *Propterea & beatus Iob nihil acerbi passus est, cum imtempestiuam liberorum suorum mortem audiret, eo quod Deum plus amabat, quam illos.*

Deut. 6. 5.
Matt. 22. 37
Matt. 10. 37.
Iob 1. 21.
Chry. ho. 6.
1. The. 4. 13.
Gen. 22. 2.

VIII. REM. Cũ cognoueris aliquẽ tibi cõiunctũ, ait idẽ Chrys. exponẽs verba. Nolo vos ignorare de dormiẽtib. ex *hac vita discessisse ne molestè feras: sed cũ dolore punctus fueris, te colllige, in cõscientiã tuã inquire, cõsidera ꝙ te idẽ paulo post manebit exitus. Moderare tibi, et ex alterius morte timorẽ cape, socordiã oẽm præcide, facta tua aĩo repete, errata corrige, quã optimã facito mutationem. Hoc. n. discamus ab infidelib. ꝙ iudicia de reb alia, quã illi, habeamus. Aspicit cœlũ infidelis, & adorat: Deũ. n. esse putat. Vide terrã & colit, et in res mortales inhiat. Nos cõtra cęlũ videmus, & cœli opificẽ admiramur: non. n. Deum esse, sed Dei opus credimus. Ita & in morte facimus. Videt cadauer ille, & putat cadauer esse, video cadauer ego, et puto somnũ esse, et partẽ tãtũ mortis.* Cogita, aĩa, ad quẽ abiit, et cape cõsolationẽ, *vbi Petrus, vbi paulus, vbi sãctorũ cætus oĩs est.* Cogita, corpus quo-

Chry. in dictũ Apost.

quomodo resurget, quanta cum gloria & splendore. Cogita, φ lugēdo et *lamentando, φ lachrymis nihil proficies, & ad extremū tēpsū lędes.*

Basil. ho. 4. IX. REM. est D. Basil. in homilia de gratiarū actione. *Si quid vnquā eorum quæ nolis, & præter animi sententiam sint, tibi inciderit, maxime aduigila ne q̄ ea intēperies in mentē illabatur. Si n. quæ instant vrgentq; calamitates placidiore animo ferre poteris, futurorū spe bona subnixus. Sicut n. qui minus acri sunt oculorū acie, eos auocāt ab intuitu rerum splendidarum, defigunt verò in flores, & quæq; viridantia, vt refocillentur: haud secus anima obtutum auertere debet à rebus molestis & meroris plenis, obuertere verò ad eorū contēplationē quæ bona & iucunda sunt. Tum aūt assequeris vt semper gaudeas, si vitæ quidem tuæ institutū ratione oīs Deum collineet ac spectet: spes verò retributionis, quæ permolesta sunt vitæ illius & tristia leuiora efficiat. Affecit te aliquis ignominia? Quin tu ad eam suspice gloriā, quę reposita in cœlis est, tibi paranda merito patientiæ. Iacturam rerū tuarū adiisti? Imò oculos imprime fixius illis cælestibus diuitiis, et thesauro incōparabili, quē tibi ipsi pretio bonorū operū reposuisti. patrione solo exclusus es? At patriam habes, cœlestem illam Hierusalem. periit tibi filius? sed angelos habes, quibuscum in circuitu diuini illius throni tripudiet lætitia sempiterna exhilarandus. Ad eum modū animā vi-*

Thes. 5. 16. *tique tuam seruabis ab omni turbationis intemperie longissimè submotam, ad quod nos inuitat sanctio legis Apostolicę, semper gaudete.*

INCONSTANTIA.

Remedium contra inconstantiam.

I REMEDIVM. Considera quid S. Scriptura de inconstantia, & constantia prodiderit. Primò n. reprehēdit inconstantes. *Vę his,*

Eccl. 2. 16. ait Ecclesiasticus, *qui perdiderunt sustinentiā, & qui dereliquerunt*

Gal. 1. 6. *vias rectas et diuerterūt in vias prauas. Quid facietis cū inspicere ceperit Deus?* Et Apostolus ad Galatas. *Miror φ sic tam cito trāsferimini ab eo, qui uos vocauit in gratiam Christi, in aliud Euangelium, φ nō est aliud, nisi sunt aliqui, per vos cōturbant.* & Isaias. *Impii quasi*

Isa. 57. 20. *mare feruens, φ quiescere non potest.* & Iacobus. *Vir duplex animo in*

Iac. 1. 7. *constans est in omnib. viis suis.* Iudas, hæreticos quia inconstantes sūt

Iud. vocat *sydera errantia, quibus caligo tenebrarum seruata est in æternū.*

Eccl. 27. 12. 2. comparat eos Lunę *Stultus,* ait sapiens, *sicut Luna mutatur: homo*

Luc. 9. 62. *autem sanctus in sapientia manet sicut sol.* Tum mittenti manum

Et 14. 30. ad aratrum, & respicienti retro.. Et, incipienti turrim ædificare, &

Matt. 13. 20. non consumanti apud Lucā. Et super petrosa seminato apud Mat

Iob. 11. 15. thæū, qui orta persecutione deficit, à bono ꝓposito. 3. hortatur scri-

Eccl. 5. 12. ptura ad nō fluctuādū. *Eris stabilis,* ait Iob. *& nō timebis.* Et sapiēs.

Eccl. 11. 22. *Non ventiles te in omnem ventum & non eas in omnem viam. Esto*

firmus

firmus in via Domini. Et *Confide in Deo & mane in loco tuo.* Et Ecclesiastes. *Si Spiritus potestatē habentis ascenderit super te, locū tuum ne dimiseris.* Et Paulus. *Fratres mei dilecti stabiles estote & immobiles* Et. *Bonū facientes non deficiamus: tēpore n. suo metemus nō deficientes.* Et. *Non simus paruuli fluctuantes, & circūferamur oī vento doctrinę* Et. *In disciplina perseuerate.* Et B. Io. *Esto fidelis vsq; ad mortē, et dabo tibi coronā vitæ* 4. laudat nō fluctuātes, beatosq; prædicat. Regi. n. Dauidi dictū est. *Sic est Dominus meus rex, sicut Angelus Dñi, vt nec maledictione nec benedictione moueatur.* & de Ioā. Baptista Christus. *Quid, inquit, existis in desertū videre? arūdinē vēto agitatam?* Et de Apostolis. *Vos estis, qui permansistis mecū in tentationib. meis, ideo dispono vobis regnū.* Et. *Qui perseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit.* Et Paulus. *Qui in stadio currunt, oēs quidē currū', sed vnus accipit brauiū. Sic currite vt cōprehēdatis.* Et. *Participes. n. Christi effecti sumus, si tñ initiū substātię eius vsq; ad finē firmū retineamus.* Eccl. 2. 4. 1. Cor. 15. 58 Gal. 6. 9. Eph. 4. 14. Heb. 12. 7 Apoc. 2. 10 2. Reg. 14. 17 Matth. 11. 7. Luc. 22. 28. Matth. 10. 22. 1. Cor. 9. 24. Heb. 3. 14.

II. REM. Cōsidera sňias SS. Patrū. B. Cypr. in epist. *Hortamur vos p cōmunē fidē, per pectoris nostri verā circa vos & simplicē charitatē, vt gloriā vestrā forti & perseueranti virtute teneatis. Adhuc in seculo sumus, adhuc in acie cōstituti de vita nostra quotidie dimicamus: dāda opera est, vt post hæc initia ad incremēta quoq; veniatur, & cōsumetur in vobis, q iā rudimentis felicib esse cepistis. Parū est adipisci al qd potuisse, plus est, q adeptū est, posse seruare. Sicut & fides ipsa & natiuitas salutaris, nō accepta, sed custodita viuificat. Nec statim cōseruatio, sed cōsūmatio hominē Deo seruat. Dominus hoc magisterio docuit dicēs. Ecce sanus factus es, iā noli peccare, ne qd tibi deterius fiat. Salomō deniq; et Saul, & c. multi, q̄diu in viis Dñi ambulauerūt, datā sibi gratiā tenere potuerūt: recedēte ab his disciplina dñica, recessit et gratia.* Et in lib. de Exhortatione Martyrii. *Insistēdū eē et pseuerādū in fide et virtute, et celestis et spiritualis gratię cōsūmatione, ut ad palmā et ad coronā possit coueniri. In Paralip. Dns vobiscū est, q̄diu & vos estis cū ipso. Si āt dereliqueris eum, dereliquet vos.* Itē apud Ezechielē. *Iustitia iusti nō liberauit eū, in quacūq; die exerrauerit.* Itē *Dominus in Euāgelio loquitur. Qui pseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit.* Et iterū. *Si māseritis in verbo meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatē.* S. Basil. ad Chilonē anachoreticæ vitę studiosū. *Id tibi pspectū velim frater & psuasū, nō eū qui bene cœpit cōtinuo debere decerni pfectū ex qualicūq; delineatione pii opis, sed q sqs legitimo cursu studiū istius semel absoluit vitæ, hic Dei iudicio cōprobatur. Ne igitur dederis sōnū oculis tuis, neq; palpebris tuis dormitatiō nē frater, vt dorcadis in morē liberere è reti, vtq; volucris è laqueo. Scito te ingredi iter medios, q h. vndiq; cīgeris, laqueos.* S. Amb. lib 3. epist. *Si quis incola esse cœperit ciuitatis supernæ, incola videlicet, cōuersatione & morib. non discedat ab ea, non exeat, non reflectat vestigium,* Cypr. lib. 1. epist 5. Ioan. 5. 14. 2. Par. 15. 2. Ezec. 33. 12. Matt. 10. 22. Ioan. 15. 7. B. s. epist ad Chilonem. Amb. ep. 11. ad Irenęū.

Gen.19.17. *non corporis dico, sed mētis vestigiū.* Nō *reuertatur retro. Retro luxu-*
ria, retro spiritas est. Deniq; ascēdēs ad montē Loth, retro reliq̄t So-
domitana flagitia. Quæ āt respexit retro, nō potuit ad superiora euade-
Lib.4. c.8. *re* Et in Hexamero. *Si te lunę cōtristat occasus, q̄ se sp reputat ac re-*
format: multo magis cōtristare te dēt, si aīa profectu virtutis impleta
cū fuerit, postea p in cōstātiā mētis, atq; incuriā à suo deflexa pposito
studia sua sępe cōmutet, q̄ est insipiētiæ, & inquietiæ. Vn̄ et scriptura
ait. Stultus vt luna mutatur. Et *iō sapiēs nō cū luna mutatur, sed per-*
Eccl.27.12. *manebit cū sole* Hier. ad Furiā, de viduitate seruāda. Nō *quærūtur*
Hier.ep.16. *in christianis initia, sed finis. Paulus male cœpit, sed bene finiuit Iudæ*
laudātur exordia, sed finis pditione dānatur. Lege Ezechielē. *Iustitia*
iusti nō liberabit eū, in quacūq; die peccauerit: et impietas impii non
Ezec.33.12. *nocebit ei, in quacūq; die cōuersus fuerit ab impietate sua.* Et ad Luci
Hier.ep.28. niū. *Obsecro te, et moneo parētis affectu, vt q Sodomā reliquisti, ad mō*
tana festinās, post tergū ne respicias, ne aratri stiuā, nec fimbriā Sal-
uatoris, ne cincinnos eius noctis rore madefactos, quos semel tenere cę-
pisti, aliqn̄ dimittas: ne de tecto virtutū pristina q̄liturus vestimēta de-
scēdas, ne de agro reuertaris domū, ne cāpestria cū Loth, *et amœna hor*
torū diligas, q̄ nō irrigātur de cœlo, vt terra sācta, sed de turbido flu-
mine Iordanis *post q̄ dulces aquas maris mortui cōmixiōe mutauit:* Cę
1.Cor 9.24. *pisse multorū est, ad culmē peruenisse paucorū. Qui in stadio currūt, oēs*
quidē currūt, sed vnus accipit brauiū. At cōtra de nobis dr̄. Sic curri-
te, vt apprehēdatis. Nō *est inuidus agonotheta noster, nec alterius pal-*
Aug. ser.8. *ma alteri parat ignominiam. oēs athletas suos desiderat coronari.* Aug.
ad fratres in eremo. *O fratres mei nō tædeat incipere magna, nec fasti-*
diat tenere inchoata, sciētes, q̄ pseuerātia informat meritū, colorat bo
ni propositū, remunerat currētē, coronat pugnantē, ducit ad brauiū, cō-
ducit cūctos ad portū. Hæc ē tunica talaris S. Ioseph *vsq; ad finē cōtin*
gēs. Hęc est tunica sacerdotalis vsq; ad pedes pueniēs. Hæc est cauda
hostię, q̄ tenemur reddere Deo et offerre Hęc est calcaneū bonæ opatio-
nis, q̄ cōtra serpētis morsū debemus obseruare. Hæc *est virtus, q̄ Deū*
ligat. Hæc *ē, q̄ oē bonū informat. Hæc ē pseuerātia, qua laureant mar-*
tyres, qua virgines coronātur qua sacerdotes sublimātur et cōfeßores.
Et paulo post. *Bonū inchoare, et malo in fine cōcludere. q̄d aliud est q̄*
mōstrosas res cōficere? Illa.n. actio quasi chymęra est, q̄ initiū hēt à rō-
ne, sed finē à sēsualitate. Cū. *n. sic agitur, humano capiti ceruicē pictor*
Bern.ep.129 *equinā iūgit. et supinducit infructuosus plumas.* Bern. epi. ad Ianuēses.
Prorsus absq; pseuerātia, nec qui pugnat uictoriā, nec palmā victor cō-
sequitur. Vigor viriū virtutū cōsūmatio est, nutrix ad meritū, media-
trix ad pmiū. Soror est patiētia, cōstātiæ filia, amica pacis, amicitiā no-
dus, vnanimitatis vinculū, ppugnaculū sāctitatis. Tolle pseuerantiā,
nec obsequiū mercedē hēt, nec beneficiū gratiā, nec laudē fortitudo. De-
Matt.10.22 *niq;, non qui cœperit, sed qui pseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit.*

III.REM.

III. REM Cõſidera exẽpla magnorũ virorũ, qui ob incõſtãtiã graviter lapſi ſũt. Baſ. in epiſt. ſupra citata. *Tot tãtiq; labores à Moſe Dei famulo fortiter exãt lati quo abierũt, qñ illius petitio, qua enixè efflagitarat terrã ingredi ꝓmiſſionis, per momẽtaneã cõtraditionẽ omni exceptione ſubmota eſt. Ipſi Giezi rurſus qd ꝑ hoc accreuit emolumẽti, ꝙ domeſtico vſus ſit Eliſei cõgreſſu, cũ ardor impoſẽs cõgerẽda pecuniæ leprã illi aſciuit? Salomoni qd attulit cõmodæ frugis tãta ſapientia diuinitus inueni infuſa, qñ is demũ ꝑ illices mulierculæ cõplexus in ſenio vecors factus, in idololatriã lapſus eſt. Quin ne ipsũ quidẽ B. David ſ tilis qdã incogitãtia ſui ſiuit hinc emigrare irreꝑhẽſibilẽ per piaculũ in Uriã deſignatũ. Et quidẽ Iudæ vnius excitãda prolapſio, à meliore ſtatu ad ſortẽ deterrimã ſatis eẽ debuerat ad cõmuniẽ eos Dei famulos in ſãcto vitę ꝓpoſito. Itaq; nõ q bene cœpit, dicẽdus eſt ꝑfectus etc.* Addi hic ꝑter eodẽ Baſi. ho. in 40. Martyres, exẽplũ vnius qui ꝑ incõſtãtiã in martyrio defecit. Nã cũ oẽs nudi hyeme prædura per noctare cogerẽtur. *Vnũ, inqt, erat omniũ votũ. 40. in ſtadiũ intrauimus, totidẽ Domine coronas tribue. Nõ defit nu. nec vnus quidẽ. Verũ vnus ea repertus animi mollitie atq; incõſtãtia, vt ſtatim frigoris tolerãtiã deſperãs ad hoſtes trãsfugerit, miſerabile ꝓrſus ſpectaculũ, miles trãsfuga, vir fortisſimus captus, Chriſti ouis à lupo direpta, et ꝙ miſerabilius à vita ꝑpetua cœleſtiq; excidẽs, ſed nec ꝑſẽti vita diu gaudẽt. Nã ſimulatq; in lauacrũ aq̃ calidę ibi iuxta ſitũ ĩ ſiliit, corpore ꝙ glacie torpebat diſſoluto ſtatĩ interiit.* S. Ber. quoq; ſimilia cõmemorat huius gñis exẽpla his verbis. *Saul, cũ eſſet paruulus in oculis ſuis, rex ẽ ſup Iſrael cõſtitutus: nõ ꝑſeuerãs in humilitate, et regnũ amiſit et vitã. Si cautela Sãſon, ſi Salomonis deuotio, perſeuerãtiã retinuiſsẽt nec is ꝑfecto priuaret ſap. nec ille virib. Hoc sũmæ honeſtatis inſigne, hãc totiꝰ ꝓbitatis vnicã fidãq; cuſtodẽ cuſtodiri à vobis firmiter hortor et ꝓcor.*

IV. REM. Cõſidera exẽpla virorũ cõſtãtiæ laude illuſtriũ, vt Ioſeph & Iob, de quib. B. Hier. in cõmẽtariis epiſt. Pauli ad Epheſios: *Ioſeph vnũ habebat propoſitũ placere Deo, hoc nulla varietate tẽporis immutatũ eſt, nec fratrũ inuidia, nec cõditione ſeruitutis, nec ętatis illecebris, nec dominę repromisſis, nec ſqualore carceris, nec poſtea tumore Aegyptiæ poteſtatis, ſed ſẽper vnus fuit, et varietatẽ tẽporũ redimens malos dies vertit in bonos. Hoc idẽ et de Iob ſentiẽdũ eſt, ꝙ per varia tẽtamẽta vexatus, nec diuitiis, nec dãnis, nec orbitate, nec vulnere, nec exprobratiõ; amicorũ, nec ſolitudine, nec poſtea bonorũ omniũ reſtitutione mutatus eſt.* Deinde exẽplũ Moyſis de quo B. Cypr. *Exẽplum perſeuerãdi deſignatur in* Exodo, *vbi Moyſes ad ſuperãdũ Amalech, qui figurã portat diaboli inſigno, ſacramẽto crucis alleuat ſupinas manus.* Nec *vincere aduerſariũ potuit, niſi poſtq̃ ſtabilis ĩ ſigno alleuatis ingiter manib. perſeuerauerit. Et factũ eſt, inquit, cũ leuabat Moyſes manus ꝑualebat Iſrael. Ubi ãt ſubmiſerat manus, inualeſcebat Amalech.*

Baſil. epiſt. ad Chil.

Baſi. ho. 20.

Bern. ep. 119

1. Reg. 15.

Hier. lib. 3. cap. 5.

Cypr. de exhort. mart. Exod. 17. 11.

Et accepto lapide supposuerunt sub eo, & sedebat super eũ, & Aaron & vt sustentabãt manus eius hinc & inde, & factę sunt manus Moysi *stabiles vsq; in occasũ solis. Et fugauit Iesus Amalech, & oẽm populũ eius.* Eandẽ perseuerantiã notauit B. Greg. in Iosue. *Cũ cõtra,* inquit, *aduersa mundi firmare mentẽ per constantiã nitimur precedẽtiũ consideratione fulcimur. Quid. n. Iosue constantius, qui ad explorãdam gentiũ qualitatẽ missus, nec proceritatis magnitudinẽ, nec numerositatis multitudinẽ expauit. Vnde & easdẽ gentes, quas explorãdo non timuit, ẽt præliando prostrauit.* Et S. Ambr. in Apostolo Paulo. *Donec vita est ista,* inquit, *certamẽ nõ deerit, nõ erit corona. Nullus probatur, nisi qui perseuerauerit vsq; in finẽ, vt postea possit, qui legitimẽ certauerit, coronari. Quis fortior Paulo? qs beatior? Ille tñ vas electionis Dominicę nõ ante sibi coronã vindicauit, q̃ certamẽ oẽ cõsũmaret: ideoq; ait. Certamẽ bonũ certaui, cursũ consũmaui, fidẽ seruaui: quod reliquum, reposita est mihi corona iustitiæ: quã non solũ sibi, sed ẽt omnib. diligẽtibus aduentũ Domini dicit esse reddendã. Pulchrè dixit, aduẽtũ Christi diligentib. Nemo. n. festinat ad iudiciũ, nisi de innocentia securus, aut qui de labore præsumit, aut gratia Domini, aut pia pro* Christo *certamina suffragantur.* Eodem pertinent constantiæ exẽpla martyrũ pęne innumerabiliũ vtriusque sexus, & cuiusuis ætatis, cõditionis & status, de quibus in Historia Ecclesiastica, & vitis sanctorũ.

Greg. li. 27. mor. c. 7.

Ambro. ex ho. ad virg.

Matt. 10. & 24.

2. Tim. 4. 7.

V. REM. est fortitudo animi, qua decernas nunquã, siue prospera, siue aduersa eueniãt, à proposito deflectere, sed nec actu deflectas. Loquor aũt, nõ tã de fortitudine speciali, quæ numeratur inter 4. virtutes cardinales, quã de generali in omni virtute requisita. Docet siquidẽ Aristoteles ad virtutẽ requiri *firmiter & immobiliter operari.* Quare nõ solũ qua Christiani, sed ẽt qua homines ea virtute muniti esse debemus. Qua Christiani quidẽ, quia professio nostra cõsistit in aduersis fortiter ferẽdis. *Regnũ cœlorũ vim patitur,* ait saluator, *et violenti rapiunt illud.* Et. *Qui vult venire post me, tollat crucẽ suã.* Et. *Oẽs qui piè viuere volunt Christi Iesu persecutionẽ patientur.* Et. *Cõtendite intrare per angustam portam.* Quæ verba exponens B Greg. libro 32. moralium *Dicturus,* inquit, *angusta portę introitum, præmisit, contendite, quia nisi mentis contentio ferueat, vnda mundi nõ vincitur, per quam animus semper ad ima reuocatur.* Eodem spectant illa B. Hieronymi contra Pelagianos. *Si paulululum se quis remiserit, quomodo qui aduerso flumine lembum trahit, si remiserit manus, statim retrolabitur, & fluentibus aquis, quo non vult, ducitur; sic humana conditio, si paululum se remiserit, discit fragilitatem suam, & multa se non posse cognoscit.* Qua homines vero sumus, hoc robore animi quoque destituti esse non debemus, quia & Philosophi naturam ducem secuti illud in virtutum exercitatione postularunt, immo omnibus animantibus, etiam brutis duplicem appetitum

Arist. 2. Eth. cap. 4.

Matt. 11. 12.

Matt. 16. 24.

2. Tim. 3. 12.

Luc. 13. 24.

Greg. c. 28.

Hier. lib. 3.

petitū in eſſe docuerunt, alterū concupiſcibilē quo ferrentur in bonū naturæ ſuę congruēs: alterū iraſcibilē, quo contra hoſtē vt illata ſe tuerētur; quanto magis hoī rōnis cōpoti congruit tale robur adeſſe cū periclitatur de ſalute. *Auida eſt periculi uirtus*, inquit Seneca, *& quo tendat, non quid, paſſura ſit cogitat, quoniā & quod paſſura eſt gloria pars eſt. Milites viri gloriātur vulnerib. Calamitas virtutis occaſio eſt. Ignis aurū probat, miſeria fortes viros*. Quod ſi in oī virtute fortitudo hęc aī neceſſaria eſt, quāto magis inconſtantia, quę nomen ſuū à fortitudine hēt, & perſeuerantia, cum, teſte Ambroſio in oratione funebris fratris, & Proſpero in libro de vocatione gentium primo, nihil aliud ſit *perſeuerare, quam tentione non vinci*. Sen. libr de prouidentia Amb. orat. de ſatyro. Proſ. l. 1. 24.

VI. Remed. Studiū progrediendi de virtute in virtutē ſcdm cuiuſque ſtatū. Hoc tradit Baſ. diſcipulo ſuo ita ſcribens. *Neceſſe eſt, vt in percurrendo vitæ iſtius ſingularis* (anachoreticæ) *ſtadio, quod tanta alacritate ingreſſus es, acriores tibi ipſi quotidie addas aculeos. quo te inuitat exēplo Paulus agoniſtes eximius, ita loquens. Earū quæ retro ſunt obliuiſcens, adea quæ priora ſunt me extendens ad deſtinatū perſequor, ad brauiū ſupremæ vocationis. Sane ea eſt humanę vitæ conditio, nunquam acceptis contentā ſpe ali continenti, & ſecuram præteritorū inhiare futuris. Quid.n.aie proſit, heſternū diem exegiſſe in actione virtutis, ſi hodie velut deſertor defecieris ab opere iuſtitiæ? Qualem.n.te inuennero, ait ſcriptura, talem te iudicabo.* Et Greg. explanans verba Iob. *Et ſicut palma multiplicabo dies. Palma*, inquit, *vaſtior in ſumitate eſt, quam eſſe ceperit ex radice, quia ſępe electorum conuerſio plus finiendo peragit, quā proponit inchoando, & ſi tepidius prima inchoat, feruentius extrema conſummat; videlicet ſemper ſe inchoare æſtimat, & idcirco in ſtribilis in nouitate perdurat. Hanc.ſ. iuſtorum conſtantiam Propheta intuens, ait. Qui confidunt in Domino mutabant fortitudinem ſuam, aſſument pennas vt aquilæ: current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient. Mutant quippe fortitudinem, quia fortes eſſe ſtudēt in ſpiritali opere, qui dudum fuerant fortes in carne. Aſſumunt aūt pennas vt aquilæ, quia contemplando volāt; currunt, & non laborant, quia velocib. magna celeritate prædicant; ambulant, & non deficiunt, quia intellectus ſui velocitatem retinent, vt tardiorib. condeſcendant. In cūctis verò bona, quæ accipiunt, quanto aliis libenter accommodant, tanto ipſi incommutabiles in nouitate perdurant. & qui tenues a radice inchoationis exeunt, fortes inculminis perfectione conualeſcunt.* Baſ. epiſt. ad Chilon. Phil. 3. 13. Iob 28 Gregor. 19. mor c 26. Iſa. 40. 32.

VII. Remed. ſit pro iis, qui ex puſillanimitate, vel ob crebros lapſus plus æquo timent, ne in cœpto ſemel piæ vitæ inſtituto perſeuerent. Hi.n. primo conſiderare debent perſeuerantiā inter dona Dei numerari, vt B. Proſper fusè ex diuinis litteris in libro primo de vocatione gentium, & ante eum Auguſt. in libro ſecundo de bono perſeuerantiæ, probant: immò Auguſtinus ex libello B. Cypriani de oratione Proſ. l. 1. 24.

tione Dñica oſtendit ſingulis fere eius petitionib.è Deo poſtulari perſeuerantiã. Vnde colligimus nihil frequentius ardentiusve eſſe petendum, quã donum conſtantiæ & perſeuerantiæ. Nec mirũ, quia

Eccl. ep 22. vt ſapiẽter ſcripſit Petrus Beleſis. *Omnes quidem virtutes currunt ad brauium, ſed vna perſeuerantia coronatur.* 2. in mentẽ reuocare debẽt exempla plurimorũ, qui licet fragiles & imbecilles, tñ in piæ vitę in-

Aug. 8. conf. cap. 11. ſtituto vſque ad mortem perſtiterunt, diceréq; quod S. Aug. eodem timore perculſus olim ſibi dixit. *Tu non poteris quod illi, & iſtæ an verò illi & iſtę in ſemetipſis poſſunt, ac non in Domino Deo ſuo?* 3. debent ſcire ẽt ab Ethnicis Philoſophis irriſas fuiſſe trepidationes de

In Enc c. 10 futuris prorſus incertis. Epicteti dictum eſt, *homines perturbari non rebus, ſed iis, quas de rebus habent, opinionib.* Et Senecæ ad Luciliũ. *Ti-*

Sen ep. 13. *bi præcipio, ne ſis miſer ante tps, cum illa, quæ velut imminentia expauiſti, fortaſſe nunquã ventura ſint; certè nondum venerunt. Quædã nos magis torquent, quàm debeant. infirmi & imbecillis animi eſt timere id, quod nondum accidit vel longinquum eſt.*

Vide V. *Acedia. Adulatio.* Hypocriſis. Immortificatio *paſſionum. Puſillanimitas. Timor humanus.*

INDISCRETIO

Remedia contra Indiſcretionem.

I Remed. Conſidera d. S. Scripturæ de indiſcretione, vel imprudentia, qua delinquis, quoties exceſſum vel defectum in exercitio boni operis committis. Nam, vt ſcribit Poeta.

Hor. ſat. 1. 1 *Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,*

Quos vltra citraque nequit conſiſtere rectum.

Eccl. 7. 17. Primo ergo dehortatur nos ſcriptura ab hoc vitio. Nam Eccle-

Eccli. 19. 24. ſiaſtes dicit. *Noli eſſe iuſtus multum, neque plus ſapias, quam neceſſe eſt.* Et Eccleſiaſticus. *Eſt, qui ſe nimium ſubmittit a multa humilita-*

Eph. 5. 14. *te.* Et Paulus. *Videte fratres, quõ caute ambuletis, non quaſi inſipiẽtes, ſed vt ſapientes Propterea nolite fieri imprudentes.* Et. *Non plus ſape-*

Rom. 12. 3. *re, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Nolite prudentes eſſe apud voſmetipſos.* 2. hortatur nos ad diſcretionem. Nã Salomon monet. *Prudentiæ tua per modum.* Et. *Palpebræ tuæ*, id eſt, diſcretio, *præ-*

Prou. 23. 4. Prou. 4. 25. *cedant greſſus tuos.* Et Chriſtus apud Matthæum. *Oportuit te commit-*

Matt. 25. 27. *tere pecuniam meam numulariis*, ſeu trapezitis, quorum, teſte Caſſia-

Caſſ. col. 1. c. 20 no, eſt probare quod ſit aurum purum, & diſcernere verum ab adulterino. Et Apoſtolus. *Rationabile ſit obſequium veſtrum.* Qui, & in-

Rom. 12 1. 1. Cor. 12. 10 ter dona Spiritus ſancti numerat donum *diſcretionis ſpiritum*. Et

1. Ioan. 4. 1. Beatus Ioannes. *Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate Spiritus, ſi ex Deo ſint.*

Remed.

II. Remed. Conſidera ſnias SS. Patrum. S. Cypr. probaret mulieres non eſſe arcendas ab Eccleſia, licet arceantur a cohabitatione clericorum, ita loquitur. *Abſit abſit, vt vbiq; fœminę proſcribātur. Habent loca ſua circa maritum, circa filios, circa parētes, circa fratres, circa ſeruos, & in domo orationis tantummodo iuxta cunctos clericos. In menſione aūt vna ſine cognatione cōpetentes non habent ſocios. Hæc eſt libera, quæ ſtat. State vero non pōt quicquid inclinauerit libera, dicente ſcriptura. Non declinabis in dexterā, neq; in ſiniſtrā. Et Dominus in Euangelio Quod amplius a malo eſt. Diſce nunc tēperantiæ modum, qui per licentiā quæris exceſſum. Ama ſeminas inter Sacra ſolēnia, & odio habe in cōione priuato, ſi vis Salomonis tenere doctrinam. Tēpus, inquit, amandi, & tempus odiendi.* S. Baſ. in principium Prou. *Vera prudentia eorū quæ agenda & non agenda ſunt cognitio eſt: quam ſi quis rite ſectatus fuerit, nunquā ab officio, virtuteq; abſcedet, nunquā vitiorū peſtē incurret. Igitur, qui prudentiæ ſermones cognoſcit, &c. vt bonus trapezita, quod bonū fuerit, retinebit, & ab omni ſpecie mala abſtinebit.* Et in conſtitutionib. monaſticis. *In omni quæ ſuſcipitur actione antecedere prudentia debet. Nā ea remota, nihil cuiuſuis generis eſt, ꝙ licet bonū videatur, non in vitium recidat, ſi aut alieno tpe, aut non adhibita moderatione fiat. Ratio verò & prudentia, vbi reb. bonis idoneum tp̄s ac modum definiunt, mirabile eſt, quantus ex earum vſu cum in dantes, tum in accipientes fructus redundet.* S. Amb. lib. 1. officiorū. *Decorum in noſtris ſcripturis primo conſtitui loco, quod græcè πρέπον dicitur, inſtruimur & docemur legētes. Te decet hymnus Deus in Sion. Et Apoſt. ait. Loquere quæ docent ſanā doctrinā.* Et infra. *Sapiens, vt loquatur, multa prius conſiderat: quid dicat, aut cui, dicat, quo in loco, quo tpe. Eſt ergo & tacendi & loquendi modus, eſt ēt in factis modus. Pulchrum eſt igitur tenere menſurā officii.* Et lib. de pœnit. *Si virtutū finis ille eſt maximus qui plurimorū ſpectat prouectū, moderatio prope oīum pulcherrima eſt, &c. Nā Salomon ait. Noli iuſſus eſſe nimiū. Dēt. n. iuſtitiā tēperare moderatio. Nā quemadmodum ſe tibi curandū prębeat, quē faſtidio dedas, qui contēptui ſe, non cōpaſſioni medico ſuo putet futurū? Ideo Dn̄s Ieſus cōpaſsus nobis eſt, ut ad ſe vocaret, non deterreret.* S. G. Naz. de moderatione in diſputando, vt probet in cauſa fidei diſcretione vtendū. *Id probe, inquit, exploratū habes Salomon. Ne declines, ait, ad dexteram, ne q; ad ſiniſtrā, ne per contraria inæquale malū incidas, &c. Quod ēt ſpectās alio loco inquit. Ne magnopere iuſtus ſis, nec ſupra modū ſapiens. Par. n. iuſtitię ſapiētiæq; detrimentū affert acris hæc tam circa actionē, quā circa ſermonē animi affectio virtutis nomen propter exceſsum amittēs. Hanc. n. exceſſus & defectus peræq; labefactant, non ſecus ac regulā aliquā additio aliqua aut ſubtractio. Nemo igitur ſapientior ſit, quam conueniat. nec luce ſplēdidior, nec amuſſi rectior, neq; pręcepto diuino ſublimior.* Et in oratione

Cyp. de ſingular. cler.
Prou. 4. 27.
Matt. 5. 37.
Eccl. 3. 1.
Baſ. h. 12.
Cap. 15.
Amb. c. 10.
Pſal. 64. 4.
Tit. 2. 1.
Id. lib. 1 c. 18.
Eccl. 7. 17.
Naz. orat.
Prou. 4. 27.
Eccl. 1. 17.
Rom. 12.

tione de laudib. S. Basilij. *Equidē, inquit, mihi verendū esse video, ne*
Cleobuli sē- *immodicæ prolixitatis crimen apud eos incidam, qui mediocritatē lau-*
ex 7. Sapie- *dib. efferunt, quā nec ille contēnebat, sn̄iam hanc.* *Modus oīs optimus,*
ntius. *in primis laudans, ac toto vitæ curriculo seruans* S. Hier. ad Demetria
Hi. ep 8. dē. *Neq; immoderata tibi imperamus ieiunia, & enormem ciborū ab-*
stinentiā, quib. statim corpora delicata franguntur. Philosophorū quoq;
sn̄ia est, μετρίας ἀρετὰς, ὑπερβολὰς κακίας ᾗ ει *quod latinus ita pōt sermo*
resonare, moderatas esse virtutes; excedentes modū atq; mensurā inter
uitia reputari. Vnde & vnus de septē sapientib. μηδὲν ἄγαν, *i. ne quid, ait,*
nimis. Quod tam celebre factū est, vt comico quoq; versu expressū sit.
Sic dēs ieiunare, vt nō palpites, & respirare uix possis, & comitū tuarū
vel porteris, uel traharis manib. sed ut fracto corporis appetitu, nec in le
Cassi. col. 2. *ctione, nec in Psalmis, nec in vigiliis solito quid minus facias.* Io. Cass.
Est discretio non mediocris quædā virtus, nec quæ humana passim va-
leat industria cōprehendi, nisi diuina fuerit largitate collata. Et iterum.
Quā nisi monachus oī intentione fuerit assecutus, necesse est eū velut
in nocte cæca oberrantē, non solū perniciosis foueis, præruptisq; incidere,
Cap. 4. *sed ēt in planis ac directis frequenter offendere.* Et rursus. *Tam B. An-*
V. Patium *tonii, quā vniuersorū sn̄ia definitū est, discretionē esse, quæ fixo gradu in*
p. 3. c. 42. *trepidū hoīem perducat ad Deū, prædictasq; virtutes iugiter conseruet*
illæsas, cū qua ad consumationis excelsa fastigia minore possit fatiga-
Greg. 9. & 11. *tione conscendi, &c. Oīum nāq; virtutū generatrix, custos, moderatrix-*
que discretio est. S. Greg. lib. Moral. 3. *Bona quidē intentione amici Iob*
ad consolandū venerant, sed hoc qđ pia mens Deo mundū obtulit, locu-
tio præcipitata uitiauit. Scriptū quippe est. Si recte offeras, non recte aūt
diuidas peccasti. Recte nāq; offertur, cū recta intentione quid agitur: sed
Greg. 4 in 1a *recte nō diuiditur, si non hoc, qđ pie agitur, ēt subtiliter discernatur. Ob-*
70. *lata n. recte diuidere, est qualibet bona nostra studia solicite discernendo*
pensare. Sæpe ergo & quod bono studio gerimus, dū discernere cautè ne
Greg. c. 11. *gligimus, quo iudicetur fine nescimus & nonnunquā hoc fit reatus criis*
quod putatur cā virtutis. Et lib. 28. *Plerumq; virtus cū indiscretè tene*
tur amittitur, cumq; discrete intermittitur, plus tenetur. Nec mirū, si in
incorporeis id intelligimus, quod agi & incorporeis reb. videmus. Ex stu-
dio namq; arcus distenditur, ut in suo tpe cū utilitate tendatur. Qui si
otiū relationis nō accipit, feriēdi virtutē ipso vsu tētionis perdit. Sic ali
qñ in exercitatione uirtus cū per discretionē prætermittitur reseruatur,
vt tāto post uitia valēter feriat, quāto a percussione interim prudenter
Bern. ser. 49. *cessat.* Bern. in Cant. *Discretio oī uirtuti ordinē ponit, ordo modū tribuit*
& decorē ēt & perpetuitatem, &c. Est ergo discretio, non tam virtus,
quam quædā moderatrix & auriga uirtutum, ordinatrixq; affectuū, &
morum doctrix. Tolle hanc & uirtus uitium erit, ipsaque affectio natu
ralis in perturbationem magis conuertetur, exterminiumque naturæ.
III. Remed. Rationem in omnibus actionibus tuis, maxime cum
dubit

dubitas, quid conſideratis circumſtantijs expediat, ducem ſequare. Ita Greg. Naz. *Id verò* (nempe moderationem in oīb. rebus) inquit, *Ita demum aſſequemur, ſi modeſti & compoſiti eſſe curemus, naturæ leges cōprobemus, rōnem ducem ſequamur, ordinem diſciplinamq; nō aſpernemur.* Et alter Greg. Ro. *Bene in Euangelio veritas dicit Mat. 6 Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus tuus ſimplex fuerit totum corpus tuum lucidum erit, &c. Quid n. per oculum exprimitur, niſi opus ſuum præueniens cordis intentio quæ priuſquā ſe in actione exerceat, hoc iam quod appetit contemplatur. Et quid appellatione corporis deſignatur, niſi vnaquæq; actio quæ intentionē ſuā quaſi intuentē oculum ſequitur? Lucerna itaq. corporis eſt oculus, quia per bonæ intentionis radicem merita illuſtrantur actionis. Et ſi oculus tuū ſimplex fuerit, totū corpus tuum lucidum erit, quia ſi rectè intendimus per ſimplicitatem cogitationis, bonum opus efficitur, ēti ſi minus bonus eſſe videatur.* Eodem ſpectant illa B. Bern. *Deus vult ſe amari non ſolum dulciter, ſed & ſapienter. Vnde Apoſt. rationabile, inquit, obſequium veſtrū. alioquin facillimè zelo tuo Spiritus illudet erroris, ſi ſcientiam negligas. Nec habet callidus hoſtis machinamentum efficacius, ad tollendum de corde dilectionem, quam ſi efficere poſſit, vt in ea incautè, & non cum ratione ambuletur.*

Naz. in orat. de modera. diſp.

Gregor. 18. moral. c. 13. Cat. col. 2. 2.

Bern. ſer. 19. in Cant.

Rom. 12. 1.

IV. Remed. Maiorum, & ſeniorum conſilia ſedulo require. *Ne innitaris,* inquit, ſapiens, *prudentiæ tuæ.* Et. *Qui ſapiens eſt, audit conſilia* Et. *Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factū non pœnitebis.* Hoc remediū tradit Abb. Moyſes apud Caſſ. his verbis. *vera, inquit, diſcretio non niſi vera humilitate acquiritur. Cuius humilitatis hæc erit prima probatio, ſi vniuerſa non ſolū quæ agenda ſunt, ſed ēt quæ cogitātur ſeniorum reſeruetur examini, Quæ inſtitutio non ſolum per ueram diſcretionis viam iuuenē recto tramite docebit incedere, verum etiam cunctis fraudib. & inſidijs inimici ſeruabit illæſum. Nullatenus. n. decipi poterit quiſq; ſi non ſuo iudicio, ſed maiorū viuit exemplo.* Et S. Baſil. in orōne de Fœlicitate. *Profecto, inquit, diuina quædā res eſt conſilium, eſt namq. animi coniunctio, charitatis fructus, mētis demiſſæ demonſtratio. Superbia. n magna habetur, exiſtimare nullius ſe egere auxilio, ac ſibi ipſi penitus acquieſcere, quaſi vel ſolus ſapiat, vel quam optima in medium conſulere valeat. Quare nequaquā cunctemur iis nos ſubmittere, qui nobis ea quæ decora ſunt conſulunt: nec vnquam turpe eſſe ducamus, conſidere, alios quoad vitam inſtituendam nobis longe eſſe prudentiores. Magnam profecto affert hoībus vtilitatem conſilium, eo quod nemo ſibi ſufficiat ad electionem rerum vtilium honeſtarumve, ſed pluribus ſane ſocijs uſquequè ſolertibus opus habet.*

Prou. 3. 5. & 12. 15.

Eccl. 32. 24.

Caſ. co. 2. c. 10

Baſ. Orat. 22

V. Remed. Conſidera exempla eorum qui neglecto aliorum conſilio per indiſcretionē miſerè perierunt. Ea cōmemorat accuratè idē Caſſianus collatione ſecunda. Primum eſt Heronis, qui 50. annos in

Caſſ. ca. p. 5.

eremo ſolus cõmoratus, tandem a Satana transfigurante ſe in angelũ
Cap 6. lucis deceptus, ſe in puteũ profundiſſimum præcipitẽ egit, ex eoque magno labore extractus, ne ſic quidẽ a ſenioríb. ſibi perſuaderi paſſus eſt peruerſum angelum huius conſilij auctorẽ fuiſse. Alterũ eſt monachorũ duorũ, qui nullo aſsumpto cibo vaſtiſſimam ſolicitudinẽ penetrare voluerunt cogitãtes ſe a Deo nũ deferendos, cumq; Mazices, hoĩes ceteroquin feri, obuij facti illis panes obtuliſsent, vnus
Cap 7. tm accepit, alter noluit & fame perijt, exiſtimabat.n. non poſse diuino inſtinctu fieri, vt hoĩes tam barbari panem offerrent. Tertiũ eſt cuiuſdam, qui angeli praui conſilio in fraudẽ inductus propriũ filiolum, quẽ ſecum in cella alebat, & erudiebat, exemplo Abraham,
Cap 8. Deo immolare voluit, ſed puer, vt aduertit patrẽ exacuere cultũ, aufugit. Quartũ eſt monachi Meſopotameni, cui ſimilis ſpiritus perſuaſerat, vt circumciſionẽ Iudaicã reciperet; ſpectandum.n. illi præbuerat populum iudæorum cum Patriarchis candidum & fulgentẽ,
Coll 1.c.21. Chriſtianum cum Apoſtolis & Martyrib. tetrum & macilantum Alibi item narrat Caſs. cum Abbas Ioannes Lyci habitans poſt biduanũ ieiunium refectionem ſumeret, Zabulum in tetri Aethiopis ſpecie ad genua eius aduolutum dixiſso. Indulge mihi, quia ego tibi laborem tam diuturni ieiunij indixi. Vnde ille cognouit ſe ad tantã ſeueritatem a malo ſpiritu inductum.

Greg. c. 12. IV. Remed. Conſidera exempla antiquorum Patrum, qui diſcre-
Iob 38.5. tionis laude excelluerunt. Hoc remedium tradit. B. Greg. lib. 28. moralium in illa verba Iob. *Vel quis tetendit ſuper eã lineam? ſuper hãc terram, inquiens, linea tenditur, quando electæ cuiq; ãĩæ ad ſumendam viuendi regulã Patrũ præcedentium exẽpla monſtrantur: vt ex illorum vita conſideret, quid in ſuis actib. ſeruet, quatenus reſpecto iuſti limitis*
Matt. 7. 14. *tramite, nec infra minima negligens deficiat, nec vltra maxima ſuperbiens tendat, nec minus conetur explere, quam ſufficit; nec plus arripiat, quã accepit, ne aut ad menſurã, quam dẽt, non perueniat, aut eandẽ menſuram deſerens extra limitem cadat. Anguſta quippe porta eſt, quæ ducit ad vitam; & ille hanc ingreditur, qui in cunctis, quæ agit diſcretionis ſubtilitate propter hanc ſolicite coarctatur: Nam qui per voluntates proprias ſecura mente ſe dilatat, anguſtæ ſibi portę aditum dãnat.* Ac mox duo diſcretionis exẽpla ſubijcit: alterũ B. Petri Apoſtoli, alterũ B. Pauli. Petri quidẽ, pro eo qui ex indiſcretione ſua magis conſilia, quã ſeniorum, eligeret ſibi potius quam alijs crederet. *Hunc*, inquit,
Act. 5. 29. *Petrus intra menſuræ lineam reuocat, qui poſtquam libertate vocis auctoritatem Principum preſſit*, (dicens, oportet Deo magis obedire quã hominib.) *per humilitatem cordis de non circumcidendis gentibus Pau-*
Act. 15. 10. *li conſilium audiuit. Sic enim ſemetipſum contra aduerſarios ex auctoritate curabat erigere, vt tamen ſibmetipſi non crederet in his quæ non recte ſentiret, & humilitate manſuetudinis obedientiam in recto conſilio*

etiam

etiam miſtorib.fratrib.exhiberet. Pauli pro eo, qui per indiſcretionem vnum eundemq; tenorem agendo teneret, cum tamen *per momenta temporum ſæpe mutentur,* inquit Greg. *merita actionum. Quam diſcretionis lineam,* inquit idem, *bene ante oculos Paulus tetendit, qui & gentiles ad libertatem fidei venientes circumcidi prohibuit, & tamen Lyſtris, atque Iconium tranſiens ipſe Timotheum qui gentili patre editus fuerat circumcidit. Fecit quod fieri fidei amore prohibuit, ſed ad fidei retorſit miniſterium, quod quaſi non fideliter fecit. plerumque enim virtus cum indiſcrete tenetur, amittitur, &c.* Act.16.3.

VIII. Remed. Cõſidera geminas eſſe virtutũ actiones, externas, & internas. Externæ ſunt, ieiunia, vigiliæ, cilicia, flagellationes, humicubationes, meditationes, orationes, lectiones, &c. in quib. proprie indiſcretio, vel exceſſus & defectus committitur. Aliæ ſunt internæ in aĩo, vt humilitas, charitas, patiẽtia, mortificatio paſſionum, mutatio morum, in quib. proprie non cõmittitur exceſſus. Nemo. n. in interna humilitate, charitate, patiẽtia, &c. facile excedit. Hoc aũt intereſt inter vtraſq; quod in internis conſiſtat perfectio Chriſtianę religionis, & vitæ religioſę, non item in externis, quæ ſunt tm̃ inſtrumenta ad perfectionem obtinendam: illæ finis, hę mediorum rõnem vendicant, illæ difficilius & non niſi longo vſu & exercitatione, hæ facilius acquiruntur. De quo diſcrimine eleganter ſane diſſerit auctor epiſt. ad Demetriadẽ ſumpto exemplo a lectione rerum ſacrarum, in qua minus periculũ exceſſus vr̃. *Sit,* inquiens, *ipſe lectio, cui finẽ conſiliũ, non laſſitudo imponat. Nã vt immoderata ieiunia, & ardor abſtinentiæ, & enormes inordinataq. vigiliæ intemperãtię coarguuntur, idq; nimietate pariunt, vt hæc ipſa poſtea quidẽ nec mediocriter fieri poſſint: ita ſtudiũ lectionis intẽperans in reprehenſionẽ cadit, quodq. laudabile eſt in genere ſuo, fit de nimietate ſui culpabile. Generaliter quidẽ, ſtrictimq. ſed breuiter dicendũ eſt. In bonis quoq; reb. quicquid modũ exceſſerit, vitiũ eſt. Magna eſt, magna, inquã, & quæ grandi ſtudio conſtat perfectæ vitę rõ, conſumataq. ſapientiæ eſt ſcire, quid quo inſequaris modo, & ad oẽm actũ præferendo conſiliũ, nihil facere, quod feciſſe pœniteat.* Eodẽ tendit illud Hier. ad Demetriadẽ de virginitate ſeruanda. *Ieiuniũ non perfecta uirtus, ſed cęterarum virtutũ fundamentũ eſt: gradus prębet ad ſumma ſcandentib.* Et Baſil. de vera virginitate. *Si ipſam per ſe ciborũ abſtinentiã ſpectemus (ſecũdum Apoſt. Paulũ, dicentẽ. Eſca nos non cõmendari Deo) neq. ſi nõ comedamus deficimus, neq. ſi comedamus abundamus; Neq. n. qui nõ comedunt ob id duntaxat plus aliquid comedentib. de uirtute habent, neque qui comedunt, ex eo minus aliquid comedentib. haberi putãda ſunt ſi modo illorũ uirtus interior ęqualis ſit. Oportet igitur ad aĩę virtutẽ intentione directa cuncta exercitia corporis aggredi, quæ cũ per ſe bona non ſint, eius tamen boni cuius grãtia arripiuntur ornata miniſterio bona*

In append. 2.3. Auguſt.

Hier. ep. 8.

1. Cor. 8. 8.

Caſſ col.1.7 *na & honeſta ſunt.* His conſentit apud Caſſ. Abb. Moyſes. *Ieiunia, inquit, vigiliæ, meditatio ſcripturarum, nuditas ac priuatio omniũ facultatum non perfectio, ſed perfectionis inſtrumenta ſunt, quia in ipſis non conſiſtit diſciplinæ illius finis, ſed per illa peruenitur ad finem.* Finem aũt dicit eſſe, conſeruare cor ab oĩb. noxijs paſſionib. illęſum, & ad perfectionem charitatis conſcendere. Ex hoc doctrina diſcis ſeueriora ieiunia, aliaſq; grauiores pœnitentias non eſſe probandas, q̃n cõia pietatis exercitia impediunt. 2. mortificationem internorũ affectuum anteponendam in genere ſuo caſtigationib. corporis 3. virtutes internas plus affectandas & exercendas, quam externas.

VIII. Remed. Conſidera exempla eorum, qui virtutes in quib. conſiſtit perfectio, ſuo tempore antepoſuerunt virtutibus, quæ ſunt inſtrumenta perfectionis, vt charitatem ieiuniis. Io. Caſſianus monaſticarum inſtitutionum libro quinto imprimis tradit in prouincia Aegypti in aduentu fratrum peregrinorum indifferenter quotidiana ſolui ieiunia, eo quod ieiunium voluntarij muneris ſit oblatio, opus aũt charitatis implere præcepti exigat neceſſitas; moxque duorum ſeniorum exempla ſubiungit. Vnius quidẽ, qui ſexies diuerſis aduenientib. menſam poſuerit, & cum ijs comederit. Alterius verò, qui nunquam ſine peregrino, etiamſi triduum ieiunium differendum eſſet, cibum ſumpſerit. Theod. quoq; in hiſtoria religioſa narrat Martianum monachum e regia ſtirpe oriundum panis libera in quartum vſque ad diem contentum, in aduentu tamen Auiti monachi ieiunium laxaſſe: cumque Auitus affirmaret ſe à mortte ſuo in veſperam ieiunandi non diſceſſurum, ingemuiſſe, & dixiſſe ſe charitatem præferre ieiunio. Et B. Auguſtinus in libro de moribus Eccleſiæ, cum fuſe egiſſet de ſeuerioribus ieiunijs quorundam vtriuſque ſexus religioſorum cœtuum, quos Mediolani, Romæque vidiſſet, tandem ſubijcit *Charitas præcipue cuſtoditur, charitati victus, charitati ſermo, charitati habitus, charitati vultus aptur, coitur in vnũ, conſpiraturq. charitatem, Hanc violare tanquam Deum nefas ducitur. huic ſi quis reſiſtit, eiicitur atq. vitiatur, hanc ſi quis offendit, vno die durare non ſinitur. Sciunt hanc ita cõmendatam eſſe a Chriſto & Apoſt. vt ſi hęc vna abſit, inania: ſi hęc adſit, plena ſint oĩa.* Concludam hoc antidotũ exẽplo B. Io. Euangeliſtæ, ex quo intelligas diſcretionis virtutem & a religioſis hoĩbus expoſcere vt aliqñ aliqd de conſueta vitæ ſeueritate remittant. *Fertur, inquit Caſſianus B. Euangeliſta Ioannes cum perdicem manib. molliter demulceret, quendam ad ſe habitu venatorio venientem dixiſſe. Tune es ille Ioanacs cuius fama celeberrima me quoq. ſummo deſiderio tuæ agnitionis illexit? cur ergo oblectamentis tam vilibus occuparis? Cui B. Io. Quid eſt quod manu tua geſtas? At ille. Arcus. Et cur, inquit, non eũ vbiq tenſum circumfers? Cui ille reſpondit: Ne iugi curuamine rigoris fortitudo la-*

Caſſ. Capit. 24 25. 26.

Theod c. 3

Aug. c. 33.

Caſſ. coll. 24. c. 21.

do laxata mollescat atq. depereat. Ne nostri aĩ tã parua breuisq; laxatio te offendat ò iuuenis, inquit B. Io. nã, nisi rigor intentionis remissione aliqua relaxet, virtuti Spũs cũ necessitas posit, obsecũdare nõ poterit.

Vide. V. *Conscientia scrupulosa. Desperatio. Illusiones spirituales. Immortificatio passionum. Inobedientia. Iudicium proprium. Iudiciũ temerarium. Præsumptio. Voluntas propria.*

INGRATITVDO IN DEVM, ET alios benefactores.

Remedia contra ingratitudinem.

I. Rem. Cõsidera oracula diuini verbi, in quo primo ingrati arguũtur, digniq; pęna pronunciantur. nam apud Isaiã prophetã de iudęis ob ingratitudinẽ Deus quęritur his verbis. *Filios enutriui, & exaltaui, aũt spreuerunt me.* Apud Lucam verò Saluator similiter quęritur de nouem leprosis à se mundatis, dicens. *Decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? non est inuentus, qui rediret, & daret gloriã Deo, nisi hic alienigena.* B. Paulus in altera ad Timoth. epist. ingratos inserit catalogo improborum. *Erunt*, inquit, *nouissimis temporib. homines seipsos amantes, cupidi, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, &c.* Et sapiens. *Ingrati spes tanquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet, tanquã aqua supervacua.* Et. *Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius.* 2. gratiarum actionẽ nobis commodat. Vnde Apost. *in omnib. gratias agite.* Et. *Grati estote.* Et. *Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi, gratias agentes Deo & Patri per ipsum.* Et. *Gratias semper agentes pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi Deo & Patri.* Ita fecit psaltes regius dicens. *Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius.* Isa. 1. 2. Luc. 17. 17. 2. Tim. 3. 2. Sap. 16. 29. Prou. 17. 13. 1. Thes. 5. 18. Col. 3. 15. 17. Eph. 5. 20. Psal. 102. 2.

II. Remed. Considera SS. Patrum dicta, de ingratitudine & gratitudine. S. Bern. in Cant. *ingratitudo inimica est animæ, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio. ingratitudo ventus vrens, siccans sibi fontem pietatis, rorem misericordiæ, fluenta gratiæ.* Et de Euangelio septem panum. *ingratitudinem prorsus odit anima mea. Peremptòria siquidem res est ingratitudo, hostes gratiæ, inimica salutis. Dico ego vobis, quoniã pro meo sapere nihil ita displicet Deo, presertim in filiis gratiæ, in hominibus conuersionis, quemadmodum ingratitudo, Vias enim obstruit gratiæ.* S. Aug soli loquiis. *Recolam ad mentem meam omnia bona Domine, quæ fecisti mihi a iuuentute mea in omni vita mea. Scio namque quod ingratitudo multum tibi displiceat, quæ est radix totius mali spiritalis, & ventus quidam desiccans, & vrens omne bonum, obstruens fontem misericordiæ tuæ super hoĩem,* Ber. ser. 51. Id. serm. 2. Aug. c. 18.

O qua

Id.cap.11. *qua & mala iam mortua oriuntur, & viua opera moriuntur.* Et lib. de spiritu & littera. *Cultus Dei in hoc maxime cõstitutus est, vt aĩa ei nõ*
Psal 15.2. *sit ingrata: vnde in ipso verissimo. & singulari sacrificio Dño Deo no-*
Id c 18. *stro gratias agere admonemur. Deus.n. bonorum nostrorum non indi-*
get, ait Dauid. Cum quo conuenit illud in lib. 1. contra aduersariũ legis, & prophetarum, dum exponit verba psal. 49. *Sacrificium laudis honorificabit me. Quod est aũt, inq', sacratius laudis sacrificiũ, quã in actione gratiarũ? Et vnde maiores agendæ sunt Deo gratiæ, quã pro ipsius gratia per Iesum Christum Dominum nostrũ? Quod totum fideles in*
Chrysho.5. *Ecclesiæ sacrificio sciunt, cuius vmbræ fuerunt oĩa priorum genera sacrificiorum.* Io. Chrys. ad populum Antiochenũ. *Nullum gratiarum actioni par bonum, quemadmodum blasphemia peius nihil.* Et rursum. *Magnus thesaurus gratiarum actio, magnæ diuitię, inconsumptum bonum, armatura fortis; sicut blasphemia ingruentẽ iacturam intendit iis, qui peierare solent, plura insuper perire facit. Perdidisti pecunias? Si gratias quidẽ egeris, aĩam lucratus es, & maiores nactus est diuitias, quia Dei beneuolentiam hausisti amplius; si verò blasphemaueris, insuper et*
Amb.c.31 *salutẽ tuã amisisti; & quã hausisti aĩam,* S. Amb. lib. 1. officiorum. *Cõferre gratiam bonum est, at qui referre nescit durissimus. Humanitatis exempla ipsa terra suggerit. spontaneos fructus ministrat, quos non seueris; multiplicatum quoque reddit, quod acceperit. In prouerbiis quoque babes, quod ita plurimũ redhibitio ista gratiæ apud Deũ consueuit valere, vt ẽt in die ruinæ inueniat gratiam, quæ possunt præponderare pec-*
Luc.6 38. *cata. Et quid altis vtar exemplis, cum Dominus ipse remunerationem vberiorẽ sanctorũ meritis in Euangelio polliceatur, atq; exhortetur, vt operemur bonũ opus dicens. Date, & dabitur vobis; mensuram bonam,*
Id.ser.42. *cõfertam, supereflentẽ dabunt in sinũ vestrũ.* Et alib. in sermonib. *Dic mihi, num si aliquid de tuo cuicunq; largiris, expectas vt tibi gratias agat, vt benedicat domũ, de qua ei humanitas sit tributa? Qui si forte gratias non agit, quemadmodũ a te denotatur ingratus? Ita ergo & a nobis expectat, qui nos pascit, Deus vt pro præstitis ab eo escis illis gratias referamus, & saturi, donis ipsius laudes ei dicamus. Cęterũ, si accipientes diuina munera taciti & immemores fuerimus, tanquã ingrati &*
Sen.li.1.c.2. *indigni eorũ subministratione fraudabimur.* Seneca in libris de bene-
Lib.4 c. 18. ficijs. *Inter plurima, maximaq. vitia nullũ est frequentius, quã ingrati*
Lib.3.c 1. *animi.* Et. *per se fugienda res est ingratũ esse, quoniã nihil æque concordiam humani generis dissociat, ac distrahit, quã hoc vitiũ.* Et. *Non referre beneficiis gratiã & est turpe, & apud oẽs habetur. ingratus est, qui beneficiũ accepisse se negat, quod accepit. ingratus est, qui dissimulat. ingratus, qui non reddit. ingratissimus omnium, qui oblitus est.*

III. Remed. Considera beneficiorum diuinorum tam generaliũ, quam specialium in te omnesque hoĩes collatorum, conferendorum magnitudinem & multitudinem, & intelligas *ingratis nihil esse ini-*

quius,

quius, vt loquitur alicubi Ambrosius. Ea considerans B. Basil. homilia, in martyrem Iulittam. *Si quando, inquit, lætius arridet vitæ institutum, illam depromamus Dauidis vocem. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Ex nihilo effecit, vt essemus, ac produxit, dono rationis ornauit, inuentum artium ad vitã tuendam gratuito contulit. Et terræ viscerib. alimenta eduxit. in ministerium dedit omnigenum pecus. Propter nos imbres, sol montana, campestrisq. regio pulchrè exculta. Propter nos oẽs fluunt, promanant fontiũ scatebræ, mare ad negotiandum naues admittit, è fodinis effunduntur opes. At quid opus est persequi? Deus ipse salutis nostræ causa inter hoẽs conuersatus est, verbũ caro factum est, & habitauit in nobis, Sol ipse iustitiæ medius eorum factus est, qui sedent in tenebris. vita ipsa venit ad mortẽ, mortem aũt crucis; ob mortuos resurrexit, Spiritus sancti charismata distribuit multiplices coronas promisit, delicias paradisi, regni cælestis gloriã, &c. quæ numerari non queãt. merito vt exclamemus. Quid retribuemus Domino proõibus quæ retribuit nobis? Recte dicis, retribuit. Quam. n. rependis pro accepta gratia gratiarum actionem, & numerum refert, & habet beneficii loco: qui licet aliud nil accipiat, quam quod suum est, solidam tamen retribuit gratiam, ac si propriam dedisses.* Hoc idem antidotum ad euellandam ingratitudinem vberius dilatat Chrysostomus homilia 27. in Genesin. & Ambrosius libro primo de Iacob & vita beata capitulo sexto. Vide meditationes de beneficijs diuinis in Enchiridion nostro. Amb in Psal. 35. Basil ho. 5. Psal. 115. 12.

§ V. Remed. Certa tempora tibi quotidie describe, quibus Deo gratias agere consuescas, maxime cum nulla hora sit, nullum momentum, quo non beneficio Dei vtamur, vt docet in Soliloquijs Augustinus. *In Deo ennim viuimus*, inquit Apostolus, *mouemur & sumus*. Ea tempora his verbis descripsit Ambrosius in sermonibus. *Qui est vtilis Christianus semper debet Domino suo laudes dicere, & in eius gloriam omnia procurare, sicut Apostolus. Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloria Dei. Ergo cum diluculo surgimus, debemus priusquam procedamus è cubiculo gratias agere saluatori, & ante omnes actus seculi actus habere pietatis, qui nos quiescentes & dormientes in lectulis, custodiuit. Vt enim ego securus dormiam, ille peruigilat. Sed & cum vespera diem claudit, ipsi debemus per psalterium laudem dicere, & gloriam eius modulata suauitate concinere. Hoc enim non solum docemur ratione, sed etiam admonemur exemplis. Nonne enim videmus minutissimas aues, cum diem aurora producit in quibusdam nidorum cubiculis varia dulcedine personare, vt creatorem suum, quia loquela non possunt, suauitate demulceant? Aues propter vilissimas escas gratias agunt, tu pretiosissimis epulis pasceris, & ingratus es? Imitare ergo frater aues mane, & vesperi creatori gratias referendo. Et si es deuotior imitare lus-* Aug. c. 18. Act. 17. Amb. ser. 43. 1. Cor. 10. 31.

Ibid. hom. 1. *cinia, quæ, & nocturna spatia peruigili cantilena decurrit.* B. Bas. loco
1. Cor. 10. 31. sup. citato, cū eadē Apost. verba. *Siue comeditis, siue bibitis, &c.* percē
fuisse: plura tpa gratiarū actioni deputauit. *Accūbens,* inqt, *mensæ ora, edens panē largitori gratiā repende Tunicā indueris? gratias age, benigno donatori, qui cōmodum tibi, æstate, biemeq. tribuit vestimētum. Diē perfegisti? refer to gratiā illi qui solē immeritis in ministeriū indulsit. Si in cœlū, & eximiā syderum pulchritudinem aciem oculorum defixeris, supplica Domino, qui cuncta hęc in sapientia condidit, &c.*

V. Remed. Coneris ad summā perfectionem virtutis gratitudinis
1. Thes. 5. 18. aspirare, vt Deo gratias agas æquè in aduersis, atq; prosperis, scdm illud Apostoli. *Gratias agite in oīb.* nā mox subijcit. *Hæc est. n. voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis.* Quis verò tergiuersetur
Iob 1. 21. obsequi diuinæ voluntati? Deinde exemplo Sanctissimi Iob, qui tm̄ non calamitatib. obrutus tñ accinuit. *Sicut Domino placuit, ita factū est. Sit nomen Domini benedictum.* Certe, quemadmodum diligere a-
Matth. 5. 44. micos, qui nobis bene faciunt, & gratias agere in prosperis nobis cōe est cum Ethnicis, sic diligere inimicos, qui nobis male volunt, & gra-
Hier. li. 3. in c. 5. tias agere in aduersis proprium est Christianorum, secundum doctrinam omnium SS. Patrum. Hier. in commentario epist. ad Ephe-
Eph. 5. 20. sios; exponens verba Apostoli, *Gratias agentes semper pro omnibus,* ita scribit: *Dupliciter intuendum, vt & in tpe, & pro oībus quæ nobis accidunt Deo gratias referamus: vt non tantum pro his, quæ bona putamus, sed etiam quæ nos coarctant, & contra nostram veniunt volupta-*
Iob 1. 21. *tem in Dei preconium mens læta prorumpat, & dicamus. Nudus exiui de vtero matris meæ, nudus, & redeo: Sicut placuit Domino, &c. Hæc actio gratiarum apud prudentes viros, & generaliter & specialiter obseruatur. Generaliter, vt gratias agamus Deo, quod nobis Sol oritur, dies currit, nox mutatur in requiem, &c. Spāliter, quando in Dei beneficiis, quæ nobis accidunt gratulamur. Sed hoc & gentilis facit, & iudæus, & publicanus, & Ethnicus. Christianorum propria virtus est ēt in his, quæ aduersa putantur, referre gratias creatori. Qui sibi sanctiores videntur, solent Deo referre gratias, quod de periculis vel miseriis liberati sunt. Sed iuxta Apost. hec virtus est maxima, vt in ipsis periculis atq; miseriis Deo gratiæ referantur, & semper dicamus. Benedicamus Deus, minora me scio sustinere, quā mereor, hęc ad mea peccata parua sunt, nihil mihi dignū redditur. Hęc ātus Christiani est, hic crucē suā tollens sequitur Saluatorē, quē nec orbitas, nec dāna debilitant. Quē, vt Flaccus in Lyrico carmine ait. Si fractus illabatur orbis, impauidū ferient ruinę.* Idē argm̄ fusè pro sequitur. Chrys. hom. 1. ad popu-
Col. 3. 1. Thes. 5. 18. lum Antiochenum, & hom. 8. in epistolam ad Colossenses. Basilius loco allegato tractans verba pauli. *in omnibus gratias agite.* Augustinus concione prima in Psalmum 32. Et in Psalmi 48. partem secundam concione secunda.

Remed.

VI. Rem. Cōsiderēq grata sint pro exiguo beneficio bruta aiātia, nō domestica solū, sed et ferocissima. *Officia*, inqt Seneca lib. 1. de beneficijs, *et feræ sentiūt. Nec vllū tā immansuetū aīal est, quod non cura mitiget, & in amorē sui vertat. Leonū ora à magistris impunè tract.* Seneca. Inc. piger a Salomone ad formicā ablegāt, vt ab ea discat industriā, quāto magis ingratus ad similes bestias. Prou. 6. Publij Mimi dictū est. *Dixeris maledicta cuncta, si ingratū dixeris.* Et M. Tullij. *In ingratitudinis vitio, nihil mali nō inest.* B. Amb. in Exemeron oblegat ingratos ad canes. *Quid*, inquit, *de canib loquar, quib. insitū est natura quadā referre gratiā, & solicitas excubias pro dñorum salute prætendere. Quis nō erubescat gratiā bene de se merentib. nō referre, cū videat et bestias refugere crimen ingrati? Et illæ, impertitæ alimoniæ seruāt memoriā, tu nō seruas salutis acceptæ?* Ad Atticū & Ambr. l. 6. c. 4. Idē facit Bas. *Memoria*, inquiens, *beneficiorū aīantis huius, quē beneficiorū immemorē nō pudore aspersferit. Iā quidē & interfectis a latronib. in solitudine domitis cōplures a cadauerib. canes nō recessisse, sed ibidē expirasse memoriæ tradit. Nōnullos et cæde adhuc recente duces illis fuisse, qui latrones inquisierunt, & ad pœnā maleficos rapi fecerūt. Quid hic dicent, qui nullo suū opificē, alterūq; Deū prosequuntur amore?* Bas. ho. 9. in hexaem. De Leonū ingratitudine erga benefactores mira existāt exēpla apud Ecclesiasticos & profanos scriptores. Vt apud Sophroniū in prato spirituali, de Leone, q ob spinā à B. Gerasimo Abbate è pede euulsā, recedere à cœnobio noluit, ipsoque mortuo magno rugitu edito & ipse sepulchro eius incūbēs expirauit. Prati Spir. c. 107. Qd vulgo putatur S. Hier. ob similitudinē noīs, accidisse. Deinde apud A. Gelliū in noctib. Atticis de alio, qui passus est se ob simile beneficiū ab Androdo seruo fugitiuo per vrbē Romā instar canis deduci acclamāte populo. *Ecce leo hospes hoīs; ecce hō medicus leonis.* A. Gell. li. 5. Ac deniq; apud Matth. Paris. in hist. Anglicana de alio, cū ingēti serpente, & Io. Vitali ciue Venero ingratissimo q fossam altissimā delapsis. ex qua historia liquet, quāta hoīs ingratitudo, ambarū verò illarū ferarū gratitudo in liberatorē suū extiterit. Eā, qa multis fortè ignota, hic subijciā. Paris. p. 29. *Vitalis*, inquit, *Venetus ciuis, diues & auarus cū daturus esset filiā suā nuptui, vt mensam præpararet lautiorē, venatum iuit in quandā forestā vastissimam & desertam, mari cōterminā. Et cum per deuia eremi solus vagaretur, arcū extentum baiulans cū sagittis, cupiditate feræ ductus, incidit forte in foueam & pedicam, leonibus, vrsis, & lupis subtiliter præparatam. A qua, cum os strictum esset, & pauimentum profundum & amplū, nullo modo potuit ascendere, vel euadere. Inuenit aūt in ea, quæ eodē casu in ipsam inciderāt, duo crudelia aīalia, leonem & magnum serpentem; sed ipsum Vitalem, qui se signo crucis præmuniuit, nequaquam inuaserūt, licet famelici nimis & proterui. Morabatur ergo illic tota illa nocte, & die seq. clamans & eiulans, & mortem suam tam probrosam lamentando deplorans.*

Accidit aũt, vt quidā pauperculus carbonarius ſyluicula, dũ pergeret, quilquilias ibidē lignorũ colligēdo, audiret clamorē & planctum quaſi ſubterraneũ, & vocē ſequens peruenit ad os putei, & introſpiciēs ait. Quis es, quē audio? Et Vitalis gauiſus ſup. id quod pōt, reſpondit alacriter. Egò ſum miſer, Vitalis cognomēto. Venetus, qui ignarus muſcipularũ harũ in foueā iſtā incidi, feris nociuis deuorādus, qui fame, & timore cōtabeſco. Sunt.n. hic duo, quæ nimiũ pertimeſco aĩalia, leo, ſ. quidā & agnus, ſed adhuc Dño protegēte, cuius ſigno me cōiui, me nō inuaſerũt; tibi reſeruatus ſum, vt tibi benefaciā, erue me & bene tibi erit; ecce tibi dimidiũ bonorũ meorũ cōcedo, videlicet quingēta talēta; ſunt.n. mihi mille. At pauper. Si dictis facta cōpenſes faciā qd. deſideras & hortaris. At Vitalis dicta ſua multis & magnis iuẽis, Dño interpoſito pro fideiuſſore, & fide media cōfirmauit. Et cũ colloquerentur, Leo motu caudæ, ſalutuq; incũdo, & ſimiliter anguis blādo ſibilo, & totius corporis volubilitate eidē pauperi applauſerũt, quaſi liberationē ſuā cũ Vitale poſtulātes Et ſtatim pauper domũ ſuā feſtinus abiit, ſcalāq. cũ funiculis, quos nouerat neceſſarios cũ ſumma feſtinatione præparauit, & rediēs dimiſit eā in puteũ ſolus. Et ſtatim, imò rapti, & certatim Leo & Anguis p gradus ſcalæ aſcendētes ipſi pauperi applauſerũt, & circũeuntes pedes eius volutabātur corā eo lætabũdi, quaſi gratiarũ actiones pro liberatione ſua referēres eidē. Poſtea verò pauperi ipſius Vitalis aſcendētis manũ apprehēdit, & deoſculās ei dixit. Viuat manus hęc, eia eia gaudeo planè, q̃ voti cōpos effici merui, & duxit eũ donec ad notitiā itineris perueniret. Et Vitali recedenti ait Syluanus pauperculus. Qñ, & vbi perſolues mihi debita? Et Vitalis intra diē quartũ in Venetia, vez in palatio meo; q̃ quidē famoſũ eſt, et reperire nō eſt difficile. Rediit Syluanus ad domũculā ſuā vt prāderet. Quo ſedēte, ecce Leo, quē liberauerat, apportās hinnulũ intrauit, & appoſuit mēſæ prādētis blādus, & māſuetus, quaſi offerēs illũ pro pręmio beneficii liberationis, & applaudēs mitiſſimus ſine rugitu, & ira, aut alicuius læſione receſſit. Et ſequebatur eũ Syluanus gaudentē corā eo, & lingentē pedes eius, vt ſciret vbinā foret cubile eius (admirabat.n. vehemēter tantā Leonis māſuetudinē) & poſtea rediit, vt prāderet. Et cũ cibũ ſumeret, ecce, & ſerpēs liberatus adfuit gemmā pretioſā in ore deferēs, appoſuitq. eidē Syluano tanquā liberatori ſuo, & illā in diſco ſuo repoſuit, ſeſeq. ſpiris volubilib. ante ipſũ volutās & ludēs applauſit, quaſi grates referēs ei pro impēſo ſibi beneficio, & blādo emiſſo ſibilo nullũ lædēs receſſit, quē ſimiliter ſequebatur Syluanus, pro admirōne, vel de cauerna eius certificaretur. Et ipſis igitur duob. vel trib. dieb. Syluanus ſecũ deferēs gēmā ſuā pretioſā, q̃ Serpēs ſuus attulerat, Venetiā adit, vt a Vitali promiſſa reciperet. Et inuenit eũ cũ cōciuib. vicinis, prę gaudio liberōnis, cōuiuantē. Quē Syluanus ſeorſũ euocās, & ſecretius alloquēs, (quia ignotũ ſe ſimulauit) dixit, Amice, redde q̃ dēs.

At ipse torno vultu rñdit. Quis tuũ q̃d exigis? At ille. Quingẽta talẽta mihi à te pro beneficio tibi facto, ex pacto promissa. At Vitalis. Ità tã leniter velles lucrari, q̃ ego p̃ lõga tp̃a laboriosè acq̃siui? & pcepit familiæ suæ, vt caperẽt quasi delirãs, pro tãta temeritate incarcerãdus. Qd Syluanus intelligẽs repentino saltu a domo exiliuit: & veniens ad Prætoriũ, hæc oĩa seriatim iudicib. ciuitatis intimauit. Qui cũ nõ plane crederẽt, ostẽdit gẽmã sibi a serpẽte gratiã rũ locc datã, & illico vnus ciuiũ, quẽ virtus lapidis non latebat, ipsũ magno pretio cõparauit. Vt aũt oẽs inde redderet certiores Syluanus aliquos de ciuib. duxit ad latibula Leonis et serpẽtis, q adhuc Syluano tanq̃ã liberatori applaus serũt. Certificati igit ludices de rei veritate, cõpulerũt Vitalẽ reddere, quę promi'it, et satisfacere pro iniuria. Hęc referebat rex Rich. munificus, ingratos redarguẽdo. Hucusq. Matt. Paris, Richarde rex Anglorũ fuit primus eius nominis circa aunum Dom. 1195.

VII. Rem. Cõsidera exẽpla eorũ q ob ingratitudinẽ a Deo puniti sunt, Primũ sit primi hoium parẽts Adę. De quo B. Aug. li. 21. ciuit. Dei *Quanto magis hõ fruebatr Deo, tanto maiore impietate dereliquit Deũ, & factus est malo dignus æterno, qui hoc in se peremit bonũ, qd esse posset æternũ Hinc est vniuersa generis humani massa dãnata; qm qui hoc primitus admisit cũ ea, quæ in illo fuerat radicata, sua stirpe punitus est, vt nullus ab hoc debito, iusto q. supplicio, nisi misericordia, & indebita gratia liberet* Alterũ est filiorũ Israel, vel Iudęorum, de qb Chrys. serm. cõtra Iudęos, gẽtiles, & hęreticos. *Vultis cognoscere q̃ãta Iudæis fecit Deus, & p̃manserũt sp̃ ingrati; Septuaginta & quinque aĩæ Aegyptũ ingressæ fuerũt, & factæ sunt sexcẽta millia. Mortuus est Ioseph, & surrexit alius rex, qui immemor Ioseph afflixit eos valde. Clamauerũt ad Dñm, & Dñs misit eos ad Mosen. Is eduxit eos ex terra Aegypti, & duxit in desertũ. Et quærunt Mosi, Eduxisti nos in desertũ, vt occideres quia nõ sunt sepulchra in Aegypto. Cognosce ingratitudinẽ. Sed rẽ maiorẽ vide. Quadraginta annis fuerũt in deserto, capillusq ipsorũ nõ creuit, neq. vnguis, nõ vestis sordidata, nec calceus, nõ seminauerũt, nec messuerũt, nõ pinsuerũt nec coxerũt panes, sed panẽ de cęlo comederũt, & post tot beneficia dixerũt Aaroni. Da nobis Deos. q nos p̃cedãt, &c.* Tertiũ est Ezechię regis, de quo B. Hyer. li. 11. cõmentariorũ in Isaiã. *Tradũt Heb. ideo ægrotasse Isaiã, qm post inauditã victoriã Iudæorũ, & Assyrii regis interitũ nõ cecinerit laudes Dño, quas cecinit Moyses Pharaone submerso, & Debbora interfecto Sysara, & Anna genito Samuele; vnde cõmonitũ esse fragilitatis suæ.* Quartũ Iudę p̃ditoris, q suspẽsus crepuit medius, de quo S. Amb. de Virginib. *In proditore Dñs hoc grauissimũ inuenit, quo eius cõdẽnaret perfidiã, q̃d gratię ni ẽ nõ repræsentauerit, & cõuiuiis amicitiæ uenenũ malitiæ miscuerit. itaq. sic ait Tu verò hõ vnanimis, dux meus, & notus meus, qui sp̃ mecũ dulces capiebas cibes, hoc est, nõ tot* sussi-

Aug. ci. ...

Chrys.

Isa. 39. ...

Amb. lib. x

Psal. 54. 14

O 4

sustineri istud, qa vnanimis appetisti eũ, qui tibi donauerat gratiã. Nã si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissẽ vt q; & ab eo qui oderat abscondere me inimicus vitari põt; amicus nõ põt, si insiciari velit. Itaq; ad aceruãdã peccati inuidiã, nõ dixit. Tu verò seruus meus, Apostol. meus, sed vnanimis meus, hoc est, nõ meus, sed et tuus proditor es, qui vnanimũ prodidisti. Et li. 10. in Lucã ad verba Chri. *Iuda osculo filiũ hõis tradis? O silẽdisti Dñe, quẽ traderet, dũ dicis filiũ hõis, qa caro, nõ diuinitas cõprehẽditur. Illud tñ plus cõfutat ingratũ, qd eũ tradiderit, qui cũ esset Dei filius, propter nos tamen filius hõis esse voluisset. Quasi dicat. Propter te suscepi ingrate, quod tradis in hypocrisi.*

Amb. in c. 22 Lucæ.

Vide V. *Amor sui. Immortificatio passionum. Superbia. Tepiditas.*

INOBEDIENTIA.

Remedia contra Inobedientiam.

1. Reg. 15. 23 Rom. 5. 19. I. Remed, Considera verbi diuini testimonia. Primo. n. testatur graue esse crimẽ. *Quasi peccatũ ariolandi,* inqt Propheta Samuel, *est repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere.* Et Apost. *Per inobedientiã vnius hõis peccatores cõstituti sunt multi.* 2. pœna mortis Deut. 17. 12. Deut. 21. 18. corporalis vel spũalis dignũ. *Qui superbierit,* ait in Deut. *nolens obedire sacerdotis imperio, ex decreto iudicis morietr hõ ille.* Et *Si genuerit hõ filiũ contumacẽ, qui nõ audiat patris aut matris imperiũ, & coercitus obedire contẽpserit, lapidib. eũ obruet populus.* Et B. Pau. *Si quis nõ* 2. Thess. 3. 14 *obedit verbo nostro, p epist. hũc notate, & ne cõmisceamini cũ illo, vt* Heb. 2. 14. 1. Reg. 15. *cõfundat.* Et *Oĩs præuaricatio & inobediẽtia accepit iustã retributionẽ mercedis.* 3. Docet per inobedientiã non hoĩem, sed Deũ abijci. Vnde Dñs ad Samuelẽ. *Non te abiecerunt, sed me, ne regnẽ, super eos.* Et Rom 13. 2. 1. Reg. 15. 22 Apost *Qui ptãti resistit, Dei ordinationi resistit.* 4. collaudat virtutem obedientiæ. *Melior est obedientia,* ait Samuel ad Saul, *quã victimæ, et auscultare magis, quam offerre adipẽ arietem.* Et Salomon. *Mens iusti* Prou. 15. 28. *meditatur obedientem.* 5. hortatur ad illã. Vt in Deut. *Facies, quodcun*Deut. 17. 10. Matth. 23. 3. *que dixerunt, qui præsunt loco, quẽ elegerit Dñs.* & apud Matth. *Omnia* Rom 13. 1. *quæcunque dixerint vobis seruate & facite.* Et Paulum. *Oĩs anima po*Heb. 13. 17. Tit. 3. 1. *testatib. sublimiorib. subdita sit.* Et. *Obedite præpositis vestris, & subia*1. Pet. 2. 13. *cete eis.* Et. *Admone illos principibus & potestatib. subditos esse.* Et aDeut. 11. 27. pud B. Pet. *Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deũ* 6. promittit obedientibus mercedem. Vt in Deuteronomio. *En propono in conspectu vestro hodie benedictionem & maledictionem. Benedictio*Prou. 3. 22. *nem, si obedieritis mandatis Dei vestri.* Et in prouerb. *Custodi legem meam, atque consilium, & erit vita animæ tuæ* Et apud Isaiam. *Si vo*Isa. 1. 19. *lueritis & audieritis me, bona terræ comedetis.*

II. Remed. Considera SS. patrum dicta Sanct. Basilius in principium

pium prouerbiorũ. *Præclara eſt obedĩẽtię merces. Obediamus igitur bono Patri certaminũ pmia nobis ex Spiritus oraculis proponẽti, q nos instar viatorũ in locis in viis, quasi catuli cuiusdam venatici indicio cursus nostri experimẽtũ vult capere*. Et in sermone de institutione monachorũ. *Vera pfectaq; subiectorũ erga moderatorẽ ordinis obediẽtia in eo cernitur, si ex eius cõsilio, non mõ à reb. flagitiosis abstineat, sed sine ea qdẽ q laudabilia sũt sine sniã eius faciat. Nã abstinentia, & corporis incõmodorũ pressio vtiliter qdẽ vsurpatur, at si qs spretis antistitis cõsiliis facere voluerit, qcqd collibitũ, sit plus mali q boni faciet. Qui.n. potestati resistit, Dei ordinationi resistitit, et pmiũ maius debetobediẽtię, q rectè facto cũ continẽtia.* B. Ephr. parænesi 16. *Ipsi carissime, vide ne reiicias Patrũ qui te genuerit in Dño adhortationes. Ait n. Apostolus Obedite præpositis vestris, & subiacere eis, & c. Jõ in Psal. ait Propheta. Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: oleũ ãt peccatoris nõ impinguet caput meũ. Si.n. qui secũdũ carnẽ ægrotant, sic vim inferũt naturę, vt seruẽt, quæcũq; ipsis pręscripserint medici: nõne multo magis decet morẽ iis gerere, qb cura animarũ nostrarũ est credita?* S. Hier. ad Rusticũ monachũ. *Nulla ars absq; magistro discitur. Etiã muta aĩalia, et ferarũ greges ductores sequunt suos In apib. principes sũt. Grues vnã sequũtur ordine litterato Imp. vnus. Iudex unus, p incię. Oĩs ordo Ecclesiasticus suis rectorib. nititur. In naui vnus gubernator. In domo vnus Dñs. In quis grãdi exercitu unius signũ expectatur, et ne plura replicãdo fastidiũ lẽgẽti faciã: per hęc oĩa ad illud tẽdit orõ, ut doceã te nõ tuo arbitrio dimittẽdum, sed viuere debere in monasterio sub vnius disciplina patris, etc. præpositũ monasterii timeas ut Dñm, diligas ut parẽtẽ. Credas tibi salutare, q qd ille p. ep. vii.* B. Aug. de Gen. ad litterã. *Mihi ẽt atq; ẽt cõsiderãti dici nõ pt, qtũ placeat illa snia, nõ fuisse arborẽ (in paradiso) cibo noxiã: neq; .n. qui fecerat oĩa bona valde, in paradiso instituerat aliqd mali, sed mlũ fuiss: homini trãsgressionẽ præcepti. Oportebat autẽ, ut homo sub Dño Deo positus alicũde phiberetur, vt ei promerẽdi Dñm suũ virtus esset ipsa obedientia, quã possũ verissime dicere solã eẽ virtutẽ omni creaturæ rõnali agẽti sub Dei potestate, primũq; esse & maximũ vitiũ tumoris, ad ruinã sua potestate velle vti, cuius vitii nomẽ est, inobediẽtia.* Et cõcione 2. in Psalmũ 70. *Si Deus tibi, ò hõ, debuit aliq i iubere, vt te, q tibi expedit, sentires eẽ sub Dño, ab aliqua re prohibẽdus eras, nõ propter illius arboris malitiã, sed pter tuã inobediẽtiã. Nõ potuit Deus perfectius demõstrare, quãtũ sit bonũ obediẽtię, nisi cũ phibuit ab ea re, quę nõ erat mala. Sola ibi obediẽtia tenet palmã: sola ibi inobedientia inuenit pœnã.* Et infra. *Dicatur mihi, quid illi deeras in paradiso constituto in media opulentia mediisq; deliciis? cui magnæ delicię erant ipsa visio Dei, cuius faciem quasi inimici timuit post peccatum. Quid illi deerat vt tãgeret arborẽ, nisi quia sua potestate vti voluit, præceptum rumpere delectauit, vt nullo sibi dominante*

Basil. ora. 10. de p incip. Ephr. to. 2. Hebr. 4. 17. Psal. 140. 5. Hier. epis. 4. Aug. li. 8. c. 6 Id parte. 2.

14.cap.12 dominante fieret sicut Deus, q̄ Deo nullus vtiq; dominatur. Et lib. 14. de ciuit. Dei. *Obedientia cōmēdata est in pcepto, q̄ virtus in creatura rōnali mater quodāmodo est omniū, custosq; virtutū: qñquidē sic facta est, vt ei subditā esse sit vtile: pniciosū āt suā, nō eius, à quo creata est, facere volūtatē.* S Greg. lib. 35. moral. *Sola virtus est obediētia,*
Greg. c. 12. 1 Reg 15.22 *q̄ virtutes cæteras mēti inserit, insertasq; custodit. Hinc Samuel ait. Melior est obediētia, q̄ victima, & auscultare magis q̄ offerre adipē arietū: qm̄ quasi peccatū ariolādi est repugnare, et quasi scelus idololatriæ nolle acqescere. Obediētia qppe victimis iure pponitur. qa per*
Prou. 21. 28. *victimas aliena caro, p obediētiā verò volūtas propria mactatur.* Et paulo post. *Hinc p Salomonē in ostensione obediētiæ dr̄. Vir obediēs loquitur victorias, qa dū alienæ voti humiliter subdimur, nosmetipsos*
Bern. *in corde superamus.* B. Bern. in tract. de pcepto & dispēsatione. *In quo*
1. Re. 15. 23 *inobediētiæ crimē absq; dubio sit, apud Samuelē aduertiti. Quasi, inqt, peccatū ariolādi est repugnare, et quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere, vt nō iussionis simplex ipsa trāsgressio, sed volūtatis supba cōtētio scelus idololatriæ reputetur. Nō est. n. idipsū nolle obedire, et nō obedire. Hoc quippe interdū erroris est: nōnūquā & infirmitatis: illud*
Clim gra. 4 *verò aut odiosæ pertinaciæ, aut cōtumaciæ nō ferendæ.* B. Io. Climacus in scala paradisi, in gradu de obediētia. *Obediētia est ciīg propriæ perfecta abnegatio, spontanea mors, securum periculū, tuta nauigatio, iter dormiēdo confectū, sepulchrum voluntatis, & excitatio humilitatis.*

III. REM. Cōsidera exēpla eorū qui ob inobediētiā à Deo grauiter puniti sūt: quorū cōplura sola scriptura diuina suppeditat. Pri-
Gen. 3. mū est primi parētis Adæ, de quo ita B. Aug. li. 14. de ciui. Dei. *Sicut*
Aug. c. 15. Phil. 2. 8. *obediētia serui boīs (Christi) eo pdicabilior, qa factus est obediēs vsque ad mortē: ita inobediētia primi hominis eo detestabilior, quo factus est inobediēs vsq; ad mortē. Vbi. n. magna est inobediētiæ pœna pposita, et res a creatore facilis īperata, q suā satis explicet, qā sit malū sit nō obedire in re facili, et tātę ptātis imperio, & tāto terrēti suppli*
Gen. 19. 26. *ciō?* II. est vxoris Loth, q̄ ob inobediētiā cōuersa est in statuā salis, nēpe qa cōtra mādatū angelicū respexit retro. *Ad qd ptinet,* inquit
Aug. c. 30 idē Aug. li. 16. de ciuit. Dei, *q phibiti sūt qui liberabātur ab Angelis retro respicere, nisi qa nō ē aīo redeūdū ad veterē vitā, qua p gratiā renouationis exuimur, si vltimū iudiciū euadere cogitamus? Deniq; vxor Loth, vbi respexit, remāsit, & in salē cōuersa hominib. fidelib. quoddā pstitit cōdimētū, quo sapiāt aliquid, vñ illud caueāt exēplū,*
Num. 16. 32 III. est Chore, Dathā & Abirō, quos quia Moysi nō obtēpera-
1 Re. 15. 23 rūt, terra viuos absorpsit. IV. Saulis regis, qui ob inobediētiā regno exutus est. *pro eo, q abiecisti sermonē Dñi,* inquit ad eū Propheta Samuel, *Proiecit te Dominus, ne sis rex.* V. est Prophetæ de Iuda venientis in Bethel, qui qm̄ cōtra mandatū Domini in Bethel cū alio
3 Re. 13. 24. Propheta panē comedit & bibit aquā, à leone occisus est. VI. alterius Prophetæ itē à leone occisi, q filio Prophetarū dicenti, *Per-*

cute

ciute me, non obtẽperatis. VII. Ionæ Prophetæ, quẽ fugiẽtẽ in Thar sis nec aer, nec aqua, nec nauis ferre potuit ob inobedientiã, & tandẽ in mare proiectus est. VIII. Est populi Israelitici, qui ob inobedientiam captiuos abductus est in Babylonẽ, vt liquet ex Ieremia. *Benedixit enim ibi Dñus filios Ionadab*, inquit Aug. *propter obedientiam eo que obiecit inobedienti populo suo, exprobrans, quia cum filii Ionadab obedientes essent patri suo, illi non obedirent Deo suo.* Ib. c. 20. 38. Ioan. 1. 15. Hier. 34. 18. Aug. in Psa. 70.

IV. REM. Considera quãta mala ex inobediẽtia profluxerint, & in dies profluant. Nã primo ob vnã Adæ inobedientiã, quoquot homines à cõdito orbe extiterũt, excepto Christo & B. V. Maria, peccato originali obnoxii, rei q; æternæ dãnationis cõcepti vel nati sũt, & si vitã in eodẽ peccato clauserint, regno cęlorũ in perpetuũ exclusi. Clare. n. docet Apostolus in epist. ad Rom. Oẽs homines in Adã peccauisse. *In quo*, inquit, *oẽs peccauerũt*, & per inobediẽtia eius peccatores factos. *Per inobedientiã vnius hominis*, inquit, *peccatores constituti sunt multi*. Et ad Ephes. *Eramus natura filii iræ sicut &c.* 2. ad expiandũ hoc Adæ, nostrũq; peccatũ necesse fuit filiũ Dei humanã naturã assumere, & in ea mortẽ oppetere. Vñ B. Bern. in natali Dñi. *Ex consideratione remedii periculi mei æstimo quãtitatẽ. Nesciebã, sanus mihi videbar, & ecce mittitur Virginis filius filius Dei altissimi, et iubetur occidi, vt vulnerib. meis p̃tioso sãguinis illius balsamo medeatur. Agnosce ò homo, q̃ grauia sũt vulnera, p quib. necesse est Dñ. n Christũ vulnerari. Si nõ essent hæc ad mortẽ, & mortẽ sempiternã, nunq̃ p eorũ remedio Dei filius moreretur.* 3. Oĩa mala pęne vt labores, morbi, fames, sitis, bella, & mors ipsa, atq; adeo inobediẽtia carnis & Spiritus, q̃ est cõcupiscẽtia carnis, tota vita nobis inhærens, omniũ peccatorũ actualiũ fons & radix, ex vna inobedientia Adæ manarũt. Vñ Aug. *In illius peccati Adæ pęna, quid inobedientię, nisi inobedientia ret retributa est? Nã q̃ hoĩs est alia miseria, nisi aduersus eũ ipsũ inobediẽtia eius ipsius, vt q̃m noluit, qd potuit, qd nõ põt, velit? In paradiso. n. ẽt si nõ oĩa poterat ante peccatũ, quicquid tñ nõ poterat, nõ volebat, & iõ poterat oĩa q̃ volebat. Nũc verò, sicut in eius stirpe cognoscimus, & diuina scriptura testatur, homo vanitati similis factus est. Quis. n. enumeret, q̃ multa q̃ nõ põt velit, dũ sibiipsi, idest, volũtati eius ipse animus eius, eoq; inferior caro eius non obtemperat? Ipsi nãq; inuito, & animus plerũq; turbatur, & caro dolet, et ueterascit, & moritur.* 4. Deus in scripturis atrocissima quæq; legis p̃uaricatorib. i. inobedientib. minatur. *Maledictus*, inquit in Deuteronomio, *qui non permanet in sermonib. legis huius, nec eos opere perficit.* Et. *Si nolueris audire vocem Domini Dei tui, vt custodias, et facias oĩa mãdata eius, veniẽt super te oẽs maledictiones istæ, et apprehẽdẽt te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro maledictum horreũ tuũ, &c.* Et in Ps. *Maledicti, qui declinant à mãdatis tuis.* Et apud Rom. 5. 12. Eph. 2. 3. Ber. serm. 3. Roma. 7. 18. Aug. 14 de ciuit. c. 15. Psal. 143. 4. Deut. 27. 26. c. 28. 15. Psal. 118. 21. Eccl. 40. 11.

apud Eccles. *Ve vobis viri impii, qui dereliquistis legē Dñi altissimi.* Deniq, quotquot à Magistratu politico vel Ecclesiastico *in ciuitatib. puniūtur, fere pp inobedientiam*, vt bene animaduertit B. Ephr. in Tractatu de virtute, *atq; contumaciā, durāq; ceruicem plectuntur.*

Ephr. c. 2. Tom. 2.

V. REM. Considera exēpla eorū qui virtute obedientiæ excelluerunt. Primus est Abrahā Patriarcha, quē obedientiæ stu liosis primo loco proponit B. Basil. in Cōstitutionib. monasticis. *Considera*, inquit, *mihi Abrahā, qui iubetur relinquere domū, patriā, possessiones, cognatos, amicos, & oīa q̄ cōtraria his sunt cōsectari, peregrinationē, obscuritatē nominis, paupertatē, pericula; & tn̄ in his omnib. dicto audientē. Venit ille in Palestinā primū, sed victus inopia coactus pgit in Aegyptū, ibiq; adēpta licet vxore, nō aīo deiicitur, nō quæritur de Dei cōsilio; Qui. n. semel animū obfirmarat suū, vt obediret Deo, totus in eo erat, vt pfectissimā illi pstaret obediētiā, ideoq; cum eo ipso tpe filiū suū posteritatis spē, in ætate florida iuberetur Deo in excelso mōte immolare, nihil mēte cōsternatus est, sed pinde vt si agnū eēt aliquē mactaturus, nihil neq; curiosè iudiciū Dei puestigās, neq; secū obmurmurās, mādatū diuinū exeq tētauit, luculētāq; obediētiæ corona reportauit, nēpe q cūctis deinceps mortalib. fidei, obediētiæq; veluti colūna q̄dā erectus sit.* Secundus est Christus Dñs. De quo B. Bern. super Missus est, *Disce hō obedire, disce terra subdi, disce puluis obtēperare. De auctore tuo loquēs Euāgelista, Et erat*, inquit, *subditus illis, haud dubiū, quin Mariæ et Ioseph. Erubesce superbe cinis. Deus se humiliat, & tu te exaltas? Deus se hoīb. subdit, et tu dñari gestiens hoīb. tuo te pponis auctori? Si hoīs, ò hō, imitari dedignaris exēplū, certe nō erit tibi indignū seq auctorē tuū. Si nō poteris forsitā seq eū quocūq; ierit, dignare vel seq, quo tibi cōdescēdit.* Tertii sūt Apostoli, de qb. loco supra allegato Basi. *Dixit eis Iesus, cū rudes adhuc in eius disciplina essēt, ac tm̄ nō iā iā regnaturū putarent, seq; consortes regni eius nullo labore futuros. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporū. Quæ re audita illi nequaq̄ dixerūt. Nos requietē sperauimus, et tu nos in pericula ptrudis, honores expectauimus, et tu ingeris ignominias. Imò cū grauiora audisset, se odio futuros oīb. hoīb. ad psides, et reges trahēdos et occidēdos, submissa mētis ceruice obediētię iugū subierūt, alacriq; aīo in periculo, in fora, in cōtumelias, in lapidationes, in cruces variasq; neces pressere, tātaq; alacritate hæc sustinebāt vt mirificè exultarēt se dignos habitos p nomine Iesu cōtumeliā pati. Hanc obediētiā is qui secūdū Deū verè est monachus antistiti suo pstet oportet. Siqdē discipulos Christus in hoc elegit, q hoc vitæ institutū æmularentur, vt per eos formā relinqueret eādem secuturæ posteritati.*

Basi. cap. 23

Gen. 22. 1. Bern. ho. 1. Luc. 2. 5.

Matt. 10. 16.

Act. 5. 41.

VI. REM. Considera quę sint conditiones obediēntiæ veræ & perfectæ: hoc siquidem longius à vitio inobedientiæ recesseris, quo proprius ad illas accesseris.

Condi-

Conditiones perfectæ obedientiæ.

PRima Conditio est, vt superiori obedias tanquã Christi vicario, imò Christo & Deo. Nã apud Lucã Christus ait. *Qui nos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.* Et Apostolus ad Romanos sic rõ inatur, vt probet obtẽperandũ esse superiorib. & politicis, (qui id tẽporis erant infideles) *Non est potestas nisi a Deo. Quæ aũt sunt, à Deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.* Et paulo post potestatẽ illã, vel superiorem vocat *Dei ministrum.* Et in epist ad Ephes. *Serui*, inquit, *obedite Dominis carnalib. cũ timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo, non ad oculũ seruientes, sed vt serui Christi facientes voluntatem Dei ex animo, cũ bona voluntate seruientes sicut Dño.* Et ad Colossenses, cũ iterũ ad obtemperandũ Præpositis subditos hortatus esset, ait. *Quodcunque facitis ex aĩo operamini, sicut Dño, & non hominibus, scientes, q̃ à Dño accipietis retributionẽ hereditatis. Domino Christo seruite.* Vnde B. Bern. in tractatu de præcepto & dispensatione. *Deus*, inquit, *Prælatos sibi quodammodo equare dignatus, sibimet imputat illorũ & reuerentiã & contemptũ, specialiter contestans eis. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. An nõ hoc ipsũ & regula nostra phibet, vbi ait. Obediẽtia, quę maiorib. prebet, Deo exhibetur. Quamobrẽ q̃cq̃d vice Dei præcipit hõ, q̃ non sit tñ certũ displicere Deo, haud secus oĩno accipiendũ est, q̃ si præcipiat Deus.* Et Petrus Blesensis ad Priorẽ de Monasteriolo. *Quicquid tibi Prælatus iniunxerit, quid aĩę saluti non obuiet, sic illud amplecti debes, ac si Deus ipse præceperit. Beatusq; Benedictus protestatur Deo impẽdi obedientiã q̃ maiorib. exhibetur.* Et ante illos. Io. Cass. agens de perfecta obediẽtia Tabenẽsiotarũ monachorũ in Thebaide, scribit eos *sic vniuersa cõplere quæcunq; à superiore fuerint precepta, tanq̃ si à Deo cælitus sint edita.* Illustre eius rei exẽplũ cõmemorat. Io. Clim. *Cũ in mẽsa, inquiens, ego & superior in quodã cęnobio cõsedissemus ad uocatis quendã nomine Laurentiũ, qui fere 48. annos in monasterio degerat, cũ aduenisset, nihil illi penitus dixit, sed sic ante mensam sine cibo per duas horas, cũ tñ initiũ esset prandii, stare pmisit, adeo ut ipse quoq; erubescerẽ, nec intueri cũ auderẽ. Erat. n. canus totus, iã octogenarius. Non omisit ego postea à sene percunctari, quid astans cogitasset. Christi, inquit, imaginem Superiori imposui: neq; enim ab illo hoc pceptũ exisse, sed à Deo penitus existimaui. Quare, ò Pater Ioãnes, nõ corã mẽsa hominũ, sed corã altari diuino astare me putãs orabam, nullãq; penitus malignã cogitationẽ cõtra superiorẽ admittendã, pro syncera mea in eum fide & charitate, charitas. n. non cogitat malum.*

Altera Conditio est, vt abneges propriã voluntatẽ, eamq; cõformes superiorũ & Dei voluntati, iuxta illud Christi. *Qui vult venire post me,*

Luc.10.16. Rom 13.1. Eph.6.5. Col.3.23. Bern. Luc.10.16. Reg. c. 5. Bened. c. 68 de obed. Blel. ep.131. Cass. l.4. instit. c.10. Clim. gra 4. 1.Cor.13.5.

Matt. 16. 24 *post mè, abneget semetipsum, & sequatur me.* nã à Samuele Propheta
1. Reg. 15. 22 in historia Regũ iò, teste B. Greg. antefertur obedientia victimæ, q*a*
Gregor. 35. mor. c. 10. *per victimas aliena caro, per obedientiã verò voluntas propria macta-tur.* Et habes in hac re perfectissimũ exẽplũ Christi Dñi, non suã, sed Patris in oĩb. perficientis voluntatẽ: Nam apud Ioan. ita loqui-
Ioan. 6. 38. tur. *Descendit de cœlo, non vt faciã voluntatẽ meã, sed volũtatẽ eius,*
Ioan. 5. 19. *qui misit me.* Et. *Non possum ego à me ipso facere quicquã, quia nõ q̃-*
Ioan. 4. 34. *ro voluntatẽ meã, sed voluntatẽ eius qui misit me.* Et iterũ. *Meus ci-bus est, vt faciã voluntatẽ eius, qui misit me, vt perficiam opus eius.* Quod verò illud fuit opus, opus certè nostræ redẽptionis per voluntariam oblationem in cruce. *oblatus est. n. quia ipse voluit.* ait I-
Isa. 53. 7. saias voluit aũt non sua, sed patris voluntate, cui suã conformauit.
Ioan. 14. 31. Nã in extremo sermone post cœnã ad discipulos dixit. *Sicut manda-tũ dedit mihi pater, sic facio.* Et paulo post in horto. *Pater, si vis: trãs-fer calicẽ à me. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat.* Imò hoc
Luc. 22. 42. opus Christi voluit sibi à Patre mandari, ut fieret *obediens v; q; ad*
Phil. 2. 8. *mortem, mortẽ aũt crucis.* Qua de causa B. Bern in serm. exhortato-
Bern cap. 13 rio ad milites tẽpli scripsit Christũ *maluisse perdere vitam, quã obe-dientiam* Hanc conditionẽ in obedientia perfecta Patres omnes re
Basil. q. 113. quirunt S. Basil. verba sunt in regulis breuioribus. *In vniuersum vti*
Id cap. 28. *propria voluntate alienũ est à recta ratione.* Et in constitutionibus monasticis. *Monachus ne ad punctũ temporis potestatẽ sui habere debet, vt faciat priuata negotia. nã & instrumentũ sine artifice, &*
Cassia. c. 32. *manus resecta à corpore sua sponte non mouentur.* Cass. lib. 12. institutionũ sic loquitur. *Obedientię iugum & subiectio simplici corde, ac sine vlla simulatione à monacho suscipi debet, ita vt pretor Abbatis*
Clim gra. 4 *mandatũ nulla penitus volũtas viuat in nobis.* vnde Ioan. Clima. su-
Bern. ser. 19. pra vocauit obedientiã *sepulchrũ voluntatis* Bern. in Cant. obiurgãs fratres ob inobedientiã. *Illã, inquit, qua toties Deũ cõscientiis vestris testib offendistis, propriã. s. voluntatẽ vestrã, ecce nunc iterũ magistrã habetis, nõ me. Illa vos naturę docet nõ parcere, rõni nõ acquiesce-re, nõ obtẽperare seniorũ consilio vel exẽplo, nõ obedire nobis. Non le-gistis in regula vestra, q; qd sine voluntate, vel consensu Patris spiri tualis fit, vana gloriæ deputabitur, non mercedi?* Hinc sequitur lõge à perfectione obedientiæ discedere eos, qui voluntatẽ Superioris
Id in serm ad suẽ detorquere conantur, ut idẽ Bern. alibi obseruauit. *Quisquis,*
de trib. ord. inquiens, *vel apertè, vel occultè satagit, vt q̃ habet in voluntate, hoc ei spiritualis pater iniungat, ipse se seducit, si forte sibi quasi de obediẽ tis blandiatur. neq; enim in ea re ipse Prælato, sed magis ei Prelatus*
Id serm. 1. *obedit.* Et in sermone de conuersione S. Pauli, agens de eius verbis. Domine quid me vis facere. *Sic profecto, inquit, sic multorũ vsq; ho-die pusillanimitas & peruersitas exigit, vt ab eis quæri oporteat. Quid vis vt faciam tibi? non ipsi quærant, Domine quid me vis facere?* Cõ-

siderare

siderare necesse habet minister & vicarius Christi, quid sibi precipi velint, non ipsi considerant, quæ voluntas sit preceptoris. Non est obedientia eorũ plena, non in omnibus parati sunt obsequi, non per omnia sequi pro posuerunt eũ, qui non suam, sed Patris venit facere volũtatẽ. Deinde consequens est, delinquere quoque contra hanc conditio nẽ eos, qui arbitrantur se in pietatis operib. exercendis, vt ieiuniis, vigiliis, & precationibus posse à voluntate Superioris nonnunquã discedere, vt notauit bene Ioã. Cass. in collatione Danielis Abbatis. Coll. c. 4. 20. *Vnum sanè, a t, atque idem inobedientiæ genus est, vel propter operationis instantiam, vel propter otii desiderium Senioris violare mandatum, tamque dispendiosum est pro somno, quàm pro vigilantia Monasterii statuta conuellere: tantum denique est Abbatis transire preceptum, vt legas, quantum si contemnas, vt dormias.* Vna tantum cautio hic notanda est, quam solers ille morum censor Gregorius fusius prosequitur. Nempe obedientiam tuam maioris meriti fore, si cum ardua & carni aduersa iubentur, propriæ voluntatis votũ adiungas & libentius pareas: secus si prospera & carni iucunda. Primi exemplũ est Paulus Apostolus, qui iussus à Deo ascendere Hierosolymam, licet in v a ex Agabo Propheta intelligeret se ibi ligandum, respondit. *Ego non solum alligari, sed & mori in Hierusalẽ paratus sum pro nomine Iesu.* Secundi est Moyses qui per Angelum à caulis ouium vocatus ad honores, vt esset dux populi, ex humilitate tergiuersatus, est dicens. *Obsecro Domine, non sum eloquens. Mitte, quem missurus es. Moyses itaque*, concludit Gregorius, *ad prospera de suo nihil habet, quia precibus renititur. Paulus verò ad diuersa ẽt ex suo voto ducitur. Pręcũte ergo vtrorũq; Ducũ infracta virtute instituimur, sit si obediẽtiæ palmã apprehendere veraciter nitimur, pspe ris huius seculi ex so a iussione, aduersis ãt ẽt ex deuotione militemus.* Gregor. 35. mor. cap. 13. Gal. 2. 1. Act. 21. 13. Exo. 4. 11.

Tertia Conditio perfectæ obedientiæ est, vt abneges quoque proprium iudicium, vel vt Apostolus loquitur, captiues intellectum, ac conformes cum iudicio Superioris. Id enim *per simplicitatem cordis* qua serui in epistola ad Ephesios & Collossenses, *sicut Domino* obedire iubentur *Dominis Carnalibus*, etiam Ethnicis, intelligi videtur. Deinde sacræ litteræ, non semel monent ne *nitamur prudentiæ nostrę* & iudicio, imò damnãt *sapientes in oculis suis*, & suadent vt semper consilium à sapientibus perquiramus: quanto magis standũ est consilio iudicioq; superiorũ, quos tanquã Dei vicarios, & diuinæ voluntatis interpretes venerari iubemur. 3. hæc conditio fuit in omnibus qui perfectè Deo obedierunt. Vt in Abrahã, de quo Paulus *Fide qui vocatur Abraham obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatẽ, & exiit nesciẽs quo iret.* Et rursus. *Nõ infirmatus est fide, nec cõsiderauit corpus suũ emortuũ, cum fere centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ.* Vt in Isaia, 2. Cor. 10. 5. Eph. 6. 5. Col. 3. 23. Prou. 3. 5. Isai. 5. 21. Rom. 12. 3. Tob. 4. 19. Eccl. 32. 24. Heb. 11. 8. Rom. 4. 19.

qui

Ibi. 20. 2. O ig 7. con tra Celsum. Ioan 5. 30. qui licet nobilitate & auctoritate in vrbe Ierosolymitana clarus, ex mãdato Dei, nudus, & qdẽ p trienniũ teste Orig. incesſit. Vt in ipso Christo Dño, quẽ nõ dubiũ est, vt voluntatẽ, ita iudiciũ quoq; Patri cęlesti perfectisſimè in obsequẽdo subiecisse. vnde apud B. Ioan. *Non posſum, inquit, à me facere quicquã. Sicut audio, iudico. & iudicium meũ iustũ est.* Sicut audio, nẽpe à Patre cęlesti. Vt deniq; in Apostolis, qui simulq; ad sequẽdũ Christũ vocati sunt illico relictis
Math 4. 2. oĩb. paruerunt: De iis certe B. Bern. serm. 2. de S. Andr. ita scribit. *Vis audire perfectę obedientię formã? vidit Dñs ait Euangelista, Petrum & Andream mittentes retẽ in mare, & ait illis. venite post me, faciã vos fieri pescatores hominũ. At illi cõtinuo nihil diiudicantes, aut hæsitantes, non soliciti vnde viuerent, nõ considerãtes, quonã modo rudes hoĩes, & sine literis prædicatores fieri posſent, nihil denq; interrogãtes sine omni mora relictis retib. & naui secuti sunt eũ. Agnosci te fratres, qm̃ propter vos scripta sint hæc, vt discentes verę obediẽtię formã castigetis corda vestra in obedientia charitatis,* ita docuerunt
Basil. constit. mon. c. 20 & 23. & alii SS. Patres. Basil. *Monachi libentisſimè obtẽperẽt suo Prępposito, nec ab eo eorũ, quæ sibi imponuntur rõnẽ reposcant, &c. nihil omnino ipsorũ iusſa curiosius perscrutãdo.* Addit monachos non secus obedire debere, quã oues pastoribus, & instruméta artificibus, quæ ad quẽcunq; vsũ tractanda se præbent, vt ergo instrumẽtũ non deligit, quid faciat, ita nec monachũ debere. Illud verò firmisſimum tenendũ illi esse, difficile esse se cognoscere & curare, eo q quisq; naturaliter se amet, & iõ iudicio fallatur. Ab alio aũt cognosci facile esse, eo q illi in iudicando non obstet amor sui. Hier. epistola ad
Hier. ep. 4. Deut. 5. 3. Cass l. 4. ca 10. & 41. Id cap. 11. Id. cap. 9. Rusticũ. *Credas tibi salutare, quicquid monasterii præpositus pręceperit, nec de maiorũ sñia iudices, cuius officii est obedire, et implere quæ iusſu sunt dicente Moyse. Audi Israel & tace.* Cass. *Aegyptii monachi vniuersa cõplere, quęcunq; fuerint à Prępposito suo præcepta, tanquã si a Deo celitus sine edita sine vlla discusſione festinãt.* Et inf. *nihil discernẽs, nihil diiudicãs ex iis q̃ tibi fuerint ĩperata.* Et alibi. *Nullo alio vitio,* ait Abbas Moyses, *tã præcipitẽ diabolus monachũ pertrahit, ac perducit ad mortẽ, quã cum eũ neglectis consiliis seniorum,*
Cap 11. coll. 2. *suo iudicio persuaserit, definitioneq; confidere.* Et collatione 18. Piamon Abbas cãm reddit cur iuniores seniorũ pręcepta discutere nõ debeant, quia videlicet dæmon tales iudicio suo plus æquo fidentes, facile in id vsque propellit, ut et saluberrima iudicent esse superflua
Greg. c. 2. Clim. gra. 4. & noxia. Greg. lib. 2. in primum Regum. *Nescit iudicare, quisquis perfectè didicit obedire.* Io. Climacus. *Cum obedientię studium fuerimus ingresſi, minime in aliquo diiudicare licebit institutorem nostrum, etiamsi in illo, homo enim est, modica aliqua delicta animaduertamus: si verò fecerimus, nihil nobis obedientia proderit.* Et infra. *Cum tibi cogitatio suggesſerit, vt prælatum, aut diiudices, aut damnes, ab ea*

non

non secus quàm fornicatione resili. Bern. de pręcepto & dispensatio- Bern.
ne. *Imperfecti cordis, & infirmæ prorsus voluntatis indiciū est statuta seniorū studiosius discutere, hęrere ad singula, quæ iniunguntur, exigere de quibusq; rationē, & malè suspicari de omni præcepto, cuius cā latuerit, nec vnquā libenter obedire, nisi cū audire contigerit ꝙ forte libuerit, aut ꝙ non aliter licere, seu expedire monstrauerit, vel aperta rō, vel indubitata auctoritas. Delicata satis, imò nimis molesta est huiusmodi obedientia.* Et in sermone de conuersione S. Pauli deplorat eos, qui nolunt quasi cæci ad manū trahi cum Saulo. Imò ad fratres de morte Dei vocat *obedientiā indiscretā*, eo ꝙ discernat, quid vel quale præcipiatur. 5. Conditionē hanc in obedientia esse necessariā demonstrat & Rō ipsa. *Nisi hæc obedientia iudicii existat,* inquit, B. P. N. Ignatius in aurea sua epistola de obedientiæ virtute cōscri*pta, fieri nō pōt, vt vel cōsensus volūtatis, vel executio talis sit, qualē eē oportet: natura.n. ita cōparatū est, vt animi nostri vires, q̄ appetitiuæ dicūtur sequātur apprehēsiuas, & nisi adhibita vi voluntas iudicio repugnāte diu obtēperare nō poterit. Quod si forte quis aliquo tēporis spatio obediat per eōem illā apprehensionē, qua cēsetur perperā, etiā præcipienti parendū esse, certe id stabile ac fixū esse nō pōt, atq; ita pseuerātia deficit, vel saltē obedientiæ pfectio, quæ in prōptè & alacriter obediēdo cōsistit. Nō n. ibi pōt esse alacritas ac diligētia, vbi ē animorū sniarūq; dissensio: perit ēt exequēdi studiū & celeritas, cū ambigitur, expediat nec ne facere ꝙ iubemur, perit humilitas, qm etsi ex altera parte paremus, ex altera tā nos metipsos superiori præferimus: perit in reb. arduis fortitudo: perit deniq; vt sūmatim cōplectar virtutis huius vis oīs ac dignitas: succedūt āt in eorū locū dolor, molestia, tarditas, lassitudo, obmurmurationes excusationes, aliaque vitia non sane leuia, quib. Obedientię pretium ac meritum prorsus extinguitur.*

Si grauia & aspera iubeantur?

DIces. Quid si grauia & aspera à superiore impetentur? Resp. tibi B. Leo in serm. de Epiphan. Dñi. *Nihil dilectissimi arduū est humilib. & nihil asperū mitib. & facile oīa pcepta veniūt ad effectū, qñ et gratia pendit auxiliū, et obediētia mollit imperiū.* Et Bern. in serm. de circūcisione Dñi. *Sed iā tibi in ipsa obediētiæ via aliqua fortassis dura & aspera occurrere possūt, vt accipias interdū pcepta nōnulla, quæ licet salubria sint, minus tā suauia videātur. Hæc si molestè cœperis sustinere, si diiudicare Prælatū, si murmurare in corde, ēt si exterius ipleas, ꝙ iubet nō ē hęc virtus patiētię, sed velamētū malitię. Necesse ē ergo ut illucescat dies patiētiæ, p q̄ oīa dura & aspera tacita amplectaris cōsciētia, te magis diiudicans et durius arguēs, cui nimirum displicēt, quę ad salutem sunt, et in cogitatione tua sem-*

Leo serm. 3
Bern. ser. 5.

per partem Magistri quo ad potes, aduersus temetipsū iuuās, teq; in cib. accusare, ipsum verò magis excusare laborans. Si verò ēt supra vires tuas, & plus æquo aspera tibi videantur imperata respondet tibi B. Basil in Regulis fusius disputatis. *Vbi quis semel se in reliquum fratrū corpus cooptandū tradiderit, is si mēbrū postea administrandū aptū iudicatū fuerit, esto ꝙ ipsi impositū sit, vires ipsius videatur superare, de iudicii periculo prorsus illū esse solicitū sinito, qui ea imperet, quib. vires suæ pares esse nō possint: ipsi āt parēdo alacritatē, p virili declaret studii sui vsq; ad mortē, memor Dñi, qui factus fuit obediens vsq; ad mortē, mortē āt crucis. Illud āt antistitis imperiū detrectare, & verbis aduersum iussa ipsius litigare magno indicio est eū, qui id faciat, multis vitiis laborare, fidei debilitate spei ambiguitate, & morum arrogantia. Neque enim alterius dicto audiens quisquam esse recusat, nisi prius ipsum apud seipsum despexerit. Neq; qui sibi certa fide persuasit, vera esse promissa Dei etiamsi laboriosa imperentur, grauate illa faciet, vt qui certo norit, non esse cōdignas passiones huius temporis ad futuram gloriam. Deinde verum esse illud, quod qui se humiliat, exaltabitur. Et. Quod est in præsenti momētaneū et leue tribulationis nostræ supra modū in sublimitate æternū gloriæ pōdus operi.*

Basil. qu 28. Phil. 2. 8. Rom 8. 18 Luc 14. 11 2. Cor. 4. 17.

Si Impossibilia.

AT porrò vrgebis, quid si prorsus impossibilia imperentur, ita vt fatuus videri possit, qui illa vel conetur perficere. Respon. cum Apostolo. *Si quis inter vos Sapiens videtur in hoc seculo, fiat stultus vt sit Sapiens.* Cass. certe lib. 4. institutionū de hac stultitia laudat monachos Tabenensiotas, ita scribens. *Sic vniuersa complere quæcunq; fuerint à Præposito, tanquā si à Deo sint cœlitus edita sine vlla discussione festinant, vt nonnunquā ēt impossibilia sibimet imperata ea fide ac deuotione suscipiant, vt tota virtute, ac sine vlla cordis hæsitatione perficere ea, aut consummare nitantur, & ne impossibilitatē quidem precepti pro senioris sui reuerentia metiantur.* Et S. Benedicti regula expressè monet vt obedientia præstetur ex caritate Superiori ēt impossibilia imperanti. Cuius meminit & B. Bernar. ita scribens. *Perfecta obedientia legem nescit, terminis non arctatur, neque contenta angustiis professionis largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis, & ad omnes ꝙ iniungitur spontanea, vigore liberalis alacrisq; animi modum non considerans in infinitā libertatē extēditur. Hæc est illa, de qua signanter Apostolus Petrus, castificātes, inquit, corda vestra in obedientia charitatis, pulchrè ipsam per hoc sequestrans, ab illa inerti & seruili obedientia, quodammodo nec charitati prompta, sed obnoxia necessitati. Hæc iusti illius, cui lex posita non est, propria est, &c. Quanquā nec istā Regula ipsa* (Benedicti) *tacuerit, vbi monet, si fratri impossibilia iniungantur, vt confidens de adiutorio*

1. Cor. 3. 18 Cass. l. 4. c. 10. Bened. c. 5. Bern. de pręcep. & disp. 1. Pet. 1. 22.

Dei

Dei obediant ex charitate. Neque desunt sanctissimi viri, qui exemplo suo in hoc genere obedientiæ religiosis omnib præierunt. Vt Abbas Ioannes in Thebaide, *qui, vt habet* Cassianus, *propter obediē-tiæ virtutem vsq. ad Prophetiæ gratiam sublimatus sic vniuerso claruit orbi, vt etiam Regibus mundi huius merito suo redderetur illustris, vt Theodosio Imperatori, qui non ante præsum.bat ad præpotentium bella tyrannorum procedere, quā oraculis illius animaretur atq; responsis. Hic ergo ab adolescentia sua vsque ad virilem ætatē Seniori suo deseruiens, cū hic virgultū quoddam olim ex tsum non modo aridū, sed prope putre in terrā defixum quotidie bis rigari iussisset, præceptū veneratione solita sine vlla impossibilitatis consideratione, q, in pristinam arboré reuiuisceret, suscepit, & per totum anni spatiū aqua per duo ferme milia apportata bis quotidie rigauit.* Cūq; *eius sedulitatē tacitus senex dieb. singulis exploraret, & videret eū simplici cordis affectu mādatū suū velut diuinitus emissū sine vlla permutatione vultus, vel rōnis discussione seruare, tandē ait: Ioannes, mi tne radices hæc arbor, an non? Cūq; ille se nescire dixisset, Senex quasi tentans an suis radicib niteretur, euulsi corā illo virgultū, sicq; proiiciēs illud, præcepit, vt deinceps rigare desideret.* Et paulo post subiūgit. *Alius* Cap 16. *rursum ædificari cupientib. huius exēplo, vocās eū Senior. Curre, inq t, Ioānes. Saxū illud huc admone quātocyus. Qui cōfestim saxū immane q turbæ multæ hominū, vel mouere nō posset, applicata nūc ceruice, nūc toto pectore, tā conisu atq; conatu ,puoluere cōtēdebat, ut sudore omniū mēbrorū suoru, nō solū totū infunderet vestimentū, sed ēt saxū ipsū suis ceruicib. humectaret, in hoc quoq; parū metiens impossibilitatē præcepti vel facti pro reuerentia Senioris, & obsequii simplicitate sīcera, qua credebat Senē tota fide nihil posse incassū, ac sine rō ne p̄cipere.* Similia exēpla reperies apud Sulpitiū Seuerū dialogo 1. de virtutib. orientalium monachorū, etiam miraculis cōprobata.

Cass. instit. c. 23. & 24.

Si pugnantia cum lege diuina.

RVrsus instabis, quid si, quæ imperantur, pugnent cum lege diuina? Respondet S. Basilius in regulis breuioribus. *Si quid sit, quod à Superiore ex mandato Domini dicatur, aut cum mandato cōueniat, in eo licet mortē cū minis intētatā habeat, nihilominus obediētiā seruari cōuenire. Sin contra aliquid p̄ter mādatū est, aut aliqua ex parte mādato aduersatur, id licet Angelus de cælo, aut de Apostolis aliquis imperet, licet vitā promittat, aut mortem minetur, nullo pacto admittendum esse: cum Apostolus dixerit. Licet nos ipsi, aut Angelus* Gal. 1. 8. *de cælo euangelizet vobis præter id, quod euangelizauimus vobis, ana thema sit.* Verum, quia aliquando certum esse potest subdito man- Bern. de præcepto. datum aliquod pugnare cum lege diuina, aliquando incertum, est

distinctione respondet B. Bern. *Quicquid*, inquiens, *vice Dei præcepit homo, quod non sit tamen certum displicere Deo, haud fecus omnino accipiendū est, quā si præcipiat Deus.* Et infra *Ipsum quē pro Deo habemus, tanquā Deum, in his quæ apertè non sunt contra Deū, audire debemus.* Vnde sequitur quoties certum est displicere Deo mādatū superioris, non esse obediendū, quia *Deo*, iuxta dictū B. Petri, *magis obedire oportet quam hominibus*: quoties aūt dubiū & incertum manet, esse obtemperādum, quia vt dixit superius B. Hieronymus, *subditi est obedire, non iudicare*, maximè de dubiis. Et B. Bern. in sermone de subiectione nostræ voluntatis. *Si quis facere cogitat, vnde mandatū certū non habet, si voluntatē suam suspensā tenuerit, donec Prælatum interroget, & ab eo quærat Domini voluntatē, cui vice ipsius obedit, nō turbabitur quicquid ei præcipiatur.* Et loco ante citato. *Sed homines, inquis, facile falli in Dei voluntate de reb. dubiis perci pienda, & in præcipiēda fallere possunt. Sed enim, quid hoc refert tua, qui cōscius nō es, præsertim cū teneas de scripturis, quia labia sacerdotis custodiūt sciētiā, & legē ex ore eius requirunt, quia angelus* Dñi *exercituū est. Requirunt dixerim legem: non quā aut authētica vlla scriptura tradiderit, vel rō manifesta ꝓbauerit: de huiusmodi quippe nec pceptor expectādus, nec prohibitor auscultādus est; sed quæ ita latere, aut obscurū esse cognoscitur, vt ī dubiū venire possit: vtrū nā Deus sic aut aliter forte velit, si non de labiis custodientib. scientiā, et ex ore angeli Dñi exercituū certū reddatur.* Quod si inueniatur exempla quorūdam, qui ēt mandatis cum diuina lege pugnantibus ardore quodam obtemperandi in omnibus paruerunt, ea suscipienda magis, quā imitanda sunt, & peculiaris instinctus diuini nomini excusanda, at est illius tyronis apud Seueram Sulpitiū, qui ab Abbate iussus ingredi clibanū multo igne ad coquē dos panes succensū, mox in eū insiliit, & illæsus more Hæbræorū puerorū ex eodem egressus est. *Sed quid mirum*, inquit Sulpitius, *si tuū Christe tyronē ignis ille non attigit, vt nec Abbatē pigeret dura mandasse, nec discipulū pæniteret imperio paruisse, qui eo die quo aduenerat perfectus inuentus: est: merito felix, merito gloriosus, probatus obedientia, glorificatus passione?* Deinde Abbatis Mutii apud Cass. qui ex mandato sui senioris propriū filiū octēnē in profluentē abiicere voluit. *Cuius fides et deuotio*, inquit ille, *in tm̄ Deo fuit accepta, vt diuino statim testimonio cōprobata sit Reuelatū nāq; est cōtinuo seniori, hac eū obedientia Abrahæ Patriarchæ opus impleſſe.* Neq; fabulosa tibi videri debent hæc exēpla, cū similia existēs apud Ethnicos. Scipio siquidē maior teste Plutarcho, aliquā in Sicilia milites suos ostēdens dixit. Nullus horū est, qui non conscensa turri semet in mare præcipitaturus sit, si iussero. Cuius obediētiæ reipsa præstitæ exēplū cōmemorat Baptista Fulgosius. Assasinorū, inquit, in Syria princeps, Vetus dictus ꝑ-

Act. 5. 29.
Hier. ep. 4.
Bern.
De præcep. & disp. ala. 7.
Sulp. dial. 1.
Cass. l. 4. ca. 27. & 28.
Plut. in Ro. apopht.
Fulg. li. 2. c. v

ſente Hẽrico Cãpaniæ Comite, qui ad eũ Legatus venerat, vt quã ta ſubditorũ ſuorũ eſſet obedientia oſtẽderet mõſtratis in altæ turris ſũmitate aliquot hoĩb. vnũ nominatim euocauit, qui nulla mora facta in ipſorũ cõſpectu ſe demiſit, caſu; obtritus vitã finiuit. Et cum alios ẽt vocare vellet, Comitis precibus vix retentus fuit.

Vide V. *Ambitio. Amor ſui. Immortificatio paßionum. Iudicium proprium. Murmuratio. Præſumptio Superbia. Voluntas propria.*

INVIDIA

Remedia contra Inuidiam.

I REM. Conſidera quid Spiritus ſanctus in diuinis literis contra inuidiam pronunciet. Primo n. prohibet illã, & inter grauia peccata numerat. Chriſtus. n. inuidenti dixit. *An oculus tuus nequã eſt, quia ego bonus ſum.* Et Apoſtolus *Cũ ſit inter vos zelus et contentio, nonne carnales eſtis?* Et *Non in contentione, & æmulatione, ſed induimini Dñm Ieſum Chriſtũ.* Et. *Nõ efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicẽ prouocantes inuidentes.* Et ibidẽ numerat inuidiã inter opera carnis à regno cœlorũ excludentia. Et B. Iacobus. *Vbi zelus, & contentio, ibi inconſtantia, & omne opus prauũ.* 2. docet eã noxiã eſſe inuido & aliis. *Paruulũ,* inquit Iob. *occidit inuidia.* Et Salomon. *Vita carnium, ſanitas cordis, putredo oſſium inuidia.* Et Eccleſiaſticus. *Qui ſibi inuidet, nihil illo nequius, & hæc redditio eſt malitiæ illius.* Et Sapiens. *Inuidia diaboli mors introiuit in orbẽ terrarũ.* Et B. Ioan. *Propter quid Cain occidit Abel? quia opera eius erant maligna, fratris aũt eius iuſta.* 3 tradit eã apud Deũ non eſſe impunitam. Vnde Salomon. *Qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus.* Et. *Cũ ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius nõ exultet cor tuũ, ne forte videat Dominus, & diſpliceat ei, & auferat ab eo iram ſuam.* Et. *Vir qui feſtinat ditari, & aliis inuidet, ignorat quod egeſtas ſuperueniet ei.* Et ſapiens. *Neque cum inuidia tabeſcente iter habebo, quoniam talis homo non erit particeps ſapientiæ.*

Matt. 20. 15. 1. Cor. 3. 3. Rom. 13. 13. Gal. 5. 26. Iac. 3. 16. Iob 5. 2. Prou. 14. 30. Eccl. 14. 6. Sap. 2. 24. 1. Ioan. 3. 12. Prou. 17. 5. c. 24. 17. c. 28. 22. Sap. 6. 25.

II. REM. Conſidera SS. Patrum teſtimonia. S. Cypr. *Nihil magis Chriſtiano cauendũ, nihil cautius prouidendũ, quã ne quis inuidia & liuore capiatur, ne quis dũ zelo in fratris odia conuertitur, gladio ſuo neſcius ipſe perimatur.* Et inf. *Inuidia radix eſt malorũ omniũ, fons cladiũ, ſeminariũ delictorũ.* S. Baſil. *Inuidia eſt interitus vitæ, peſtis naturæ, aduerſa omnib. bonis ex Deo venientib. demum ipſi Deo contraria.* Et infra. *Fugiamus intolerabile malũ, Serpentis id eſt preceptũ diaboli inuentũ, inimici ſatio, punitionis arrhabo, pietatis impedimentũ, via ad gehennã, regni cœlorũ priuatio. Nã & ipſo fatentur ore hoc vitiũ inuidi. Affectus illis eſt aridus et obſcurus, gena ſubtriſtis, ſuperciliũ*

Cypr. ſer. de zelo & liuore. Baſ. homil.

Nyss. in vita Moysis. *demissum, aīa ipso morbo suffusa, prudētia destituta.* B. Greg. Nyss. *Inuidia malorū princeps, mortis mater, prima peccati ianua, vitiorū radix, doloris initiū, calamitatis parens, inobedientię cā ignominiæ princi piū, mortifer stimulus mucro reconditus, naturę morbus, bilis venenosa, tabes sponte adhibita, telū amarū, figens aīam clauus, flāma cordis intestinorū ignis. Hanc qui hēt, non suis malis, sed alienis bonis infęlix est. Miluis similis, quos cadaueribus pasci & pretioso vnguēto emori aiunt.* Hier. *Inuidia aliena felicitate torquet, et in duplicē scinditur passionē, cū aut ipse est aliquid in eo, in quo aliū esse nō vult: aut aliū esse videt meliorē, dolet se ei nō esse cōsimilē. Pulchrè qdā de inuidia lusit, dicens. Iustitius indiuia nihil est, q̄ protinus ipsū Auctorē rodit, discruciatq; animū.* Io. Chrys. *Inuidi peiores sunt feris, dæmonib. āt pares, & forte deteriores, nā feræ escæ indigentes, vel à nobis irritatę ad uersus nos armātur: inuidi verò et beneficiis allecti bene meritos maleficiis prosecuti sūt. Dæmones quoq; licet cōtra nos bellū exerceant in peccatū, cōsortib. tn̄ generis nō insidiātur. Vn̄ Iudæis Christus os occlusit, cū eū in Beelzebub eiicere demonia calūniarētur. Inuidi verò neq; naturę cōmunionē reueriti sunt, neq; sibi pepercerūt.* Et paulo post, *Oī venia caret hoc peccatū. nā fornicator quidē concupiscētiā prætēdere pt, fur paupertatē, homicida furorē. Tu verò q̄ dices cām rogo? nullā penitus, nisi tm̄ intansā nequitiā, &c.* Hoc *vitiū & fornicatione, peius est, & adulterio. Hoc. n. in operato tm̄ sistit, inuidiæ verò vis totā subuertit* Ecclesiā, *& toti nocet terrarū orbi. Hæc homicidii mater est, ita fratrē* Cain *occidit, ita Iacob Esau, ita Ioseph fratres, ita cūctos hoïes diabolus.* Aug. de Gen. ad literā. *Cū superbia sit amor excellētia proprię, inuidia verò sit odiū fœlicitatis alienę, q̄d inde nascatur satis in prōptu est. Amādo. n. quisq; excellentiā suā, vel paribus inuidet, q̄ ei coæquātur, vel inferiorib. ne sibi coęquētur, vel superioribus, q̄ eis nō coæquētur.* B. Prosp. lib. 3. de vita cōtēplatiua. *Inuidi de bonorū malis gaudent, de profectib. lugent, de inimicitiis gratuitis ardēt, deprehēdi pectoris sui malitiā timēt, sē per amari, nunq̄ certi. amici diaboli, inimici ēt sui oīb. odiosi, ad gaudēda anxii, ad plāgēda læti, vtrobiq; peruersi. Inter amicos discordias seminār, discordātes ad tēpus, si possunt, in dissensione cōfirmāt. Opinionē bonorū mendaciis decolorāt, in spiritualib. carnalia laudāt, vt spiritualia bona eis deesse psuadeāt. Amicitias simulāt, vt eos, q se incautè sibi cōmiserūt, q̄ possūt arte decipiāt, &c.* Greg. 5. Moral. *Quāuis p oē vitiū, q̄ ppetratur, humano cordi antiqui hostis virus infunditur, in hac tn̄ nequitia tota sua viscera serpēs cōcutit, & imprimēdæ malitiæ pestē mouet. De quo nimirū scriptū est. Inuidia diaboli mors intrauit in orbē terrarā. Nā cū deuictū cor liuoris putredo corruperit, ipsa quoq; exteriora indicant, q̄ grauiter animū vesania instiget. Color q̄ppe pallore afficicitur, oculi deprimūtur, mēs accēditur, & membra frigescunt: fit in cognitione rabies,*

Marginal notes: Hier in c. 5 ad Galat. — Chrys. hom. 44 ad pop. Ant. — Matt. 12 24. — Gen. 4. 27 & 37. — Aug. l. 11. c. 14. — Prosp. c. 5. — Greg. c. 34. — Sap. 2. 24.

rabies, in dentibus stridor, cumque in latebris cordis crescens abscōditur odium, dolore cæco tenebrat conscientiam vulnus inclusum, etc.

III. REM. Considera, vt inter morbos corporales, quidā sūt incurabiles, ita inter spirituales morbū inuidiæ quasi esse incurabilē, atq; idcirco diligētior sis in quærēdo efficaci cōtra eū antidoto. Incurabilē quasi esse notarūt plurimi Patres. Cypr. *Facilior cura est, ubi plaga pspicua, & cito ad sanitatē medela subueniēte perducitur vulnus, q videtur. Zeli vulnera obstrusa sunt et occulta, nec remediū cura medentis admittūt, qui se intra cōscientiæ latebras cæco dolore clauserūt.* Et inf. *Calamitas sine remedio est odisse felicē.* Basil. *Inuidus rogatus vt morbū suū manifestet, se accusare oīno veretur, morbum in imo cordis recessu rodētē atq; absumētē viscera retinēs. Itaq; nec medicū, nec medicinā ad eū fugādū aptā inuenire pt, quāquā curandorū ægrorū tot referti sint libri.* Chrys. ad pop. Antioch. *Tā insanabilis est iste morb. vt & innumeris medicaminib. superpositis propriā saturiat tabē.* B. Prosp. de vita cōtēplatiua. *Inuidiosū facit excellētia meriti, inuidū pœna peccati: nec ei ab homine pt remediū adhiberi cuius ē vulnus occultū.* Cass. *Sciēdū sane est inuidię morbū difficilius ad medelā, quā cetera vitia peruenire. Nā eū quē veneni sui peste corruperit, pęne dixerim carere remedio.* Et post. *Vsq; adeo incurabilis est ista pnicies, vt blandimentis exasperetur, infletur obsequiis, muneribus irritetur, quia ut Salamon ait. Nihil sustinet zelus. Quāto enim amplius alius aut humilitatis subiectione, aut patientiæ virtute, aut munificentiæ laude profecerit, tanto ille maioribus inuidiæ stimulis incitatur, qui nō nisi ruinam, aut mortem eius cui inuidet concupiscit.* Cyp. de zelo & liuore. Basil. ho. 11 Chry. ho 51 Prosp. l. 3. c. 5. Cass coll 18. ca p. 17. Prou. 6. 35.

IV. REM. Considera, quā multa mala oriantur ex inuidia. Ea describit B. Cyp. *Nō est*, inquiens, *q aliquis existimet malū istud vna specie contineri, aut breuib terminis, & angusta fine cōcludi. Latè patet zeli multiplex & fecūda pernicies, radix est omniū malorū, &c. Inde odiū surgit, animositas inde procedit. auaritiā zelus inflāmat, dū qs non pt suo esse contentus, vidēs alterū ditiorē. Ambitionē zelus excitat, Dei timor spernitur, magisteriū Christi negligitur, iudicii dies nō prouidetur. Inflat superbia, exacerbat sæuitia, pfidia pūaricatur, impatiētia cōcutit, furit discordia, ira feruescit. Nec se pt iā cohibere, nec regere, q factus est ptātis alienæ. Hinc dnicæ vinculū pacis rūpitur, hinc caritas fraterna violatur, hinc adulteratur veritas, vnitas scinditur, ad hæreses atq; schismata psilitur, dū obtrectatur sacerdotib. dum Episcopis inuidetur, &c.* multa. Et Chry. *Graue qd inuidia graue & simulatione plenū. Hoc mūdū innumeris repleuit malis. Ex hoc morbo litib. plena sūt tribunalia, ex hoc pecuniarū amor, ambitio, & inanis gloria. hinc vrbes obsidentur, & mare piratas habet. hinc per orbem cædes, hinc genus nostrum dissipatum est. Quodcunque malum videris ex hac radice perducitur. Iam. n. & in Ecclesias debacchata est, et prius innumera petrauit mala. Hoc auaritiā parit, vitiū oīa cōfundens et, iu-* Cyp. l. cit. Chry. ho. 44 ad po. Antio.

Greg.ca.17. *stitiã corrũpẽs.* S.Greg.li.Moral.hos numerat inuidiæ effectus. *Odiũ, susurratio, detractio, exultatio ĩ aduersis ꝓximi, afflictio ãt in ꝓsperis.*

V. R E M. Considera, quo plus ab hoc morbo abhorreas, quam
Basil. cit. tetris bestiis hoc vitium S Patres comparent. S.Basil. confert cum vi
peris. *Sicut*, inquit, *viperas dicunt abrupto ventre matris nasci, sic inuidia concipientem se animam corridit & tabefacit.* Idem Augusti-
Aug. ser.83. de Temp. nus. Deinde cum vulturibus & muscis. *Sicut enim volture pratis amœnis & odoratis desertis ad tabida & fæculenta loca feruntur: muscæ quoque, prætermis salubribus membris ad vlcera properant; sic inuidi neglecto vitæ splendore & rebus magnificè gestis, errata tm̃ obseruant & diuulgant.* Et supra. *Quam bestiã morum immanitate nõ superant? Canes nãq; educatione mansuescunt, leones obsequio tractabi*
Chry. ho.41 in Matth. *les fiunt, inuidi tantũ officio agrestiores euadunt.* Chrys. verò cũ scarabæis, & canib. rabidis, & suibus. *Quemadmodũ sues*, inquit, *lutosa immunditia, & dæmones nostris dãnis lætantur, sic inuidi calamitate proximorũ exultant, alienas iacturas suos quęstus existimant. Nonne igitur tales homines lapidibus petendi? nonne omni cruciatu torquendi? Non aliter profecto quam rabidi canes, dæmonisq; atroces furię. Nam velut scarabæi alieno stercore, sic inuidi aduersa aliorum fortuna nutriuntur. Inuidia pestiferum malũ, hominem in diaboli conditio-*
Hom.41 ad pop antioch. *nem, ac in dęmonem immanissimum conuertit.* Immo alibi, vt diximus, facit inuidos pares feris & dæmonibus, immo deteriores.

VI.REM. Considera primã huius vitii originẽ. *Facilius.n. malũ,* inquit B.Cypr. *tã perniciosum à nobis vitabitur, si eiusdẽ origo et magnitudo noscatur. Hinc diabolus* addit, *inter initia statim mũdi, et periit primus & perdidit. Ille Angelica maiestate subnixus, ille Deo acceptus & carus, postquã hominẽ ad imaginem* Dei *factũ conspexit, in zelũ maleuolo liuore prorupit, non prius alterũ deiiceñs instinctu zeli, quã ipse zelo ante deiectus, captiuus antequã capiens, perditus antequam perdens, dũ stimulãte liuore homini gratiã datę immortalitatis eripit, ipse quoq; id ꝙ prius fuerat amisit. Hinc nouę fraternitatis prima odia, hinc parridia cœperunt.* Basil. in aliquot scripturę locos. *Ad maiorẽ mali inuidię custodiã, hæc addimus, ipsum esse propriũ diaboli vitiũ. Non.n. diabolus statim creatus est diabolus, sed cum Angelicũ potestatẽ accepisset, in dęmonis naturam cõuersus est, et à* Dei *familiaritate alienatus postquam uidit hominẽ, paruũ quidẽ aĩal supra oẽs creaturas honoratũ, cum esset antiquior homine, hunc ei honorem inuidit; maximè cum videret eum à* Deo *tanquã delitias in paradiso collocatum & Angelos ei adhibitos pædagogos, &* Deum cum eo cõ-
Aug. ep.43. *uersantem.* Cæteri quoque Patres vocant *vitium diaboli*, vt August.
Chry. li.41. ad pop. in epistola ad Vincentium, & *diaboli filiam*, vt Chrysostomus.

VII.REM. est Humilitas, inuidia.n. comes est superbiæ. Qm̃ *su-*
Aug. in Psa. 58. *perbię comes est inuidentia,* inquit Aug. *fieri non potest, vt superbus non inuideat.* Alii faciunt superbiæ filiam, *Qua in tantum*, vt habet

PRO-

Prosp. de superbię fonte manauit, vt diabolus, qui per superbiā periit, hominē primū statim, succensus inuidiæ felle, perdiderit. Greg. ad lit. sem per eā solere nasci ex superbia. Quare nullo antidoto efficacius tolli tur inuidia, q à quo superbia. Superbia. n. cedit humilitatis imperio, vt, idē affirmauit Prosper. Hoc remedio Christus sanauit inuidiam exortā inter suos discipulos, vt obseruauit B. Cyp. *Huic periculo,* inquiens, *cōsulens Dn̄s, ne quis zelo fratris in laqueū Zabuli incurreret, cū eū discipuli interrogassent, quis inter illos maior esset; Qui fuerit, inquit, minimus in oīb. vobis, hic erit magnus. Amputauit omnē æmulationem responso suo, omnē causam & materiā mordacis inuidiæ eruit, & abscit. Exaltationis apud nos non pōt esse contentio, de humilitate ad summa crescimus.* Et B. Hier. *Vt doceamur in sanctos quoq; cadere posse inuidiā, & soli Deo purā clementiā derelinqui, filiorū zebedęi cō sideremus exemplū, pro quib. cū mater mota pietatis affectu nimis grā dia postulasset, reliqui decem discipuli indignati sunt. Et Iesus aduocās eos dixit. Quicunq. inter vos voluerit esse primus, sit vester seruus: quo niam filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.*

Prosp. 3 de vita co... Greg. ... & ... c. 31.
Prosp. ... c. 3
Cyp. l. cit.
Matt. 20. 26
Hier. ep. 145 ad Damas.
Matt. 20. 25.

VIII. Rem. fraterna Caritas, quod sedulo quoq; inculcat lib. cita to, (quē B. Hier. alicubi appellat *valde optimū*) Cyp. dicens. *Quid inter salutaria monita & præcepta cęlestia custodiēda seruādaq. magis mandauit discipulis Dn̄s, quā vt eā dilectione, qua discipulos ipse dilexit nos quoq. inuicē diligamus? Qūo aūt vel pacē dn̄i vel charitatē tenet, intercedente zelo, nec pacificus pōt esset, nec carus? ideo & Apost. Paulus cū pacis & charitatis merita depromeret, diceret, & dixit. Charitas magnanima est, charitas benigna est, charitas nō zelat. docēs, s. & ostē dens eū posse charitatē tenere, quisquis magnanimus, & benignus, & a zelo & liuore alienus est.* Et Chrys. ad pop. Ant. *Fugiamus inuidiæ pe stem. n. licet euadere ignē diabolo paratū ab hoc malo non liberatos. Liberabimur aūt, si cogitemus, qūo Christus & nos dilexit, & alterutrū amare præcepit. At qūo nos dilexit? Pretiosum sanguinē dedit pro nobis, qui eramus inimici, & modo peccauerimus: hoc ēt fac pro fratre. Nā propterea dicit. Mandatū nouū de vobis, vt diligatis inuicē, sicut ego dilexi vos. imò verò nec ita mensuram statuit. Nā ipse pro inimicis hoc fecit, at non vis tuū pro fratre sanguinem effundere. Quid igitur illius sanguinem fundis ex opposito mandatum impugnans?*

Cyp. l. cit.
Hier. in ca. ad Gal.
Io. 13. & 15
1. Cor. 13. 4.
Chris. ho. 31
Io. 13 34.

IX. Remed. Rerum humanarum, hoc est, opus, honorum & voluptatum contemptus Est S. Bas. *Quid faciendum,* inquiens, *vt hac peste affecti facile liberemur? Si nihil rerum humanarum magni æstimemus non enim in rebus fluxis bonum constituimus, sed ad æternorum bono rum participationem vocati sumus. Opes, honores, voluptates, eloquentia, instrumenta sunt virtutis recte vtentibus, nihil per se vera felicitatis habentia. Qui ergo ita fuerit animatus, vt nihil vsquam humanum admiretur, huic proculdubio inuidia dominari non poterit.*

Bas. Lect.

Remed.

Greg.l.5. X. Remed. Amor æternæ beatitudinis. Est B. Greg. lib. 5. Moralium. *Qui, inquit, liuoris peste plene carere desiderat, illā hæreditatē diligat, quā cohæredum numerus non angustat, quæ & oībus vna est, & singulis tota; quæ tanto largior esse ostenditur, quāto ad hanc percipientium multitudo dilatatur. Imminutio ergo liuoris est affectus surgēs internæ dulcedinis, & plena mors eius est perfectus amor æternitatis. Nā cum mēs ab eius rei appetitu retrahitur, quæ accipientiū numero partitur, tanto magis proximū diligit, quāto magis ex prouectu illius sua dāna nō metuit.*

Cyp. l. de zelo. XI. Remed. Considera exēpla eorū qui per inuidiā perierunt, vel certe ob illā male audierunt. Præcipua perstringit B. Cyp. his verbis. *Quale malū est, quo Ang. cecidit, quo circūueniri, & subuertit alta illa & præclara sublimitas potuit, quo deceptus est, qui decipit?* Exinde

Sap. 2. 24. *inuidia grassatur in terris, sicut scriptū est. Inuidia Diabuli mors introiuit in orbē terrarū: imitantur ergo illum, qui sunt ex parte eius. Hinc*

Gen. 4. 8. *nouæ fraternitatis odia, dū Abel iustū Cain zelat iniustus, dū bonum malus inuidia & liuore persequitur. Iniustè oppressus est, qui iustitiā primus ostenderat: occisus est impiè, qui moriens non repugnabat. Et quod*

Gen. 27. 41. Gen. 37. 28. *Esau fratri suo Iacob inimicus extitit zelus fuit. Nam quia ille benedictionem patris acceperat, hic in odium persecutionis facibus liuoris exarsit. Et quod Ioseph fratris sui vendiderunt, causa vendendi de æmulatione descendit, postquam id quod sibi in visionib. prosperū fuerat ostensum simpliciter vt frater fratrib. exposuit, in inuidiā maleuolus alius erupit.*

1. Reg. 18. 11. *Saul quoq; rex vt Dauid odisset, vt persecutionib. sæpe repetitis innocētem, misericordē, mitē, lenitate patientē necare cuperet, quid aliud, quā zeli stimulus prouocauit? quia Goliath imperfecto & opere, ac dignatione diuina tanto hoste deleto populus admirans in laudes Dauid prædicationis suffragio prosiliit. Saul simultatis atq; insectationis furias de liuore concepit. Et ne longū faciā, pereuntis simul populi attendamus interitū. Iudæi nonne inde perierunt, dū Christo malunt inuidere, quā credere? obtrectātes magnalib. quæ ille faciebat, zelo excæcāte decepti sunt nec diuina noscenda cordis oculos aperire potuerūt. Quæ nos cōsiderantes, fratres charis. contra tantā mali perniciē vigilanter & fortiter dicata Deo & vegetata pectora nostra muniamus. Aliorū mors proficiat ad nostrā salutem: imprudentium pœna prouidentib. confert sanitatem.*

ANTIDOTVM.

Pro inuidioso.

Hieron. c. 5. INter *inuidum, & inuidiosum, auctore* B. Hier. lib. 3. commentariorum in epist. ad Galatas, *hoc interest, quod inuidus feliciori inuidet. inuidiosus autem is est, qui ab alio patitur inuidiam.* Illud vitij, hoc virtutis nomen est. Inuidus n. in inuidioso non inuidet, nisi bonum, felicitatem,

licitatem, virtutem Prosperitatem, inquit Ambrosius, cito sequitur inuidia. Et Hier. ad Eustochium. *Semper virtutes sequitur inuidia, feriuntque summos fulgura montes.* Nemo siquidem, Vt bene dixit Augustinus *inuidet misero.* Antidotum ergo pro inuidioso suppeditat duplex B. Hier. in Epitaphio S. Paulæ Romanæ; alterum suo alterum B. paulæ nomine in hæc verba. *Ego aiebam liuori esse cedendum & dandum insaniæ locum, quod fecisset Iacob in fratre suo Esau, & Dauid in pertinacissimo inimicorum Saul: quorum alter in Mesopotamiam fugerit, alter se Allophylis tradiderit, malens hostib. quam inuidis subiacere. At illa respondebat. iustè hæc diceres, si Diabolus contra seruos Dei & ancillas non vbique pugnaret, & ad oĩa loca fugientes nõ præcederet, si non sanctorum locorum amore retinerer, & Bethlehem meã in alia reperire possem parte terræ. Cur.n. non patientia liuorem superem: cur non humilitate frangam superbiam, & percutienti maxillam offeram, dicente Apost. Paulo. Vincite in bono malum! Nonne Apostoli gloriabantur quando pro Domino sunt passi contumeliã!* Nonne *ipse* Saluator *humiliauit se formam serui accipiens, & factus est obediens patriusque ad mortem crucis, vt nos sua passione saluaret! Iob nisi certasset, & vicisset in prælio, non accepisset coronam iustitiæ, &c.* Et post multa. His *talib. testimoniis quasi armatura* Dei, *& aduersus omnia quidem vitia, sed præcipue instruebat se contra inuidiam sæuientem, & patiendo iniurias furorem rabidi pectoris mitigabat. Denique vsque ad diem mortis, & huius patientia, & aliorum zelus omnibus patuit; qui suum rodit auctorem, & dum æmulum lædere mittitur, in semetipsum proprio furore bacchatur.*

Amb. li. 2. de Abrahã. c. 7.
Hier. ep. 27.
Aug. ps. 1. 44.
Hier. ibid.
1. Remedium
Gen. 28. 5.
1. Reg. 27. 2.
2. patientia et humilitas.
Rom. 12. 21.
Act. 5. 41.
Phil. 2. 8.

Vide V. Amor sui. *Auaritia. immortificatio passionum. Superbia. Tristitia.*

I R A.

Remedia contra Iram.

I Remed. Considera sententias diuinæ scripturæ quæ damnant illã tanquam valde noxiam animæ & corpori. Nam Iob ait. *Verè stultum interficit iracundia.* Et. *Qui perdes animam tuam in furore tuo.* Et Salomon. *Vir iracundus prouocat rixas, & qui patiens est mitigat suscitatas.* Et. *Graue est saxum, & onerosa arena, sed ira stulti vtroque grauior.* Et. *Ira non habet misericordiam.* Et Eccles. *Ira & furor, vtraque execrabilia sunt.* Et. *zelus & iracundia minuunt dies, & ante tempus senectutem adducunt cogitatus.* Et Christus apud Matthæũ. *Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.* Et B. Iacob. *ira viri iustitiam Dei non operatur.* Dehortatur ab ira. Nam Iob ait. *Non te superet ira, vt aliquem opprimas.* Et Salomon. *Noli esse amicus homini iracundo,*

Iob 5. 2.
Iob 18. 4.
Prou. 15. 18.
Prou. 27. 4.
Eccl. 37. 33. & 30. 26.
Matth. 5. 22.
Iac. 1. 20.
Iob 36. 18.
Prou. 22. 24.

Eccl 7.10 & 1.10. *iracundo, neq; ambules cũ viro furioso.* Et Ecclesiastes. *Ne sis velox ad irascendũ, quia ira in sinu stulti requiescit.* Et. *Aufer irã a corde tuo.* Et B. Pau. *Non vosmetipsos defendentes, sed datũ iræ.* Et. *Oĩs amaritu-*
Rom. 12.19. Eph. 4.31. *do, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia.* Et. *Irascimini, & nolite peccare: Sol nõ occidat super iracundiã vestrã. Nolite dare locũ diabolo.* Et Iac. *Sit oĩs homo tardus ad*
Iac 1.19 m Psal 36 11. Prou 3 34. Matth. 5.4. *iram.* 3. cõmendat mansuetudinẽ. *Mansueti,* inquit Dauid, *hereditabunt terrã, & delectabuntur in multitudine pacis.* Et Salomon. *Mansuetis* (Deus) *dabit gratiam.* Et Christus. *Beati mites, quoniã ipsi possidebunt terram.* Et. *Et discite a me, quia mitis sum & humilis corde.* Et Apost. *Omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.*

Naz. II. Remed. Considera dicta SS. Patrũ. S. Greg Naz. in deploratione calamitatũ aĩæ suæ. *ira,* inquit, *si vehementius inflammetur, hoĩem de mentis gradu deiicit, atq; exturbat, quod si in apertã irã non prorumpit, versutã certe ac subdulã cogitationẽ in imo pectore occultat,* Baf. hom. 11. *atq. interim molles & suaues ore sermones fundit* S. Bas. in hom. de ira. Augu. l 4 de ciu. Dei c. 16 *Sicut discrepantia noĩa sunt indignationis, & iræ, sic diuersa eorundem significatio est indignatio. n. est stimulus quidam breuis ac subitus, acutusq; passionis vapor. ira verò permanens ac diuturna tristitia, & veluti libido quædã se vindicandi. Aduerte itaq;, quod vtroq. effectu homines delinquant, vel furore subito contra irritantes cõmoti, vel per dolos eos a quib. patiuntur iniuriam, circumuenientes, quæ ambo nobis oĩno cauenda.* Et rursus. *Dolus, & suspicio, & infidelitas, & malignitas, insidiæ, & audacia, & oĩa his similia huius vitii germana sunt atque appendices. Itaque fratres amantissimi ne obsecro tantũ malũ nobis inducamus, aĩæ morbum, rõnis tenebras, a Deo alienationem, obliuionem familiaritatis, principium bellorum, plenitudinẽ calamitatũ, dæmonem pessimum nostris oĩs innatũ, incolam impudentẽ, nostra interiora possidentem, & sancti Spũs iter ad nos impedientem. Ubi. n. inimicitiæ sunt contentiones, indignationes, sectæ, nostris oĩs perpetuos gignentes tumul-* Amb. preca. *tus, ibi Spũs mansuetudinis non requiescit.* S. Ambr. in precatione ad Missam *ira inuidiam sequitur, qua inter cætera vitia nihil asperius, nihil inuenitur amarius: quæ dum vltra modum efferbuerit, atrociter mẽtem exulcerat, sensum hebetat, linguam immutat, oculos obumbrat, to-* In Psal. 36. *tumq; corpus perturbat. Hinc protinus rixæ, contumeliæ, clamor, indignatio, tumor mentis, & blasphemiæ suscitantur.* Et in Psalmos. *ira grauis passio est: plerunq; accendit multum, & volentem mitius vindicare in furorem rapit, vt perimat quem putauerit coercendum. Cõmo-* prou. 15. iux ta 70. Psal. 36.8. *tus, gladio sæpè transuerberat innocentem. Amicos & fratres per indignationem plurimi peremerunt.* Ideo Sapiens dicit *ira perdit et sapientes* Et Dauid sapientem monet. *Desine ab ira & relinque indignationem. Relinque eam, finem impone, ne te in peccatum trahat. Hoc est, qđ supra dixit. Irascimini, & nolite peccare. Non. n. hortatur irascaris, sed*

ad

ad tps cedit affectui. Dat tñ medicamentũ, ne diutius vis vlceris serpat. Medicus non statim adhibet medicamenta languenti. Et in epist. ad Vercellensem Ecclesiã *Esto sit naturæ irasci, aut plerunq; causæ, hoīs est tñ temperare iracundiã, non leonino raptari furore, non assurgere clamori, non secrete, nec acerbare familiare iurgium. Scriptũ est.n. Viri iracundus effodit peccatũ.* S. Chrys. ad populũ Antioch. *Nihil iracundo hōie insuauius, nihil grauius, nihil infestius, turpius nihil, sicut contra nihil nescio irasci iucundius. Feræ potius quã iracundo hoī cohabitandum est. Nam illa, cũ semel mansuefacta fuerit suã seruat legem: hunc aũt quoties mitigaueris, rursum efferatur.* Et inf. *Noui multos ex ira morbos incurrisse. multi oculos amiserunt. Frequenter ex ira verbum aliquis emisit, ad cuius remediũ totius indiget vitæ. Ignis est vehemēs ira, oīa deuorans, nã & corpus perdit & aīam corrũpit.* Et iterũ. *Est et & alia furoris species difficilior, cũ nec iram dimittere sustinent, sed proprium malũ aliud se nutriunt, mali memoriam quasi tortorem. Quantũ esse putas tormentũ hoī præcordia percusso, quotidie qualiter inimicum vlciscatur considerante? Quã vero totius visceribus feram includis? Satius est viperã in corde tuo latere, quã irã & rancorem.* Hier. in cōmentarijs ad Galatas. *Ira, quæ iustitiã Dei non operatur, species est furoris. Inter iracundiã aũt & irã hoc interest, quod iracundus semper irascitur; iratus pro tpe concitatur. Et nescio quis possit regnũ Dei possidere, cum is quis irascitur separetur a regno.* Et in prouerbia. *Ianua vitiorũ oīum iracundia est; qua clausa virtutib. intrinsecus dabitur quies: aperta verò ad oē facinus armabitur aīus.* Et epist. ad Salutiã de viduitate seruanda. *Irasci hoīs est, & iram non perficere Christiani.* S. Aug. ad Nebridium. *Ira est, quantum mea fert opinio, turbulentus appetitus auferendi ea, quæ facilitatem actionis impediunt. Itaq; plerumq. non hoīs tantum, sed calamo irascimur in scribendo, eum collidimus atq. frangimus: & aleatores tesseris, & pictores penicillo, & cuique instrumento quilibet, ex quo difficultatē se pati arbitrat. Hac aũt assiduitate fel crescere et medici affirmant, cremento aũt fellis rursus & facile, ac prope nullis causis existentib. irascimur.* S. Greg. ad Leontiũ exconsulem. *Ira quæ aīm perturbat, quanta consideratione cauenda est monstratur in scripturis. De qua scriptum est. Sit oīs homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum & tardus ad iram. Iram enim viri iustitiã Dei non operatur. Hinc rursum scriptum est. Quis potest habitare cum homine, cuius spiritus facilis est ad irascendum? Hinc iterum. Noli esse cum homine iracundo, neque ambules cum viro furioso. Contra hanc in laude patientiæ dictum est. Melior est qui vincit iram, quam qui capit ciuitatem magnam. Hinc David personam in se infirmorũ sumens, ait; Turbatus est præ ira oculus meus. Atque ex ipsa perturbatione quid sequatur adiunxit dicens. Inueteraui inter oēs inimicos meos. Ex ira quippe cũ turbatus fuerit oculus cordis inter inimicos nostros ad vetustatem*

Id ep. 81 libro 10.
Prou. 15.
Chrys. ho. 29
d. hom. 30
Cass. l. 8. c. 10
Hier. l. 3. c. 5 & in c. 1 ad Titum.
Id l. 3. c. 29.
Id. ep. 9. & ep. 8. ad De metr.
Aug. ep. 115 & 4. de ciuit. c. 6.
Greg. lib. 8. reg. c. 51.
Iac 1. 19.
Pro 18 14.
Prou 2. 24.
Psal. 30. 10.

tem reducimur, quia inter malignos Spũs ad vetusti hõis similitudinẽ reuocamur. Cum igitur iram, quæ cor permouet sacra eloquia tot testimo nijs testentur, perpendamus qua intentione debeamus hoc vitiũ fugere.

Amb.l.1.c.21. III. Remed. Firmiter in aĩo decerne, te sẽperaturũ ab oĩ ira illicita, hoc est, q̃ præueniat rõnẽ. Est B. Amb. in lib. officiorũ. *Cauere debemus ne perturbationes, inquit, prius incidamus, q̃ aĩos nostros rõ cõponat.* Examinat. n. mentẽ plerunq; aut ira, aut dolor, & *improuiso percellit ictu. Ideo præuenire pulchrũ est cogitatione, q̃ voluẽdo mentẽ exerceat, ne repentinis excitetur cõmotionib. sed iugo quodã rõnis & habenis cõstricta mitescat.* Et B. Greg. in 5 mor. *Solerter aĩus ante actionis suæ*
Greg ca.33
primordia cũcta dẽt aduersa meditari, vt sp hæc cogitãs sp cõtra hæc thorace patiẽtiæ munitus, & quicquid acciderit prouidus superet, & quicquid nõ accesserit, lucrũ putet. Et in epist. ad regẽ Visigothorũ. *Cu-*
Lib.7.c.26. *randũ quoq; est, ne ira subrepat. ira quippe cũ ẽt delinquentiũ culpas exequitur, nõ dẽt mente quasi dña præire, sed post rõnis tergũ velut ancilla famulari, vt ad faciẽ iussa veniat. Nã si semel mentẽ possidẽs cæperit, iustũ esse deputat ẽt q crudeliter facit. Hinc. n. scriptũ est. ira viri iusti-*
Iac.1.20. *tiã Dei nõ operat.* Vñ B. Ephr. in doctr. de perfectione monachi sua-
Ephr. to.1. det monacho, *vt optet potius inuadi gladio, quam iracũdia corripi.* Et a-
Cassi.coll.18. cap.13. pud Cass. Abbas Pyamon tradit *patientẽ pronunciari neminẽ posse, nisi eũ qui vniuersa q̃ sibi fuerint irrogata absq; indignatione tolerauerit.*

IV. Rem. irã, simulatq; in aĩo orta fuerit, cõpesce, & in illud Poeta.
Ambro.l.10. ep 82. *Principijs obsta, sero medicina paratur.* Etsi. n. *naturæ sit irasci*, ingt, Amb.
Basi.hom.11. *hõis tñ est tẽperare irã.* Vel vt sup Hier. *irasci hõis est, sed irã nõ perficere Christiani.* Hoc remediũ tradit B. Basi. *Qũo, ingens, iræ incõmodo fugiemus? Si eã nullo mõ rõnẽ occupare sinamus: si forte aĩo oborta sit, eã equũ ingalẽ freno, ita rõne & cõsilio cohibeamus.* Est. n pars aĩ
Amb.1.offi. c.21. *irascibilis nobis ad multa virtutũ opera necessaria.* Et Amb. *Si prius occupatus fuerit aĩus ab indignatione, q̃ cõsilio prospici ac prouideri potetit, ne occuparet, meditare qũo motũ aĩ tui vincas, iracundiã tẽperes.*
Rom.12.19. *Resiste iræ, si potes: cede, si nõ potes, qa scriptũ est. Date locũ iræ.* Et post. Ergo si præuenerit mentẽ tuã iracũdia, nõ relinquas locũ tuũ. *Locus tuus Sapientia est, locus tuus ratio est, locus tuus sedatio indignationis est. Nõ mediocre est mitigare iracundiã, nõ inferius, quã oĩno nõ cõmoueri.*

Eph.4.26. V. Rem. Quod si nõ statim irã cõpresseris, saltẽ caue diutius eam
Aug.ep.100. fouere & retinere. Hoc remediũ est Apost. in Epist. ad Ephes. dũ ait. *Sol nõ occidit sup iracundiã vestrã. Nolite locũ dare diabolo.* Et B. Augus. in epist. ad Profuturũ. *Subrepit aũt dũ nulli irascẽti ira sua videtur iniusta; ita. n. inueterascẽs ira fit odiũ, dũ quasi iusti doloris admixta dulcedo diutius eã in vase detinet, donec totũ acescat, vasq; corrumpat. Quapropter multo melius nec iuste cuiquã irascimur, quã velut iuste irascẽdo in alicuius odiũ iræ occulta facilitate dilabimur. in recipiẽdis. n. hospitib. ignotis ista solemus dicere, multo esse melius malũ hoĩem perpeti,*

*perpeti,quã forsitã per ignorantiã excludi bonũ, dũ canemus ne recipiatur malus. Sed in affectib. aũt contra est.Nã incõparabiliter salubrius est ẽt iræ iuste pulsanti nõ aperire penetrale cordis,quã admittere nõ facile recessurã, & peruenturã de surculo ad trabẽ.Audet quippe impudẽter ẽt crescere citius,quã putatur. Nõ.n. erubescit in tenebris, cũ sup eã sol occiderit.*Cõsentit Amb.in Psal.ita scribẽs.*Alius medicus est.sol nõ occidat sup iracũd ã vestrã;ne dũ diu differs,venia ille q cale factũ corporis sõno excitare cõsueuit,et stimulet te,inserat tibi cogitationes & in secreta pectoris tui immergat dicẽs Vindica iniuriã tuã.Viuũ te esse cognosce.feminea infirmitatis est,nõ capere vindictã.Ergo cõtẽnere te debuit seruus frater decipere amicus illudere,&c.His stimulis plus accenditur,plus mouetur,vt cõpleatur q scriptũ est.ira perdit ẽt sapiẽtes.*idẽ B.Hier.in eadẽ Apost.verba. *Nolite,ait* Paul.*dare locum diabolo,qui tanquã leo rugiẽs,quærit aditũ p quẽ possit irrũpere.Quo.n. pater & filius stãt ante ostiũ & pulsant,ut introeant & cęnẽt cũ eo,q se receperit:ita & aduersarius sp in nos est paratus irrũpere,& cũ locũ deberimus,ingreditur.Solet aũt, antequã ueulat,quædã iacula præmittere,& pcursorẽ aduentus sui facere cogitationẽ.Hãc si nos in corde nostro susceptã nutrierimus intrinsecus, & crescere fecerimus,cũ in nobis prolẽ suã auctã viderit,& ipse audebit intrare.Deniq; in Iudæ Iscariot cor,primã iecit sagittã, vt traderet Salvatorẽ: quã si exceptã ille miserabilis nõ fouisset, nunquã post intinctũ panẽ in parosside intrasset in illũ* Sat. Hoc antidoto ad literã vsus ẽ Ab. Pesius,de quo Cas.*apud senẽ Pesiũ,*inq.*in eremo vastissima cõmorantẽ, cũ senex Io. magno cænobio ac multitudini fratrũ ppositus aduenisset, & ab eodẽ uelut antiquissimo sodale perquireret,quidnã per oẽs 40. annos,quib.ab eodẽ separatus in solitudine minime a fratrib. interpellatus egisset. Nunquã, ait,me sol reficientem vidit. Et ille,nec me,inquit,iratum.*

Amb.i Ps.36 Eph.4.26. Prou.15. Hier.l.2.c6. i ep.ad Eph. Eph.4.27. Io.13.27. Cass.5.inst. c.27.

VI.Reme. Nihil statue vel decerne de vindicatione alicuius noxę nisi cũ ira defeibuerit. nihil.n. æquè obscurat rõnis vsum ac passio iracundiæ scdm B.Greg.congruenter illi dicto Psal. *Conturbatus est in ira oculus meus*. Nec diffitentur Ethnici Philosophi.*iratos,*inquit Cicero in 4.Tusculana.*proprie dicimus exisse de ptãte,i. de consilio, de rõne,de mẽte* Huius remedij meminit Hier.epist. ad Saluinã ita scribens.*Hoc est,q aliis uerbis Propheta significat.Turbatus sum,& non sum locutus.Et in eodẽ uolumine.Irascimini,& nolite peccare. Et illud Architæ Tarentini,ad villicũ negligentẽ.iã verberib.enecassẽ, nisi iratus essem.ira.n.viri iustitiã Dei non operatur.*Itẽ Amb.lib.1.officiorum.*Ferunt gentiles,vt in maius oĩa uerbis extollere solent, Architæ Tarentini dictũ Philosophi,q ad vllicũ suum dixerit.O te inselicem,quã te afflictarẽ,nisi iratus essẽ. Sed ẽt Dauid & armatam dexteram in indignatione cõpresserat,& quanto plus est non remaledicere,quã non vindicare?* Quod hi duo Patres Architæ, Seneca Platoni attribuit,

Greg.5 moral.c.31. Psal.30.10. Hier.ep 9. Psal.4 5. Iac.1.20. Amb.c.21. 1.Reg.25.31 Sen 3.de ira c.12.

attribuit, qui à verberatione serui eadē de cā abstinuerit. Idē antidotū Leontio excōsuli pscripsi Greg. magnus. *Quoties, inq̃t, ira aīum inuadit, mentē edoma, vince teipsum Differt ips furoris, & cū tranquilla mens fuerit, q placet vindica. ira.n. in vindicta malorū sequi dēt rōnē aī, non præire, vt quasi ancilla iustitiæ post tergū veniat, & nō lasciuia ante faciē prorūpat.* Qua de cā Ambr. Mediol. Archieps quondā ab Imperatore Theodosio, cū præcipit ira se victus esset cōtra Thessalonicenses, voluit condi legē, vt si qui ob maleficiū Cæsaris edicto iuberentur occidi, id nō nisi post trigesimū diē fieret, vt interea tpis maturo sedatoq; aīo, ac reb. eīb. rōnis libra perpensis, aut parcendū esse videretur, aut vindicandū. Et apud Ethnicos Athenodorus Philosophus, teste Plutarcho, ex aula Augusti discedēs monimenti loco id ei ita postulāti reliqt documentū, vt ira inflāmatus nihil ante statueret vel īperaret, q̃ viginti q̃q; alphabeti græci literas pnunciasset. Qd documentū Cæsar tanti fecit, vt illū ab aula dimittere noluerit.

Greg. l. 5. ep. c. 5. Ioan. Diaconus in Ambro. vita. Plut. in vita August.

Bal. hom. 21. VII Rem. Cōsidera fœdos motus & gestus iracundorū, quos describit S. Bas. *Scriptura, inquit, tibi dicit. Vir iracundus turpis est. Quo turpis est, quia humanam quasi figurā amittit, feræ spēm indutus. Considera parūper iratū. Furit, debacchatur, immutātur oculi turbidi, sanguineiq. fiunt, cor accendit, sanguis cōmouet Hunc videas vt aprū dentes acuentē, loqui sæpe incipientē, ac verba imperfecta relinquentē. O quam malū cū tali cōmisceri, qui cōtinuo lateat.* Et Chrys. in Io. *Videbis iratos non secus atq. insanos turpiter in mediū præcipites ferri. Cū.n. circa præcordia efferbuit ira, ignē emittit, tota insa facies, im ōposite manus mouentur, ridiculę prosiliunt pedes, rixā dirimere conantib. insultant, in eosq. nulla ab insanientib. differentia irruunt.* Et Greg. *irę stimulis accēsum cor palpitat, corpus tremit, lingua se præpedit, facies ignescit, exaspe rantur oculi, & nequaquā recognoscuntur noti. Lingua quidē clamorem format, sed ipsius quid loquatur ignorat.* In quo itaq; iste ab arreptitiis *longe est, qui actionis suæ conscius non est?* Similia hēt Seneca, & tandem concludit *Qualem putas esse animum, cuius externa imago tam feda est?* Et infra, ait profuisse aspicere speculum ob deformitatem vultus. Et M. T. Cicero. *An, inquit, est quicquam similius insaniæ, quā ira? quam bene Ennius initium dixit insaniæ.*

Chry. ho. 3. Greg. 5. morel c. 31. Sen. 2. de ira c. 35. & 36. Cic. 4. Tusc.

Bas ho. 10. de ira. VIII. Rem. Considera terminos effectus iracundorū, quos latè prosequitur Bas. *Effrenes linguæ, ait, ora incustodita, contumeliæ, probra, verbera & alia eiusmodi sunt iræ fructus. Ob iram ensis acuitur, mors hoī ex hāc venit, nō eis senectus venerabilis, nō vitę virtus, non generis propinquitas, non parentes. Quin & maximū se in malū sæpius coniiciunt, & studio vindicandi seipsos negligunt. Nā & oīs fera venenata impudentius ruūt, nec prius desistunt quā magno & intolerabili malo aīum exatiarint. Membrorū mutilationes. vulnera, mortis prēmiū pugnæ ferunt.* Et Greg. *Per irā, inquit, sapiētia perditur, vt quid quoue ordine*

Greg. l. cit. Prou. 22. 24

quoq; ordine agendũ sit oino nesciatur. ira, ait Salomon, in sinu stulti requiescit. Per irã, vita amittitur, ẽtsi sapiẽtia teneri videatur, sicut scriptum est. Ira perdit ẽt prudentes. Per irã iustitia relinquitur, sicut scriptum. Ira viri iustitiã Dei non operatur, per irã gratia vitæ socialis amittitur. Noli, inquit, Sapiẽs, esse assiduus cum homine iracundo Per iram concordia rumpitur, sicut scriptum est. Vir animosus suscitat rixas. Per iram lux veritatis amittitur, sicut scriptum est. Sol non occidat super iracundiam vestram. Per iram sancti Spiritus splendor excutitur; quo contra scriptum est. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum? &c. Iac 1.20. Prou 22.24. Prou.16.28. Ephe.4.31. Isa.66.2.

X. Rem. Considera exẽpla mansuetudinis eorum, qui occasione iræ data patiens fuere. *Talia*, inquit Bas. *tibi succurrant, mentisq; tuæ impetum ac iram compescant. Similes namq; præparationes & animi dispositiones morsus cordis & impulsus facile delebunt, & animi cogitationes in tranquillum statum deducent. Hoc.n. est quod David ait Paratus sum & non sum turbatus, oportet itaq; motus animi insanos ac præcipites exemplo Sanctorum, ac beatorum præceptorum memoria cobibere, quo magnus David, & quę mansuetudine iniquitatem Semei tulerit; non.n. irę locum dedit, in Deum causam transferens. Quoniam Dominus, inquit, Semei mandauit vt maledicit David.* Eiusdem exemplum proponit Chrys. in hom. de David & Saule. *Si imaginem Danielis, inquiens, præoculis habeas & in hac assidue defigas oculos, ẽtsi millies obtundet ira, mentis oculum perturbans, ad hoc virtutis exemplar respiciens perfectam consequeris sanitatem. Ne quis igitur mibi dicat. Inimicum habeo scelestum, improbum, incorrigibilem; quicquid dixerit, non est tamen Saule deterior, qui semel & iterum, imò sæpius seruatus a Davide, cum ipse mille modis illi struxisset insidias, tamen pro tot beneficiis acceptis, perseuerauit in sua malitia.* Neq; desunt plura exempla alia, vt Moysis, qui pro populo contra se murmurantem ẽt Dominum exorauit, de quo Sapiens. *In fide & lenitate ipsius sanctũ fecit illum, & elegit eum ex omni carne.* Vt Ioseph, qui fratribus suis non succensuit, sed bonum pro malo rependit. Vt denique Christi Domini, qui ad opprobria & calumnias grauissimas, tanquam agnus coram tondente se, vt loquitur Isaias, obmutuit. *Qui cum malediceretur*, inquit B. Petrus, *non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur.* Quare & merito Apostolus eum in exemplum omnib. proposuit, dicens. *Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem. Alapa cęsus es?* inbuit Bas. *expuit, aliquis in faciem? Eadem & Dominus est passus. Calumniam pateris? & Dominus. Tua laceratur vestis? Et Domino extracta per vim est vestis, & super eam missę sortes. Nondum condemnatus es, nondũ cruci affixus. Multas tibi toleranda, vt ad eius imaginationem peruenias.* Bas.ho.10. Psal.118.60. 2.Reg.16.n. Chrys.ho.5. Exod.15.19. Eccl.45.4. Isa.53.7. 1.pet.2.23. Heb.12.3. Bas.l.cit.

ANTIDOTA.

Pro mitiganda vel auertenda aliena ira, vt patris in filios, Domini in seruos, & aliorum etiam æqualium.

Chry.ho.18. I Antidotũ. Commiseratio Est Chrys. in Matth. *Medici, inquit, qñ iniuriis & calcib, cæduntur furentũ, tunc illorũ magis miserentur, scientes magnitudinẽ morbi hac iniuria significari. Hoc nos & in ira percitis seruemus, illorum.n. similes sunt iracundi, imò lõge miseriores, quia sensib. adhuc integris insaniunt. Etsi videamus aliquẽ horribiliter a bile vexatã, quiq; ẽt malignũ humorẽ vrgatur euomere porrigimus manum, & huc illucq; iactatũ supportamus. Et si vestes ille nostras polluat non abiiciamus, sed illud tantum requirimus, quemadmodũ eum à tanta angustia liberemus.* Hoc & ergo iracundos faciamus, vt & fomus ægros, & vomentes supportemus, nec prius eos deseramus, quã amaritudinẽ totã posuerint, & tunc tibi maximas exoluent gratias. Ubi.n. conualuerit, recognoscet liquido, a quanta conturbatione illum liberaueris, & te vt Dominũ venerabitur, Deus verò innumeris remunerabit

Bas.hom.10 te donis. Et Bas. ho. de ira. *Tu aũt fratri tuo sine cã irasceris. Qũo aũt sine cã? Cũ sit alius qui instigat demon, & alius qui instigatur hõ, cui tu maledicis, simile quiddã canib. admittens, qui saxa mordere solent, quando iactantes attingere non valent. Instigatus.n. misericordia profecto dignus est; qui verò incitat maximo odio insectandus. In hunc igitur iram transfer, hominum interfectorem, mendacii patrem, peccati ministrum, fratrem vero in te peccantem miserabere.*

2. Antidotũ Fuga. *Vir.n. iracundus, teste Salomone prouocat rixas.*

Prou.15.18. Et. *Melius est habitare in terra deserta, quam cũ muliere rixosa, &*
Prou 21.19. *iracunda.* Et. Noli *esse amicus hoĩ iracundo, neq; ambules cũ viro furio-*
Prou.22.24. *so, ne forte discas semitas eius.* Vnde Bas. in orõne de ira, & inimicitijs. *Cũ viro iracundo ne habites, inquit Salomon, mala.n. res est cũ ca-*
Bas.orat.9. *ne colligari, perpetuoq: eius latratu frui. Fuge igitur consuetudinem ipsius; nã nisi hoc feceris, necesse erit te aliquid de moribus eius haurirere.*
Et Amb. ad pop. Antiochenũ. *Ferę potius, quam iracundo hoĩ cohabi-*
Chry.ho.29 *tandum est. Nam illa cum semel mansuefacta fuerit suam seruat legẽ: hunc aũt quotiescunq; mitigaueris, rursum efferatur, nisi quis in talem habitum ipsum induceret.* Et Amb. in 1. officiorum. *Resiste iræ si po-*
Amb.c.21. *tes; cede, si non potes, quia scriptum est. Date locum iræ. Iacob fratri*
Rom.12. 19. *indignanti pie cessit, & Rebeccæ, i. pacientia instructus consilio abesse*
Gen.27. *maluit peregrinari, quam excitare fratris indignationem, & tunc redire, cum fratrem mitigatum putaret.* Sic Seneca lib. 3. de ira. *Primã irã non audebimus oratione mulcere, surda est & amẽs. dabimus illi spaciũ.*

remedia

remedia in remissionib. morborum prosunt. Quod si fugere, vel nominet, vel non expedit, tace. *Contumeliā intulit iratus*, inquit Bas. *vince, amoueq; silentio malum, & cogita periculum de te fieri, an Deo per patientiam adhæreas, seu per irā in aduersarii partes inclines. Audi Dauid dicentem. Dum consisteret peccator aduersum me, non irritatus sum aut vltus, sed surdus factus, & humiliatus sum, & silui a bonis.* Sen e.39. Hom.10. Psal.38.3.

§ II. Antidotū. Humilitas, & mansuetudo, cum ira nonnihil desferbuit. *Responsio.n.mollis*, inquit Salomon, *frangit iram*. Hoc antidotū Angelus domini suggessit ancillæ Agar, vt dominæ suæ Saræ seueritatem mitigaret. *Reuertere*, inquiens, *ad Dominam tuam, & humiliare sub manu illius*. Imò suggessit Christus suis discipulis. nam cū docuisset qua pœna digni essent iracundi, mox subiecit. *Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquis aduersum te, relinque ibi munus tuū ante altare, & vide prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offers munus tuum*. Quæ recōciliato ordinarie fieri solet humili & mansueta petitione veniæ. Hinc B. Ephræm in doctrina varia hēt hoc documentum. *Quod si alius frater dicta tua refellerit, ne moueas mentem, sed voluntatem tuam, charitatis pacisq. gratia reprime. Si.n. iram excādescentis dæmonis per mansuetudinē respuis, nihil aduersum te poterit. Vnde sic tibi repugnantem alloquere. Ego quidē benedicte tanquā idiota aliquis locutus sum, considerans, da veniā ignorantiæ meæ. Sit aūt quemadmodū ipse dixisti & in hoc retrocedet a te re infecta, atq. confusus turbarū excitator diabolus*. Sic Bas. cū dixisset irā esse libidinē quandā se vindicandi, & quæsiuisset qūo illa caueri posset, ita dicit. *Qūo inquis? si te dimissum, humilemq. oīno gerere poteris, cū irritaris ab aliis, & edoctus fueris, quod Dominus Iesus, & verbo præcepit & re ostendit inquiens. Qui voluerit inter vos primus esse, sit oīum postremus*. Itē *verberatus mansueto aīo cædentem tulit, mitiq; responso docuit, quales esse oporteat, lacessitos Si male locutus sum, ait testimoniū perhibe de malo, si aūt bene, cur me cædis?* Et in regulis fusius disputatis. *Iracundia aliquis elatus est aduersus æquaū fratrē? hunc ille pro magnitudine delicti sibi concilia re cogitet, ac ministrare. Siquidē hæc huiuscemodi ad humilitatē exercitatio iracundiæ veluti neruos elidit, quādo aū elatio illa est, quæ iracundiā plerūq; in nobis ingenerat*. Et Amb. in præcat. ante Missā. *Quod si forte in immensum ira succensa ad horā patientia succubuerit, nullūne Dne remediū erit? Erit certe. nā cū huius mali damnationē denunciat dicens. Qui irascitur fratri suo, &c. protinus recuperationem subiungit cū dicit. Si offers munus tuum ad altare. &c & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offers munus tuū. Et illud. Cū statis ad orandū, remittite si quid habetis aduersus alterum in cordib. vestris. Hāc mihi Domine Deus secundā tribue victoriam, si furore cæcatus amisero primam, cū non tuo zelo, sed meo uitio cuiuslibet animum offendo*. Hoc

Prou 15.1. Gen.16 9. Matth 5.23. Cass.coll 8. c.10.& 13. Ephr.c.2.19. tom.2. Bas. ho.10 Ioan.18.23. Ita.quest.16. Matth.5.23 Marc.11.24.

Arist. li. 2. c. 3 antidotũ non ignorarunt & Ethnici. Nam Arist. in Rhetoricis suis
ita scribit. *Quod submissione animi ira sedetur & canes ostendunt, qui*
plutarchus. *sedentes nõ mordẽt.* Et Plutar. il li. de cohibẽda ira, docet oẽm *suspicio*
nẽ contẽptus amouendam in facto, si velimus alienam iram mitigare.
IV. Antidotũ. Charitas & beneficentia. Quod tradit Apost. in ep.
Rom. 12. 30. ad Rom. Nã cum dixisset. *Cum oĩbus hoĩbus pacem habete; non vos-*
metipsos defendentes charissimi, sed date locum irę, subdidit. *Sed se esu*
rierit inimicus tuus ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc. n. faciens car
bones ignis congeres super caput eius, hoc est, beneficijs ita obrue ini-
micum tibi excandescentem, vt inflãmetur nõ ira vel odio, sed cha-
ritate, ignisq; in eo accendatur, qui pro commissis consciam eius tor
Orig & c in queat & adurat, vt exponit Origenes, Theodoret. & Amb. *Carbones,*
c. 12. ad Ro. ait quoq; Aug. lib. 3. de doctrina Christiana, *significant vrentes pniĩę*
Aug. c. 16. *gemitus, quib. superbia sanatur eius, qui dolet se inimicũ fuisse hoĩs, a*
quo eius miseriæ subuenitur. Eiusmodi carbones congessit rex Dauid,
super caput Saulis capitalis sui inimici, qñ egresso ẽ spelunca oram
chlamydis, q̃ occulte absciderat, ostendit. incredibili. n. charitate illa
1. Reg. 24. 18 cõmotus Saul, *leuauit vocẽ suã,* ait Regum historia, *& fleuit, dixitque*
ad David. Iustior tu es, quã ego tu. n. tribuisti mihi bona; ego aũt reddi
di tibi mala. Et tu indicasti hodie, quæ feceris mihi bona, qũo tradiderit
me Dominus in manum tuam, & non occideris me. Quis. n. cum inue-
nerit inimicũ suũ, dimitte eum in via bona? Quod factum copiose per-
tractans D. Chrys. *Quid,* inquit, *esse possit hoc propheta beatius, qui*
Chry. ho. 5. *breui tpis momento sic hostẽ e furore ad sobrietatem composuit? & ani-*
de Dau. & Saul. *mũ nactus cędis ac sanguinis sitientem, repente ad lamenta & eiula-*
Exod. 17. 6. *tus cõpulit? Non perinde miror Moysen, quod e saxo prærupto fontes eli-*
cuit aquarũ, vt admiror Dauidẽ, quod ex oculis lapideis fontes eduxerit
lachrymarũ. Siquidẽ ille quidẽ vicit naturã, at hic vicit aĩ decretum:
ille virga percussit lapidẽ, hic sermone pepulit cor, non vt contristaret
Amb 1. offi. c. 21. *sed mansuetum redderet.* Haud secus Iacob Patriarcha quondã cõges
sit carbones ardentes in capit infestissimi sibi fratris Esau. *Quib. obse-*
Gen 32. *quiis,* ait Amb *quantis munerib. fratrem ipsum reconciliauit sibi, vt il*
1. Reg. 25. 32 *le prærepta benedictionis non meminisset, meminisset satisfactionis.* Et
Abigail vxor Nabal in caput Dauidis, quẽ contra virũ grauiter exa
cerbatum, quẽ humilitate, charitate, multorumq. *munerum oblatione*
ita commouit, vt diceret. Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit ho
die te in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta
tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irẽ ad sanguinem, & vlciscer me manu
mea, &c. Suscepit ergo Dauid de manu eius omnia, quæ attulerat ei, di-
Amb. l. cit. *xitque ei. Vade pacifice in domum tuam. Unde aduertimus,* inquit Am
brol. *tempestiuis quoque ingressionib. non solum cedere nos, sed ẽt dele-*
ctari oportere. Eousque autem delectatus est David, vt benediceret in-
teruenientem, quod ab studio vindictæ reuocatus.

V. An-

V. Antidotum Patientia. Pro quo B. Amb. his verbis implorat Dominum. *Obiici Domine contra tam amarissimũ iracundiæ malum suauissimũ sapientiæ bonũ, in quo spũaliter aĩarum nostrarũ salus collocatur, cũ nobis per Euangeliũ dr̃. In patientia vestra possidebitis aĩas vestras. Quę nimirũ dum arcẽ & principatũ in mente susceperit, oẽs mox perturbationes cõpescit. Rixas & cõtumelias in exhortationẽ conuertit confusum clamorẽ sub ordinato silentio premit, indignationẽ, tumorẽq. mẽtis mãsuetudine vincit, blasphemias gratiarum actione repellit.* Et Greg. 5. moral. *Secundus seruandæ mansuetudinis modus est (contra iracundos) vt cum alienos excessus aspicimus nostra, quibus in aliis excessimus, delicta cogitemus. Considerata quippe infirmitas propria, mala nobis excusat aliena. Patienter namque illatam iniuriam tolerat, qui piè meminit, quod fortasse adhuc habeat, in quo debeat ipse tolerari. Et quasi aqua ignis extinguitur, cum surgente furore animi sua cuique ad mentem culpa reuocatur, quia erubescit sibi peccata non parcere, qui vel Deo, vel proximo sepe se recolit parcenda peccasse.*

Amb. post 3. ante Miss.

Luc. 21. 19.

Greg. c. 12.

Vide V. Ambitio. Amor sui. Blasphemia. Consuetudo praua. Detractio. Discordia. Immodestia. Inmortificatio passionum. Impatientia in aduersis. Inuidia. Iuramentum. Linguæ abusus. Maledictio. Murmuratio. Otium. præsumptio. superbia. Tentatio. Tristitia. Vindicatio iniuriæ.

IVDICIVM PROPRIVM.

Remedia contra Iudicium proprium.

IRem. Considera diuinas scripturas, quæ monent ne nitamur iudicio proprio. vt in Prouerb. Salomonis. *Ne innitaris prudẽtię tuę. Ne sis sapiens apud temetipsum.* Et. *Expedit magis vrsæ occurrere raptis fetib. quã fatuo confitenti in stultitia sua.* Et. *Qui confidit in corde suo stultus est.* Et apud Isaiã. *Vę qui sapientes estis in oculis vestris.* Et apud Apost. *Non plus sapere, quã oportet sapere, sed ad sobrietatẽ. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos.* 2. monent, vt requiramus consilia aliorũ. Vt in Prouerb. *Salus, vbi multa consilia.* Et. *Via stulti recta in oculis eius, qui aũt sapiens est, audit consilia.* Et. *Astutus oĩa agit cum consilio.* Et in Eccles. *Fili, sine consilio nihil facias, & post factũ non pœnitebis.* 3. monet vt nitamur consilio maiorum, sapientiorum & sanctorum. Vt in Deut. *Interroga patrem tuum & annunciabit tibi maiores tuos, & dicent tibi.* Et in Eccl. *Iudicium patris audite filii, & sic facite, vt salui sitis.* Et *Stola sancta auro, & hyacinto, & purpura, opus textile viri sapientis iudicio, & veritate prediti.* Et. *Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de iustitia, & cęt.* Sed *cum viro sancto assiduus esto, quemcumque cognoueris obseruantem timorem*

Prou. 3. 5. Prou. 17. 12. Prou. 28. 26. Isa. 5. 21. Rom. 12. 16. Prou. 11. 14. Prou. 12. 15. Prou. 13. 16. Eccl. 32. 24. Deut. 32. 7. Eccl. 3. 1. Eccl. 45. Eccl. 37. 12. v. 15.

morem Dei. Anima viri sancti enunciat aliquando vera, quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum.

II Rem. Considera iudiciũ SS. Patrũ, S. Cyp. de nativ. Christi. *Hic est primus religionis introitus; sicut in mundũ primus Christi ingressus, vt quicunq; piè vult viuere, humiliter de se sentiat, neq; sup. se in mirabilib. ambulare præsumat. Fundm̃ sanctitatis semper fuit humilitas, nec in cęlo stare potuit superba sublimitas.* B. Greg. Naz. de moderatione in disputationib. *Sapientiæ genus est seipsum nosse, ac non immodicè efferri, eodemq; modo quo voces affici, quæ si vehemẽtius contendant, propter immoderationẽ penitus deficiunt. Præstat cũ doctrina instructus sis propter oẽ æquitatẽ facilitatemq; consulto cedere, quã cum eruditione careas, per insolentiã ac temeritatẽ altius efferri.* B. Bas. in verba Isaiæ. Et cõsiliarios tuos, sicut ab initio. *Sacra quadã res est cõsilium, voluntatũ vnio, fructus dilectionis, humilitatis insigne. E diuerso intolerabilis est superbię argm̃, existimare se nullus egere cõsilio: sed sibi vni attentũ esse, quasi solus possit sibi cõsilio decernere quæ optima sunt.* Et orõne de felicitate. *Magnã mehercle affert hoĩb. vtilitatẽ cõsiliũ, eo quod nemo sibi sufficiat ad electionẽ rerũ vtiliũ honestarũ ve. Vnde haud absurde hõ consilii expers similis censetur nauigio rectore carente, qđ ventorũ impetu huc illucq; impellitur. Qui verò hñs consilium bonũ suã potius prauã sequitur sñiam, similis profectò est regi Roboam, qui spreto salutari consilio senũ, adolescentũ, qui secũ educati erãt opinionẽ secutus decẽ tribũ Israel ab imperio suo abscidit.* Et in regulis breuiorib. *Non est rõni consonũ, si quis in oĩb. suo stare velit iudicio, nec periculo, aut contumaciæ suspicione caret, in congregatione multorũ nolle maioris partis, sñiæ acquiescere.* Et in epist. ad Chilonẽ anachoretam: *Ne primo mox aditu oculis in sublime porrectis velis inscendere superciliosũ apicẽ religiosę exercitationis, maxime oĩum caue, ne tuo vnius cõsilio imprudenter innixus, tibi vni permittas plus æquo fiduciæ: neqñ per rudẽ rerũ inexperientiã è sublimi fastigio religionis, quã ex professor percolendã accepisti, deturbere.* B. Amb. in lib. officiorũ. *Non despiciat, quid de se vnusquisq; & maxime vir optimus sentiat. Hoc n. modo discat bonis deferre reuerentiã. Nã negligere bonorũ iudicia, vel arrogantiæ vel dissolutionis est: quorũ alterũ superbiæ asscribitur, alterũ negligẽtiæ.* Et rursus. *Sequatẽ conuersationis electio, vt adiungamur probatissimis quibusq; seniorib. Nãq. vt æqualiũ vsus dulcior, ita senũ tutior est. Nã si hi, qui sunt ignari locorũ cũ solertib. viarũ iter adorit gestiunt, quãto magis adolescentes cũ senib. debent nouũ sibi iter vitæ aggredi, quo minus errare possint, & a verò tramite virtutis deflectere. Nihil n. pulchrius, quã eosdẽ & magistros vitæ & testes habere.* Hieron. in epist. ad Rusticũ monachũ. *tibi salutare quicquid monasterii Prępositus præceperit, nec de maiorẽ sñia iudices, cuius officii est obedire.* Cass. coll. 2. *Nullo alio vitio tam pręcipitem diabolus monachũ pertrahit,*

Marginalia: Cyp. ser. de natiu. — G. Nazian. — B. Bas. in c. 1. Isa. Orat. 21. — 3 Reg 12. 13. — Basq. 313. — Amb. li. 1. c. 47 — Id. ca p. 24. — Hieron. ep. 4 — Cass. coll.

trahit, ac perducit ad mortem, quam cũ neglectis consiliis seniorum suo iudicio persuaserit, definitioniq; cõsidere. B. Bern. ser. de resurrectione. *Qua maior superbia esse põt, quã si vnus suũ iudiciũ præferat vniuersæ congregationis iudicio, quasi solus haberet* Spiritũ Dei? Et iterum. *in corde duplex est lepra, propria voluntas & propriũ contra. Lepra vtraq. nimis pessima, eoq. pernisior, quo magis interior.* Et in epist. ad Ogeriũ. *Qui se sibi magistrum constituit, stulto se discipulũ subdit.* Et in Psal. Qui habitat. *Non piget quoties datur occasio, ab hac tam graui peste (obstinationis) præmunire vos, vt eam omni modis fugiatis, quod hęc quidem ut summa quædam religionis subuersio, & vere iuxta testimonium legislatoris venenum aspidum insanabile, &c.* Ber. serm. 2. & 3. Ep. 87. Psal. 13.

I I I. Rem. Ne facile iudicio proprio delinquas in vitæ tuæ institutione, vnius vel plurium consilio ac iudicio, iuxta diuinę scripturæ Patrumq; monita iam citata vtare. Nec. n. desunt exempla eorum, qui id fecerint. S. Bas. in Isaiam ex sacris litteris depromit duo. *Quantum, inquit, emolumenti obueniat ex accepto consilio declarat vel maxime Moyses. qui oĩ sapientia Aegyptiorum eruditus, qui familiari colloquio cum Deo congrediebatur, perinde atq; si amicus loquatur cũ suo amico. Hic tantus consilium sibi redditum a Iethro socero suo accepit, &c. Dauid super consiliario est vsus Chusi, per quẽ dissipauit militare consiliũ Architophel.* Alia duo Cass. Alterũ Prophetæ Samuelis, *quẽ cũ Dñs nollet, inquit ille, per semetipsum diuini colloquii disciplina erudire, recurrere semel & iterũ passus est ad senẽ, indicans se & illius qui offenderat Deũ, dũmodo senioris, doctrina eũ velle institui, vt & illius, qui ad diuinũ ministeriũ vocabatur, probaretur humilitas, & iunioribus forma subiectionis huius proponeretur exemplo.* Alterũ Apost. Pauli. *Quẽ, ait, per semetipsum vocans, & alloquens Christus, cũ posset ei perfectionis viã reserare confestim, dirigere ad Ananiã maluit, & ab eo iubẽt viã veritatis agnoscere, &c. ne posteris malũ præsumptionis præberet exẽplũ, dũ vniuscuiusq. sibimet persuaderet, simili modo se quoq; debere Dei solius magisterio atq. doctrina potius quã seniorũ institutione formari. Quã præsumptionem oĩmodis detestandam & ipse Apostolus non solũ literas, sed & opere atq. exemplo docet, ob hoc solũmodo se asserens Ierosolymã ascendisse, vt Euangeliũ, quod comitante gratia Spiritus S. cum ptãte signorum & prodigiorũ gentib. prædicabat, cum suis coapostolis & antecessorib. priuata quodãmodo ac domestica examinatione conferret. Et contuli, inquiens, cũ illis Euangeliũ, quod prædico inter gentes, ne forte in vacuũ currerẽ, aut cucurrissẽ. Qui ergo tam præsumptor & cæcus sit, qui se audeat suo iudicio ac discretioni cõmitere, cũ vas electionis indiguisse coapostolorũ suorũ se collatione testetur* Hoc admirãdæ submissionis exẽplũ secutus B. Hieronymus licet admiraculũ eruditus, tũ ita de se scribit ad Pãmachium, & Oceanũ, *Cano, inquiens, iã capite in Alexandriã, vt audirẽ Dydimũ.* Bas. in ca. 1. Exod. 18. 14. 2. Reg. 15. 33. Cass. coll. 2. c. 14. & 15. 1. Reg. 33. Act. 9. 7. Gal. 2. Hier. ep. 65.

Ep. 4. tum alios instruxit, vt Rusticũ monachũ his verbis. *Mihi quidẽ placet; vt habeas sanctorũ contuberniũ, nec ipse te doceas, & absq; doctores*
Ep. 27. *ingrediaris viã, quã nunquã ingressus es, statimq; in partẽ alterã tibi declinandũ sit, & errori pateas.* Et Paulam Romanam. *De scripturis* scribens ad Eustochiũ, *dogni eã, quod didicerã, non a meipso, id a p[r]esum prioue pelle, no praeceptore, sed ab illustrib. ecclesiae viris.* S. Bern. in S.
Bern. in vita eius. Malachia Hiberniæ antistite, hoc maxime laudat, quod cũ ab ineũte pueritia declinasset se Doctorẽ hũc Deũ, instõni tñ cuiusdã solitarij, nomine Ymari; qui in vrbe Ardinacha iuxta Ecclesiã cõmorabatur ieiunijs, & obsecrationib. seruiens die ac nocte, humilite subiecerit. *Legant, inquit, hoc qui docere, quae non didicerit, conantur, discipulos sibi coaceruantes; qui nunquã discipuli extitere caeci duces caecorũ.*
Gal. 2. 2. *Si Malachiae exemplũ eis pro minimo est Pauli opus attendãt.* Nõne *Euangeliũ suũ, quod non ab hõie acceperat, sed a Christo, cũ hõibus*
Metaphr. in eius vita *tñ censuit conferendũ, ne forte in vacuũ curreret, aut cucurrisset? Vbi ille seruus non est, nec ego.* Simeon Metaphrastes scribit B. Arsenium eremitã, licet doctissimũ, tñ maioris humilitatis exercẽdę cã, cõsuesse ẽt in reb. leuiorib. iuniorũ consilia sciscitari, & sequi. Verũ & Se-
Sen. ep. 11. neca hõ gentilis hoc antidotũ suis discipulis praescribit. *Accipe,* inquit ad Luciliũ, *& quidẽ vtilẽ & salutarẽ epist. clausulã, quã te affigere aĩo volo. Aliquis vir bonus nobis eligendus est, ac sp ante oculos habendus, vt sic tanquã illo spectante viuamus, & oĩa tanquã illo vidente faciamus. Hoc, mi Lucili, Epicurus praecipit, custodẽ nobis & pae-*
Sen. li. 6 de benef. c. 32 *dagogũ dedit. Opus est, inquã, aliquo, ad quẽ mores nostri seipsi exigant. Nisi ad regulã, praua non corriges.* Et alibi refert Aug. Caesarem, cum quidpiam fecisse, cuius postea poeniteret, saepe exclamasse. *Horũ mihi nihil accidisset, si aut Agryppa, aut Maecenas vixisse.*

§ V. Remed. Considera, quales esse debeant, quorum vti consilio, & iudicio niti decreueris, nempe sapientia & pietate conspicui, vitaque probatissimae, vt congruenter scripturis citatis tradunt ijdem
Amb. c. 8. SS. Patres. Nam B. Amb. ita scribit in officiorum libro altero. *Huiusmodi viro salutem nostram & existimationem committimus, qui sit iustus & prudens. Facit enim iustitia, vt nullus sit fraudis metus; facit etiam prudentia, vt nulla sit erroris suspicio. Promptius tñ nos iusto viro quã prudenti committimus, vt secundũ vsum vulgi loquar. Caeterum sapientium definitione, in quo vna virtus est, concurrunt caeterae; nec*
Cap. 17 *põt sine iustitia esse prudentia.* Et rursum. *Talis esse dẽt, qui consilium alteri, vt seipsum formã aliis praebeat ad exemplũ bonorũ operũ in doctrina, in integritate, in grauitate, vt sit eius sermo salubris atq; irreprehensibilis, consilium vtile, vita honesta, sñia decora. Talis erat Paulus,*
1. Cor. 7. 25 *qui consilium dabat Virginibus, magisterium sacerdotib. vt primũ seipsum praeberet nobis formam ad imitandum.* Et paulo post. *Talis igitur dẽt esse consiliarius, qui nihil nebulosum habeat, nihil fallax, nihil fabulosum.*

losum, nihil simulatũ, quod vitã ejus ac mores refellat, nihil improbũ, ac maleuolũ q̃ auertas consilentes. His addit B. Basil. in tractatu de renũciatione: *debere esse ab auaritia abhorrentẽ, quietũ, egentiũ studiosum, minimè iracundum, iniuriarum immemorẽ, natura propensum ad eos docendos, qui ad ipsum accedunt, quẽ gloria inani non inflet, adulatione nõ frangat, senerũ & cõstantẽ, cui deniq; nihil sit prastantius honore Dei.* Cass. verò ita scribit. *Non omniũ seniorũ, quorũ capita canities tegit, quorũq; vita longe vitas sola cõmendat nobis sũt imitanda vestigia, seu traditiones ac monita suscipienda, sed eorum, quos laudabiliter vitã suã, ac probatissimè, cõperimus in iuuentute signasse, nec præsumptionib. propriis, sed maiorũ traditionib. institutos.* Ac deinde subiicit exemplũ monachi in summã desperationẽ ex seueriore cuiusdã senioris responso coniecti, cũ ei tentationẽ quãdã grauẽ patefecisset. Meliorẽ se cõsiliariũ quõdã præbuit Greg. magnus Venantio Italiæ Cancellario, qui consilio quorundã futurorũ mortis, (ita ipse vocat eius consiliarios) habitum monasticum excusserat. *fautores, inquit, non te sed res tuas diligunt, nulla tibi nisi quæ ad ips placeant loquuntur. Tales n. fuerunt dudũ consiliarii qui te ad tãti facinus perduxerunt delicti. Vt tibi aliquid secularis authoris loquar. Cũ amicis omnia tractanda sunt, sed prius de ipsis. Si vero in cã tua hominẽ consiliariũ quæris, consiliariũ rogo me suscipe. Nullus tibi fidelior esse ad consilium potest, quã qui nõ tua, sed te diligit. Omnipotẽs Deus cordi tuo indicet cor meũ, quanto te amore, quantaq; charitate amplectitur, ut quantũ tñ diuina gratia nõ offendatur. Nã si culpã tuã insequor, vt te diligam: sic personã diligo, vt culpæ vitiũ nõ amplectar, etc.*

Basil. | Cass. c. ll. 2. cap. 13 | Greg. lib. c. cap. 31.

V. REM. Considera causas, cur in vitæ totius, maximè spiritualis institutione potius alieno, quã proprio iudicio nitendũ sit. Prima cã est, summa nostra ignorantia earum rerum quæ ad vitã piè sanctéq; instituendã pertinent. Pauca enim sunt, quorũ certam & firmam notitiam consecuti sumus. Excipio quæ vel fidei Catholicæ authoritate, vel ex cõi SS. Patrum sententia, vel euidenti rõne credimus, vel vera esse cognoscimus. Deinde cõplura ex iis, quæ nobis quondã certissima verissimaq; visa sunt, nunc accuratius ad veritatis trutinam expensa, aut falsa aut parum videntur probabilia. Ad hæc in vna eademque quæstione, siue theorica, siue practica, quanta est opinionum etiam inter eruditissimos varietas? quod autẽ facies, si diiudicare nequeas, quæ verior sit, nisi ducem aliquẽ sequare? Quare merito B. Greg. in libros Regũ scribens, dixit, *magnũ esse ignorantiæ humanæ pelagus* & in Iob ait *à luce veritatis in tantas nos ignorantiæ tenebras corruisse, vt nos ipsos ignoremus.* 2. Cã, sũt ingenitæ omnib. passiones amoris sui, iræ, & similium, quę, dici nequit quam obscurent rationem, quo minus rectè iudicare possit. Nã *sæpe,* inquit idem Gregorius, *recto studio contra delinquentium culpas*

Greg. in 1. Reg. l. 5. ca. 14. | Et 11. mor. cap. 22. | Id 9. mor. c 18.

culpas attendimur, et cũ vltra æquitatis metas per iram rapimur, hoc zelũ iustæ districtionis æstimamus. Sæpè officiũ prædicationis assumimus, vt per hoc fraternæ vtilitati seruiamus: Sed nisi placeamus, cui loquimur, nequaquã libenter accipitur, quod prædicamus. Cũq; placere mẽs vtiliter studet, ad amorẽ laudis propriæ turpiter defluit, &c. Quasi latrunculus quippe est appetitus laudis humanæ, qui recto itinere gradiẽtib. ex latere iungitur, vt ex occultis educto gladio grad ẽtiũ vita trucidetur. Vnde S. Dorot. *Cum subiecti simus multis passionibus, prauisque affectibus, nostro iudicio nõ debemus omnino fidere. Qñ enim norma, vel regula curua est & inflexa, nunquam quod secundum eam dirigitur, rectum efficitur, sed distortum.* Quocirca humanis quoque legibus cautum est, ne quis iudicem in causa propinquorum, vel amicorum agat, propterea quod in eiusmodi causis Iudices affectu potius quam ratione duci soleant. *Quod si autem culpam amici,* inquit B. Bern. *in tuo iudicio amor illius, aut minuit, aut prorsus abscondit, quanto magis amor tui tuum contra te iudicium fallet?*

Dor. ser. 19

Bern. tract. de grad. humil.

VI. REM. Considera hanc doctrinam de iudicio proprio nõ sectando, imprimis religiosi instituti cultoribus debere, esse commendatam. Et ratio est manifesta, Quia illorum vocatio postulat, vt seipsos abnegent, & non modo iudicium suum & voluntatem, verũ etiam totos se anima & corpore Deo offerant, & superioribus tanquã Dei Vicariis, vt fecere quondam illi, de quibus scribit Apostolus. *Semetipsos dederunt, primũ Dño, deinde nobis per voluntatẽ Dei.* Et oẽs Apostoli, qui in persona Petri exclamarunt. *Ecce nos reliquimus oĩa, & secuti sumus te. Quia. n. non sufficiebat relinquere omniã; (hoc. n. & Crates fecit Philosophus & alii multi qui diuitias contempserunt) iunxere quod perfectum est,* inquit B. Hiero. *Et secuti sumus te: fecimus quod iussisti.* Ita S. Basil. in regulis fusius disputatis. *Qui seipsũ,* inquit, *abnegauit, sefeque voluntatib. omnib. spoliauit, is non quod vult faciet, sed quod docetur. Neq; verò ratio permittit eũ sibiipsi, quod expediat, eligere, qui gubernationem sui alitis tradiderit.* Et iterum. *Etenim cui animas nostras gubernandas commisimus tanquam Deo de iis rationem reddituro, prorsus absurdissimè facimus, si huic fidem in rebus contemptissimis abrogamus.* Et S. Bern. inuehens in quosdã religiosos, qui plus æquo suo fidebant iudicio. *Qui vestris, ait, curã semel nobis credidistis, quod rursum de vobis vos intromittitis?*

2. Cor. 8. 5.
Matt. 19. 27.

Hier. in lib. 3. in Matth.
Basil q. 41.
Id. q. 48.

Bern. ser. 19. in Cant.

VII. REM. Considera exempla eorum, quib. malè cessit, quod in suo iudicio pertinaciores fuerint. Primum est apud B. Greg. in quarto dialogorum. Cum adhuc essem iuuenculus, inquit, narrari maioribus audiui, quod paschasius huius Apostolicæ sedis diaconus miræ sanctitatis vir fuerit, cultor pauperum, & contemptor sui. Sed hic in ea contentione, quæ inardescente zelo fideliũ inter Symmachũ atque Laurentium facta est, ad Pontificatus ordinem Laurentium elegit,

Greg. c. 40.

elegit, & omnium post vnanimitate superatus in sua sñia vsque ad diem sui exitus perstitit illum amando atq; præferendo, quē Episcoporum iudicio præesse sibi Ecclesia refutauit. Hic itaq; cū temporibus Symmachi Apostolicæ Sedis præsulis esset defunctus, eius dalmaticam feretro superpositam dæmoniacus tetigit, statimq; sanatus est. Post multum verò temporis Germano Capuano Episcopo medici pro corporis salute dictauerunt, vt in angularibus thermis lauari debuisset. Qui ingressus easdem thermas prædictam Paschasium stantem & obsequentē in calorib. inuenit. Quo viso vehementer extimuit, & quid ille vir tantus faceret, inquisiuit. Cui ille respondit. Pro nulla alia cā in hoc pœnali loco deputatus sum, nisi quia in parte Laurentii contra Symmachum sensi. Sed quæso te, pro me Dominum deprecare. Atq; in hoc cognosces quod exauditus sis, si huc rediens me non inueneris. Qua de re vir Domini Germanus se in precibus strinxit, & post paucos dies rediens Paschasium in eodem loco minimè inuenit. Alterum est apud Io. Cass. collatione secunda ita scribentē. Recolite id q nuper gestū oculorū vestrorū vidistis obtutibus, senem videlicet Heronem ante paucos admodum dies illusione diabolica à summis ad ima deiectū, quē quinquaginta annis in hac eremo commoratum singulari districtione continentiæ rigorē tenuisse meminimus. Hic igitur quo pacto post tātos labores grauissimo corruens lapsu cunctos in hac eremo cōstitutos luctuoso dolore perculit? Nonne quia minus discretione possessa, suis definitionib. regi, quā cōsiliis vel collationib. fratrū, atque institutis maiorū, maluit obedire? Qua præsūptione deceptus Angelus Satanæ velut Angelū lucis cū summa veneratione suscipiēs, eiusq; pceptis prono obediens famulatu, semetipsū in puteū, cuius profunditatē oculorū non attingit intuitus, pçipitē dedit, de Angeli videlicet sui spōsione nō dubitās, qui eū p merito virtutū, ac laborū suorum nequaquā posse firmauerat vlli iā discrimini subiacere. De quo ingenti fratrū labore extractus vitā die tertia finiturus, in deceptionis suæ obstinatione permansit, non credens, q dæmonū calliditate fuisset delusus. Idē Cass. collatione 16. non dubitat affirmare, *impossibile esse quenquā qui proprio fidit iudicio diaboli illusione non decipi.* Sicut contra Abbas Moses apud eundē. *Nullatenus, fraudib. & insidiis inimici decipi posse, qui nō suo iudicio, sed maiorū viuit exēplo.* Tertiū est apud B. Dorotheū, qui cōmemorat Macarium Abbatem, cum aliqn̄ dæmonē vidisset multis onustū ollis, rogasse illum, quis ollarum foret vsus, ac respondisse, se solere monachos variis illecebris à virtutis cultu abducere, & iam vnū eorū in nassam pellexisse, cuius & nomen prodidit. Quem monachum mox Macarius conuenit, cognouitq; eū tentationes suas Patri spirituali nō patefecisse, atq; ideo monuit, ne deinceps suo iudicio fideret,

quod

Cass. c. 5.

Id c. 11.

Coll 2. c. 10.

Dot. serm. 2.

quod, & fecit. Cum verò postea dæmon iterum se spectandum præbuisset, percunctatus ab eo est, num dictus monachus adhuc inter amicos esset, ille furiosè respondit, ex amico factum hostem.

VIDE V. *Amor sui. Curiositas. Illusiones spirituales. Immortificatio passionũ. Inobedientia. Præsũptio. Superbia. Vo...tas propria.*

IVDICIVM TEMERARIVM

Remedia contra Iudicium temerarium.

I. REM. Considera Spiritus sancti oracula contra Iudiciũ intẽpestinũ & temerarium. *Nunquid Deus*, ait Iob, *vestro indiget* Iob. 13. 7. *mendatio, vt pro illo loquamini dolos? Nunquid faciẽ eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini?* Et Dauid. *Si verò vtiq; iustitiã loquimini* Psal. 57. 1. *recta iudicate filii hominũ.* Et Isaias. *Væ qui dicitis bonũ malum, &* Isa. 5. 20. *malũ bonũ, ponentes tenebras lucẽ, & lucẽ tenebras*; Et Christus apud Matthæũ. *Nolite iudicare, vt non iudicemini. in quo. n. iudicio iudicaueritis iudicabimini.* Et apud Ioannẽ. *Nolite iudicare secundum faciẽ, sed iustum iudicium iudicate.* Et Paulus ad Romanos. *Propter quod inexcusabilis es ò homo oĩs qui iudicas. In quo. n. iudicas alterum, teipsũ condemnas: eadẽ. n. agis, quę iudicas.* Et *Tu quis es, qui iudicas alienũ seruũ? Dño suo stat, aut cadit.* Et. *Non ergo amplius inuicẽ iudicemus: sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculũ vel scandalũ fratri.* Et ad Corinthios. *Mihi aũt pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, sed neq; meipsum iudico. Qui me iudicat Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare, donec veniat Dñs, &c.* Et. *Quod si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur.* Et. *Noli te ante tempus iudicare.* Et *Quid mihi de his, qui foris sunt, iudicare?* Et B. Iacobus. *Tu autem quis es, qui iudicas proximum?*

Matth. 7. 1. Ioan. 7. 24. Rom. 2. 1. Rom. 14. 4. 1. Cor. 4. 3. 1. Cor. 11. 1. Cor. 4. 5. 1. Cor. 5. Iac. 4. 13.

II. REM. Considera SS. Patrum sententias B. Ephræm. *Nõ iudicemus quenquã, quia non nouimus eius pœnitentiã: neq; si quid ridentem, aut loquentẽ aspexerimus, cũ nobis exploratũ non sit, quo in sua cella vitã degat, aut cuiusmodi erga Deũ laborẽ subeat. Ideo vnũquẽque nostrũ oportet sibiipsi attendere, quia singuli nostrũ Deo rationẽ reddituri sunt.* Ambr. in Psal. 118. *Graue est de alio iudicare. Unde et scriptum est. Nolite iudicare & non iudicabimini cum. n. vnusquisque sit suorũ conscius peccatorũ, quomodo põt de alterius iudicare peccato? Iudicet de alterius errore, qui non habet, quod in seipso cõdemnet. Iudicet ille, qui non agat eadẽ, quę in alio putauerit punienda, ne cũ de alio iudicat, ne se ferat ipse sñam. Iudicet ille, qui ad pronunciandum nullo odio, nulla dissensione nulla leuitate ducatur.* Basil. in regulis breuiorib. *Cũ Dñs alias dicat. Nolite iudicare, & non iudicabimini; alias verò iustũ iudiciũ iudicandũ esse pręcipiat, nequaquã in vniuersum interdicitur nobis, quo minus iudicemus, sed in iudicio faciẽdo*

Ephr. par. 4. Amb. ser. 20. Luc. 6. 37. Basil. q. 164. Matth. 7. 1. Ioan. 7. 24.

iubemur

iubemur delectum habere, quam dilucidè monstrauit nobis Apostolus; qui de his quidem, quæ posita sunt in libera cuiusq; potestate sunt dixerit. Tu aût quid iudicas fratrem tuum? Et iterû. Nô ergo amplius inuicem iudicemus. In his verò quæ displicent Deo, eos reprehêdat qui non iudicant. Hier. contra Luciferianos. *Nemo potest Christi palmã sibi assumere, nemo ante diem iudicii de hominibus iudicare. Si iam mundata est Ecclesia, quid Domino reseruamus? Est via quę videtur esse apud homines recta, nouissima aût eius veniunt ad profundû inferni. In hoc errore iudicii quę potest eê certa sñia?* Et ad virgines Hermonenses. *Apostolus ait. Nolite iudicare ante têpus. Tu.n. quis es, qui alienû seruû iudices? suo Domino stat, aut cadit. Et qui stat, videat, ne cadat. Et inuicê onera vestra portate. Aliter sorores carissimæ hominû liuor, aliter Christus iudicat. Nô eadê est sñia tribunalis eius, & angulis susurronû. Multæ hominib. viæ videntur iustæ, quæ postea reperientur pœnæ. Et in testaceis vasis aût sæpe reconditur. Petrû ter negantê amaræ in suû locû restituere lacbrymæ. Cui plus dimittitur plus amat.* Aug. de serm. Domini in monte. *Duo sunt, in quib. temerarium iudiciû cauere debemus. cum incertum est quo aĩo quidq; factum fuerit: vel cum incertû sit qualis futurus sit, qui nûc vel bonus, vel malus apparet. Si ergo quispiã, v.g. conquestus de stomacho ieiunare noluit, & tu id non credens edacitatis vitio tribueris, temere iudicabis. Itê si manifestam edacitatem, ebriositatêq; cognoueris, & ita reprehêderis, quasi nunquã illa possit corrigi atq; mutari, nihilominus temerè iudicabis. Non ergo reprehendamus ea quę nescimus quo animo fiant, neque ita reprehendamus, quæ manifesta sunt, vt desperemus sanitatem. Euitabimus iudicium, de quo nûc dicitur. Nolite iudicare, ne iudicetur de vobis.* Io. Cass. in institution. monasticis. *Oportet vnû quemq; seipsum iudicare tantummodo, non aliorû conuersationê vitãque discutere secundum illud Apostoli preceptum. Tu autem quid iudicas fratrê tuû? suo Dño stat, aut cadit. Et illud. Nolite iudicare, vt non iudicemini. In quo.n. iudicio iudicaueritis iudicabimini. Ob hoc enim iudicare de aliis periculosum est, quod ignorantes vel necessitatem, vel rationem, qua illi hæc, in quibus offendimus, aut rectè coram Deo, aut venialiter agunt, inuenimur eos temerè iudicasse, & per hoc admittimus non leue peccatum.* B. Prosper libro Epigrammaton.

Rom. 14. 4.
Hieron.
Prou. 14. 12.
Hier. ep. 39.
Rom. 14. 4.
Gal. 6. 2.
Aug. lib. 2. c. 18.
Cass. l. 5. c. 30.
Rom. 14.
Matth. 7.
Prosp. c. 20.

Culpare in quoquam, quæ non sunt nota, malignum est,
Præsertim, quæ sunt cognita, si bona sunt.
Non pateant faciles sanis rumoribus aures:
Quæ nescire iuuat, credere non libeat.
Linquantur secreta Deo, qui, si quid opertum est,
Inspicit, & nullis indiget indiciis.

III. REM. Considera, quã graue peccatû sit, temere iudicare de aliis. Solus.n. Deus scrutatur corda & renes, solus illuminat abscondita

ſcondita tenebrarū. Qui ergo de corde alterius, i. de intentione & fine, quo hoc vel illud facit iudicat, Dei partes & iudiciū vſurpat.
Aug.l.9.c.5. *In diſciplina Chriſtiana*, inquit Aug. in libris de ciuit. Dei, *non tam quæritur, vtrū quis iraſcatur, quā quare iraſcatur: nec vtrū ſit triſtis, ſed vnde ſit triſtis, nec vtrū timeat, ſed cur timeat.* Qui ergo affectus iræ, iuſtitiæ, timoris, & ſimiles iudicat vitioſos, cū ſint interni & oc
Iac.4.6. culti, Dei ſibi partes vſurpat. Hoc ſenſu & B. Iac. ſcripſit. *Qui iudicat fratrē, iudicat legē.* Legis. n. ſibi partes vſurpat, ſecūdū q̄ dēt iudicari. *Si aūt iudicas legē*, addit, *nō iā legis factores, ſed iudex.* At lex Dei nobis data eſt vt eā faceremus, non vt quoslibet ſecundū eā iudicare-
Aug.ho.50. ex 50. mus. Vnde Aug. *Noluit Deus hominē ab hoīe iudicari ex arbitrio ſuſpitionis, vel ēt extraordinario vſurpato iudicio, ſed potius ex lege Dei ſecūdū ordinē Eccleſiæ, ſiue vltro confeſſū, ſiue accuſatū atq; cōuictū.*
2. qui temere iudicat de alio, apertè delinquit contra præceptū charitatis de diligendo ꝓximo; poſtulat. n. charitas vt bonā opinionem habeamus de proximo, & bonā eius famā tueamur, quā iudicii temeritate, violamus. Deinde peccat contra illud Chriſti Edictū, legi
Matth.7.12. naturæ cōſentaneū, & à gētili Cæſare Alexandro laudatū. *Oīa que-*
Aug.in Pſ. 116. *cunq; vultis, vt faciant vobis homines & vos facite illis.* Vñ Aug. exponēs verba Pſaltis regii. Amputa opprobriū meū, ꝙ ſupicatus ſū. *Profectò*, inquit, *contra hoc malū, quo quiſq; libenter de hoīe malū, ꝙ non proſpicit, ſuſpicatur, caritas habēda eſt, q̄ nō æmulatur, q̄ Dñs præcipue cōmendat dicens. Mandatū nouū do vobis, vt vos inuicē di-*
Ioan.13.34. Id ſer.102. *ligatis.* Et in ſerm. de ſpe. *Maxima. n. pars generis humani indiſcreto iudicio ad reprehendendū prōptu & parata eſſe probatur, cū tñ non ita ſe velit ab aliis iudicari, quo vult alios iudicare. Propter hoc ſcri*
Eccl.11.7. *ptura diuina admonet dicens. Priuſquā interroges, ne vituperes quenquā, & cum interrogaueris, corripe iuſtè Omnis homo prius ſi vult interrogari, & poſtea, ſi reus eſt, patienter tolerat reprehendi. Et quicquid nobis oēs volumus ab aliis fieri, iuſtū eſt vt hoc in aliis ſtudea-*
Matth.7.12. *mus implere, propter illud ꝙ ſcriptum eſt. Oīa quæcunque vultis, &c.*

IV. REM. Occupa te potius in propriis vitiis, vtpote certis, & notis, cēſendis & iudicandis, q̄ in alienis, vtpote incertis & occultis. Hoc antidotū non obſcurè Chriſtus dedit Phariſæis & Scribis a-
Ioan.8.6. pud B. Ioā. temere accuſantib. adulterā, cum ipſi pleni eſſent peccatis. Scripſit. n. in terra, nēpe eorū ſcelera, vt quidam exponunt, & dixit. *Qui ſine peccato eſt veſtrū, primus in illā lapidē mittat.* & ilico
Matth.7.3. dilapſi ſunt. Deinde apud Matthæū, cum poſt verba illa; *Nolite iudicare vt non iudicemini*, ſubiecit; *Quid vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides?* Hypocrita eiice primū trabē de
Aug.ep.30. *oculo tuo.* In quæ verba B. Aug. lib. 2. de ſerm. Domini in monte. *Quātum ait, inter feſtucam & trabem, quaſi tm̄ inter iram diſtat et odiū. Odium. n. eſt ira inueterata, quaſi quæ vetuſtate ipſa tm̄ robur acceperit, vt*

rit, vt merito appelletur trabes. Et infra. *Piè cauteq; vigilandum est, vt cũ aliquem reprehendere vel obiurgare nos necessitas coegerit, primũ cogitemus, vtrum tale sit vitium, quod nũquã habuimus, vel quo iã caruimus. Et si nunquã habuimus, cogitemus, & nos hoĩes esse & habere potuisse, &c. Si aũt cogitantes nosmetipsos inuenerimus in eo esse vitio, in quo est ille quẽ reprehendere parabamus, nõ reprehendamus, neq; obiurgemus sed tñ congemiscamus, & nõ illũ ad obtẽperãdũ nobis, sed ad pariter cauendũ inuitemus.* B. Greg. vero idẽ antidotũ eruit ex verbis de adultera. *Qui semetipsũ,* inquit, *prius non iudicat, qd in alio rectũ iudicet ignorat. Et si nouit forte per auditũ, qͥ rectè iudicare debeat, rectè tñ iudicare aliena merita non valet, cui conscientia innocentiæ propriæ nullã iudicii regulã præbet. Hinc est. n. qͥ insidiantib. quibusdã, & puniendã adulterã deducẽtib. dr̃ Qui sine peccato est vestrũ, primus in illã lapidẽ mittat. Ad aliena qppe peccata puniẽda ibãt, & sua n̄ qͥrebãt.* Nec exẽpla huius remedii desũt. Senex quidã, vt est in Prato Spirituali, *à fratre rogatus, qd causę esset, cur assiduè iudicaret fratres monacho, respõdit. Quia necdũ teipsũ cognouisti. Nã q seipsũ nouit, fratrũ vitia nõ aspicit.* Et Abbas Moyses, vt est in Vitis Patrũ, in libro *Quod nõ oportet iudicare quenquã.* in deserto Scethi celebris, accersitus vt sñiam diceret in fratrem lapsũ, aduenit sacco arena pleno onustus, rogatusq; qd ferret, respõdit. Peccata sua, q̃ q̃m vix ferre valeret, multo minus aliena iudicare posset. Sic ppositi memores se quoq; eẽ peccatores, noxã fratri cõdonauere. Et iterũ. Cũ Ioseph quidã percunctatus esset Abbatẽ Pastorẽ, qua rõne requiẽ in hoc seculo & futuro obtinere posset, respondit. Si in omni cã diceret. Quis sum ego? & ne indices quẽquã.

Gregor. 14. mor. c. 15.

Ioan. 8. 7.

Pratũ c. 134

Vitę PP.

Ibid.

V. REM. Facta aliorũ dubia & incerta, hoc est, de quib. non constat quo aĩo fiant, si tamẽ in speciẽ sint bona, semper interpretare in bonã partẽ. Ita Aug. loco citato in verba. *Nolite iudicare.* Hoc loco, inquiens, *nihil aliud nobis pręcipi existimo, nisi vt ea facta, quę dubiã est quo aĩo fiant: in meliorẽ partẽ interpretemur. Quod. n. scriptũ est. Ex fructib. eorũ cognoscetis eos, de manifestis dictũ est, quæ nõ possunt bono animo fieri, sicut sunt stupra, vel blasphemię, vel furta, vel ebriositas, & si qua sũt alia, de quib. nobis iudicare permittitur, dicẽte Apostolo. Nõne de iis qui intus sunt vos iudicatis?* Quod si verò facta aliorũ certo constat esse mala, ẽtsi ea iudicare possimus & corrigere, tamẽ cõueniẽs est charitati Christianæ vt cõsiliũ S. Bern. sequamur ita scribẽtis in Cãtica. *Caue alienæ cõuersationis esse, aut curiosus explorator, aut temerarius iudex. Etiãsi pperã actũ qd deprehẽdas, nec sic iudices proximũ, magis aũt excusa. Excusa intentionem, si opus nõ potes, puta ignorantiã, puta subreptionẽ, puta casum. Quod si omnẽ omnino dissimulationẽ rei certitudo recusat, suade nihilominus ipse tibi, & dicito apud temeipsum. Vehemens fuit nimis tentatio:*

Aug. c. 30. Matth. 7. 1. Ibid. 20.

Cor. 5. 12.

Bern. ser. 4.

Gal. 6. 1.

Quid

Id serm. 12. *Quid de me illa fecisset, si in me accepißet similiter potestatē? Et iterū. Si is qui de claustro est, eū qui versatur in populo interdū minus di strictè, minusuè circūspectè sese agere deprehenderit, v.g. in verbo, in cibo, in somno, in risu, in ira, in iudicio, non ad iudicandū confestim prosiliat, sed meminerit scriptū. Melior est iniquitas viri, quā bene faciēs*
Eccl. 42. 14. *mulier. Nā tu quidē iu tui custodia vigilans bene facis, sed qui iuuat*
Iac. 5. 20. *multos, & melius facit & viri ius. Quod, si implere non sufficit, absq; aliqua iniquitate, id est, absq; aliqua inæqualitate vitæ & cōuersationis suæ, memento, quia charitas operit multitudinē peccatorū. Hæc dicta sint contra geminā tentationē, quæ sæpe viri religiosi Episcoporū vel ambire gloriā, vel excessus temere iudicare diabolicis instigationib. incitantur.* Nec desunt huius antidoti exēpla illustria. Christus
Luc. 23. 34. n. Dñs crucifixorū suorū facinus execrandum leniuit excusatione ignorātiæ, cū ita oraret. *Pater dimitte illis, non. n. sciūt quid faciunt.*
Dor. doct. 6. Et apud Dorotheū Anachoreta quidā, vt cognouit fratris sui lapsū dixit. Hei mihi, qa ille hodie, cras ego. Quā cito, inquit, ille inuenit, ne fratrē suū iudicaret? Hoc. n. verbo, ego cras, iniecit, sibi metū, vt
Bern. ser. 3. de resurr. caueret à lapsu simili. Sic Bern. de eodē. *Quia exēplū efficacius persuadet, et altius imprimit aīo, mitto vos ad sanctū illū senē, qui cū audisset peccasse vnū ex fratrib. amarissimè flebat, inquiens. Ille hodie, & ego cras. Qui sic flebat super se, putas, quia non compassus sit fratri?*

VI. REM. Considera multis, perperam illam iudicii temeritatē
Num. 12. 10. cessisse. Nā in primis Maria soror Moysis, quia temerè iudicauit de
1. Reg. 4. 13. Moyse propter vxorem eius Aetiopissam percussa est lepra. Deinde Heli Sacerdos, quia Helcanæ coniugem Annam Dominum toto pectore deprecantem ex motu labiorum temere censuit temulentam, è sella deorsum lapsus fractis ceruicib. expirauit. Ad hæc Mi-
2. Reg. 6. 20. chol vxor Dauid, quia leuitati non humilitati attribuit, cum Dauid
2. Reg. 10. 4. ephod lineo accinctus ante arcam Domini saltauit, perpetuam sterilitatis contumeliam incurrit. Et Hanon Rex filiorum Ammon, cū ex vana suspitione, quasi exploratum terram suam venissent, legatis regis Dauidis partem barbæ abradi iussisset, & vestes vsq; ad nates succidi, pro barbis rasis capitis sui diadema, pro succisis verò ve-
V. PP. p. 3. de non iudicando. stibus regnum amisit. In vitis Patrum, Isaac Abbas è Thebaide ad congregationem fratrum venerat, & in ea fratrem quendam temere iudicaret. Hunc ad eremum egressum Angelus aditu cellæ prohibuit, dicens. Non permitto te intrare. Quare? inquit ille. Tum Angelus. Quo ergo iubes ire quem iudicasti fratrem? Tum Abbas supplex Angelo factus Peccaui, inquit, ignosce mihi. Et Angelus. Surge, ignoscit tibi Deus: sed deinceps ne iudices fratrem, antequā sit iudicatus à Deo. Addo aliud. *Vitali monacho* de prostibulo egredienti, quidam qui temere iudicabat eum libidinis exercendæ causa in illo fuisse, colaphum infregit, & ilico à dæmone obsessus est.

Adibat

Adibat enim Vitalis prostibula, vt meretrices à turpi corporis quæstu auocaret, pecuniaq; pacifcebatur vel vnius noctis continentiã. Quæ res clarius patuit, cum percussorem suum à dæmone liberauit. Deniq; hoc remediũ conuenit cũ comminatione Christi apud Matthæum. *Nolite iudicare vt non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini.* Nam credibile est Christum hic iudicium, non hominum, sed Dei temerarijs iudicibus comminari voluisse. multo enim est terribilius, vti exponunt multi Patres. Atque id postulat antithesis. Nolite de hominibus iudicare, ne à Deo iudicemini. Qua enim seueritate de alijs iudicauerimus, eadem de nobis iudicabit. Eadem, inquam, non re, sed quadam proportione, vt sensus sit, quo seueriores nos fuerimus erga alios, hoc seueriorem Deum nobis fore.

math. 7. 1.
Chry. ho. 24.
Aug. l. 2. de ser. in mõte.
Beda.

Antidota contra temerarium iudicium aliorum de nobis.

I. Antidotum. Considera à condito orbe omnes bonos & sanctos obnoxios fuisse temerario iudicio aliorum, maximè improborum, & imperfectorum. Sic temere iudicauit de Abele Cain, de Iacob Esau, de Iosepho fratres. De Moyse soror & alij. de matre Samuelis Heli, de Dauid Saul, de Mardocheo Aman, de prophetis Iudæi. Et in nouo ijdem de S. Ioanne Baptista, & maxime de Christo Saluatore, qui apud Lucam ea de re quæritur, dicens. *Venit Ioannes Baptista, neque manducans panem neque bibens vinum, & dicitis. Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicitis. Ecce homo deuorator, & bibens vinum, amicus publicanorũ & peccatorum.* Ibidem Simon Pharisæus, iudicauit Christum non esse prophetam, eo quod permisisset se attingi à muliere peccatrice. Deniq; Apostoli ipsi cum Iuda fractionem alabastri in caput Christi malè interpretati sunt, eorumq; iudicium temerariũ Christus mul tis verbis redarguit. Itaq; quotiescunq; idem tibi euenerit, hoc est, vt homines facta tua etiã optima interpretentur in deterrimam partem, dic cum Elia propheta. *Non sum melior quam patres mei.* Et cum Christo. *Non est discipulus super magistrum. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius?*

Luc. 7. 33.
v. 39.
math. 26.
mar. 14. 8.
3. Reg. 19. 4.
math. 10. 25

II. Antidotum. Contemne aliorum iudicia, si sint temeraria. Sic enim docuit Apostolos Dñs. Nam cum illi renunciassent Dño, Pharisæos eius sermone fuisse scandalizatos, rñdit. *Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum.* Et B. Paulus seruauit. *Mihi,* inquiens ad Corin-

math. 15.
1. Cor 4.

R thios

ctalos, pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Docent

Naz. ora. de seipso. & SS. Patres Greg. Nazian. in oratione de affectione Cathedræ Cõstantinopolitanæ. *Quid mea interest* (nempe quid homines calumniẽtur de mea affectione) *qui rei veritatẽ magis curo, imò solum curo: hoc enim vel me condemnauerit, vel absoluerit: hoc miserum vel beatum reddiderit. At quid aliis uideatur, nihil ad nos, quemadmodum nec alienum somnium. Non ita aliis videtur, ais. Quid vero? an iis qui vertigine correpti sunt, terra fixa & stabilis esse videtur? Quo circa fac prius fidem, sanos eos esse, qui de nobis ita sentiunt ac tum nos admone, vt me*

Hier. l. 1. c. 3. *liorem mentem induamus.* Hier. in Isaiam. *Spernentes hominum iudicia, nec laudibus eorum extollamur, nec obtrectationibus contristemur, sed ingrediamur rectam viam, & tritas à sanctis prophetis semitas.*

Id. ep. 26. Et ad Pammachium super obitu vxoris. *Prima virtus est monachi cõtemnere hominum indicia, & semper Apostoli recordari dicentis. Si*

Aug. l. 2. c. 19 *adhuc hominib. placere vellem, Christi seruus non essem.* Cũm aũt cur contemnere debeamus humana iudicia, reddit Aug. in sermone Domini in monte, *quia temerarium iudicium plerunq. nihil nocet ei, de quo temere iudicatur: ei aũt qui temere iudicat ipsa temeritas necesse est*

1. Reg. 16. 7. *vt noceat.* 2. quia si conscij nobis nõ simus mali de quo iudicamur,

psal. 7. 10. Deũ habemus patronum, qui, vt est in regum historia, non vt homines iudicat secundum faciem, sed intuetur cor. *Cuius iudiciũ*, ait dicto loco Nazianz. *cordatis hominibus pluris faciendum, magisq; curandum est, quam omnium hominum in vnum coactorum.*

III. Antidotũ. Considera innocentiũ hominum existimationem sæpenumero etiam per miraculum contra indiciorũ temeritatẽ de-

S. Daniel. fensam. *Daniel Abbas Aegyptius*, vt est in PP. Vitis, rustici domũ ingressus vxori eius sterili sobolẽ à Deo impetrauit; cuius tumescente vtero rumor sparsus est eã ex Abbate cõcepisse. Quo cognito Daniel, cõuocato toto populo infantem natũ percunctatus est, essetne

Apud. Suriũ in eius vita. S. Goar. ipsius parens? Qui rñdit. Non. Atq; ita suspicio criminis in admirationem sanctitatis erupit. Simile exẽplum est de S. *Goare confessore*, qui cum falso à duobus clericis accusatus esset apud Rusticũ Treuirensem Episcopum de gulæ crimine, multis miraculis sanctitatẽ suam contestatus est, tum apud ipsos clericos, quos siti in itinere pene enectos lacte trium ceruarum precibus in loco deserto aduocatarum, fugitiuiq; fontis aquis recreauit; tum apud Episcopum, qui cũ Goari mandaret, vt pro suæ innocentiæ patrocinio ediceret quis infantuli expositij tum forte ad Episcopum allati parens foret, ille inuocata diuina ope infantulum in nomine S. Trinitatis adiurauit vt genitorem suum proderet. et mox infans protenta in antistitem Rusticum manu clarè dixit. Iste est pater meus. Qui hoc responso obstupefactus, ad pedes S. Goaris se abiecit, & noxam temerarij iudicij sibi cõdonari, & pœnã iniungi pro expiando lapsu postulauit. Haud

se-

secus diuinitus defensus est. *S. Brictius Turonicus Episcopus*, nam cũ à furente populo reus ageretur stupri, infantulo publicè in conspectum allato dixit. Adiuro te per Iesum Christum Dei filium, vt palã edicas, num ego genitor tuus sim? Et mox respondit. Non es. Cum verò populus acclamaret prodendum esse genitorem. rñdit, satis ei esse debere, quod famã suam vindicasset. at quia ne sic quieuit, prunas ardentes in veste illæsa detulit ad S. Martini sepulchrum dicẽs. vt vestis hæc ab igne illæsa est, sic corpus meum impollutum est à tactu mulieris. Verum ille magicis artibus omnia tribuens Episcopatu eum & vrbe eiecit. Sic post septennium, duobus eius successoribus iam defunctis, sedi suæ diuino nutu restitutus est. S. Brictius. Sur. in eius vita.

Vide V. *Immortificatio passionum. Indiscretio. Iudicium proprium. Præsumptio. Superbia.*

IVRAMENTVM.

Remedia contra iurandi consuetudinem.

I Remed. Considera quid Spiritus sanctus de iuramẽtis & periurijs in verbo diuino patefecerit. Primò enim declarat iusm aliquando esse licitum; vt in Deuteronomio. *Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis.* Et apud Isaiam. *Qui iurat in terra, iurabit in Deo Amen.* Et apud Ierem. *Et iurabis. Viuit Dominus, in veritate & iustitia, & iudicio.* Et in Epistola ad Hebræos. *Homines enim per maiorem sui iurant, & omnis controuersiæ eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum*, 2. prohibet iuramentum, maximè vanum & falsum. vt in Exod. *Non assumes nomen Dñi Dei tui in vanum. Nec. n. habebit insontem Dñs eum, qui assumpserit nomen Dñi sui frustra.* Et. *Per nomẽ Deorum externorum nõ iurabitis.* Et in Leuit. *Aĩa quæ iurauerit, & protulerit labiis suis, vt vel male quid faceret vel bene, & ipsum iuramento & sermone firmauerit, oblitaq. postea intellexerit delictum suum, agat pœnitentiam pro peccato.* Et. *Non periurabis in nomine meo, nec polluës nomen Dei tui. Ego Dñs.* Et in Deut. *Non vsurpabis nomẽ Dei tui frustra: quia non erit impunitus, qui super re vana nomen eius assumpserit.* Et apud Zachariam. *Iusm mendax ne diligatis.* Et apud Matthæum. *Audistis, quia dictum est antiquis. Non periurabis, reddes aũt Domino iurã tua. Ego aũt dico vobis, non iurare omnino, neq. per cælũ, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum eius, &c. Sit sermo autem vester, est, est; non, non; quod autem his abundantius est, à malo* Deut. 6. 13. Isa. 65. 16. Iere. 4. 2. Heb. 6. 16. exod. 20. 7. exod. 23. 13. Leu. 5. 4. Leu. 19. 12. Deut. 5. 11. Zach. 8. 17. matth. 5. 33. Iac. 5. 12.

est. Et in epistola Iacobi. *Ante oĩa fratres mei nolite iurare, neq; per celum, neq; per terram, neq; aliud quodcunq; iurm. Sit autem sermo* Eccli. 23. 9. *vester, est, est: non, non: vt non sub iudicio decidatis.* 3. dehortatur à iurandi consuetudine, vt Ecclesiastico. *Iurationi non assuescat os tuũ. Multi enim casus in illa. Nominatio verò Dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum non admisceoris, qm̃ non eris immunis ab eis. Sicut enim seruus interrogatus assiduè, à liuore non minuitur; Sic oĩs iurans & nominans in toto à peccato non purgabitur. Vir multũ iurans implebitur iniquitate. & nõ discedet à domo ipsius plaga. Et si frustrauerit, delictũ illius super ipsum erit: & si dissimulauerit, delinquit dupliciter, & si in vacuum iurauerit, non iustificabitur. Replebitur* Eccli. 27. 15. *enim retributione domus illius. Indisciplinatæ loquelę non assuescat os tuum: est enim in illa verbũ peccati.* Et rursus. *Loquela multũ iurãs, horripilationem capiti statuet, & irreuerentia ipsius obturatio aurium.*

Bas. hom. in Psal. 14. II Remed. Considera dicta SS Petrum. Basilius in verba Psalmi. *Qui iurat proximo suo & non decipit. Quid hoc tandem est? Hic iurm homini perfecto inter eas virtutes, quæ illum decent, concedi videtur; in Euangelio verò prorsus prohibetur. Quid igitur dicemus? Quod vbiq; Dñs tam in veteri, quã in noua lege eandẽ hẽt præceptionis considerationẽ. Cupit enim peccatorũ effectibus occurrere, & à primis initiis malignitatẽ exscindere. V. n. vetus lex ait. Non mœchaberis. Dñs verò Non concupisces. Illa item Non occides. Dñs perfectiora intuens. Nõ irascaris. Sic itaq. in hoc loco cõtẽtus abit Propheta iurã. qđ iustum sit ac rectũ. Dñs vero vel occasionẽ ipsam resecat periurii. Q. n. vel recte iurat, forte & is possit interdũ falli: qui vero nõ* Greg. Neo cæs. c. 8 *iurat, periculũ vitauit periurii.* Greg. in Ecclesiasten. *Regis sermonib. diligẽter cõuenit, ac ius iurandũ rõne refugere, idq; præsertim* ꝙ *in Dei nomẽ cõcipitur. Interim ñ æquũ fuerit sermoni malo immінere: verũ cauere, ne blasphemiã ullã in Dñm effundamus.* Ephræm de mor Ephr. to. 1. bo linguæ. *Si iurisiurandi vis tãta fuit, vt ab Esau potuerit auferre primogenita: qñ iurasset solũ, noluit periurii notã incurrere: quib. tradẽ sũt suppliciis, qui non solũ iureiurãdo se obstringũt, sed et periuriis ius iurã sũ violãt. Si Esau ab iis, q̃ cũ dãno suo pepigerat recedere noluit,* Ambr. *q̃uo tu pacta, q̃ pro salute tua fecisti rũpere audebis?* Ambros. in exhortatione ad Virgines. *Nõ iurandũ,* inquit scriptura, *facile, quia plerũq;* Psal. 115. 11. *multi casus accidunt, vt nõ possimus implere* ꝙ *iurauerimus. Qui aũt* Hier. ep. 14. *nõ iurat, vtiq; non peierat: qui aũt iurat, aliqñ necesse est incidat verinũ quia oĩs homo mẽdax. Nol. ergo iurare, ne incipias peierare.* Hier. ad Celantiã, de instĩtõne matrisfamilias. *Mentiri & iurare lingua tua* Matth. 5. 33. *prorsus ignoret, tãtusq; in te sit ueri amor, ut* q̃cq̃d *dixeris, iuratũ putes.* Id lib. 1. cõmen. at. *De quo Saluator ad discipulos ait. Ego aũt dico uobis. Non iurate oĩno Et postea Sit aũt sermo vester. Est, est, non, non: qđ aũt his abũdãtius est, à malo est.* Et in caput quintũ Matthæi. *Caput* ꝙ *hic Sal-*

saluat

uator non per Deū iurare prohibuerit, sed per cælū & terrā, & Hierosolymā & per caput tuū. Et hoc quasi paruulis fuerat lege cōcessum, vt quo modo victimas immolabant Deo, ne eas idolis immolarēt: sic iurare permitterētur in Deū: non ꝙ recte hoc facerēt, sed quod melius esset Deo id exhibere, quā dæmonib. *Euāgelica aūt veritas nō recipit iusm, cū oīs sermo fidelis pro iureiurādo sit.* Chrys. in Acta Apostolica. Chry. ho. 9. *Age dic, ob quā cām introductū est iusm? &c. Fecit olim pacta Abrahā, & immolauit victimas, & nondum erat iusm. Vnde igitur ingressum est? qn̄ mala creuerāt, qn̄ oīa simul sursum ac deorsum confusa sunt, qn̄ ad idololatriā inclinarunt, tunc sane, qn̄ infideles apparuerunt Deū vocabant testē quasi fideiussorem dantes dictis satisfacturū. Iusm.n. est fideiussio, vbi mores fidē non hn̄t. Vnde primū taxatur is qui iurat, si ei fides non habeatur absq. fideiussore, eoq. maximo, & quia tam parū hoīes sibi credunt, non hoīem quęrunt fideiussorē, sed Deū. Sed idem crimen est eius, qui iusm recipit, si pro contractib. Deū ad fideiussionē trahat, & dicat se non crediturū, nisi illū accipiat* O excellentem *stuporē, o contumeliā.* Aug. de ser. Dn̄i in monte. Au. l. 2. c. 30. *Ita intelligitur præcepisse Dn̄m ne iuretur, ne quisquā sicut bonū appetat iusiurandū, & assiduitate iurandi ad periuriū per cōsuetudinē delabatur. Quapropter qui intelligit, nō in bonis, sed in necessariis iurationē habendā, refrenet se, quātū pōt, vt nō ea vtatur, nisi necessitate: cū videt pigros esse hoīes ad credēdū ꝙ eis vtile est credere, nisi iuratione firmētur. Ad hoc ita pertinet, quod sic dicitur.* Sit aūt sermo vester. *Est, est: non non* Hoc Matth. 5. *bonum est & appetendum Quod autem amplius est, a malo est: id est, si iurare cogeris, scias de necessitate venire infirmitatis eorum, quib. aliquid suades. Quæ infirmitas vtiq. malum, vnde nos quotidie liberari deprecamur, cum dicimus.* Libera nos a malo. *Sed nemo nouit, nisi qui expertus est, quam difficile sit, & consuetudinem iurandi extinguere, & nunquam temere facere, quod nonnunquam facere necessitas cogit.*

III. Remed. Considera, etiāsi difficile sit cōsuetudinē iurandi expugnare, & nunquā temere iurare, vt iam dixit Aug. non tn̄ idcirco tibi despondēdum aium: quia vtrumq; possumus diuina adiuuante gratia. *Oīa possum in eo*, dicebat gratię prædicator, *qui me confortat.* Phil. 4. 13. Aug. ser. 10. Et ipse Aug. in sermone de decollatione Io. Baptistæ fatetur se adiutorio Dn̄i ita consuetudinē quotidie iurandi extinxisse, vt nihil sibi facilius sit, quam non iurare. Chrys. vero crebrius docet facile esse Chrys. vincere consuetudinē, si in meliorē cōmutetur, vt, in homilia ad baptizandos. *Sicut te praua*, inquit, *consuetudo possidet, ita poterit melior obtinere, vt & volentem iurisiurandi lapsib. non permittat euinci. Nā reuera multū consuetudo præualet, & iura didicit immutare naturæ. Vt igitur non assidue doleamus, ad aliā consuetudinē demigremus.* Et ad populum Antiochenū *Eia ex veteri hodie loquamur testō.* Qd Hom. 17. *vero dicit. Iurationi non assuefacias os tuum; nōīatio vero Dei non* Eccl. 23. 9.

sit assidua in ore tuo. Nō dixit nō assuafacias mentē, sed os tuū: totū.n. est oris, nā facile corrigi pōt. Consuetudo.n est, quæ iam sine voluntate patratur. Verbi gratia multi thermas ingressi, cū primū fores transiēderint, consignāt se signo crucis, Hoc novit manus, vel nullo iubēte, ex cōsuetudine facere. Ita quidē & os, nō cū aīa loquit, sed ex consuetudine. Ita lingua totū est positū. Et iterū: *Quis quæso labor iurām fugere? nunqd opus est pecuniis? nū sudore & ærūna? Satis est nī velle, & actū est. Si vero mihi consuetudinē obiicis, pp hoc ipsum maxime facile meritū esse dico. Si te nāq. in aliā transtuleris consuetudinē, totum præstitisti. Cogita saltē, q apud gentiles multi balbutientes multa meditatione linguā sibi claudicantē correxere. Alii aūt humeros inepte se motantes iugiter apponētes ensem restituerūt.* Et rursum: *Ne mihi aliquis consuetudinē prætendat, pp hoc nandignor & irascor, quoniā consuetudinē vincere non possumus. Nisi consuetudinē vincamus, quō cōcupiscentiā vincemus, cuius radix hēt a natura principiū: Concupiscere.n. naturale: male vero concupiscere iā est voluntatis. Iurare vero nō cœpit a volūtate principiū, sed ex neglegētia sola. Qd.n. nō ex difficultate, sed ex neglectu hoc peccatū processerit, cogitemus multo difficiliora ab hōib. sine ulla mercede tētari. Quid n. difficilius est quā totū movere totū flectere corpus, & in pavimēto versari, q multi iuvenes faciūt? gladios alternatim in aera iaculātes, & oēs rursum p manubriū capiētes, quē nō cōfundāt, nullū pro virtute laborē suscipere volētiū: Vel qd de illis dicas viris, qui contū in fronte gestātes, velut arborē in terra radicatā, sic immotū conservāt. quid q puer super funē angustissimū tāta ambulat securitate, cū quāta supinos percurrētes cāpos. Hæc q & mentib. impossibilia vnr facta sunt arte possibilia. Quid horū in iuris prætēdere possumus? q difficultatē, quē sudorē? q periculū: exiguo tm studio opus est.* Adde cū Aug. magno aīo & zelo aggred ēdū certamē *Quia n. tātos labores, inqt, intre audeat, nisi q ite flagrat amore iustitiæ, vt tanq fame & siti vehemētissime accēsus, & nullā sibi vitā, donec ea satiet existimās, vim faciat in regnū cælorū. Nō.v. aliter poterit esse fortis ad toleranda oīa, quæ in præscindendis consuetudinib. laboriosa, & ardua, & omnino difficilia seculi huius amatores putant.*

IV. Rem. est timor Dei. Vñ idē Aug. de verbis Apostoli. *Iurauimus & nos, passim habuimus istā teterrimā consuetudinē & mortiferā. Dico caritati vestræ: ex quo Deo servire cœpimus, & quantū malū sit in periurio vidimus timuimus vehemēter & veternosissimā cōsuetudinē timore frenauimus. Frenata restringit, restricta lāguescit, lāguescēs emorit, & male cōsuetudini bona succedit. Deniq. nō vobis dicimus nos nō iurare. Si n. hoc dicimus, mētimur. Quātū ad me ptinet, iuro sed q̄tū mihi vr, magna necessitate cōpulsus* Et iter. de sāctis. *Timēdo Deū abstulimus iurationē de ore nro. Ecce vobiscū viuimus, Quis nos audiuit aliqñ iurātes? Nunqd nō cōsueuerā quotidie iurare? At vbi legi, & timui,*

Hom. 28. · Hom. 9. · Aug. l. 1. ser. do. in monte c. 31. · Aug. ser. 30. · Id. sermo.

timui. Infra vos sū cōtra cōsuetudinē meā, in ipsa luctatione inuocaui Dñm adiutorē. Præstitit Dñs adiutorē nō iurādi. Nihil mihi facilius est, q̄ nō iurare. Hoc ideo admonui charitatē vestrā, ne dicatis, quis potest? O si Deus timeat, o si pluri expauescāt, lingua frænat, veritas teneat, iuratio tollit. Cōfirmat hoc antidotū B. Chrys. apposita similitudine his verbis. Ciuitatis balnea rex obstruxit, & lauari iussit neminē, & legē trāsgredi ausus est nemo, aut factū icusare, aut cōsuetudinē prætēdere, verū & ægri pueri & senes, & mulieres partus doloribus solutæ volūtarii & inuiti mādatū hoc susserūt, et neq. morbū, neq. cōsuetudinis tyrānidē nec aliud quicq̄ prætēdūt, sed cōtēti sūt hac vltione quam maiora timebāt mala. Vides, q̄ vbi ē timor facile soluit cōsuetudo, ēt si valde diuturna sit et necessaria? Atq n̄ lauari graue, n̄ iurare vero valde facile, et nullū affert nocumētū, nec corpi, nec aiæ. Quo igit nō absurdū rege iubēte difficillima sustinere Deo vero statuēte ēt facilia deridere? Nō exhortor ne i tm salutē nrā cōtēnimus, sed timeamus Deū, sicut hoīē timemus. ei q. 81 Chry. ho. 14 ad pop.

V. Rem. Cēsura aliorū, vel cōminatione pœnæ subeūdæ teipsum, vel alios a iurādi cōsuetudine cohibeas. Hoc antidotū nō semel in cōcione pscripsit idē Chry. Ab oib. inquiēs, cōiūctis hoc postula, hoc pete beneficiū, vt te iurantē arguāt, & cōfundāt. Nā & q alterū ne iuret arguit, nō facile se pcipitari patietur in periuriū. Et inf. Ut igitur hoc crie liberemur inuicē admoneamur certū tps cōstituamus, & tps dictū decē. Volētib. n. & vigilātib. tot sufficiūt, q penitus a cōsuetudine liberemur. Si aūt post x. dies illaqueati reperiamur, pœnā nobis cōstituamus. Sed q̄s dic pœnā ppone, vindictā. Hoc iā nō meū, sed vestrū ē. Et alibi. Vis discere, quō ab impia cōsuetudine liberari liceat? Ego te quēdā docebo modū, quē si tenueris, superabis cito. Cū videris teipsū, vel aliū quēq. vel seruorū, vel filiorū, vel vxorē hoc malo captos; & cōtinue cōmonefactos, neq. correctos, iube nō prāsos cubare, & hāc tibi illisq. dānationē impone, dānationē non dānum, sed lucrū ferentē. Talia n. spūalia, & lucrum ferunt, & celerrimam correctionē: lingua n. vel nemine commonente suffitientem capit admonitionem, si fame vel siti vexetur. Laudastis dicta, verum & factis laudem demonstrate. Chry. ho. ad baptizand. Hom. 5 ad pop.

VI. Rem. Cōsidera summū periculū huius prauæ cōsuetudinis, & timorē Dei magis in te augebis. Qd intelligi pōt ex eo, q̄ B. Iacob. diserte dicat. Ante oīa nolite iurare. Quæ verba ponderans August. in serm. de verbis Apostoli. Isto verbo, inquit, q̄ ait. Ante oīa, cautos nos fecit aduersus linguā nostram. Ante oīa ait, vt attentatis præteteris, vt vigiletis, ne surrepat vobis consuetudo iurandi. Tanquam in specula ita te posuit contra te. Considera. n. te iurare per Deū per Christum, occido illum, & hæc quoties per diem, quoties per horam? Nō aperis os, nisi a tali iuratione. Nolles, vt diceret tibi ante oīa, vt te aduersus cōsuetudinē intentissimū redderet, vt oīa tua inspiceres, oēs motus linguæ diligentissime custodires, esses custos malæ consuetudinis tuæ. Iac. 5. 12. Aug. ser. 30.

Ep 4. tum alios instruxi, vt Rusticū monachū his verbis. *Mihi quidē placet; vt habeas sanctorū contuberniū, nec ipse te doceas, & absq; doctores*
Ep. 27. *ingrediaris viā, quā nunquā ingressus es, statimq; in partē alterā tibi declinandū sit, & errori pateas.* Et Paulam Romanam. *De scripturis* scribendi Eustochiū; *docui eā, quod didicerā non a meipso, id a præsumptione pessimo præceptore; sed ab illustrib. Ecclesiæ viris.*
Bern. in vita eius. S. Bern in S. Malachia Hyberniæ antistite, hoc maxime laudat, quod cū ab ineunte pueritia declarasset se Doctorē hīre Deū, institoni tn cuiusdā solitarij, viri Ymari, qui in vrbe Ardinacha iuxta Ecclesiā cōmorabatur, lectionijs, & obsecrationib. seruiens die ac nocte, humiliter subiecerit. *Legant, inquit, hoc qui docere, quæ non didicerit, conantur, discipulos sibi coaceruantes, qui nunquā discipuli extitere cæci duces cæcorū.*
Gal. 2. 2. *Si Malachiæ exemplū eis pro minimo est Pauli opus attendāt. Nōne Euangeliū suū, quod non ab hoīe acceperat, sed a Christo, cū hoībus tn censuit conferendū, ne forte in vacuū curreret, aut cucurrisset? Vbi*
Metaphr. in eius vita. *ille seruus non est, nec ego.* Simeon Metaphrastes scribit B. Arsenium eremitā, licet doctissimū, tn maioris humilitatis exercēdæ cā, cōsueuisse ēt in reb. leuiorib. iuniorū consilia sciscitari, & sequi. Verū & Seneca hō gentilis hoc antidotū suis discipulis præscribit. *Accipe,* in-
Sen. ep. 11. quit ad Lucillū, *& quidē vtilē & salutarē epist. clausulā, quā te affigere aīo volo. Aliquis vir bonus nobis eligendus est, ac sp ante oculos habendus, vt sic tanquā illo spectante viuamus, & oīa tanquā illo vidente faciamus. Hoc, mi Lucili, Epicurus præcipit, custodē nobis & pædagogū dedit. Opus est, inquā, aliquo, ad quē mores nostri seipsi exigant.*
Sen li. 6 de benef. c. 32 *Nisi ad regulā, praua non corriges.* Et alibi refert Aug. Cæsarem, cum quidpiam fecisse, cuius postea pœniteret, sæpe exclamasse. *Horū mihi nihil accidisset, si aut Agrippa, aut Mecænas vixisse.*

§ V. Remed. Considera, quales esse debeant, quorum vti consilio, & iudicio niti decreueris, nempe sapientia & pietate conspicui, vitæque probatissimæ, vt congruenter scripturis citatis tradunt iidem
Amb. c. 8. SS. Patres. Nam B. Amb. ita scribit in officiorum libro altero. *Huiusmodi viro salutem nostram & existimationem committimus, qui sit iustus & prudens. Facit enim iustitia, vt nullus sit fraudis metus; facit etiam prudentia, vt nulla sit erroris suspicio. Promptius tn nos iusto viro quā prudenti committimus, vt secundū vsum vulgi loquar. Cæterum sapientium definitione, in quo vna virtus est, concurrunt cæteræ; nec*
Cap. 17. *pōt sine iustitia esse prudentia.* Et rursum. *Talis esse dēt, qui consilium alteri, vt seipsum formā aliis præbeat ad exemplā bonorū operū in doctrina, in integritate, in grauitate, vt sit eius sermo salubris atq; irreprehensibilis; consilium vtile, vita honesta, snīa decora. Talis erat Paulus,*
1. Cor. 7. 25 *qui consilium dabat Virginibus, magisterium sacerdotib. vt primū seipsum præberet nobis formam ad imitandum.* Et paulo post. *Talis igitur dēt esse consiliarius, qui nihil nebulosum habeat, nihil fallax, nihil fabulosum.*

losum, nihil simulatũ, quod vitã eius ac mores refellat, nihil improbũ, ac maleuolũ ꝙ auaritias consulentes. His addit B. Basil. in tractatu de renunciatione: *debere esse ab auaritia abhorrentẽ, quietũ, egentiũ studiosum, minimè iracundum, iniuriarum immemorẽ, natura propensum ad eos docendos, qui ad ipsum accedunt, quẽ gloriæ inani non inflet, adulatione nõ frangat, seuerũ & cõstantẽ, cui deniq; nihil sit præstantius honore Dei.* Cass. verò ita scribit. *Non omniũ seniorũ, quorũ capita canities tegit, quibúsq; vitæ longe vitas sola cõmendat nobis sũt imitanda vestigia, seu traditiones ac monita suscipienda, sed eorum, quos laudabiliter vitã suã, ac probatissimè, cõperimus in iuuentute signasse, nec præsumptionib. propriis, sed maiorũ traditionib. institutos.* Ac deinde subiicit exemplũ monachi in summã desperationẽ ex seueriore cuiusdã senioris responso coniecti, cũ ei tentationẽ quãdã gratiæ patefecisset. Meliorẽ se cõsiliariũ quõdã præbuit Greg. magnus Venantio Italiæ Cancellario, qui consilio quorundã futurorũ mortis, (ita ipse vocat eius consiliarios) habitum monasticum excusserat. *fautores, inquit, non te sed res tuas diligunt, nulla tibi nisi quæ ad ipsplaceant loquuntur. Tales n. fuerint dudũ consiliari qui te ad tãti facinus perduxerunt delicti. Vt tibi aliquid secularis authoris loquar. Cũ amicis omnia tractanda sunt, sed prius de ipsis. Si vero in cã tua bominẽ consiliariũ quæris, consiliarĩũ rogo me suscipe. Nullus tibi fidelior esse ad consilium potest, quã qui nõ tua, ed te diligit. Omnipotẽs Deus cordi tuo indicet cor meũ, quanto te amore, quantaq; charitate au plectitur, ut quantũ in diuina gratiã non offendatur. Nã si culpã tuã insequor, vt te diligã, in sic personã diligo, vt culpæ vitiũ nõ amplectar, etc.*

Cass. c. ll 2. cap. 13

Greg. lib. 1. cap. 31.

V. REM. Considera causas, cur in vitæ totius, maximè spiritualis institutione potius alieno, quã proprio iudicio nitendũ sit. Prima cã est, summa nostra ignorantia earum rerum quæ ad vitã piè sanctéq; instituendã pertinent. Pauca enim sunt, quorũ certam & firmam notitiam consecuti sumus. Excipio quæ vel fidei Catholicæ authoritate, vel ex cõi SS. Patrum sententia, vel euidenti rõne credimus, vel verã esse cognoscimus. Deinde cõplura ex iis, quæ nobis quondã certissima verissimaq; visa sunt, nunc accuratius ad veritatis trutinam expensa, aut falsa aut parum videntur probabilia. Ad hæc in vna eademque quæstione, siue theorica, siue practica, quanta est opinionum etiam inter eruditissimos varietas? quod autẽ faciles, si diiudicare nequeas, quæ verior sit, nisi ducem aliquẽ sequares? Quare merito B. Greg. in libros Regũ scribens, dixit, *magnũ esse ignorantiæ humanæ pelagus* & in Iob ait *à luce veritatis in tantas nos ignorantiæ tenebras corruisse, vt nos ipsos ignoremus* 2. Cã, sũt ingentiæ omnib. passiones amoris sui, iræ, & similium, quę, dici nequit quam obscurent rationem, quo minus rectè iudicare possit. Nã *sæpè,* inquit idem Gregorius, *recto studio contra delinquentium culpas*

Greg. in 1. Reg. l. 5. ca. 14.

Et in mor. cap. 22.

Id 9. mor. c. 18.

culpas attendimur, et cũ vltra æquitatis metas per iram rapimur, hoc zelũ iustæ districtionis æstimamus. Sæpè officiũ prædicationis assumimus, vt ꝑ hoc fraternę vtilitati seruiamus: Sed nisi placeamus, cui loquimur, nequaquã libenter accipitur, ꝙ prædicamus. Cũq; placere mẽs vtiliter studet, ad amorẽ laudis propriæ turpiter defluit, &c. Quasi latrunculus quippe est appetitus laudis humanæ, qui recto itinere gradiẽtib. ex latere iungitur, vt ex occultis educto gladio grad ẽtiũ vita trucidetur. Vnde S. Doct. *Cum subiecti simus multis passionibus, prauisque affectibus, nostro iudicio nõ debemus omnino fidere. Qñ enim norma, vel regula curua est & inflexa, nunquam quod secundum eam dirigitur, rectum efficitur, sed distortum.* Quocirca humanis quoque legibus cautum est, ne quis iudicem in causa propinquorum, vel amicorum agat, propterea quod in eiusmodi causis Iudices affectu potius quam ratione duci soleant. *Quod si autem culpam amici,* inquit B. Bern. *in tuo iudicio amor illius, aut minuit, aut prorsus abscondit, quanto magis amor tui tuum contra te iudicium fallet?*

Dor. ser. 19

Bern. tract. de grad. hu mil.

VI. REM. Considera hanc doctrinam de iudicio proprio nõ sectando, imprimis religiosi instituti cultoribus debere, esse cõmendatam. Et ratio est manifesta, Quia illorum vocatio postulat, vt seipsos abnegent, & non modo iudicium suum & voluntatem, verũ etiam totos se anima & corpore Deo offerant, & superioribus tanquã Dei Vicariis, vt fecere quondam illi, de quibus scribit Apostolus. *Semetipsos dederunt, primũ Dño, deinde nobis per voluntatẽ Dei.* Et oẽs Apostoli, qui in persona Petri exclamarunt. *Ecce nos reliquimus oĩa, & secuti sumus te. Quia. n. non sufficiebat relinquere omnia,* (*hoc. n. & Crates fecit Philosophus & alii multi qui diuitias contempserunt*) *iunxere ꝙ perfectum est,* inquit B. Hiero. *Et secuti sumus te; fecimus ꝙ iussisti.* Ita S. Basil. in regulis fusius disputatis. *Qui seipsũ,* inquit, *abnegauit, seseque voluntatib. omnib. spoliauit, is non ꝙ vult faciet, sed quod docetur. Neq; verò ratio permittit cũ sibiipsi, quod expediat, eligere, qui gubernationem sui alius tradiderit.* Et iterum. *Et enim cui animas nostras gubernandas commisimus tanquam Deo de iis rationem reddituro, prorsus absurdissimè facimus, si huic fidem in rebus contemptissimis abrogamus.* Et S. Bern. inuehens in quosdã religiosos, qui plus æquo suo fidebant iudicio. *Qui vestris,* ait, *curã semel nobis credidistis, quod rursum de vobis vos intromittitis?*

2. Cor. 8. 5.
Matt. 19. 27.

Hiet. in lib. 3. in Matth
Basil q. 41.
Id. q. 48.

Bern. ser. 19. in Cant.

VII. REM. Considera exempla eorum, quib. malè cessit, ꝙ in suo iudicio pertinaciores fuerint. Primum est apud B. Greg. in quarto dialogorum. Cum adhuc essem iuuenculus, inquit, narrari maioribus audiui, quod paschasius huius Apostolicæ sedis diaconus miræ sanctitatis vir fuerit, cultor pauperum, & contemptor sui. Sed hic in ea contentione, quæ inardescente zelo fideliũ inter Symmachũ atque Laurentium facta est, ad Pontificatus ordinem Laurentium elegit,

Greg. c. 40.

elegit,& omnium post vnanimitate superatus in sua sententia vsque ad diem sui exitus perstitit illum amando atq; præferendo, quē Episcoporum iudicio præesse sibi Ecclesia refutauit. Hic itaq; cū temporibus Symmachi Apostolicæ Sedis præsulis esset defunctus, eius dalmaticam feretro superpositam dęmoniacus tetigit, statimq; sanatus est. Post multum verò temporis Germano Capuano Episcopo medici pro corporis salute dictauerunt, vt in angularibus thermis lauari debuisset. Qui ingressus easdem thermas prædictam Paschasium stantem & obsequentē in calorib. inuenit. Quo viso vehementer extimuit,& quid ille vir tantus faceret, inquisiuit. Cui ille respondit, Pro nulla alia cā in hoc pœnali loco deputatus sum, nisi quia in parte Laurentii contra Symmachum sensi. Sed quæso te, pro me Dominum deprecare. Atq; in hoc cognosces quod exauditus sis, si huc rediens me non inueneris. Qua de re vir Domini Germanus se in precibus strinxit, & post paucos dies rediens Paschasium in eodem loco minimè inuenit. Alterum est apud Io. Cass. collatione secunda ita scribentē. Recolite id q̄ nuper gestū oculorū vestrorū vidistis obtutibus, senem videlicet Heronem ante paucos admodum dies illusione diabolica à summis ad ima deiectū, quē quinquagintasannis in hac eremo commoratum singulari districtione continentiæ rigorē tenuisse meminimus. Hic igitur quo pacto post tantos labores grauissimo corruens lapsu cunctos in hac eremo cōstitutos luctuoso dolore perculit? Nonne quia minus discretione possessa, suis definitionib. regi, quā cōsiliis vel collationib. fratrū, atque institutis maiorū, maluit obedire? Qua præsūptione deceptus Angelus Satanæ velut Angelū lucis cū summa veneratione suscipiēs, eiusq; pceptis prono obediens famulatu, semetipsū in puteū, cuius profunditatē oculorū non attingit intuitus, pręcipitē dedit, de Angeli videlicet sui spōsione nō dubitās, qui eū pro merito virtutū, ac laborū suorum nequaquā posse firmauerat vlli iā discrimini subiacere. De quo ingenti fratrū labore extractus vitā die tertia finiturus, in deceptionis suæ obstinatione permansit, non credens, q̄ dæmonū calliditate fuisset delusus. Idē Cass. collatione 16. non dubitat affirmare, *impossibile esse quenquā qui proprio fidit iudicio diaboli illusione non decipi*. Sicut contra Abbas Moses apud eundē. *Nullatenus, fraudib. & insidiis inimici decipi posse, qui nō suo iudicio, sed maiorū viuit exēplo*. Tertiū est apud B. Dorotheū, qui cōmemorat Macarium Abbatem, cum aliqñ dæmonē vidisset multis onustū ollis, rogasse illum, quis ollarum foret vsus, ac respondisse, se solere monachos variis illecebris à virtutis cultu abducere, & iam vnū eorū in nassam pellexisse, cuius & nomen prodidit. Quem monachum mox Macarius conuenit, cognouitq; eū tentationes suas Patri spirituali nō patefecisse, atq; ideo monuit, ne deinceps suo iudicio fideret, quod

Cass. c.

Id c. 11.

Coll. 2. c. 10.

Dor. serm. 5.

quod, & fecit. Cum verò postea dæmon iterum se spectandum præbuisset, percunctatus ab eo est, num dictus monachus adhuc inter amicos esset, ille furiosè respondit, ex amico factum hostem.

VIDE V. *Amor sui. Curiositas. Illusiones spirituales. Immortificatio passionũ. Inobedientia. Præsũptio. Superbia. Voluntas propria.*

IVDICIVM TEMERARIVM

Remedia contra Iudicium temerarium.

I. REM. Considera Spiritus sancti oracula contra Iudiciũ intẽpestiuũ & temerarium. *Nunquid Deus*, ait Iob, *vestro indiget mendatio, vt pro illo loquamini dolos? Nunquid faciẽ eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini?* Et Dauid. *Si verò vtiq; iustitiã loquimini recta iudicate filii hominũ.* Et Isaias. *Væ qui dicitis bonũ malum, & malũ bonũ, ponentes tenebras lucẽ, & lucẽ tenebras*: Et Christus apud Matthæũ. *Nolite iudicare, vt non iudicemini. in quo.n. iudicio iudicaueritis iudicabimini.* Et apud Ioãnnẽ. *Nolite iudicare secundum faciẽ, sed iustum iudicium iudicate.* Et Paulus ad Romanos. *Propter quod inexcusabilis es ô homo oĩs qui iudicas. In quo.n. indicas alterum, teipsũ condemnas: eadẽ.n. agis, quę iudicas.* Et *Tu quis es, qui iudicas alienũ seruũ? Dño suo stat, aut cadit.* Et *Non ergo amplius inuicẽ iudicemus: sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculũ vel scandalũ fratri.* Et ad Corinthios. *Mihi aũt pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, sed neq; meipsum iudico. Qui me iudicat* Dominus est. *Itaque nolite ante tempus iudicare, donec veniat Dñs, &c.* Et *Quod si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur.* Et *Noli te ante tempus iudicare.* Et *Quid mihi de his, qui foris sunt, iudicare?* Et B. Iacobus. *Tu autem quis es, qui iudicas proximum?*

Iob. 13. 7. Psal. 57. 1. Isa. 5. 20. Matth. 7. 1. Ioan. 7. 24. Rom. 2. 1. 5. Rom. 14. 4. 1. Cor. 4. 3. 5. 1. Cor. 11. 31. 1. Cor. 4. 5. 1. Cor. 5. Iac. 4. 13.

II. REM. Considera SS. Patrum sententias B. Ephræm. *Nõ iudicemus quenquã, quia non nouimus eius pœnitentiã: neq; si quid ridentem, aut loquentẽ aspexerimus, cũ nobis exploratũ non sit, quõ in sua cella vitã degat, aut cuiusmodi erga Deũ laborẽ subeat. Ideo vnũquẽque nostrũ oportet sibipsi attendere, quia singuli nostrũ Deo rationẽ reddituri sunt.* Ambr. in Psal. 118. *Graue est de alio iudicare. Vnde, & scriptum est. Nolite iudicare & non iudicabimini. cum.n. vnusquisque sit suorũ conscius peccatorũ, quomodo põt de alterius iudicare peccato? Iudicet de alterius errore, qui non habet, quod in seipso cõdemnet. Iudicet ille, qui non agat eadẽ, quę in alio putauerit punienda, ne cũ de alio iudicat, ne se ferat ipse sñiam. Iudicet ille, qui ad pronunciandum nullo odio, nulla dissensione nulla leuitate ducatur.* Basil. in regulis breuiorib. *Cũ Dñs alias dicat. Nolite iudicare, & non iudicabimini: alias verò iustũ iudiciũ iudicandũ esse pręcipiat, nequaquã in vniuersum interdicitur nobis, quo minus iudicemus, sed in iudicio faciẽdo*

Ephr. par. 4. Amb. ser. 20. Luc. 6. 37. Basi. q. 164. Matth. 7. 1. Ioan. 7. 24.

iubemur

iubemur delectum habere, quam dilucidè monstrauit nobis Apostolus, qui de his quidem, quæ posita sunt in libera cuiusq; potestate sunt dixerit. Tu aũt quid iudicas fratrem tuum? Et iterũ. Nõ ergo amplius Rom. 14. 4. *inuicem iudicemus. In his verò quæ displicent Deo, eos reprehẽdat qui* Hieron. *non iudicant.* Hier. contra Luciferianos. *Nemo potest Christi palmã sibi assumere, nemo ante diem iudicii de hominibus iudicare. Si tam mundata est* Ecclesia, *quid Domino reseruamus? Est via quę videtur* Prou. 14. 12. *esse apud homines recta, nouissima aũt eius veniunt ad profundũ inferni. In hoc errore iudicii quę potest eẽ certa sñia?* Et ad virgines Hermonenses. *Apostolus ait. Nolite iudicare ante tẽpus. Tu. n. quis es, qui* Hier. ep 39. Rom 14. 4. *alienũ seruũ iudices? suo Domino stat, aut cadit. Et qui stat, videat, ne* Gal. 6. 2. *cadat. Et inuicẽ onera vestra portate. Aliter sorores carissimæ hominũ liuor, aliter Christus iudicat. Nõ eadẽ est sñia tribunalis eius, & angulis susurronũ. Multæ hominib. viæ videntur iustæ, quæ postea reperientur pœnæ. Et in testaceis vasis aũt sæpe reconditur. Petrũ ter negantẽ amaræ in suũ locũ restituere lachrymæ. Cui plus dimittitur plus amat.* Aug. de serm. Domini in monte. *Duo sunt, in quib. temerarium iudiciũ cauere debemus. cum incertum est quo aĩo quidq; factum fuerit: vel cum incertũ sit qualis futurus sit, qui nũc vel bonus, vel malus apparet. Si ergo quispiã, v. g. conquestus de stomacho ieiunare noluit, & tu id non credens edacitatis vitio tribueris, temere iudicabis. Itẽ si manifestam edacitatem, ebriositatẽq; cognoueris, & ita reprehẽderis, quasi nunquã illa possit corrigi atq; mutari, nihilominus temerè iudicabis. Non ergo reprehendamus ea quę nescimus quo animo fiant, neque ita reprehendamus, quæ manifesta sunt, vt disperemus sanitatem. Euitabimus iudicium, de quo nũc dicitur. Nolite iudicare, ne iudicetur de vobis.* Aug. lib. 2. ca. 18. Io. Cass. in institution. monasticis. *Oportet vnũ quemq; seipsum iudicare tantummodo, non aliorũ conuersationẽ vitãque discutere secundum illud Apostoli prǽceptum. Tu autem quid iudicas fratrẽ tuũ? suo Dño stat, aut cadit. Et illud. Nolite iudicare, vt* Rom. 14. *non iudicemini. In quo. n. iudicio iudicaueritis iudicabimini. Ob hoc* Matth. 7. *enim iudicare de aliis periculosum est, quod ignorantes vel necessitatem, vel rationem, qua illi hęc, in quibus offendimus, aut rectè coram Deo, aut venialiter agunt, inuenimur eos temerè iudicasse, & per hoc admittimus non leue peccatum.* Cass. l. 5. ca. 30. B. Prosper libro Epigrammaton. Prosp. c. 22.

Culpare in quoquam, quæ non sunt nota, malignum est,
Præsertim, quæ sunt cognita, si bona sunt.
Non pateant faciles leuis rumoribus aures:
Quæ nescire iuuat, credere non libeat.
Linquantur secreta Deo, qui, si quid opertum est,
Inspicit, & nullis indiget indiciis.

III. REM. Considera, quã graue peccatũ sit, temere iudicare de aliis. Solus. n. Deus scrutatur corda & renes, solus illuminat ab-

scondita

ſcondita tenebrarũ. Qui ergo de corde alterius, i. de intentione & fine, quo hoc vel illud facit iudicat, Dei partes & iudiciũ vſurpat.
Aug.l.9.c.5. *In diſciplina Christiana*, inquit Aug. in libris de ciuit. Dei, *non tam quæritur, vtrũ quis iraſcatur, quã quare iraſcatur: nec vtrũ ſit triſtis, ſed vnde ſit triſtis, nec vtrũ timeat, ſed cur timeat.* Qui ergo affectus iræ, iuſtitiæ, timoris, & ſimiles iudicat vitioſos, cũ ſint interni & oc culti, Dei ſibi partes vſurpat. Hoc ſenſu & B. Iac. ſcripſit.
Iac.4.6. *Qui iudicat fratrẽ, iudicat legẽ.* Legis. n. ſibi partes vſurpat, ſecũdũ q̃ dẽt iudicari. *Si aũt iudicas legẽ*, addit, *nõ iã legis factores, ſed iudex.* At lex Dei no bis data eſt vt eã faceremus, non vt quoslibet ſecundũ eã iudicaremus.
Aug.ho.50. ex 50. Vnde Aug. *Noluit Deus hominẽ ab hõĩe iudicari ex arbitrio ſuſpitionis, vel ẽt extraordinario vſurpato iudicio, ſed potius ex lege Dei ſecũdũ ordinẽ Eccleſiæ, ſiue vltro confeſſũ, ſiue accuſatũ atq; cõuictũ.*
2. qui temere iudicat de alio, apertè delinquit contra præceptũ charitatis de diligendo ꝓximo; poſtulat. n. charitas vt bonã opinionem habeamus de proximo, & bonã eius famã tueamur, quã iudicii temeritate, violamus. Deinde peccat contra illud Chriſti Edictũ, legi naturæ cõſentaneũ, & à gẽtili Cæſare Alexandro laudatũ.
Matth.7.12. Aug.in Pſ. 116. *Oĩa quæcunq; vultis, vt faciant vobis homines & vos facite illis.* Vñ Aug. ex ponẽs verba Pſaltis regii. Amputa opprobriũ meũ, ꝙ ſupicatus ſũ. *Profecto*, inquit, *contra hoc malũ, quo quiſq; libenter de hõĩe malũ, ꝙ non proſpicit, ſuſpicatur, caritas habẽda eſt, q̃ nõ æmulatur, q̃ Dñs præcipue cõmendat dicens. Mandatũ nouũ do vobis, vt vos inuicẽ diligatis.*
Ioan.13.34. Id ſer.203. Et in ſerm. de tpe. *Maxima. n. pars generis humani indiſcreto iudicio ad reprehendendũ prõptu & parata eſſe probatur, cũ tñ non ita ſe velit ab aliis iudicari, quo vult alios iudicare. Propter hoc ſcriptura diuina admonet dicens.*
Eccl.11.7. *Priuſquã interroges, ne vituperes quenquã, & cum interrogaueris, corripe iuſtè Omnis homo prius ſi vult interrogari, & poſtea, ſi reus eſt, patienter tolerat reprehendi. Et quicquid nobis oẽs volumus ab aliis fieri, iuſtũ eſt vt hoc in aliis ſtudeamus implere, propter illud ꝙ ſcriptum eſt. Oĩa quacunque vultis, &c.*
Matth.7.12.

IV. REM. Occupa te potius in propriis vitiis, vtpote certis, & notis, cẽſendis & iudicandis, q̃ in alienis, vtpote incertis & occultis. Hoc antidotũ non obſcurè Chriſtus dedit Phariſæis & Scribis apud B. Ioã. temere accuſantib. adulterã, cum ipſi pleni eſſent pecca
Ioan.8.6. tis. Scripſit. n. in terra, nẽpe eorũ ſcelera, vt quidam exponunt, & dixit. *Qui ſine peccato eſt veſtrũ, primus in illã lapidẽ mittat*, & ilico dilapſi ſunt.
Matth.7.3. Deinde apud Matthæũ, cum poſt verba illa; *Nolite iudicare vt non iudicemini*, ſubiecit; *Quid vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides?* Hypocrita eiice primũ trabẽ de oculo tuo.
Aug.ſer.30. In quæ verba B. Aug. lib. 2. de ſerm. Domini in monte. *Quantum ait, inter feſtucam & trabem, quaſi tñ inter iram diſtat et odiũ. Odium. n. eſt ira inueterata, quaſi quæ vetuſtate ipſa tñ robur acceperit, vt*

rit, vt merito appelletur trabes. Et infra. *Piè causeq; vigilandum est, vt cũ aliquem reprehendere vel obiurgare nos necessitas coegerit, primũ cogitemus, vtrum tale sit vitium, quod nũquã habuimus, vel quo iã caruimus. Et si nunquã habuimus, cogitemus, & nos hões esse & habere potuisse, &c.* Si aũt *cogitantes nosmetipsos inuenerimus in eo esse vitio, in quo est ille quẽ reprehendere parabamus, nõ reprehendamus, neq; obiurgemus sed tñ congemiscamus, & nõ illũ ad obtẽperãdũ nobis, sed ad pariter cauendũ inuitemus.* B. Greg. vero idẽ antidotũ eruit ex verbis de adultera. *Qui semetipsũ,* inquit, *prius non iudicat, qd in alio rectũ iudicet ignorat. Et si nouit forte per auditũ, q̃ rectè iudicare debeat, rectè tñ iudicare aliena merita non valet, cui conscientia innocentiæ propriæ nullã iudicii regulã prabet.* Hinc est. n. q̃ insidiantib. quibusdã, & puniendã adulterã deducẽtib. dr̃ *Qui sine peccato est vestrũ, primus in illã lapidẽ mittat. Ad aliena qppe peccata puniẽda ibãt, & sua n̄ quærẽt.* Nec exẽpla huius remedii desũt. Senex quidã, vt est in Pra[..] Spirituali, *à fratre rogatus, qd causæ esset, cur assiduè iudicaret fratres monacho, respõdit. Quia necdũ teipsũ cognouisti. Nã q seipsũ nouit, fratrũ vitia nõ aspicit.* Et Abbas Moyses, vt est in Vitis Patrũ, in libro *Quod nõ oportet iudicare quenquã,* in deserto Scethi celebris, accersitus vt sñiam diceret in fratrem lapsũ, aduenit sacco arena pleno onustus, rogatusq, qd ferret, respõdit. Peccata sua, q̃ q̃m vix ferre valeret, multo minus aliena iudicare posset. Sic ppositi memores se quoq; eẽ peccatores, noxã fratri cõdonauere. Et iterũ. Cũ Ioseph quidã percunctatus esset Abbatẽ Pastorẽ, qua rõne requiẽ in hoc seculo & futuro obtinere posset, respondit. Si in omni cã diceret. Quis sum ego? & ne indices quẽquã. Gregor. 14. mor. c. 15. Ioan. 8. 7. Pretũ. c. 13. Vitę PP. Ibid.

V. REM. Facta aliorũ dubia & incerta, hoc est, de quib. non constat quo aĩo fiant, si tamẽ in speciẽ sint bona, semper interpretare in bonã partẽ. Ita Aug. loco citato in verba. *Nolite iudicare.* Hoc loco, inquiens, *nihil aliud nobis pręcipi existimo, nisi vt ea facta, quę dubiũ est quo aĩo fiant: in meliorẽ partẽ interpretemur. Quod. n. scriptũ est. Ex fructib. eorũ cognoscetis eos, de manifestis dictũ est, quæ nõ possunt bono animo fieri, sicut sunt stupra, vel blasphemię, vel furta, vel ebriositas, & si qua sũt alia, de quib. nobis indicare permittitur, dicẽte Apostolo. Nõne de iis qui intus sunt vos iudicatis?* Quod si verò facta aliorũ certo constat esse mala, etsi ea iudicare possimus & corrigere, tamẽ cõueniẽs est charitati Christianæ vt cõsiliũ S. Bern. sequamur ita scribẽtis in Cãtica. *Caue alienæ cõuersationis esse, aut curiosus explorator, aut temerarius index. Etiãsi ppera actũ qd deprehẽdas, nec sic iudices proximũ, magis aũt excusa. Excusa intentionem, si opus nõ potes, puta ignorantiã, puta subreptionẽ, puta casum. Quod si omnẽ omnino dissimulationẽ rei certitudo recusat, suade nihilominus ipse tibi, & dicito apud temetipsum. Vehemens fuit nimis tentatio.* Aug. c. 30. Matth. 7. 1. Ibid. 20. Cor. 5. 12. Bern. ser. 4. Gal. 6.

Quid

Ed. serm. 12. *Quid de me illa fecisset, si in me accepisset similiter potestatẽ? Et iterũ. Si is qui de claustro est, eũ qui versatur in populo interdũ minus districtè, minusuè circũspectè sese agere deprehenderit, v. g. in verbo, in cibo, in somno, in risu, in ira, in iudicio, non ad iudicandũ confestim exsiliat, sed meminerit scriptũ. Melior est iniquitas viri, quã bene faciẽs*
Eccl. 42. 14. *mulier. Nã tu quidẽ in tui custodia vigilans bene facis, sed qui iuuat*
1 Pet. 5. 10. *multos, & melius facit & viri ius. Quod, si implere non sufficit, absq; aliqua iniquitate, id est, absq; aliqua inæqualitate vitæ & cõuersationis suæ, memento, quia charitas operit multitudinẽ peccatorũ. Hæc dicta sint contra geminã tentationẽ, quæ sępe viri religiosi Episcoporũ vel ambire gloriã, vel excessus temere iudicare diabolicis instigationib. incitantur.* Nec desunt huius antidoti exẽpla illustria. Christus
Luc. 23. 34. .n. Dñs crucifixorũ suorũ facinus execrandum leniuit excusatione ignorãtiæ, cũ ita oraret. *Pater dimitte illis, non.n. sciũt quid faciunt.*
Dor. doct. 6. Et apud Dorotheũ Anachoreta quidã, vt cognouit fratris sui lapsũ dixit. Hei mihi, qa ille hodie, cras ego. Quã cito, inquit, ille inuenit, ne fratrẽ suũ iudicaret? Hoc.n. verbo, ego cras, iniecit, sibi metũ, vt
Bern. ser. 3. de resurr. caueret à lapsu simili. Sic Bern. de eodẽ. *Quia exẽplũ efficacius psuadet, et altius imprimit aĩo, mitto vos ad sanctũ illũ senẽ, qui cũ audisset peccasse vnũ ex fratrib. amarissimè flebat, inquiens. Ille hodie, & ego cras. Qui sic flebat super se, putas, quia non compassus sit fratri?*

VI REM. Considera multis, perperam illam iudicii temeritatẽ
Num. 12. 10. cessisse. Nã in primis Maria soror Moysis, quia temerè iudicauit de
1. Reg. 1. 13. Moyse propter vxorem eius Aethiopissam percussa est lepra. Deinde Heli Sacerdos, quia Helcanæ coniugem Annam Dominum toto pectore deprecantem ex motu labiorum temere censuit temulentam, è sella deorsum lapsus fractis ceruicib. expirauit. Ad hæc Mi-
2. Reg. 6. 20. chol vxor Dauid, quia leuitati non humilitati attribuit, cum Dauid
2. Reg. 10. 4. ephod lineo accinctus ante arcam Domini saltauit, perpetuam sterilitatis contumeliam incurrit. Et Hanon Rex filiorum Ammon, cũ ex vana suspitione, quasi exploratum terram suam venissent, legatis regis Dauidis partem barbæ abradi iussisset, & vestes vsq; ad nates succidi, pro barbis rasis capitis sui diadema, pro succisis verò ve-
V. PP. p. 2. de non iudicando. stibus regnum amisit. In vitis Patrum, Isaac Abbas è Thebaide ad congregationem fratrum venerat, & in ea fratrem quendam temere iudicaret. Hunc ad eremum egressum Angelus aditu cellæ prohibuit, dicens. Non permitto te intrare. Quare? inquit ille. Tum Angelus. Quo ergo iubes ire quem iudicasti fratrem? Tum Abbas supplex Angelo factus Peccaui, inquit, ignosce mihi. Et Angelus. Surge, ignoscit tibi Deus: sed deinceps ne iudices fratrem, antequã sit iudicatus à Deo. Addo aliud. *Vitali monacho* de prostibulo egredienti, quidam qui temere iudicabat eum libidinis exercendæ causa in illo fuisse, colaphum infregit, & ilico à dæmone obsessus est.

Adibat

Adibat enim Vitalis prostibula, vt meretrices à turpi corporis quæstu auocaret, pecuniaq; paciscebatur vel vnius noctis continentiã. Quæ res clarius patuit, cum percussorem suum à dæmone liberauit. Deniq; hoc remediũ conuenit cũ comminatione Christi apud Matthæum. *Nolite iudicare vt non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini.* Nam credibile est Christum hic iudicium, non hominum, sed Dei temerarijs iudicibus comminari voluisse. multo enim est terribilius, vti exponunt multi Patres. Atque id postulat antithesis. Nolite de hominibus iudicare, ne à Deo iudicemini. Qua enim seueritate de alijs iudicauerimus, eadem de nobis iudicabit. Eadem, inquam, non re, sed quadam proportione, vt sensus sit, quo seueriores nos fuerimus erga alios, hoc seueriorem Deum nobis fore.

matth. 7. 1.

Chry. ho. 24. Aug. l. 2. de ser. in mõte. Beda.

Antidota contra temerarium iudicium aliorum de nobis.

I. Antidotum. Considera à condito orbe omnes bonos & sanctos obnoxios fuisse temerario iudicio aliorum, maximè improborum, & imperfectorum. Sic temere iudicauit de Abele Cain, de Iacob Esau, de Iosepho fratres. De Moyse soror & alij. de matre Samuelis Heli, de Dauid Saul, de Mardocheo Aman, de prophetis Iudæi. Et in nouo ijdem de S. Ioanne Baptista, & maxime de Christo Saluatore, qui apud Lucam ea de re quæritur, dicens. *Venit Ioannes Baptista, neque manducans panem neque bibens vinum, & dicitis. Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicitis. Ecce homo deuorator, & bibens vinum, amicus publicanorũ & peccatorum.* Ibidem Simon Pharisæus, iudicauit Christum non esse prophetam, eo quod permisisset se attingi à muliere peccatrice. Deniq; Apostoli ipsi cum Iuda fractionem alabastri in caput Christi malè interpretati sunt, eorumq; iudicium temerariũ Christus multis verbis redarguit. Itaq; quotiescunq; idem tibi euenerit, hoc est, vt homines facta tua etiã optima interpretentur in deterrimam partem, dic cum Elia propheta. *Non sum melior quam patres mei.* Et cum Christo. *Non est discipulus super magistrum. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius?*

Luc. 7. 33.

v. 39.

matth. 26. 4. mar. 14. 8.

3. Reg. 19. 4. matth. 10. 25

II. Antidotum. Contemne aliorum iudicia, si sint temeraria. Sic enim docuit Apostolos Dñs. Nam cum illi renunciassent Dño, Pharisæos eius sermone fuisse scandalizatos, rñdit. *Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum.* Et B. Paulus seruauit. *Mihi,* inquiens ad Corin-

matth. 15.

1. Cor 4.

chlos, *pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die.* Docent et SS. Patres Greg. Nazian. in oratione de affectione Cathedræ Cōstantinopolitanæ *Quid mea interest* (nempe quid homines calumniētur de mea affectione) *qui rei veritatē magis curo, imò solum curo: hoc enim vel me condemnauerit, vel absoluerit: hoc miserum vel beatum reddiderit. At quid aliis uideatur, nihil ad nos, quemadmodum nec alienum somnium. Non ita aliis videtur, ais. Quid vero? an iis qui vertigine correpti sunt, terra fixa & stabilis esse videtur? Quo circa fac prius fidem, sanos eos esse, qui de nobis ita sentiunt ac tum nos admone, vt meliorem mentem induamus.* Hier. in Isaiam. *Spernentes hominum iudicia, nec laudibus eorum extollamur, nec obtrectationibus contristemur, sed ingrediamur rectam viam, & tritas à sanctis prophetis semitas.* Et ad Pammachium super obitu vxoris. *Prima virtus est monachi cōtemnere hominum iudicia, & semper Apostoli recordari dicentis. Si adhuc hominib. placere vellem, Christi seruus non essem.* Cūm aūt cur contemnere debeamus humana iudicia, reddit Aug. in sermone Domini in monte, *quia temerarium iudicium plerunq. nihil nocet ei, de quo temere iudicatur: ei aūt qui temere iudicat ipsa temeritas necesse est vt noceat.* 2. quia si conscij nobis nō simus mali de quo iudicamur, Deū habemus patronum, qui, vt est in regum historia, non vt homines iudicat secundum faciem, sed intuetur cor. *Cuius iudiciū,* ait dicto loco Nazianz. *cordatis hominibus pluris faciendum, magisq; curandum est, quam omnium hominum in vnum coactorum.*

Naz. ora. de seipso. Hier. l. 1. c. 3. Id. ep. 26. Aug. l. 2. c. 19 1. Reg. 16. 7. psal. 7. 10.

III. Antidotū. Considera innocentiū hominum existimationem sæpenumero etiam per miraculum contra iudiciorū temeritatē defensam. *Daniel Abbas Aegyptius,* vt est in PP. Vitis, rustici domū ingressus vxori eius sterili sobolē à Deo impetrauit; cuius tumescente vtero rumor sparsus est eā ex Abbate cōcepisse. Quo cognito Daniel, cōuocato toto populo infantem natū percunctatus est, essetne ipsius parens? Qui rndit. Non. Atq; ita suspicio criminis in admirationem sanctitatis erupit. Simile exēplum est de S. *Goare confessore,* qui cum falso à duobus clericis accusatus esset apud Rusticū Treuirensem Episcopum de gulæ crimine, multis miraculis sanctitatē suam contestatus est, tum apud ipsos clericos, quos siti in itinere pene enectos lacte trium ceruarum precibus in loco deserto aduocatarum, fugitiuiq; fontis aquis recreauit; tum apud Episcopum, qui cū Goari mandaret, vt pro suæ innocentiæ patrocinio ediceret quis infantuli exposititij tum forte ad Episcopum allati parens foret, ille inuocata diuina ope infantulum in nomine S. Trinitatis adiurauit vt genitorem suum proderet. et mox infans protenta in antistitem Rusticum manu clarē dixit. Iste est pater meus. Qui hoc responso obstupefactus, ad pedes S. Goaris se abiecit, & noxam temerarij iudicij sibi cōdonari, & pęnā iniungi pro expiando lapsu postulauit. Haud

S. Daniel. Apud. Suriū in eius vita. S. Goar.

se-

Secus diuinitus defensus est S. Brictius Turonicus Episcopus, nam cũ à furente populo reus ageretur stupri, infantulo publicè in conspectum allato dixit. Adiuro te per Iesum Christum Dei filium, vt palã edicas, num ego genitor tuus sim? Et mox respondit. Non es. Cum verò populus acclamaret prodendum esse genitorem. rñdit, satis ei esse debere, quod famã suam vindicasset. at quia ne sic quieuit, prunas ardentes in veste illæsa detulit ad S. Martini sepulchrum dicẽs. vt vestis hæc ab igne illæsa est, sic corpus meum impollutum est à tactu mulieris. Verum ille magicis artibus omnia tribuens Episcopatu eum & vrbe eiecit. Sic post septennium, duobus eius successoribus iam defunctis, sedi suæ diuino nutu restitutus est. S. Brictius. sur. in eius vita.

Vide V. *Immortificatio passionum. Indiscretio.* Iudicium proprium. *Præsumptio. Superbia.*

IVRAMENTVM.

Remedia contra iurandi consuetudinem.

I Remed. Considera quid Spiritus sanctus de iuramẽtis & periurijs in verbo diuino patefecerit. Primò enim declarat iurm aliquando esse licitum; vt in Deuteronomio. *Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis.* Et apud Isaiam. *Qui iurat in terra, iurabit in Deo Amen.* Et apud Ierem. *Et iurabis. Viuit Dominus, in veritate & iustitia, & iudicio.* Et in Epistola ad Hebræos. *Homines enim per maiorem sui iurant, & omnis controuersiæ eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum,* 2. prohibet iuramentum, maximè vanum & falsum. vt in Exod. *Non assumes nomen Dñi Dei tui in vanum. Nec. n. habebit insontem Dñs eum, qui assumpserit nomen Dñi sui frustra.* Et. *Per nomẽ Deorum externorum nõ iurabitis.* Et in Leuit. *Aña quæ iurauerit, & protulerit labiis suis, vt vel male quid faceret vel bene, & ipsum iuramento & sermone firmauerit, oblitaq. postea intellexerit delictum suum, agat pœnitentiam pro peccato* Et. *Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. Ego Dñs.* Et in Deut. *Non vsurpabis nomẽ Dei tui frustra: quia non erit impunitus, qui super re vana nomen eius assumpserit.* Et apud Zachariam. *Iurm mendax ne diligatis.* Et apud Matthæum. *Audistis, quia dictum est antiquis. Non periurabis, reddes aũt Domino iura tua. Ego aũt dico vobis, non iurare omnino, neq. per cœlũ, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum eius, &c. Sit sermo autem vester, est, est; non, non; quod autem his abundantius est, à malo* Deut. 6. 13. Isa. 65. 16. Ierc. 4. 2. Heb. 6. 16. exod. 20. 7. exod. 23. 13. Leu. 5. 4. Leu. 19. 12. Deut. 5. 11. Zach. 8. 17. matth. 5. 33. Iac. 5. 12.

est. Et in epistola Iacobi. *Ante oĩa fratres mei nolite iurare, neq; per cœlum, neq; per terram, neq; aliud quodcunq; iuřm. Sit autem sermo* Eccli. 23. 9. *vester, est, est: non, non: vt non sub iudicio decidatis.* 3. dehortatur à iurandi consuetudine, vt Ecclesiastico. *Iurationi non assuefaciat os tuũ. Multi enim casus in illa. Nominatio verò Dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum non admisceaeris, qm̃ non eris immunis ab eis. Sicut enim seruus interrogatus assiduè, à liuore non minuitur; Sic oĩs iurans & nominans in toto à peccato non purgabitur. Vir multũ iurans implebitur iniquitate. & nõ discedet à domo ipsius plaga. Et si frustrauerit, delictũ illius super ipsum erit: & si dissimulauerit, delinquit dupliciter, & si in vacuum iurauerit, non iustificabitur. Replebitur* Eccli. 27. 15. *enim retributione domus illius. Indisciplinatæ loquelę non assuescat os tuum: est enim in illa verbũ peccati.* Et rursus. *Loquela multũ iurãs, horripilationem capiti statuet, & irreuerentia ipsius obturatio auriũ.*

Basil. hom. in Psal. 14. II Remed. Considera dicta SS Patrum. Basilius in verba Psalmi. *Qui iurat proximo suo & non decipit. Quid hoc tandem est? Hic iurãm homini perfecto inter eas virtutes, quæ illum decent, concedi videtur; in Euangelio verò prorsus prohibetur. Quid igitur dicemus? Quod vbiq; Dñs tam in veteri, quã in noua lege eandẽ hẽt præceptionis considerationẽ. Cupit enim peccatorũ effectibus occurrere, & à primis initiis malignitatẽ exscindere. Vt n. vetus lex ait. Non mœchaberis. Dñs verò Non concupisces. Illa item Non occides. Dñs perfectiora intueens. Nõ irascaris. Sic itaq. in hoc loco cõtẽtus abit Propheta iurãsq. qđ iustum sit ac rectũ. Dñs vero vel occasionẽ ipsam resecat perium. Qui n. vel recte iurat, forte & is possit interdũ falli: qui vero nõ* Greg. Neo cæs. c. 8. *iurat, periculũ vitauit periurii.* Greg. in Ecclesiasten. *Regis sermonib. diligẽter cõuenit, ac ius iurandũ ... rõne refugere, idq; præsertim ꝙ in Dei nom̃ cõcipitur. Interim ñ æquũ fuerit sermoni malo imminere: verũ cauere, ne blasphemiã ullã in Dñm effundamus.* Ephræm de morbo linguæ. Ephræ. to. 1. *Si iurisiurandi vis tãta fuit, vt ab Esau potuerit auferre primogenitura: ũ iurasset solũ, noluit periurii notã incurrere: quib. tradẽ ... suppliciis, qui non solũ iureiurãdo se obstringũt, sed et periuriis ius iurãdũ violãt. Si Esau abitus, q̃ cũ dãno suo pepigerat recedere nõluit, q̃to ... pacta, q̃ pro salute tua fecisti rũpere ... debes?* Ambr. Ambrosi. in exhortatione ad Virgines. *Nõ iurandũ, inquit scriptura, facile, quia plerũq;* Psal. 115. 11. *multi casus accidunt, vt nõ possimus implere ꝙ iurauerimus. Qui aũt* Hier. ep. 14. *nõ iurat, vtiq; non peierat: qui aũt iurat, aliqñ necesse est incidat periuriũ ... is homo mẽdax. Noli ergo iurare, ne incipias peierare.* Hier. ad Celantiã, de institõne matrisfamilias. *Mentiri & iurare lingua tua* Matth. 5. 34. *prorsus ignoret, tãtusq; in te sit ueri amor, vt quicquid dixeris, iuratũ putes.* Id. lib. 1. com. in Mat. *De quo Saluator ad discipulos ait. Ego aũt dico vobis. Non iurate omnino. Et paulo post. Sit aũt sermo vester. Est, est, non, non: qđ aũt his abũdãtius est, à malo est.* Et in caput quintũ Matthæi. Caput ꝙ hic Salvator

uator non per Deũ iurare prohibuerit, sed per cælũ & terrã, & Hierosolymã & per caput tuũ. Et hoc quasi paruulis fuerat lege cõcessum, vt quo modo victimas immolabant Deo, ne eas idolis immolarẽt: sic iurare permitterẽtur in Deũ: *non* ꝙ *recte hoc facerẽt, sed quod melius esset* Deo id exhibere, *quã dæmonib. Euãgelica aũt veritas nõ recipit iurm, cũ oĩs sermo fidelis pro iureiurãdo sit.* Chryſ. in Acta Apostolica. *Age dic, ob quã cãm introductũ est iurm? &c. Fecit olim pacta Abrahã, & immolauit victimas, & nondum erat iurm. Vnde igitur ingressum est? qñ mala creuerãt, qñ oĩa simul sursum ac deorsum confusa sunt, qñ ad idololatriã inclinarunt, tunc sane, qñ infideles apparuerunt Deũ vocabant testẽ quasi fideiussorem dantes dictis satisfacturũ. Iurm. n. est fideiussio, vbi mores fidẽ non hñt. Vnde primũ taxatur is qui iurat, si ei fides non habeatur absq. fideiussore, eoq. maximo, & quia tam parũ hoĩes sibi credunt, non hoĩem quęrunt fideiussorẽ, sed Deũ. Sed idem crimen est eius, qui iurm recipit, si pro contractib. Deũ ad fideiussionẽ trahat, & dicat se non crediturũ, nisi illũ accipiat O excellentem stuporẽ, o contumeliã.* Aug. de ser. Dñi in monte. *Ita intelligitur præcepisse Dñm ne iuretur, ne quisquã sicut bonũ appetat iusiurandũ, & assiduitate iurandi ad periuriũ per cõsuetudinẽ delabatur. Quapropter qui intelligit, nõ in bonis, sed in necessariis iurationẽ habendã, refrenet se, quãtũ põt, vt nõ ea vtatur, nisi necessitate: cũ videt pigros esse hoĩes ad credẽdũ* ꝙ *eis vtile est credere, nisi iuratione firmẽtur. Ad hoc ita pertinet, quod sic dicitur. Sit aũt sermo vester. Est, est: non non* Hoc *bonum est & appetendum Quod autem amplius est, a malo est: id est, si iurare cogeris, scias de necessitate venire infirmitatis eorum, quib. aliquid suades. Quæ infirmitas vtiq. malum, vnde nos quotidie liberari deprecamur, cum dicimus. Libera nos a malo. Sed nemo nouit, nisi qui expertus est, quam difficile sit, & consuetudinem iurandi extinguere, & nunquam temere facere, quod nonnunquam facere necessitas cogit.* Chry. ho. 9. Au. l. 2. c. 30. Matth. 5.

III. Remed. Considera, etiãsi difficile sit cõsuetudinẽ iurandi expugnare, & nunquã temere iurare, vt iam dixit Aug. non tñ idcirco tibi despondẽdum aĩum: quia vtrumq; possumus diuina adiuuante gratia. *Oĩa possum in eo,* dicebat gratię prædicator, *qui me confortat.* Et ipse Aug. in sermone de decollatione Io. Baptistæ fatetur se adiutorio Dñi ita consuetudinẽ quotidie iurandi extinxisse, vt nihil sibi facilius sit, quam non iurare. Chryſ. vero crebrius docet facile esse vincere consuetudinẽ, si in meliorẽ cõmutetur, vt, in homilia ad baptizandos. *Sicut te praua,* inquit, *consuetudo possidet, ita poterit melior obtinere, vt & volentem iurisiurandi lapsib. non permittat euinci. Nã reuera multũ consuetudo praualet, & iura didicit immutare naturæ. Vt igitur non assidue doleamus, ad aliã consuetudinẽ demigremus.* Et ad populum Antiochenũ *Eia ex veteri hodie loquamur testiõ.* Qd *vero dicit: Iurationi non assuefacias os tuum: noĩatio vero Dei non* Phil. 4. 13. Aug. ser. 10. Chryſ. Hom. 17. Eccl. 23. 9.

timui. luctatus sū cōtra cōsuetudinē meā, in ipsa luctatione inuocaui Dñū adiutorē. Prestitit Dñs adiutorē nō iurādi. Nihil mihi facilius est, q̄ nō iurare. Hoc idō admonui caritatē vestrā, ne dicatis, qs pōt? O si Deus timeat, o si piuri expauescāt, lingua frænat, veritas teneat, iuratio tollit. Cōfirmat hoc antidotū B. Chrys. apposita similitudine his verbis. Ciuitatis balnea rex obstruxit, & lauari iussi neminē, & legē trāsgredi ausus est nemo, aut factū icusare, aut cōsuetudinē pdere. verū & agri pueri & senes, & mulieres partus doloribus solutæ volū. arii & inuiti mādatū hoc sufferūt, et neq. morbū, neq. cōsuetudinis tyrānidē nec aliud quicq̄ ptēdūt, sed cōtēti sūt hac vltione q a m. iora timebāt mala. Vides, q vbi ē timor facile soluit cōsuetudo, et si valde diuturna sit et necessaria? Atq ñ lauari graue, ñ iurare vero valde facile, et nullū affert nocumētū, nec corpi, nec aiæ. Quo igit nō absurdū rege iubēte difficillima sustinere Deo vero statuēte ēt facilia deridere? Nō exhortor ne ī tm salutē nrā cōtēn mus, sed timeamus Deū, sicut hoiē timemus. Chry. ho. 16 ad pop.

V. Rem. Cēsura aliorū, vel cōminatione pœnæ subeūdę teipsum, vel alios a iurādi cōsuetudine cohibeas. Hoc antidotū nō semel & cōcione pscripsit idē Chry. Ab oib. inquiēs, cōiūctis hoc postula, hoc pete beneficiū, vt te iurantē arguāt, & cōfundāt. Nā & q alterū ne iuret arguit, nō facile se pcipitari patietur in periuriū. Et int. Vt igitur hoc crīe liberemur inuicē admoneamur certū tps cōstituamus, & tps dierū decē. Volētib. n. & vigilātib. tot sufficiūt, q penitus a cōsuetudine liberemur. Si aūt post x. dies illaqueati reperiamur, pœnā nobis cōstituamus. Sed q̄s dic pœnā ppone? vindictā Hoc iā nō meū, sed vestrū ē. Et alibi. Vis discere, quō ab impia cōsuetudine liberari liceat? Ego te quēdā docebo modū, quē si tenueris, superabis cīto. Cū videris teipsū, vel aliū quēq. vel seruorū, vel filiorū, vel vxorē hoc malo captos; & cōtinue cōmonefactos, neq. correctos, iube nō pransos cubare, & hāc tibi illisq. dānationē impone, dānationē non dānum, sed lucrū ferentē. Talia n. spūalia, & lucrum ferunt, & celerrimam correctionē: lingua n. vel nemine commonente sufficientem capit admonitionem, si fame vel siti vexetur. Laudastis dicta, verum & factis laudem demonstrate. Chry. ho. ad baptizand. ... Hom. 5. ad pop.

VI. Rem. Cōsidera summū periculū huius prauę cōsuetudinis, & timorē Dei magis in te augebis. Qđ intelligi pōt ex eo, q B. Iacob. dicerte dicat. Ante oīa nolite iurare. Quæ verba ponderans Augu. in serm. de verbis Apostoli. Isto verbo, inquit, q ait. Ante oīa, cautos nos fecit aduersus linguā nostram Ante oīa ait, vt attentatis præteteris, vt vigiletis, ne surrepat vobis consuetudo iurandi. Tanquam in specula ita te posuit contra te. Considera. n. te iurare per Deū per Christum, occido illum, & hęc quoties per diem, quoties per horam? Nō aperisos, nisi a tali iuratione. Nolles, vt diceret tibi ante oīa, vt te aduersus cōsuetudinē intentissimū redderet, vt oīa tua inspiceres, oēs motus linguæ diligentissime custodires, esses custos malæ consuetudinis tuæ. Iac. 5. n. Aug. ser. 3 ...

14.ep.89. *Ad eã constringendã, audiante oĩa.* Et rursus in ep. ad Hilariũ. *Iuratione cave quantũ potes. Melius quippe nec verũ iuratur, quã iurandi cõsuetudine, & in periuriũ sæpe caditur, & semper periurio propinquatur.* Et paulo post. *Multo tutius nunquã iuratur, nõ quia peccatũ est verũ iurare, sed quia grauissimũ peccatum est falsum iurare, quo citius cadit qui cõsueuit iurare.* Hinc duo colligit B. Amb. scribens in verba

Amb.ser.14. in psal. 118. Dauidis. *iuraui & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ,* documẽta. Alterũ est nullũ iurm̃ ẽẽ licitũ & sanctũ a quoquã debere fieri, qui nõ firmiter statuat, & cõfidat se illud seruaturũ. *Stat,* inquiens, *David mẽtis statione fundatus, nec timet ne in his mũdi tenebris possit errare. Si.n. metueret, nõ iuraret; si trepidaret, verũ diuina posset custodire iudicia, nõ cũ iurisiurãdi statueret sacro. Nemo bene iurat, nisi qui põt scire ꝙ iurat. Iurare igitur, iudiciũ sciẽ, testimoniũ cõsciẽ est. Lux tibi præeat, si iurare disponis, i. cognitio veritatis precedat, vt vinculũ sacri tibi nõ possit nocere.* Alterũ est hinc intelligi, cur Deus tã serio tã iurm̃ nobis vetuerit, cũ tñ ipse in diuinis literis iurasse inueniatur. *Ideo,* inquit, *Dñs qui venit docere paruulos, imbuere nouos, firmare perfectos, ait in Euangelio, nõ iurandũ oĩno, q̃a imperfectis loquebatur. Voluit.n. te nõ iurare, ne periures. Iurauit aũt Dñs, nec pœnitebit eũ. Iuret ergo ille, quẽ sacri sui pœnitere non poterit. Et quid iurauit. Dñs? quia Christus in æternũ sacerdos est. Nunquid incertũ, nunquid impossibile erat qđ iurauit Dñs? nunquid poterat esse mutabile? Noli ergo vsurpare exẽplũ Sacri, qui implendi Sacri nõ hẽs ptãtẽ.* Clarius B. Aug. in psal. 88. *Bene prohibet homo iurare, ne consuetudine iurandi, quia põt homo falli, et in periuriũ prolabatur. Deus solus securus iurat, quia falli non põt.* Et serm. 10. de sanctis. *Cum Dñs iurauerit, quare suos iurare prohibuit? Dico quare. Non est peccatum verum iurare. Sed quia grande peccatum est falsum iurare, longe est a peccato falsum iurandi, qui oĩo non iurat. Propinquat falsæ iurationi qui vel verũ iurat. Dominus ergo, qui prohibuit iurare, super ripam fluminis te noluit ambulare, ne pes tuus in angusto labatur, & cadas.*

Psal. 109. 4.

Au p.1.cõ.1

VII. Remed. Cõsidera exẽpla eorũ, qui ex iurãdi temeritate, vel

1.Reg.14.24 consuetudine in grauissima incõmoda se coniecere. Primũ sit Regis Saulis, qui temere *adiurauit populũ dicens. Maledictus vir, qui comederit panẽ vsq. ad vesperã, donec vlciscar de inimicis meis.* Cuius iurisiurãdi inscius filius eius Ionathas cũ fauũ mellis delibasset, Saul scđo & tertio iurauit Ionathã moriturũ. Contra populus iurauit, nequaquã se id passuros & Ionathan liberauit. Quã historiam fuse

Chry.ho.14 populo Antiocheno exponens Chrysos. mire exaggerat, quot periuria ex vno iurõ Saulis sint secuta, & quot cædes, & clades secuturę fuissent, si populus Sauli nõ restitisset, deinde addit illis euenisse, ꝙ pueris funẽ vetustũ trahẽtib' accidere solet. *Sicut.n.* inquit, *pueri funiculũ longũ & corruptũ ex contrario inter se trahentes cũ multo impetu supini*

pini oẽs cadunt funiculo per mediũ disrupto,& hi quidẽ capite, illi ve roalia corporis parte feriũtur, sic & inter se cõtraria iurãtes, iuramẽto pro rerũ necessitate disrupto in periurii baratrũ vtrinq; cadunt, h quidem peierando, vt Saul; *alii vero vt populus, periurii cãm prębendo* Alterũ exẽplum est Iephte in historia Iudicũ, qui pugnaturus ad versus filios Ammon temere iurauit & vouit, se si victor euaserit, oblaturũ Deo quicquid de prælio redeunti primũ è domo sua occurrerit, occurrit aũt vnigenita filia. vnde hæc incõmoda mox consecuta. Primo. n. pęnituit eũ voti, nã conspecta filia *scidit*, teste scriptura, *vestimenta sua, & ait. Hei me, filia mi, decepisti me, & ipsa decepta es*. 2. filia approbante Patre cũ sodalib. ad duos menses infaustum hũc casum planxit in montib. 3. oblata est Deo, & mactata 4. homicidij reus factus Iephte. nec. n. solum stulte iurauit, sed ẽt impie impleuit iuramentum. 5. perpetuus luctus quotannis per quatuor dies repetitus. *Vt sempiternę memoriæ calamitas esset*, inquit Chrys. *neu malũ obliuioni traderetur, apud Iudęos lex est lata, vt virgines illo tpe conuenientes 40 dies commissam cædem deplorarẽt, vt luctu cædis memoriã renouantes posteros oẽs prudentiores faciant, & discãt quod de mẽte Dei non erat, vt hoc fieret: neq. n. lugere & plorare virgines permisisset. Post illud. n. sacrificiũ nemo tale Deo votũ vouit*. Tertium exẽplum est Herodis regis apud Matth. qui recreatus saltatione filiæ Herodiadis, *cum iuramento pollicitus est ei dare, quodcunq. postulasset ab eo. At illa pręmonita a matre sua, da mihi, inquit, hic in disco caput Io. Baptistæ*. Ex quo temerario iuramẽto longe maiora, quã ex antegresso, incõmoda sunt insecuta. Primo. n. doluit rex de facto iuramẽto. diserte. n. ait Matthęus contristatum fuisse regem. 2. ex eo secuta est mors innocentissimi & sanctissimi Prophetę, quo testimonio Christi inter natos mulierum maior non surrexerat. 3. Herodes reus factus factus est atrocissimi homicidij: Satius. n. erat hic peierare, quã iuramentũ custodire. *Est contra officiũ*, inquit B. Amb. *nõnunquam, soluere promissum sacramentũ custodire, vt herodes, qui iurauit, quoniã quicquid petitus esset, daturũ filiæ Herodiadis, & necẽ Io. præstitit, nec promissum negaret. Sic Iephte melius fuerat nihil tale promittere, quã promissum parricidio soluere*. Et Aug. *Herodes, ne Deũ offenderet peierando, Deũ offendit sæuiendo*. Et paulo post subijcit exẽplũ Dauidis regis, qui cũ temere iurasset se occisurum Nabal, exorari se ab Abigail vxore Nabal passus est, ne iuramentũ præstaret. *iurauit*, inquiens, *temere, sed non impleuit iuratione maiore pietate*, imo gratias Deo de ea re egit dicens. *Benedictus Dñs Deus Israel, qui misit hodie te in occursum meũ, & benedicta tu, qua probibuisti me hodie, ne irẽ ad sanguinẽ, & vlcescerer me manu mea*. 4. tertia homicidij quoque facta est Herodias mater cũ filia, quia per hanc petijt dari caput: imò & oẽs conuiuę, quia *propter eos qui pariter discumbebant*, inquit,

Iud. 11. 31.
Chry ho. 14 ad pop.
Matth. 14. 7
Matt. 11. 11.
Ambr. 1. off. c. 50.
Iud. 11. 31.
Aug. ser 11. de sanctis.
1. Reg. 25.

Hier.l.1.14. inquit Matth. voluit iuramentum seruari. Voluit ergo vt bene no-
Ambr.l.3.de vi gin. tat Hier.in com. *omnes conuiuas sceleris sui esse consortes.* Spectaculū exhibitū est *quod et*, inquit Ambr. *cū barbari horrere consueuerunt. Inter epulas atq; conuiuia consummandę credulitatis profertur edictū. Et a conuiuio ad carcerem, de carcere ad conuiuium feralis flagitii circumfertur obsequium.* Quanta in vno facinore sunt crimina? Hier.lo-
Cic.de seue. Plutar.in T. Q.Flamin. co citato commemorat: *Flaminium ducem Romanū, quod accumbentis iuxta meretriculæ, quæ nunquam se vidisse diceret hominem collatum, assensus sit reus quidam capitalis criminis in conuiuio truncaretur, a Censoribus pulsum curia quod epulas sanguine infecerit.*

VIII. Remed. Considera exempla tā infidelium, quam fidelium,
Basil.ho.24. qui vel nunquam iurare voluerunt, vel si iurarunt, nullis incōmodis adduci potuerunt, vt fidem fallerent. Nam S. Basil. in hom. de legendis gentilium libris. *Illud quoq;* inquit, *Cliniç vnius è secta Pytagorea difficile est credere, quod casu non de industria nostros imitatur. Nam ille dū per iuramentum mulctam trium talentorū vitare liceret, iniuriā pati maluit, quā iurare, idq; cum non esset falso iuraturus, atq; ita iam tum quasi illud de iuramento nobis interdicto preceptum*
Aug.ser.30. *audiuisse videtur.* Et S. Aug. de verbis Apostoli. *Tantum mali hēt iuratio, vt* (Ethnici) *qui lapides colūt, timeant falsum iurare per lapides;*
22.q.4.ecce dico. *tu non times Deū præsentem, Deum viuentē, Deum scientem, Deum manentē, Deū incontēptores vindicantē? Et mox. Et ecce dico caritati vestræ, & qui per lapidē falsū iurat periurus est. Vnde hoc dico? Quia multi & in hoc falluntur, & putant, quia nihil est, per quod iurant, non se crimine teneri periurii. Prorsus periurus es, quia per id quod sanctum putas, falsum iuras.* Deinde ex Ethnicis Philosophis plato in libris de Legib. grauiter reprehendit iurantes, tōne naturali edoctus.
Hier.ep.22. Nec mirum quia non modo exponunt se periculo fidem fallendi, & peierandi, verum et quodammodo se & alios infamant. Se quidem, quia indicant se esse mendaces, nec dignos quib. credatur, nisi
Ioseph.c.7. teste Deo. Alios vero, quia iudicant aliquos quib. iurant, vt Hier. recte obseruauit, esse suspiciosos & incredulos. Qua de causa & Essei apud Iudæos abstinebant a iuramentis, teste Iosepho in secūdo belli Iudaici lib. Ex ijs aūt, qui fidē semel iurarā constantissime præstiterunt, merito primū locū obtinet Esau, quātūuis malus, de quo
Ephr.to.1. Gen.25.33. ita B. Ephr. in tractatu de malo Linguę, *Si,* inquiens, *iusiurandi vis tanta fuit, vt ab Esau potuerit auferre primogenita: cū n. iurasset solū noluit periurii notā incurrere: quib. tradentur supplicijs; qui non solū iniurando se abstringunt, sed & periurus iusiurandum violāt? Si Esau ab iis quæ cum damno suo pepigerat, recedere noluit, quōtu pacta, quę pro salute tua fecisti, rumpere audebis?* Secundus sit Iosue, qui cum Gabaonitarum legatis interposito iureiurando spopondisset se eos
Iosu.9.15. non deleturum, & paulo post cognouisset se ab illis deceptū; (fin-

xerant

iurarant.n. se de terra longinqua venire, cum essent vicini) fidem tamen datam ob diuini nominis reuerentiam infringere noluit, cum tamen populus vehementer ea de causa in eos exacerbatus esset. Iesus, inquit Amb. *pacem, quam dederat, reuocandam non censuit, quia firmata erat Sacramenti religione; ne dum alienam perfidiam arguit, suam fidem solueret* Ex quo discimus, ait Hier. in Ezechielem, *etiã inter hostes seruandam fidem, & non considerandum cui, sed per quẽ iuraueris. Multo.n. fidelior inuentus est ille, qui propter nomen Dei tibi credidit, & deceptus est, te, qui per occasionem diuinæ maiestatis hosti tuo imò iam amico es molitus insidias.* Et infra subdit. *Ergo qui cõtemnit iuramentum, illum despicit per quem iurauit: illique facit iniuriã, cuius nomini credidit aduersarius.* Inter Ethnicos aũt pro iurciurandi fide etiam hostib. cum iactura vitæ & fortunarum seruata eminet M. Attilius Regulus, de quo in primo lib. de ciuitate sic scribit Aug. *M. Attilius Regulus Imp. populi Romani captiuus apud Carthaginenses fuit. Qui cum sibi mallent a Romanis suos reddi, quã eorum tenere captiuos, ad hoc impetrandum etiam istum præcipue Regulum cum legatis suis Romam miserunt, prius iuratione constrictum, si quod volebant minime peregissent, rediturum esse Carthaginem. Perrexit ille, atq. in Senatu contraria persuasit, quoniam non arbitrabatur vtile esse Romanæ Reipub. mutare captiuos. Nec post hanc persuasionẽ a suis ad hostes redire compulsus est, sed quia iurauerat id sponte repleuit. At ille eum horrendis cruciatib. necauerunt: Inclusum quippe angusto ligno, vbi stare cogeretur, clauisq. acutissimis vndiq. confixo, vt se in nullam eius partem sine pœnis atrocissimis inclinaret, etiam vigilando peremerunt. Merito certe laudant virtutem tam magna infelicitate maiorem.* Eandem cum Regulo laudem iuratæ fidei cõstanter vsq. ad mortem custoditæ tribuit idem Aug. in altero lib. de ciuitate Hispaniæ federatis Romanorum socijs Saguntinis. *Quorũ ciuitatis interitum legere, quãto magis scribere, inquit ille, horror est. Primo contabuit, nam etiam suorum cadauerib. pasta est. Deinde fessa omnium rerum, ne saltem captiua in manus Hannibalis perueniret, ingentem rogum publice struxit, in quem ardentem ferro etiam trucidatos omnes se suosq. miserunt.* Octauo autem, vel nono post obsidionem mense a pœnis deleta est. Et infra. *Hoc inter, est (inter Regulũ, & Saguntinos) quod ille vnus homo, hac tota ciuitas, vtriusque tamen interitus causa conseruatio fidei fuit.*

Amb. 3. offi. c. 10.

Hier. lib. 5.

Aug. c. 6. Val. Max. 5. Cic. 1. offic.

Id. c. 20.

Liuius li. 21.

Vide V. *Blasphemia. Colloquia otiosa Consuetudo praua Discordia. Ebrietas. Exemplum malum. Immodestia, impatientina in aduersis, ira Linguæ abusus. Maledictio. Mendacium, Murmuratio. Odium, Superbia. Vindicatio iniuriæ.*

LINGVÆ ABVSVS

Remedia contra abusus.



Eccl. 19. 17. Eccl. 14. 1. Iac. 3. 7. PRimum Remedium. Considera, quanta sit in coercenda lingua difficultas, vt hoc diligentius idonea conquiras remedia. *Qui est,* inquit Sapiens, *qui non deliquerit in lingua sua?* Et. *Beatus vir qui non lapsus est verbo ex ore suo.* Sic S. Iacobus. *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.* Et. *Omnis natura bestiarum, & volucrum & serpentium, & ceterorum domantur, & domita sunt a natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest.* Haud aliter SS. Patres. Nam B. Gregor. Nazianzenus de suo quadragenarij ieiunij silentio scribens. (Nazian.) *Linguam,* inquit, *non homo, nō nix, non torrens, non scopulus, non denique res vlla coercere potest. Nihil,* est, *quod a linguę sagitta tutum atque immune sit. Quam quisquis domuerit, is nimirum sapientiæ arcem & principatum tenet.* Et circa finem queritur se, licet *morbo affectum, & senectute fractum & debilitatum, tamen non potuisse effugere linguæ indomitæ calamitatem, vtpote cui amicorum omnium inuidiam conflarit.* Et in epistola quadam ad Basilium. (Naz. ep. 22. Aug. serm. 4) *Nemo,* ait, *linguę libertatem coercebit.* Et beat. Augustinus de verbis Domini in Mattheum. *Linguam nullus hominum domare potest. Et homo domat feram, non domat linguam, domat leonem, & non refrænat sermonem, domat ipse, & non domat seipsum. Domat, quod timebat, & vt se domet, non timet, quod timere debebat.* (Id. l. 10. c. 37.) Et in libris confessionum. *Tentamur his tentationibus (linguæ) quotidie Domine, sine cessatione tentamur. quotidiana fornax nostra est humana lingua. Imperas nobis & in hoc genere continentiam. Est qualiscunque in aliis generibus tentationum mihi facultas explorandi me, in hoc pene nulla est.* Auget difficultatē, quod nulli hominis membro ęque atque linguę insidiatur dæmon teste Chrysostomo. (Chry. ho. ad baptizand.) *Post lauacrum vndique,* inquit, *hostis insidias præparare consueuit, sed facilius lingua & ore peccant e. Nullum enim æque congruum illi organum in ministerium est interitus atque peccati.*

Prou. 16. 1. Psal. 40. 3. II. Rem. Implora auxilium diuinū pro cohibenda lingua. *Hoīs. n. est,* vt ait Salomon, *animam preparare, & Dñi gubernare linguā.* Id implorauit Dauid, cū oraret. *Pone Dñe custodiā ori meo, & ostiū circumstan-*

cũſtantiæ labiis meis. Hoc antidoto Virginẽ munit B. Baſil. in libro de vera Virginitate, ſic monẽs. *Virgo intra cordis ſui ſecreta cubilia qe ſcet, id iugiter, atq. plus aliis orãs. Pone Dñe cuſtodiã ori meo, & oſtiũ circũſtantię labiis meis. Atq. in hũc modũ os ſuũ oĩnib. cõmuniet.* Et Aug. loco ſupra citato. *Intelligamus, inquit, cariſſimi, ſi linguã nullus hoĩum domare põt, ad Deũ cõfugiendũ eſt, qui domet linguã nĩam. Si enim tu eã domare volueris, nõ potes, quia homo es: linguã nullus hoĩum domare põt. Attendite ſimilitudinẽ ab ipſis beſtiis, quas domamus. Equus nõ ſe domat, camelus nõ ſe domat, elephãtus nõ ſe domat, aſpis nõ ſe domat, ſic & homo nõ ſe domat, ſed vt equus domet, bos, camelus, elephãtus, leo, aſpis quęritur homo. Ergo Deus quęratur, ut dometur homo. Ergo dñe refugiũ tu factus es nobis, cõferimus nos ad te & bene nobis erit de te. Malũ eſt nobis de nobis quia dimiſimus te; dimiſiſti nos nobis. Inueniamur ergo in te, q̃a perieramus ĩ nobis. Dñe refugiũ factus es nobis.* Vnde in lib. x. Cõfeſſionũ, cũ dixiſſet, à Deo quoq. imperari nobis cõtinentiã linguæ, mox adiũxit. *Da ꝙ iubes, & iube ꝙ vis. Tu noſti de hac re gemitũ cordis mei, & flumina oculorũ meorũ. Neq.n. facile colligo, q̃ ſim ab iſta peſte mũdatior, & multum timeo occulta mea, quæ norũt oculi tui, mei aũt nõ.* Verũ quia hæc linguæ frenatio, primũ quidẽ ductu, auſpicioq. diuino vt loquitur Nazianz. *deinde uero etiam menſis noſtræ clauo indiget*, ſubijcienda ſunt alia remedia.

Baſil.

Aug. de ver. d.

Iac. 3. 7.

Pſal. 8 9. 1.

Cap. 37.

Naz. de ſilẽt. 40. dier.

Aug. in pſal. 38. 2.

III. Remed. Anteq̃ ad loquendũ proſilias, expende & pręmeditare quid ſit loquendũ. Quo pertinere putat B. Aug. illa verba regij prophetæ. *Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Non enim, inquit, lingua fruſtra in vdo eſt, niſi quia facile labitur. Videns ergo q̃ eſſet difficile, ut neceſſitatẽ loquendi haberet homo, & in loquendo non aliquid diceret, ꝙ ſe dixiſſe nollet, ſtatuerat nõ loqui, nec aliquid diceret, quod locutum ſe eſſe pæniteret, &c. Cuſtodi ergo vias tuas ô Idithum & noli delinquere in lingua tua; perpẽde quod dicturus es, examina, cõſule interiorẽ ueritatẽ, & ſic profer ad exteriorem auditorẽ.* Et in Pſal. 51. ait. *Sicut eligis quo veſcaris, ſic elige quod loquaris.* Eodem modo verba illa exponit Ambroſ. *Audiamus, inquit, cautionis magiſtrũ. Dixi cuſtodiã uias meas, hoc eſt, tacito cogitationis pręcepto indixi mihi, ut cuſtodirẽ uias meas. Aliæ ſunt uię, quas debemus ſequi, aliæ quas cuſtodiri. Sequi uias Dñi, cuſtodire noſtras, ne in culpã dirigantur. Potes aũt cuſtodire, ſi non cito loquaris.* Idem remediũ populo Anthiocheno proponit alicubi Chryſoſtom. *Et linguæ*, inquiẽs, *regulas quaſdam & leges ponamus, ut prius uerba ruminet, & ita proferat.* Et Greg. magnus. *Qui in dictis ſuis reprobari metuit, ipſe prius dẽt examinare quod dicit, quatenus inter cor & linguã æquus quidam diſcretusq. arbiter ſedeat, ſubtiliter penſans, ſi recta verba cor offerat.*

Pſal. 38.

Chry. ho. 7.

Greg. mor. 8. c.

II. Remed. Prius diſce tacere, maxime ſi adhuc adoleſcens ſis q̃ loqui, ſecundũ illud Sapientis. *Homo ſapiens tacebit vſq; ad tempus.*

Eccli. 20. 5. & 7. 10.

Et

Et. *Adoleſcẽs loquere in tua cã; ſi bis interrogatus fueris, habeat capiti*
Iac.1.19. *rñſum tuũ. in multis eſto quaſi inſcius, ſed audi tacẽs.* Et B. Iacobi. *Sit*
amb.l.1.c.2. *aũt oĩs homo velox ad audiendũ; tardus aũt ad loquendũ.* Hoc antido
tũ maximè inculcat B. Ambr. initio ſuorũ librorũ de officijs. *Quid*, in
quit, *præ ceteris debemus diſcere, q̃ tacere, vt poſſimus loq., ne prius me*
matth.12.37 *vox cõdẽnet mea, q̃ abſoluat alienã? Scriptũ eſt. n. ex verbis tuis cõdẽ-*
naberis. Quid opus eſt igitur, vt ꝓpteres periculũ ſuſcipere cõdẽnationis
loquẽdo cũ tacẽdo poſſis eſſe tutior? Cõplures vidi loquẽdo peccatũ inci
diſſe, vix quẽq̃ tacendo. Ideoq. tacere noſſe, q̃ loqui difficilius eſt. Scio
nãq. loqui pleroſq. cũ tacere neſciãt. Rarum eſt tacere quenq̃, cũ ſibi loqui
Iſa.50.4. *nihil proſit. Sapiẽs eẽſtergo qui nouit tacere.* Deniq. Sapientia Dei dixit,
eccli. 20. *Dñs dedit mihi liguã eruditionis, ut ſciã qñ oporteat ſermonẽ dicere.* Me
pſal.38.2. *rito ergo Sapiẽs, q à dño accipit, quo tpe ſibi loquẽdũ ſit. Vñ bñ ait ſcri*
Id.c.3.
eccl.3.7. *ptura; Homo ſapiẽs tacebit vſq. ad tps. Deniq. ſanct⁹ Dñi ait. Dixi custo*
Dan.13.35. *diã vias meas, ut nõ delinquã ĩ ligua mea.* Et infra. *Quid igit mutos nos*
eſſe oportet? Minimé. eſt. n. tps tacẽdi, & eſt tps loquẽdi. Et. n. magnũ et
negotioſũ ſilẽtiũ: ut erat Suſannę q plus egit tacẽdo, quã ſi eſſet locuta.
Tacẽdo. n. apud hoĩes locuta eſt Deo, nec ullũ maius indiciũ ſuæ caſti
tatis inuenit quã ſilẽtiũ. Cõſciẽtia loqbat, ubi vox nõ audiebat; nec q̃re
bat ꝓ ſe hoĩum indiciũ q hẽbat Dñi teſtimoniũ. Ab illo igit volebat
Id.c.10. *abſolui, quẽ ſciebat nullo mõ poſſe falli. Ipſe Dñs ĩ Euãgelio tacẽs ope*
rabat ſalutẽ hoĩũ. Et multo poſt. *Ipſe Pytagoras, q legit Socrate antiqor*
Prophetã ſecut⁹ Dauid legẽ ſilẽtii dedit ſuis. Sed ille, ut p quĩquẽniũ di
ſcipulis uſũ ĩhiberet loquẽdi. Dauid ãt nõ ut naturæ mun⁹ imminueret,
ſed ut viã ꝓferẽdi ſermonis doceret. Et Pythagoras quidẽ ut nõ loquẽ-
Hier.ep.2. *do loq doceret. Dauid, ut loquẽdo magis diſceremus loq.* Hier. ad Nepo
tianũ. *Hippocrates adiurat diſcipulos ſuos ant eq̃ doceat, et ĩ uerba ſua*
Hier. in c.3. *iurare cõpellit, extorquet Sacro ſilentiũ, ſermonẽ, inceſſum, habitũ, mo-*
reſq. preſcribit, quanto magis nos? Et in verba Eccl. *Tempus tacendi et*
tps loquẽdi. pythagoricos, inquit, *reor, quorũ diſciplina eſt tacere p quin*
quenniũ, & poſtea eruditos loqui, hinc originẽ ſui traxiſſe decreti. Diſca
mus itaq. & nos prius nõ loq, ut poſtea ad loquẽdũ ora reſeremus. Silea
mus certo tpe, ad pceptoris eloq pẽdeamus. Nihil nobis uideat rectũ
eẽ, niſi q diſcim⁹, ut poſt multũ ſilẽtiũ & diſcipulis efficiamur magiſtri.
eccl.28. V. Rem. Cõſidera, quot mala creet licẽtia liguæ. Ea digitus Dei, cũ
Iac.3.5. alibi, tũ copioſè apud Eccleſiaſticũ, & B. Iac. Apoſt. depinxit. *Ligua*, ĩ
quit, *modicũ quidẽ mẽbrũ eſt, et magna exaltat. Ecce quãtus ignis, q*
magnã ſyluã incẽdit. Et ligua ignis eſt uniuerſitas iniqtatis. Ligua cõ
ſtituitur ĩ mẽbris nrĩs, q maculat totũ corpus, & inflãmat rotã natiui
tatis nrę inflãmata ã gehenna. Linguã nullus hoĩum domare põt. inqe
tũ malũ, plena veneno mortifero. In ipſa bñdicemus Deũ, & patrẽ: et ĩ
Greg. Naz. *ipſa maledicimus hoĩes q ad ſimilitudinẽ Dei facti ſũt. Ex ipſo ore ꝓce*
dit bñdictio & maledictio. Greg. Naz. de ieiunij ſilẽtio ſui. Certe nul

la res ē,q̄ maiorē hoīb.perniciē affert quā lingua. Equus ē perpetuo cur ſu mētē anteuertēs telū prōptiſſimū ac paratiſſimū. Et paulo poſt. Lingua in ꝓpinquo ē ſagittarius,ſagitta ī arcu eſt;nerui ipſi quā maximē intēſi. Protinus ut mēs tela emiſerit,ſtatī prouolat,oīaq́.feriūt,cœlites, terreſtres,viuētes,poſteros nō minus eos,q sb hmōi ſagittis ſibi cauēt, eaſq́.ſedulo obſeruāt,quā q nihil mali ſuſpicātur,nō minus bonos quā malos,nō minus amicos,quā hoſtes,nō minus exteros lōgeq.diſſitos,quā ꝓpinquos;deniq.nihil eſt,ꝙ à līguæ ſagitta tutū atq īmune ſit. Et infra. Quis āt,quot mala ex ea oriātur,orōne cōſeq poſſit? Domū cū domo,ſi ita uoluerit,urbē cū urbe,principē cū populo,populū rurſus cū principe ſtatī ac ſine vllo negotio cōmittit,nō aliter atq.igniculus ſtipulæ admo tus ī magnū incēdiū cito exreſcēs. Hier. Lingua nihil mediū hēt,aut grā de malū ē,aut grāde bonū. Grāde bonū,ſi Xp̄um Deū cōfitetur.grāde malū,ſi Xp̄um Deū negat. Ergo ne putet aliqs,& dicat interi:opere nō peccaui:ſi peccaui,lingua peccaui. Qđ ē maius peccatū,quā blaſphemia ī Deū? & tū lingua peccat. Et inf. Grāde ſcelus ē,qn̄ detraho fratri meo lingua mea fratrē interficio. Qui.n.odit fratrē ſuū,homicida ē. Videte quid dicat Salomō. In manu linguæ mors & uita. Ephr. de linguæ malo. Peruulgatū ē totis caſtris Mariā repēte lepra correptā eſſe,ꝙ lingua in mitiſſimū fratrē,qui pro ipſa deprecabat Dn̄um,exacuiſſet. Vn̄ iuſtꝰ vltor meritas de prophetiſſa ꝑ petulātiā linguæ eiꝰ pœnas ſūpſit. Suſurrationes.n.et detractiones abominat,quib hoīes īſipiētes delectātur. Plurimis licet miraculis claruiſſet Moyſes,ubi modicè linguæ lapſꝰ ē è ter ra ꝓmiſſionis excidit. Magnū et horrēdū mare uiā ei ꝑcludere nō potuit,ſed verbū unicū iniquè ab eo ꝓlatū,uelut murꝰ aliqs ipſi obſtitit, ne vlterius ꝓgredi poſſet. Si Moysē,qui Dei inſtar factus erat Pharaoni uel ſolū uerbū excluſit a terra ꝓmiſſionis,quāto magis nos maledicētia lingue nr̄æ,quā in Deū et hoīes quotidie exacuimus ac ſtringimus,à regno Dei arcebit? Bern. de triplici cuſtodia,manus,līguæ & cordis. Quis ſane numeret,quātas modicū linguæ mēbrū cōtrahat ſordes,quā multiplex in labiis incircūciſis īmūditia coaguletur,quā ſit grauis ꝑnicies oris īcircūſpecti? Eſt.n.līgua diſſoluta ī ſermonib.ocioſis,ē lingua impudica,ē et magniloqua,quarū pria laſciuiæ ſequēs arrogātiæ famulat. Eſt ēt lingua doloſa,& itē līgua maledica quarū altera ī falſiloquā et adulatoriā ſubdiuidit.altera uera nūc ī facie cōtumelias irrogat,nūc detrahit ī occulto. Qđ ſi de oī uel otioſo uerbo,qđcūq.locuti fuerīt hōes,Deo sūt reddituri rōnē ī die iudicii,quāto diſtrictꝰ đ uerbo mēdaci,mordaci, et īiurioſo,de elato uel laſciuo,de adulatorio,aut detractorio iudicabūt?

Hier. in p ſ. 119.

prou.18.21. Ephr.to.1. Num.12.

Num.20.12 Exod.14.21. Nu.11.14.20

Bern. in ſerm.

VI. Rem. Propter hæc līguæ mala,ſerio ꝓpone te cuſtoditurū līguā tuā,exēplo Dauidis dicētis. Poſui ori meo cuſtodiā. Qui.n.cuſtodit os ſuū,uit Salomō,cuſtodit aīā ſuā. Et qui moderatur ſermones ſuos doctꝰ et prudēs ē. Et.qui cuſtodit os ſuū & linguā ſuā,cuſtodit ab anguſtiis aīam ſuā. Et. Quis dabit ori meo cuſtodiā,et ſuper labia mea ſignaculū certū,ut nō cadā ī ipſis,et lingua mea nō ꝑdat me? Et B. Petr. Qui vult

pſal.38.2. prou.13.3. prou.17.27. prou.21.23. eccli.22.33. 1.Pet.3.10.

vitam

In primis magno studio id comparandum habemus, scite vt sermocinari possimus, vt nec contentiosius percunctemur, nec affectantius respondeamus, vt differentes non obloquamur, nec interfari gestiamus absurda ostentatione, fastumq; præferente, vt modū teneamus & sermocinandi. S. Greg in Eccl. *Lingua parce vti preclarū, atq. ad loquendi studium grauitatem, constantiamq. adhibere. Non. n. nos inconsulto loquendi studio teneri oportet, eaq; quæ in mentem veniunt, quāuis absurda proferre atq. emittere: verum cogitare, quod licet magno interuallo a cœlo distemus, certum est tamen sermones nostros a Deo exaudiri.* S. Amb. *Sapiens, vt loquatur, multa prius considerat, quid dicat, aut cui dicat, quo in loco, quo tempore. Est ergo tacendi & loquendi modus. Est et in factis modus. Pulchrum est igitur teneri mensuram officii.* Et in ps. 118. *Periculū non est solum falsa dicere, sed etiam vera, si quis ea insinuet, quibus non oportet. Quod vitium quadripartitum est, vel adulationis, vel auaritiæ, vel iactantiæ, vel loquacitatis incautæ. Plerique dum sine præiudicio loquuntur, verbum emittunt, quod reuocare non possunt. Ideo vir laudatur serius, & non otiosus. Erat homo abscondens sermones suos; vt Apostolus Paulus, qui nouit quid loquatur singulis, & quando quid loqui debeat. Vnde & Corinthiis dicit. Lac vobis potum dedi, non escam. nondum enim poteratis, & c. Ideo & Salomon tempus tacendi, & tempus loquendi esse docet.* S. Greg. lib. 24. moral. *In omni quod dicitur, summopere intuendum est, quid dicatur, cui dicatur, quando dicatur, quomodo dicatur.* Et in epistola ad quinque Patriarchas. *Cū me ad considerandum debitum pastoris verbum ac silentium confero, pauenti cura perpendo, quod valde necesse est, vt & discretus sit in silentio, & vtilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit: ita indiscretum silentium hos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit.*

Necc. c. 5. Amb. 1. offi. c. 10. Eccl. 3. 7. Id serm. 2. 1. Cor. 3. Eccl. 3. 7. Greg. c. 25. Ep. 24 lib 2

A N T I D O T A.

Pro Religiosorum silentio.

I Antidotum. Considera quid Spiritus sanctus in diuinis litteris de silentio patefecerit. Apud Isaiam. *In silentio, ait, & in spe erit fortitudo vestra.* Et. *Erit opus iustitię pax & cultus iustitiæ silentium.* Et apud Ieremiam. *Bonum est cum silentio præstolari salutari Dei. Bonum est viro cum portauerit iugū ab adolescētia sua. Sedebit solitarius & tacebit quia leuauit super se. Ponet in puluere os suū.* Quib. verbis ad viuum describi vt religiosæ vitæ cultor, solitudinis amans, vt notauit Hieronymus ep. ad Eustochium. Apud Salomonem verò non semel laudem sapientiæ attribuit silentio. *Qui moderatur labia sua, inquit, prudentissimus est.* Et. *Stultus, si tacuerit, sapiens reputabitur.* Et.

Isa. 30 15. Isa 32. 17. Thren. 3. 26 Prou. 19. 19. Prou. 17. 28.

S Homo

Eccl. 20.7. Iob 13.5. *Homo Sapiens tacebit vsque ad tempus.* Nec secus apud Iob dicéiem. *Vtinam taceretis, vt putaremini Sapientes.*

II. Antidũ Considera, quib. verbis laudarint silentium SS. Patres. S. Bas. de vera Virg. *Natura loquendi audiendiq; modum ad proportionis regulã metiens duas aures, linguã vnã nobis affixit; quasi & duplum disciplinæ causa audire debeamus, & ad ea quæ rogamur sesquialtera proportione contractum referre sermonẽ. Castigata itaq; locutione prudens virgo vtetur: cumq; tẽpestiue quempiã oportuerit alloqui, multo audiet plura, quã dicet: oĩsque sermo eius cũ procedet ex labiis solam vtilitatẽ audientiũ feret: aut, si interrogandũ fuerit instruendi aĩ gratia sobrie ex ore ac verecunde prohibet.* Naz. de moderatione in dispuseruanda. *Loquere sane,* inquit, *si quid silentio melius, & excellentius hẽs; at vbi silere præstat, quã loqui, silentio acquiesce. Nosti .n. laudum illud, ordinẽ labiis cõstituere, atq. alia dicere, alia audire.* Et paulo post. *Nescitis, quãtum* Dei *donũ sit silentiũ, quãq; benigne cũ eo agatur, qui loquendi necessitate constrictus non est, vt arbitratu suo alterũ eligere, alterũ fugere queat, atq; sibi & sermonis & silentii promus cõdus sit.* Amb. ad Virgines. *Grauiora sunt verbera cũ ex multiloquio peccatũ incurrimus. Et ideo custodi virgo vias tuas, vt non delinquas in lingua tua, Et bona loqui plerunq; crimen est virginis. Sed* q̃d *miraris de Virgine, cũ mulier in silentio iubeatur discere? Bonus est pudor, qnẽ cõmodant silentia. Susana periclitabatur, & tacebat, vt melius tacito pudore loqueretur, &c. Quid de fęminis dicimus? Ioseph tacuit accusatus, vt melius eũ innocentia, q̃ linguæ defenderet. Tacuit Daniel oĩb. sapientior & ora clausit leonũ.* Aug. *Plerunq; in perturbatione rerũ, dũ ipsa infirmitas aĩæ q̃ aggrauat corpus q̃d corrũpitur, & audire vult & dicere, audire intus, dicere foras: aliq̃n perturbata studio dicẽdi deficit in diligẽtia agnoscẽdi, & in his dicit aliquid q̃d forte nõ esset dicendũ. Contra hęc, remediũ optimũ est silentiũ* Io. Climacus agẽs de loquacitate. *Taciturnitas in cogitatione mater est orõnis, captiuitatis reuocatio, ignis diuini amoris obseruatio, cogitationũ diligẽs inspectio, specula hostium carcer luctus, lacrymarũ amica, memoriæ mortis operatrix, suppliciorũ pictor, iudicii indagatrix, sagax mœroris subministratrix, inimica fiduciæ, quietis cõiunx, ambitiosę doctr. aduersatrix, sciẽ adiectio, speculationis opifex, secretus in Deũ profectus, occultus ascẽsus.* Bern. in ep. ad Ogeriũ. *Silentiũ, dicẽte Isaia, cultus iustitiæ est. & bonũ est expectare vt docet Iere. salutare* Dei *cũ silentio. Ad hunc ergo iustitię cultũ, ad hanc oĩum virtutum matrem, nutricẽ, custodem, te inuito, & prouoco.*

Basil. | Loquitur de virginitatẽ professis. | Naz. | Amb. in exhort. | 1. Tim. 2. 11. | Dan. 13. 35. | Gen. 39. | Dan. 14. | Aug. i ps. 38 | Sap. 9. 15. | Climac. gradu. 11. | Bern. ep. 85. | Isa. 32. 17. | Thren. 3. 26

III. Rem. Considera, si religiosam vitã profiteris, hoc exposcere à te ipsum religio nomen, quod a religando originẽ traxit teste B. Augu. lib. de Vera religione, vt illud imprimis membrũ religare studens quod relegatione maxime opus habet, hoc est, linguam. Vnde Sapiẽs monet. *Verbis tuis facito stateram, & frenos oris tui rectos.* & religio-

Aug. ep. 55. & 1 retra. ca. 13. | Eccl. 28. 29.

sissimus

ctissimus David orat. *Pone Domine custodiā ori meo, & ostiū circumstantiæ labiis meis.* Beatus vero Iacob peremptoriā fert snīam. *Si qs aūt putat se religiosum esse, non refrænans linguā suā, sed seducens cor suū, huius vana est religio.* Licet.n. hęc verba ad oēs Christianos, qui Deo religati sunt p præcepta, referri possint, ..., tñ vř Apostolus ea retulisset ad illos, qui exēplo Apostolorū perfectiorē vitam profitebantur, seq; Deo per pręcepta & vota Euāgelica religabāt. 1. quia numero singulari inqt. *Si quis aūt.* 2. qa gręci codices hñt. *Si qs inter vos.* 3. qa B. Iac. mox subiicit. *Religio mūda & immaculata apud Deū & patrē hæc est: visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum & immaculatū se custodire ab hoc seculo.* Qui aūt proprie pñt se ab opib. honorib. & voluptatib. huius seculi custodire immaculatos, & mundā instituere vitā, nisi religiosæ vitæ professores, qui seculo renunciarunt & castitatē aī, & corporis perpetuā Deo vouerunt? 4. qa Io. Cass. in Collationib. ita alloquitur monachos suos. *Obseruate imprimis, & maxime tu Io. cui ætas adhuc adolescentior suffragatur, ne studium lectionis ac desiderii tui labor vana elatione cassetur, vt indicas summū ori tuo silentiū; hic n. est primus disciplinę actualis ingressus. Oīs quippe labor hoīs in ore ipsius, & vt oīum seniorum instituta atque snīas intentio corde & quasi muto ore suscipias ac diligenter in pectore tuo condens, ad perficienda ea potius, quam ad docenda festines.* Psal. 140. Iac. 1. 26. Cass. coll. 14. 9

IV. Remed. Considera exēpla eorū, qui silentium arctissime in religiosa vita eremitica vel cœnobtica coluerunt. In Vitis Patrum hēs discipulum S. Antonii Paulum simplicē ob linguæ lapsum, quia quęsierat, num Christus ante prophetas vixisset, in triennium nihil locutū. Et Agathonē Abbatē, lapillo ori indito, tacere didicisse, idq; ad annos tres obseruasse. Pābo Abbas, vt est in historia Tripartita, cum et ipse discere prius q̄ loqui proposuisset, ad illū, qui 38. psal. sibi legere cæperat. Dixi, custodiam vias meas, vt non delinquā in lingua mea. Sat, inquit, reliqua audiam, cum istud opere impleuero. Multo deinde tpe post reuersus, cum interrogaretur, cur tm̄ ad Magistrum redire distulisset, nondum se illud quod dicerat perfecisse, dixit Apostolicum esse præceptum. Estote factores verbi, & non auditores tm̄. Idem Theophilo Epō se aliquando adeunti, & aliquo sermone ab ipso spualiter refici petenti respondit. Si taciturnitate sua non reficiebatur, nec sermonibus eum refici posse. Hinc quidem die vitæ suę iam supremo audacter affirmauit, ex quo eremum incolere cœpisset, nullum se vnquam protulisse verbum, quod prolatum nollet. Ammona, teste Palladio in historia Lausiaca, pater ter mille monachorum, quos vocabat Tabiennesiotas tantum cum illis exercuit silentium, vt viderentur esse in solitudine, vnoquoque occultè peragente suum vitæ institutum. Theona quoque Abbas, teste eodem vir sanctus in domuncula inclusus tempore 30 annorum silentiū exercuit. Trip. l. 8. c. 1 Iac. 1. 22. Pall. c. 48. c. 50.

Greg. de silentio. 40 Vultū habebat Angeli,& cū plurimas virtutes ageret habebatur Propheta. Greg. Naz. toto aliqñ Quadragesimæ tpe silentiū sibi indixit, in solitudinē digressus. *Cuius facti mei,inquit,si cām quæris,idcirco a sermone prorsus abstinui, vt sermonib. meis moderari discā.* Etenim *vt res similitudine illustrior fiat, is qui in ingentē hoīum numerū furibundam hastā vibrarit, idē haud dubie paucos quoq; facile profligabit; & qui ex longo interuallo sagittā mittens,scopū tñ attigerit,ille vtiq; proprius collimans a scopo haudquaquā aberrabit.ac deniq eis,qui amplissima maria naui transmiserit,idem quoq vicina littora legere minime dubitabit.* S. Arsenius quōdā filiorū Theodosij Cæsaris institutor,vt hēt Metaphrastes in eius vita, cū in eremū secessisset,fratri cupide eum inuisenti, post salutationē practicā, nihil locutus est,cū tñ diu sermonē exhortatoriū vna cū socio ab eo expectasset. Sæpe secū ipse loquebatur in hunc modū. *Arseni cur egressus es?* hoc est, quis tibi scopus fuit, vt mundo renunciares? Illud vero frequentius. *Locutū fuisse sæpe pœnituit, tacuisse nunquā.* S. Io. Silentiarius ex Epo solitarius, teste Cyrillo monacho eius Synchorono. totos 47. annos, vsq; ad annum ætatis 104. siluit. Seuerus Sulpitius, auctore B. Hier. in Catalogo illustriū virorū, *à Pelagianis deceptus agnoscens loquacitatis culpā silentiū vsq ad mortē tenuit, vt peccatū quod loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret.* S. Romualdus anachoreta, teste Petro Damini Card. cum montē Syriæ solitarius incoleret septenni silentio in summa vitę austeritate traducto, spiritalē Psalmorū intelligentiā promeruit. B. Thom. Aquinas in adolescentia tātus silentij cultor fuit vt apud condiscipulos bouis muti nomen obtinuerit. Albertus verò Magnus cū disputatiunculis quibusdā eximium eius explorasset ingeniū, deprehenderetq; quorsum tenderet istud silentiū; Bos, inquit ille talē aliqñ edet mugitum, vt sonū eius totus orbis exaudiat. Thomas Cantipratensis eius æqualis in libr. 2. de Apib. in Affligenio S. Benedicti in Barbantia monasterio scribit fuisse monachum ita silētio deditum, vt intra annos 16. ne verbulū quidē elocutus sit. Orto autem grauissimo incendio, quod humano præsidio extingui non poterat, illū cella egressum, & fusa in silentio ad Deū oratione, linguā diu mutam laxasse & dixisse: Stes ignis hac hora, flamma penitus conquiescas; ac illico ignem totum exstinctum.

Marginalia: Apud Sur. 9. Iul. — Apud Sur. 13. Maij. — Sulpit. — In eius vit. — Sur. in eius vita 7. Mar. — Cantip. c. 13 Radulphus tacens dictus est. — Basil. 12. & 13.

V. Remed. Considera, quæ monita dederint SS. Patres, cum sacris Virginibus, tum omnibus religiosis de ratione silendi & loquēdi. Inter quos iure eminet S. Basil. ipse religiosorum peritissimus magister & dux in constitutionibus quidem monasticis ita scribit. *Virtutes, quæ quotidianos quasi in consuetudine mores commoliant, & in facili admodum cognitione versantur, veluti maturitas temporis ad loquendum, & verborum habita vtilitatis ratione prolatio. Verborum autem ea opinor vtilitas fuerit, si aut de virtute in loco differatur,*

tur, aut si ad alicuius rei quæ faciēda instet vsum sermo accōmodetur, aut deniq; ad audientiū ædificationē referatur. Vitandæ aūt oēs oīno in sermone facetiæ, & scurrilis dicacitas sunt. Siquidē fieri plerūq; solet vt qui sese in talib. occupant, rectā rōnē deserant. nā facile aī ad ridicula diffunduntur, & grauitatis nerui eliduntur, quinetiā ad verborū turpitudinē sermo delabitur. Cęterū, si ad tollendū mœrorē hilariore opus sit sermone, tum spūali lepore, & Euangelico simul sale condiri dēt oratio, vt & relaxatione aī & intelligentiæ festiuitate delectet. Et in lib. de vera Virg. cū instruit virgines sacras virginitatē professas. Illa, inquit, tantum loqui Virginē decet, quæ audientium aīos iuuare possint, & per sermonis puri veritatē atq; rectitudinē ad intelligentiā diuinarū rerū vbertim instruere: fluentū quippe sermonis, quod ministerio linguæ ad exteriora deducitur, fontis, ex quo manat, index ac testis est. Ex corde.n.exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, & cætera, ex quib. fructib. arbor cognoscitur. Et paulo post. Talē itaq; se exhibeat virgo cū loquitur, si qn̄ tamen loqui opus erit. Sedulo.n. obseruandū est, cui, qūo, & quando, eā loqui deceat. Et rursum. De quib. molestiā nō pateris, noli contendere acriter, nec te consuescas cōsuetudine pessima, quia mos longo vsu firmatus non paruo labore vitatur. Noli dissolutis labiis risum proferre: amentia nāq. est cū strepitu ridere, sed subridēdo tantū mentis lętitiā indica: nec in modū paruuli iocari velis assidue, quia nō conuenit ei qui ad perfectionē nititur. Iocus remissā efficit aīam, & erga Dei pręcepta neglīgentē. Et in serm. de instōnib. monachorū. Sermo futilis & quæ è familiarib. congressionib. mentis importuna nasci solet distractio, prorsus exterminantur, at si quid ad aiarum ædificationē vtile fit, de hoc tm̄ sermo habeatur. Qui in iis ipsis quæ vtilia sunt, ordinis, modestiæq; & tpis ad loquendū idonei habenda ratio est, & quę dicenda sunt, ab iis dici debet, quib permissum sit loqui. Quod si inferior sit, expectet, donec a superiore ad loquēdum inuitetur. Susurrationes uerò & in aurē locutiones, & quæ per nutus fieri solent significationes, hęc a fratrū conuentu longissime submouentur. Nā quæ nutu fit significatio, ea indicio est malitiosum aliquē dolum in re latere. Ex quib. reb. odia, suspicionesq. nascuntur. Quoties verò colloquēdum est, modū necessitas definiet, vt. s. cū eo qui propinquior est pressius agatur, qui autē remotior est, altiore uoce appelletur. S. Amb. officiorū lib. 1. Sermo diuiditur in colloquiū familiare, & in tractatum, disceptionemq; fidei atq. iustitiæ. In vtroq. seruandum, ne sit aliqua perturbatio, sed tanquā mitis & placidus, & beneuolentiæ plenius, & gratiæ sine vlla sermo ducatur contumelia. Absit pertinax in familiari sermone contentio: quęstiones enim magis excitare inanes, quam vtilitatis aliquid afferre solet. Disceptatio sine ira, suauitas sine amaritudine sit, monitio sine asperitate, hortatio sine offensione. Et sicut in oī actu vitę id cauere debemus, ne rationem nimius animi motus excludat, sed teneamus consilii Amb. c. 22.

locũ;ita ẽt in sermone formulã eã tenere cõuenit,ne aut ira excitet, aut odiũ,aut cupiditatis nostræ,aut ignauiæ aliquis exprimamus indicia. Si igitur sermo huiusmodi de scripturis maxime. Quid.n magis nos oportet loqui,q̃ de conuersatione optima,adhortatione obseruationis,disciplinaq. custodia? Et paulo post. *Licet interdũ honesta ioca ac suauia sint,* Cap 23.
tñ ab Ecclesia abhorrẽt regula:quoniã q̃ in scripturis sanctis nõ reperimus,ea quẽadmodũ vsurpare possumus? Nõ solũ profusos,sed ẽt oẽs iocos declinãdos arbitror; plenũ tñ suauitatis & gratiæ sermonẽ esse non indecorũ. Hieron.in epist.ad Ephesios. *inter stultiloquiũ & scurrilitatẽ apud Paulũ hoc interest,qd stultiloquiũ nihil in se sapiẽs et corde hõis dignũ hẽt. Scurrilitas vero de prudenti mẽte descẽdit, & cõsulto appetit quędã,vel vrbana verba,vel rustica,vel turpia,vel faceta,quã nos iocularitatẽ alio verbo possumus appellare; vt risũ moueat audiẽtib. Verũ & hæc a sanctis viris penitus propellẽda,qb.magis cõuenit flere atq. lugere; vt in* Hebraico *quoq.* Euãgelio *legimus Dnm ad discipulos loquentẽ. Et nunquã,inquit,læti sitis,nisi cũ fratrẽ vestrũ videritis in charitate.* Greg. in moralib. *Sancti viri cũ aliqd dñt prudẽter,nõ quęrũt gloriã suã,sed auditorũ vitã. Cũ vero cõspiciunt,quia auditorũ vitã loquẽdo lucrari nõ pñt,tacẽdo abscõdunt sciẽtiam suã. Ad imitandũ quippe viã Dñi,quasi ad quoddã nobis propositũ signũ currimus. ipse.n.qa Herodẽ vidit nõ profectũ quærere,sed signa,vel sciam velle mirari,requisitus ab eo tacuit. & qa cõstãter tacuit, ab eo irrisus exiuit. Scriptũ nãq. est. Herodes aũt viso Iesu gauisus est valde: erat n.cupiens ex multo tpe videre eũ eo qd audiret multa de illo & sperabat signũ aliqd videre ab eo fieri. vbi subdit. Interrogabat aũt nullũ multis sermonib. at ipse nihil illi rñdebat. Tacens verò* Dñs *q̃ sit despectus ostenditur,cũ illic protinus subinfertur. Spreuit aũt illũ* Herodes *cũ exercitu suo,& illusit. Qd vtiq factũ oportet nos audiẽtes discere, vt quoties auditores nostri nostra volũt quasi laudãda cognoscere,nõ aũt sua peruersa mutare, oĩno taceamus, ne si ostẽtationis studio verbũ* Dei *loquimur,& illorũ culpa q̃ erat,esse nõ desinat, & nostra, q̃ nõ erat, fiat.* Et in pastorali. *Lingua discrete frenãda est, nõ insolubiliter obligãda. Scriptũ nãq; est:* Sapiẽs *tacebit vsq;ad tps,vt nimirũ,cũ opportunũ cõsiderat,proposita cẽsura silẽtii,loquẽdo quæ cõgruũt, in vsũ se vtilitatis impẽdat. Et rursum quoq; scriptũ est; Tps tacẽdi,& tps loquẽdi. Discrete quippe vicissitudinũ pẽsanda sunt tpa, ne aut cũ restringi lingua dẽt,p verba inutiliter defluat,aut cũ loqui vtiliter põt,semetipsã pigre restringat. Qd bene psalmista considerãs dicit Pone Dñe custodiã ori meo,& ostiũ circũstãtiæ labiis meis. Nõ.n.poni ori suo parietẽ,sed ostiũ petit,qd vtiq aperitur,& clauditur. Unde & nobis caute discẽdũ est,quatenus os discrete & cõgruo tpe vox aperiat, & rursum cõgruo taciturnitas claudat.* S. Bern.de consid. *Præferendus ille,& magnus est,cui inter prospera saltẽ risus indecentior,aut sermo insolentior,aut immoderatior cura ve*

Hier.l.3 c.5 (beside "indecorũ. Hieron.in epist.ad Ephesios")
Grego.l.22. c.6. (beside "ritate. Greg. in moralib.")
Luc.23.8. (beside "tus ab eo tacuit")
Id.p.3 admo. 15. (beside "culpa q̃ erat")
Eccl.20.7. (beside "Lingua discrete frenãda est")
Eccl.3.7. (beside "sum quoq; scriptũ est")
Psal.140.3. (beside "ter defluat")
Bern.li.2.in fin. (beside "tur,& clauditur")

stis

ftis vel corporis nō irrepsit. Et si recte sapiēs hortat sapientiā scribi in otio, cauēdū & in otio otiū est. Fugenda proinde otiositas, mater nugarū, nouerca virtutū. Inter seculares nugę nugæ sunt, in ore sacerdotis blasphemię. interdū tū, si incidant, ferēda fort ipsis, referēdæ nunq̄ ā. magis interueniēdū cautè & prudēter nugacitati. Prorumpēdū saue in serū quid, qđ nō modo vtiliter, sed libenter audiāt & supersedeant otiosis. Cōsecrasti os tuū Euangelio; talib. iā aperire illicitū; assuescere sacrilegum est. Labia sacerdotis, ait custodiūt sciām, & legē requirent de ore eius, non nugas profecto vel fabulas. Hæc ille. Quę si rectè cōni in sacerdotes, & Pontifices, quantò magis in monachos & religiosos? Malac. 2.7

Vide. V. Adulatio. Blaſphemia. colloquia otioſa. Curioſitas Detractio. Diſcordia. Ebrietas. Familiaritas nimia Hypocriſis. immodeſtia Impatientia in aduerſis immoderatio paſſionum. indiſcretio. ira inuidia. iuramentum. Luxuria. maledictio. mendacium. murmuratio. Otium.

LVDVS ALEAE.

Remedia contra ludum aleæ, & ſimiles.

I Rem. Cōsidera, quib. diuinæ scripturę monitis aduersēt Ludorū vetitorū vanitas. Ac primū quidē ijs, quib. lusus impijs, abstinentia verò a lusu piis attribuitur. Vt in Exodo. *Sedit*, inqt Moses. *populus mādūcare & bibere, & surrexerūt ludere*. Et apud Iob. *Tenēt tympanū & cytharā, & gaudēt ad sonitū organi. Ducūt in bonis dies suos, & in pūcto ad inferna descēdūt*. Pius verò Tob. senior sic de se loqt. *Nunq̄ cū ludētib. miscui me, neq. cū his, q in leuitate ambulāt, participē me præbui*. Et S. Iere. *Nō sedi in cōsilio ludētiū, & gloriatus sū a facie manus tuę*, Vñ Propheta Dauid. *Beatus vir, q nō abijt in cōsilio īpiorū, & in via peccatorū nō stetit, & ī cathedra pestilētiæ nō sedit*. Quo testimonio theatrica spectacula cōfixit Tertull. 2. Ludorū vanitas repugnat ijs scripturis, qb. risus, immodicaq. lætitia dānat, cōmendatur verò tristitia & luctus. Ecclesiastes ait. *Risū reputaui errorē, & gaudio dixi. qd frustra deciperis?* Et Saluator apud Luc. *Væ vobis, qui ridetis nūc, quia lugebitis & flebitis*. Et Matth. *Beati qui lugēt, qm ipsi cōsolabūtur*. Et Io. *Amen amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: sed tristitia vestra vertetur in gaudium*. Exod. 32.6. Iob 21.12. Tob. 3.17. Ier. 15.17. Tert. lib. de spectac. Eccl. 2.2. Luc 6.25. Matth. 5.5. Ioan. 16.20.

II. Rem. Cōsiderā S. Patrū sniās. S. Cyp. tractatū integrū scripsit ī aleatores, ī quo hęc eius dicta. *Multæ sunt tētationes diaboli, quorū primordia sunt, idololatria, mœchię, furta, rapinę, auaritia, & c. si qua sūt similia, q̄ his cōgruū, ex quib. est alea tabula. Prælio est diaboli laqueus manifestus, venenū portās letale serpētis, & inductio corrūpēs, q. rę cū vi nihil esse magna amplexi operitur* Et iterū. *Alea ne luseris, vbi lusus nociuus est, & crimē mortale, vbi dæmētia sine cōsideratione, vbi nulla* Cypr. de aleatorib.

veritas, sed mendaciorū mandra. Abscinde inde manum tuā, & auerte inde cor tuū, extrahe caliginē inimici ab oculis tuis, & purifica manum tuā a sacrificiis & abalienabige abs te furaces mores, puras manus ad Basil. hom 8. *ad Christū extende, vt promereri Dominū possis. Aleā noli respicere. Amen.* S. Basil. in Hexaemeron. *Si vos dimisero, & conciliū hoc dissolue ro, sunt qui protinus ad tesseras, aleasq; se cōferent. Iuraméta sunt illic, contētionesq; pergraues, ac auaritiæ partus: Spūs malignus assilit, furorē punctis ossib. illis ludentiū, insaniāq; accedens. Easdē ille pecunias nūc* Ephr. to. 1. *ad hūc, nunc ad alterū transfert, atq; modo hūc victorem effert, illū victū mœstitia premit: mō cōtra, illū elatū, hūc demissū ostēdit.* S. Ephr. de abrenūciatione in baptismo facta. *Abrenūciatio, quā in baptismo facimus, nōiata quidē apparet parua; cæterū intellecta, admodū magna. Quā qui seruare valuerit, beatiss. erit. Paucis nāq. verbis cūcta, q̄ noïantur mala, queq; odit Deus, valere iubemus & abrenūciamus. puta. Abrenuntia Satanæ & cūctis operib. eius. Quib inquā, operib. audi. Fornicationi, adulterio, immunditiæ, mēdacio, &c. abrenūciatio alearū otio, et tabularū lusui, sicut ēt S. Apost. hisce operā dantes atq; vacātes, excōicatos esse ordinarūt suis canonib. si laici fuerūt. At si clerici, vt deponantur.* Etenī *Væ alearū lusorib. qn̄ quidē se a corpore & sanguine D. N. Iesu Christi alienos reddūt, sicut Spūs S. p sanctos admonuit Apostolos.* Vbi nota. inter 85. Apostolorū canones, quos VI. Synodos in ca- c. Episcopus dist 35. non. 2. recepit atq. probauit Canonē 42. esse hūc. *Eps aut presbyter, aut Diaconus aleæ atq. ebrietati deseruiens, aut desinat, aut cōione priuetur.* 43. verò est. *Subdiaconus, aut Lector, aut Cātor similia faciēs, aut desinat, aut certe cōione priuetur; similiter ēt laicus.* Hos recitat Iusti. nouel. 123. Gratianus in Decr. Idē repetitū est in Synodo VI. Constantinop. cano. 50. his verbis. *Nullū oīno siue clericū, siue laicū ab hoc deinceps tpe alea ludere; qui secus fecerit, excōicetur.* Nec Cæsarea lex Iustiniani Imperatoris ab his canonib. dissentit, nam in constit. Nouella prohibet. *Episcopis, presbyteris, diaconibus, Lectoribus, & aliis Ecclesiasticis personis, ne ad tabulas ludant, aut tali ludo ludentib. se associent, aut spectatores sint, aut ad quodcunque spectaculum, seu theatrum spectandi gratia veniant.*

Host. §. de sicns. HI·Rem. Considera quā perniciosus sit alearū vel taxillorum lusus. Host. Cardinalis in sua summa, tit. de excessib. Prælatorum, notauit 16. vitia illo produci, his versibus comprehensa.

Hæc cum taxillis ludendo crimina sumit,
Ecclesiæ spretus, vsuraq; siue rapina,
Scandala, vel nugæ, blasphemia, seu faciendi
Furti doctrina, violentia, crimina falsi,
Et mortis causa, deceptio, perditioq;
Temporis, & desiderium, corruptio, iunges.
Isti predictis adulatio, vitaque turpis.

S. Au-

S. Anton. autem Archiepiscopus Florentinus in altera Sũmę Theologicæ parte tot crimina ex ludo nasci arbitratur, & probat, quot sũt in taxillis puncta. Prisci certe Patres fusè ea descripserũt, vt B. Cyp. Aleę, inquit, tabula est diaboli venabulum, & delicti vulnus insanabile. Aleæ tabulã dico, vbi diabolus præsto est, ad capiendũ summissus, & cũ cœperit de captiuo triũphũ, perfidia, falsa testimonia. Tabulã aleæ dico: vbi dementia & furia, & venale periuriũ, imperium & colloquiũ serpentinũ. Illic rabiosa amicitia, illic atrocissimi sceleris fraternitas discordans, illic cõuitia et audacia seua, et mẽs insana, et feraimpatiẽtia. Aleæ tabulã dico, vbi possessionũ amissio, et pecuniarũ ingeniũ perditio, mõstrũ, et demõstrãs litigiorũ, furax dementia. O aleatorũ noxia sectaria, et pigra nequitia, ò minus crudeles, et ad periculũ sui armatę, q̃ bona paterna, et opes auorũ sudore q̃sitas, ignominioso studio dilapidãt: minus crux, noxia et insõnis, nocte dieq; continuis instrumẽtorũ suorũ armigera, q̃ peccãdo seipsũ dãnauit, et post peccatanõ desinit ire. Et paulo post. Est et qñ ipsi aleatores cũ ꝓstitutis mulierib. penes auctorẽ suũ nocturnas vigilias clausis forib. celebrant: armãtur aduersũ se miseri, Spiritu diaboli repleti, et illic duplex, aut geminũ crimẽ admittũt. Hic cõcrepat aleę sonus, illic silẽtio operaĉ in cestus: hic sine vllo dignitatis suæ respectu, sine vlla excusatione, pestifero studio cedere bonis suis cogiĉ, illic secreto mortale venenũ bibitur. S. Ambr. i lib. de Tobia agẽs cõtra fœneratores. Obseruãt, inquit, isti aleatorũ cõuẽticula, et perdẽtis arũ ià cõmoditatẽ suã iudicãt, spondẽt ꝓ singulis. Varios primo sors ludit euẽtus, ad diuersos sæpe transfert victoria, sipẽdi sq; eius vicissim, atq; ærũna mutanĉ, Oẽs vincunĉ et vincũt, fœnerator solus acqrit. Penes alios iniane manet nomẽ, ꝙ vicerit, penes feneratorẽ solũ fructus est, nõ annuus, sed momẽtarius. Illi solũ lucrũ faciũt i omniũ detrimẽto illis solis ẽ vsuræ victoria. Videas reliquos subito egẽtes, repẽte diuites, deiide nudos, siguli iactib. statũ mutãtes. Versat. a. eorũ vita, vt tessera. Voluiĉ cẽsus i tabula, fit lud⁹ de periculo, et de ludo periculũ: quot ꝓpositiões, tot ꝓscriptiões. Clamor plaudẽtiũ, fletus despoliatorũ, gemitus deplorãtiũ. Sed et his creditor vt tyrãnus dãnat vnũquẽq; sorte capitali, agitat hastas, feralẽ instituit de sĩgulorũ exuuiis actiõẽ. Alios ꝓscriptioni addicit, alios seruituti, nõ tãti occisi sub tyrãnis sũt. Vitę igĩ hãc aleã rectius dixerĩ, q̃ pecuniæ: sub momẽto ferĉ ꝙ valeat in ęternũ. Ebrietas iudicat, & nullus appellat. Hẽt et alea suas leges, quas fori iura ñ soluãt. Notaĉ, si credi pt, ĩfamia, q putauerit renitẽdũ, et infamiũ sñia grauius, q̃ censura iudicialis inurit opprobriũ: quoniã qui apud iudicẽ dãnãtur, apud illos gloriosi sunt: qui apud illos damnantur, apud Iudicẽ criminosi sũt.

IV. REM. Cõsidera exẽpla eorũ quib. pessimè cessit consuetudo ludendi aleis Primũ narrat B. Amb. loco citato. Ferunt, inquit, Hũnorũ populos omnib. bellum inferre nationibus, fœneratoribus tamen esse

Ant. tit. 1 ca. 23 § 6. Cypr. de aleat.

Amb c. 11.

esse subiectos: & cũ sine legib. viuant, aleę solius legib. obedire, ī procinctu ludere, tesseras simul & arma portare, et plures suis, quā hostilib. ictib. interire: in victoria sua captiuos fieri, & spolia suorū perpeti, quę pati ab hoste nō nouerint. Nōnnunquā belli studia deponere, quod victi aleæ ludo cū totius prædæ munus amiserint, ludēdi subsidia requirunt bellādi periculo. Frequēter aūt tāto ardore rapi, cū ea, q̃ sola magna æstimāt, victus arma tradiderit, ad vnū Aleę iactū vitā suā potestati vel victoris, vel fœneratoris addicat. Denique cōstitit, quod quidā eorū & Imperatori Romano cognitus in fide pretiū seruitutis, q̃ sibi tali sorte superatus intulerat, suppliciis imperatæ mortis exoluerit. Alterā narrat Cæsarius in lib. Exēplorū sui seculi. *In Susato, q̃ ciuitas est Coloniēsis diœcesis, miles quidā Thyemo nomine habitabat, qui sic totus deditus erat ludo tesserarū, vt nō die, nō nocte, quiesceret: pro sacculum cū nūmis secū portabat, vt secū ludere volentib. obuiaret. ita in ludis expeditus & fortunatus erat, vt vix aliqs ab illo sine dāno recederet. Vt āt posteris ostenderetur, quantū Deo tales ludi in quib. iræ, inuidia, rixæ, et dāna suscitātur, & peccati verba rotātur, cōtrarii forēt, pmissū est diabolo, vt cū eo luderet, q multos illuserat atque eui sierarat, qui multorū marsupia euacuarat. Nocte ergo quadā domū eius in specie hoīs cuiusdā ludere volentis intrās, sacculūque nūmis refertū sub ascella portās ad tabulā sedit, denarios liberaliter apposuit, tesseras iactauit, & multa acquisiuit. Cui cū prosperè succederet, et militi iā pecunia, q apponeret, defuisset, iratus ait: Nūqd nō diabolus tu es? Et ille: Nūc satis est: appropinquat n. xp̄s matutinale. oportet nos ire: tollēsque illū p tectū traxit, cuius viscera tegulis retrahētib. miserabiliter excussit, & qd de eius corpore factū sit, vel quē in locū illud proiecerit, vsque hodie tā à filio eius q̃ à cæteris, qui illū nouerāt ignoratur. Mane verò viscerū eius reliquiæ tegulis inhærētes repta sūt, et in cæmiterio sepultę.* Tertiū cōmemorat his verbis, Thomas Cātipratēsis in Apiario suo. *Fui in quadā villa Cāpania, vbi Iudæus cū Christiano sacra nocte Parasceues in tesserarū ludo cōsedit.* Cūque Iudæus multā pecuniā pderet, *& ex hoc impatiētius turbaret, tādē in Christū retorquēs iniuriā, blasphemauit.* Et mox cū *ad iactādū basardū tesseras collegisset, manus eius cū tesseris sit cōtracta. Qui reprobo furore succensus, cū ipsa manu cōtracta mēsā lusoriā pcutere niteretur, iterato in Christū & matrē eius blasphemiā turpissimā euomēs statim, euersis terribiliter oculis cecidit et expirauit. Christianus verò collusor illius pauore nimio in amētiā versus, elāguit, et vitā miseram dira morte finiuit.* Quartū est eiusdē. *Frater quidā, inquit, ordinis prædicatorū, bonus & veridicus narrauit mihi, quod qdā ludo tesserarū nudatus adeo desperatus ē, vt arrepto arcu sagittā sursū in aerē iaceret quasi ipsū cęli Dñm percussurus: et mox sagitta reuersa ante faciē iacētis, sāguine recēti totaliter infecta reperta est. Qui mox in maximas lacbrymas resolutus fratrem,*

Cæs. lib. 5. c. 34.

Cantip. li. 2. cap. 49.

fratrem, qui mihi hęc narrauit, ad duo milliaria q̃sitũ, inuenit, & cõfessus vitã suam cum mira pœnitentia ac deuotione correxit. Quintũ est Theodori Greimundi Iureconsulti, apud Tilm. Bredenbachiũ. Bred. lib. 3. coll. c. 18.
Anno, inquit, MCCCLXXXIII. *fuit homo quidam nomine Schelkropff ex infima plebe, qui in lustris & tabernis agebat ludi appetentissimus. Hic cũ aliqñ in publico diuersorio suburbii Moguntini, Filezbach appellati, taxillorũ lusu pecuniã ferè omnẽ perdidisset, cœpit tãdẽ, vt solebat, grauiter stomachari, & post cõuitia in collusores iacta, Deũ & sanctos blasphemare. A sociis aũt nihil placatiore aĩo digressus, cũ peruenisset ad sacellũ inter D. Albani et D. Marię in Cãpis ædem* (nunc S. Crucis dictam) *Christi è cruce pendentis ligneam statuã atrociter vulnerauit, & vnico ictu ceruicẽ crucifixi dissecuit. Mox & diuæ Virginis, aliorumq; sanctorũ signis cruci astantibus cæsim & punctim plæraque vulnera inflixit.* At *ilico multus cruor effluxit, haud secus, quã si viui homines eam iniuriam perpessi forent. Schelkropff verò expleta impietate sua siue nutu Dei affixus, siue ipso crucis miraculo exterritus inde pedẽ nõ mouit, donec à superuenientib. in flagranti crimine deprehensus, & in vrbẽ Moguntinã deductus, viuus in conspectu populi nõ longè ab vrbe in loco, quẽ Iudęorũ arenã vocant, exustus est. Imagines deinde vulnerib et cruore insignes in D. Virginis, vel S. Crucis templum sacerdotum manibus translatæ fuerunt, vbi in hodiernum vsque diem ille cruor visitur, & admodum religiosè colitur multique mortales, variè afflicti susceptis votis Dei Opt. Max. clementiam & salutem experti sunt.* Exstat hæc historia eleganti carmine ab eodem Theodorico descripta, & ante centum annos in tabula eiusdem sacræ ædis appensa. Cui aliam non absimilem habes apud Bredenbach. capit 13. eiusdem libri 3. Collat.

V. REM. Considera dicta factaq; Gentilium Aristoteles in Ethicis ad Nicomachum scribit aleatores, fures & latrones esse illiberales, eo ꝙ in turpi lucro versentur, & quæstus cã oĩa ẽt probra sustineant. Plato annotauit alicubi aleam & reliquas perniciosas artes à dęmone, quem appellat Theut, inuentas esse, & ad Thamum Aegypti regem delatas. Horatius libro primo odarum asseuerat vetitum legib. aleæ lusum. Octauius Cæsar in iuuentute ex aleæ lusu ignominiã cõtraxit, teste Suetonio, de quo & vulgatum distichon. Arist. 4. Eth. c. 1. Plato in Phædro. Hor. od. 1. 8. Suet. c. 71. in Octau.

Postquam bis classe victus naues perdidit,
Aliquando vt vincat, ludit assidue alea.

Emendauit aũt vitium senex. Eo enim tempore lusit quidẽ talis & alea, sed tñ oblectamenti causa inter cęnam γεροντικῶς. Notatus ab eodem est. Imperator Caligula, ꝙ non contempserit quæstum etiã ex vsu aleæ factum. Vlpianus ex Prætoris edicto in eum aĩaduerti vult, qui cõpulit alea ludere, vt aut mulctetur, aut in latomias, vel vincula publica ducatur. Vnde denegatur actio pro subtracto in Suet. c. 41. in Calig. L. 1. de aleat. tit. 5. ibid.

domo

domo ludentiũ:nec,si quis verberauerit eum,qui ad ludendũ habitationem præbuit,iniuriatũ nõie tenetur.Iustin.quoq; exstat cõstitutio, qua statuit nulli licere in publicis vel priuatis domib. vel locis ludere,vel ludentes inspicere.Ioan.Cuspinianus in lib.de Turcarũ ĩstitutis,scribit Agarenos seu Turcas quocũq; gñe ludi deposita pecunia ĩstituti ignominia affici, & deiceps supplicio grauiori.

I. fin. l. fin. de relig. & sũpt. fune lib. 3. C. Cu spin. c. de mor. Tur.

VI. REM.Considera diligenter, cum ludus sit res adiaphora in se,quando secundũ moralis Theologię tractatores reddatur licitus vel illicitus. Hi vero decernunt ludum,ẽt alearũ & chartarũ, si conuenienter rectæ rationi instituatur,posse non solum alienum esse à reprehensione,sed ẽt virtutis nomen obtinere,quã Arist.in 4.Ethicorum εὐτραπελίαν, hoc est, vrbanitatem , S Thomas iucunditatem appellet. Rationi aũt consentaneum esse, si nõ vitietur accessione peruersæ circunstantiæ: vitiati autem,si in quantitate pecuniæ pro victoris mercede depositæ excedatur. 2. si ludus cum offendiculo circũstantium instituatur.3. si loco vel tempore alieno, vt dum frequentandæ sunt conciones,diuinaq; officia. 4. si occasionẽ pra beat iurgiis,periuriis,blasphemiis,5.si ludo interueniant fraudes & doli. quoniam.n. hæc vitia ludum imprimis alearum comitari solent,id circo legibus tam politicis quam Ecclesiasticis vetitus vr̃. Quod verò ad clericos,religiososq; attinet, sub lethali culpa alearum ludus eis est interdictus.Nam cap.inter dilectos.extra.de Excessibus Prelatorum,ob aleæ vsum clericus iubetur deponi, quæ pœna non iñfligitur nisi ob noxam mortalem.Et Concil.quidem Tridentinum, agens de Reformatione,oẽs canonicas pęnas & leges innouauit . Idem sentit Nauarus cũ aliis,quos in Manuali allegat. *Cæterum*,inquit noster Lud.Molina tract.2.de Contractib.*cum pęnæ illæ publicis aleatorib.sint impositæ,qui non semel,aut raro ludunt.sed ludo sũt dediti non iudico condemnandos esse culpæ lethali,eos clericos,qui sine aliorum scandalo,recreationis gratia chartis ludunt quantitates modicas,quæ conditionẽ ac statum ipsorũ,spectatis eorũ redditib. ac bonis;non dedeceant.Neq; hos dãnare lethalis culpæ videtur Nava.qui eos solos culpæ lethalis dãnat,qui notabilẽ quantitatẽ ludunt.Eiusmodi tamen ludus chartarũ & multo magis tesserarum indecens valde illis est,atq; omnino dissuadendus: præsertim cũ multi strictius de hac re loquantur,& ego loquerer, si Ecclesiasticorum mores non adeò ab antiquo illo statu primitiuæ Ecclesiæ deflexissẽt:Quare et religiosis lõge magis ĩdecẽs ẽ,et scãdalosus aliis,eo ipso,ꝙ arctiorẽ vitã ꝓfitentur, maiorq;ĩ populo opinio est de ipsorũ obseruantia ac sãctitate.*Hęc ille.

Arist.c.8. Tho.22.qu.168.a.2.

C Trid sess 25.c.1. Nau c.19.n.9. Mol.disput.322. n.9.

VII.REM.Considera aleæ nomine intelligendos esse ludos omnes,qui pendent à casu ancipiti,vt foliorum, tesserarum talorum, astragalorum,tabularum,& similium.Eodem quidam referunt ludum scachorum,vel latrunculorum. Nam S.Bern. Militum templi

Bern.c.4.

Ordinem

Ordinem laudat, q̃ à lusu scachorũ & alearũ abhorreat. Sic.n. loquitur in sermone exhortatorio ad illos. *Verbũ insolens, opus inutile, risus immoderatus, murmur vel tenue, siue susurriũ nequaquam ibi deprehenditur inemendatũ. Scachos & aleas detestantur, abhorrẽt venationẽ, nec ludicra illa aucũ rapina, vt assolet, delectantur. Mimos et magos, & fabulatores, scurrilesq; cantilenas, aut ludorũ spectacula tã quã vanitates & insanias falsas respuunt & abominãtur.* B. Petrus Damianus Cardinalis verò in epistola ad Alexandrũ II. Pontificẽ Romanũ, & Hildebrandum Cardinalem data, contendit aleę nomine in canonibus Ecclesiasticis comprehendi scachos. Cum.n. Episcopum quendã sui itineris comitem deprehendisset in diuersorio scachis ludentem, his verbis eum aggressus est. *Liberata manus virgas exero, plagas infigere quæro: si sit qui terga subiiciat. Et ille. Inferatur inquit, culpa, non recusabitur pœnitentia. Rectène, inquã, tuique erat officii vespere in scachorũ vanitate colludere, & manũ Dominici corporis oblatricẽ, linguã inter Deum, & populũ mediatricẽ sacrilegi ludibrii contaminatione fœdare? præsertim cũ canonica decernat authoritas, vt aleatores Episcopi deponãtur. Et quid prodest ei, quem efficaciter auctoritas dãnat, etsi iudicium extrinsecus non accedat? Ille autẽ ex diuersitate nominũ defensionis sibi faciens scutum, ait, aliud scachũ, aliud aleã esse. Aleas aũt auctoritas illa prohibuit, scachos vero tacendo concessit. Ad q̃ ego. Scachũ, inquã, Scriptura non ponit, sed vtriusq; ludi genus aleę nomine cõprehendit. Quapropter dũ alea prohibetur, & nominatim de scacho nihil dr̃, constat procul dubio vtrũq; genus vno vocabulo cõprehensũ, vnius sñiæ auctoritate damnatũ. Tunc ille vt mitis est animi & perspicacis ingenij redditis rõnib. humiliter acquieuit, culpã nullatenus iterandã certa pollicitatione cõstituit, miungi sibi pœnitentiã postulauit. Cui mox pręcepit, vt ter psalteriũ meditando percurreret, ac duodecim pauperũ pedes, suas potius à culpæ contagio manus ablueret, & imprimẽs alienis vestigiis ora, pacẽ sibi cũ Dño, quẽ per flendos iocos offenderat, reformaret.* Hoc autẽ *diximus, vt q̃ inhonestũ, q̃ absurdũ, quã deniq; fœdũ sit hoc in sacerdote ludibrium ex alterius emendatione noscatur.* Ex recentioribus Doctoribus Martinus Nauarrus cap. 19. Manualis, scribit ludum scachorum esse quidem magis licitum, quam aliquot alios lege prohibitos, inter omnes tamen ludos esse ineptissimũ, eo quod magis arti & industriæ, quam fortunę nitatur, atq; ideo minus, quã alii, animum relaxet. Quam censuram alii improbant, docentq; optimũ esse ludum, vt in quo coniungatur industria cum fortuna. Ludus siquidem nomen suum retinere nequit nisi ad animi relaxationem referatur, at maior relaxatio capitur, vbi industriæ & ingenio locus est. Vtut sit, securius est, quando discrepantes de hoc genere ludi extant sñiæ, in totum propter allegatos Auctores ab eo abstinere.

Dam. lib 1. ep 10.

Nau. n. 3.

VIII. REM.

Cyp Idit. VIII. REM. est B Cyp. loco supra citato, q̃ adscribam eius verbis. *Esto, inquit, potius, non aleator, sed Christianus. pecuniã tuam adsidente Christo, spectantib. angelis, & martyribus præsentib. super mensam Dominicam sparge: patrimonium tuũ, q̃ forsitan sæuo studio perditurus eras, pauperibus diuide: diuitias tuas Christo vincenti cõmitte: seruus cum Domino tuo vecare, studio deifico obsequere, artẽ Domini imitare, quæ non perdit, sed potius acquirit. Desine ab illis tuis furacissimis morib. cohibe præcipitem nequitiã tuã: sit tibi cum pauperib. quotidianus lusus: sit tibi cum viduis frequens operatio: censum et apparatus tuos omnes ad studium Ecclesiæ distrahe: aurum tuum & argentum, & pecunias tuas in thesauris cœlestibus repone, fundos et villas tuas iusta operatione ad paradisum remoue, vt peccata donentur tibi, eleemosynis & operationibus continuis incumbe.*

IX. REM. Considera antidota vitiorũ in hoc ipso opere tradita, quorũ occasione vel ad perniciosos ludos excitamur, vt est, *acedia, auaritia, choreæ, colloquia otiosa, consuetudo praua, ebrietas, otiũ, societas praua, voluptas carnalis:* Vel in quæ per varios in ludo excessus icidimus, vt est *Scandalũ*, vel *exẽplũ prauũ, iuramẽtum, blasphemia, periuriũ, fraudes, mẽdacia, ira, odia, discordia, homicidia, adulteria, vindicatio iniuriæ, contumelia, detractio, desperatio*, & alia huiusmodi.

LVXVRIA.

Remedia contra Luxuriam.

I REM. Considera quid de Luxuria, vel libidine, lasciuia, concupiscentia carnis, (quæ nomina eiusdem rei sunt) diuinæ litteræ

Exod. 20. 14 prodiderint. Primo. n. prohibent, vt liquet ex sexto Decalogi præ-
Leuit. 19. 20 cepto fornicationẽ & adulteriũ, quæ sunt species luxuriæ, ac sub iis
Deut. 5. 17. nominib. omnẽ illegitimũ concubitũ, & impurã quãcunq; libidi-
Eccl. 5. 2. nẽ, eiusq; occasiones, Ait. n. Sapiẽns. *Ne sequaris in fortitudine tua*
Eccl. 9. 5. *concupiscentiam cordis tui.* Et. *Virginẽ ne conspicias, ne forte scanda-*
Eccl. 18. 30. *lizeris in decore illius.* Et. *Post concupiscentias tuas non eas, & a vo-*
Math. 5. 28 *luntate tua auertere.* Deinde Christus, *Audistis, quia dictũ est antiquis. Non mœchaberis. Ego aũt dico vobis, quia oĩs qui viderit mu-*
Rom. 13. 14. *lierẽ ad concupiscẽdum, iam mœchatus est eã in corde suo.* Et Paulus.
Eph. 5. 3. *Carnis curam ne feceritis in desideriis.* Et. *Fornicatio & oĩs immun-*
1. Pet. 2. 11. *ditia aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut tur-*
2. Pet. 1. 4. *pitudo.* Et D. Petrus. *Carissimi obsecro vos tanquã aduenas, abstinere vos à carnalib. desideriis, quæ militant aduersus animã.* Et. *Efficiamini diuinæ naturæ consortes, fugientes eius quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem.* 2. produnt luxuriosos exclusos esse regno cœ-
Rom. 8. 13. lorum. *Si secundum carnem vixeritis*, Ait Apostolus, *moriemini.* Et.
1. Cor. 6. 9. *Nolite errare, neq; fornicarii, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq;*
Gal. 5. 10. *molles,*

molles, neq; masculorum concubitores regnum Dei *possidebũt.* Et. *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immũditia, impudicitia, luxuria, &c. q̃ prædico vobis, sicut prędixi, qm̃ qui talia agunt regnum Dei non consequẽtur.* Et B. Iacobus. *Concupiscentia cum conceperit parit peccatum vero cum consummatum fuerit generat mortem.*

II. REM. Considera SS. Patrum testimonia. Cypr. *Pudicitia,* inquit, *est honor corporũ, ornamentũ morũ, sanctitas sexuũ, vinculũ pudoris, fons castitatis, pax domus, concordiæ caput.* Et paulo post. *Sed vt matura & in viris probata semper, & à feminis appetenda: sic inimica eius impudicitia semper est detestanda, obscœnu ludibrium reddens ministris suis, nec corporibus parens nec animis. Debellatis enim propriis moribus, totũ hominẽ suum sub triumphũ libidinis facit: blanda prius, vt plus noceat, cũ placet, exhauriens rẽ cũ pudore, hostis continentiæ, frequenter perueniens ad sanguinem, cupiditatũ infesta rabies, incendiũ conscientiæ bonæ, mater impœnitentię, ruina melioris ætatis, contumelia generis, &c.* Lactantius in libris institutionũ. *Mens inquinata contagione impudici corporis nõ pōt, nisi & lõgo tempore, et multis bonis operib. à colluuione, quæ inhæserit purgari.* Et rursum. *Nec tñ deficiet aliquis, si semel à voluptate victus sit. pōt. n. reduci, si eũ pœniteat actorum. Nihil. n. officiunt peccata vetera correcto quia superueniens iustitia labẽ vitæ prioris aboleuit.* Amb. de Cain & Abel. *Sæuus criminũ stimulus libido est, quę nunquã manere quietũ patitur affectũ: nocte feruet, die anhelat, de somno excitat, à negotio abducit, à ratione reuocat, aufert consilium, amentes inquietat. lapsos inclinat. nullus peccãdi modus, & inexplebilis scelerũ sitis nisi morte amantis extingui non pōt.* Et in Lucã. *Etenim quasi clauis suffigitur aīa corporeis voluptatib. & cũ semel adhęserit cupiditatibus demersa terrenis, difficile in altiũ pōt, vnde descendit sine Dei fauore reuolare. Actuum. n suorũ vincta laqueis, & secularũ deliciarũ illecebris ob noxia tã tenetur.* Hier. aduersus Iouinianũ. *Amor formę rõnis obliuio est, & insaniæ proximus, fœdũ minimeq; conueniens aīo sospiti vitiũ: turbat consilia, altos & generosos spiritus frangit, à magnis cogitationib. ad humillimas detrahit, querulos, iracundos, temerarios, durè imperiosos, seruiliter blãdos, omnib. inutiles, ipsi nouissimè amori facit. Nã cũ fruendi cupiditate insatiabilis flagrat plura tpa suspicionib. lachrymis, conquestionib. perdit, odiũ sui facit, & ipsi nouissimè sibi odio est.* Et post. *Doctissimi viri vox est, pudicitiã imprimis est retinendam: qua amissa omnis virtus ruit. In hac muliebrium virtutũ principatus est. Hęc pauperẽ commendat, diuitẽ extollit, deformẽ redimit, exornat pulchrã. bene meretur de maiorib. quorũ sanguinẽ furtiua sobole nõ viciat, &c.* Aug. lib. 4. de ciuit. Dei. *Cũ sint multarũ libidines rerũ tñ cum libido dicitur, nec, cuius rei libido sit, additur, non fere assolet aīo occurrere nisi illa qua obscœnæ partes corporis excitantur. Hæc autem*

sibi

Cyp. de bono pudicitiæ.

Lact. l. 6. ca. 23.

Id. c. 24.

Amb. l. 2. c. 5

Id. in c. 4.

Hier. libr. 1. sub fi.

Aug. c. 16.

sibi non solum totum corpus, nec solum extrinsecus, verumetiã intrinsecus vendicat, totũq; cõmouet hominẽ animi simul affectu cũ carnis appetitu coniuncto atq; permixto. Ut ea voluptas sequatur, quã maior in corporis voluptatib. nulla est, ita vt momẽto ipso tẽporis quo ad eius peruenitur extremũ, pœne oĩs acies et quasi vigilia cogitationis obruatur. Et contra Iulianũ Pelagianũ. Vide quid in Hortensio dialogo Tullius *pro viuacitate mentis contra voluptatẽ corporis dicat. An verò, inquit, voluptates corporis expetendæ, q̃ verè & grauiter à Platone dictæ sũt illecebræ esse, atq; escæ malorũ? Quæ n. confectio est, inquit, valetudinis, q̃ deformatio coloris et corporis, ꝙ turpe dãnũ, ꝙ dedecus ꝙ non euocetur atq; eliciatur voluptatis ...tius motus, vt quisq; ẽ maximus, ita est inimicissimus Philosophiæ. Congruere. n. cũ cogitatione magna voluptas corporis non põt. Quis. n cũ vtatur voluptate ea, qua nulla possit maior esse, attendere aio, inire rõnẽ, cogitare oĩno quicquã põt? Quis aũt tantus est gurges, qui dies & noctes sine vlla minimi tẽporis intermissione velit ita moueri suos sensus, vt mouẽtur in sũmis voluptatib. Quis aũt bona mente præditus, non mallet nullas oĩno nobis à natura voluptates datas? Hæc ille dixit, qui nihil de primorũ hominũ, vita, nihil de paradisi fęlicitate, nihil de corporũ resurrectione crediderat.* S. Greg. lib. 31. moral. *De luxuria cæcitas mentis, inconsideratio, inconstantia, præcipitatio, amor sui, odiũ Dei, affectus præsentis seculi, horror autẽ vel desperatio futuri generantur.* S. Isidorus de summo bono. *Principaliter his duobus vitiis diabolus humano generi dominatur: id est, superbia mentis, & luxuria carnis.*

III. REM Considera, quanta sit in morbo luxuriæ sanando difficultas, vt eo plura & efficaciora antidota cõquiras. B. Hier. ad Furiã ita scribit. *Oĩa alia peccata extrinsecus sunt; & quod foris est facile abiicitur. Sola libido insita à Deo liberorũ procreationẽ fines suos egreditur, redundat in vitiũ, et quadã lege naturę in scelus erũpit. Grãdis virtutis est, & solicitę diligentiæ superare ꝙ natus sis, in carne nõ carnaliter viuere, tecũ pugnare quotidie, & inclusũ hostẽ Argi vt fabulę ferunt, centũ oculis obseruare. Hoc est ꝙ Apostolus verbis aliis loquebatur. Oẽ peccatũ, ꝙ fecerit homo, extra corpus est: qui autẽ fornicatur, in corpus suũ peccat.* Alibi verò, vt in epist. ad Eustochiũ, de custodia Virginitatis suo exemplo difficultatẽ illã exaggerat. *O quoties, inquit, ego ipse in eremo cõstitutus, et in illa vasta solitudine, quæ exusta solis ardorib. horridũ monachis præstat habitaculũ putabã me Romanis interesse deliciis. Sedebã solus, quia amaritudine repletus erã. Horrebãt sacco mẽbra deformia, & squalida cutis situm Aethiopicę carnis obduxerat. Quotidie lachrymæ, quotidie gemitus: et si qñ repugnantem somnus imminens oppressisset nuda humo vix ossa hęrẽtia collidebã. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metũ tali me carcere ipse dãnauerã, scorpionum tantum socius & ferarum, sæpè choris inter*

erant

lib. 4 c. 14.

Greg. c. 31.

Isid. l. 2. c. 39.

Hier. ep. 10.

1. Cor. 6. 18.

Id. in ep. 22

eram puellã. *Pallebant ora ieiunijs, & mens desideriis æstuabat in frigido corpore, & ante hominẽ suum iam carne præmortua, sola libidinũ incendia bulliebant*, &c. Hier. consentit Aug. dum in libr. de honestate mulierũ sic loquitur. *Inter omnia certamina Christianorũ sola dura sunt prælia castitatis, vbi quotidiana est pugna & rara victoria. Grauem namq; sortita est castitas inimicũ, cui quotidie resistit, & semper timetur.* Quam autem ipsæ suæ conuersionis tempore in hoc vitio difficultatẽ senserit, ipse tam lamentabiliter in libris Confessionũ exponit, vt vel ex horrore capilli erigi possint lectori, maximè cũ libido consuetudine longa iã callum quasi obduxisset. *Dũ seruitur*, inquit, *libidini facta est consuetudo, & dũ consuetudini non resistitur, facta est necessitas*. Palladius quoque in historia Lausiaca, scribit S. Pachomium optasse ferarum dentibus laniari, eo q 40. annorum solitudine, ieiuniorum, aliarumq; rerum asperitate non potuerit hunc hostem expugnare, licet nũquam hosti succubuisset. Deinde & B. Mosen è latrone eremitam, cuius vita quondam parũ continens fuerat, nulla ieiunii seueritate potuisse lasciuiam carnis domare. Imò cum post sexennium ieiunio vigilias diuturnas, longas preces, multasque lacrymas iunxisset, nihil tamen obtinuisse, donec tãdem post exantlatos multos alios labores benedictione Patris sui spiritualis quietem aliquam, fremente licet Satana, meruisset. Quibus exemplis Deus videtur ostendere voluisse, quàm sit arduum, in irum semel cum luxuria fœdus dissoluere.

Aug. c. 2.

l. 1. li. 6. confess. c. 11. 12. & seq. & l. 7.

Pallad. c. 16.

Id. c. 22.

IV. REM. Vt primum animum tuum titillauerit cogitatio libidinis, confestim eã expelle. Queadmodũ. n. miles ianuã domus ingressus facile totã domũ occupat, sic carnis tentatio. Vnde B. Cypr. *Diaboli primis titillationibus obuiandum est, nec coluber foueri debet, donec in serpentẽ formetur*. Hier. in Ecclesiasten. *Diabolus serpens lubricus est, cuius capiti, hoc est, primæ suggestioni si non resistatur, nõ est dubitandum, quin in penetrale cordis furtim illabatur.* Et in Epistola citata ad Eustochium. *Nolo sinas cogitationem libidinis crescere, nihil in te Babyloniũ, nihil confusionis adolescat. Dũ paruus est hostis interfice. nequitia, ne zizania crescant, elidatur in semine. Audi psalmistã dicentẽ. Filia Babylonis misera: beatus, q retribuet tibi retributionẽ tuã. Beatus q tenebit, et allidet paruulos tuos ad petrã. Quia. n. impossibile est in sensum hõis non irruere innatũ medullarũ calorẽ, ille laudatur, ille pdicatur beatus, q vt cœperit cogitare sordida, statim iterficit cogitatus, & allidit ad petrã, Petra aũt Christus est.* Et Cass. in libro sexto institutionum. *Illius præcepti iugiter meminisse debemus. Omni custodia serua cor tuum, & secundum Dei principale mãdatum solicitè serpentis ob eruare noxium caput, id est, cogitationum malarum principia, quibus serpere in animã nostrã diabolus tentat: ne si caput eius per negligentiam penetrauerit cor nostrum, reliquum*

Cypr. ser. de ieiunio.

Hier. in c. 9.

Psal. 136.

Cass. c. 13.

Prou. 4.

Gen. 3.

T eius

eius corpus, id est, oblectationis assensus illabatur. Qui procul si fuerit intromissus morsu virulento mentem interimet captiuatam. Emergentes etiam peccatores terræ nostræ, id est, sensus carnales in matutinis sui ortus nos oportet extinguere, & dum adhuc paruuli sunt allidere
Psal. 136. 8. *filios Babylonis ad petram. Qui nisi dum tenerrimi sunt fuerint enecati, adulti per conniuentiam ire perniciem nostram validiores insurgẽt.*

V. REM. Si aditum forte cogitationi tua incuria dederis, & periculum sit consensus, magno affectu clama ad Dominũ, more eorũ, qui orta tempestate in discrimine sunt naufragii; ac breuia aliqua
Psal. 69. 2. Iu efficaciaq; S. scripturæ dicta vsurpa, vt, *Deus in adiutoriũ meum in-*
Hier. ad Eustoch. *tendit, Domine ad adiuuandũ me festina. Iesu fili Dauid miserere mei.* Ita consulit B. Hier. epist. citata. *Non soluatur,* inquiens, *fascia pectoralis, sed statim vt libido titillauerit sensuum, aut blandũ voluptatis*
psal. 117. 6. *incendium dulci nos calore perfuderit, erumpamus in vocẽ. Dñs auxi-*
psal. 41. 12. *liator meus, non timebo, quid faciat mihi caro.* Cum paululũ *interior homo inter vitia atq; virtutes cœperit fluctuare, dicito. Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? spera in Domino, quia cõfitebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus.* Nec mirũ, quod ad Deũ cõfugias, quia inter omnes virtutes maximè castitas doni diuini nomẽ
Sap. 8. 21. obtinuit. Vnde Sapiens. *Sciui,* inquit, *quoniam aliter non possem esse conti-*
Dan. 13. 35. *nens, nisi Deus det, & ideirco adii Dominũ & deprecatus sum illum.*
2. Cor. 12. 8. Sic B. Susanna in angustiis constituta ad solũ Deum perfugium habuit. Sic Apostolus ter Deũ rogauit, cũ stimulos carnis pateretur.
Aug. 10. con Sic Aug. clamauit. *O amor, qui semper ardes, & nunquã extingueris.*
fess. c. 29. *Caritas Deus meus accende me. Continentiã iubes. Da quod iubes, &*
Greg. orat. in laudem Cyp. *iube quod vis.* Sic B. Iustina, teste Nazianzeno, cũ eius pudicitiã at-
Sur. in vita. tentaret Cypr. magus deploratis omnib. aliis remediis ad Deum, & B. Virginẽ Mariã confugit, & magũ dæmon obsedit. Sic S. Thomas Aquinas, cũ procax scortum in eius cubiculum immissum esset, statim auxiliũ Christi, & B. Virginis implorauit, orans in hunc modũ. *Ne sinas quæso Domine Iesu, & tu sanctissima mater et virgo Maria, vt tam immani me scelere obstringam.* Et ilico titione ex igne rapto, illud fugauit, ostioq; concluso à duob. Angelis lumbos sibi constringi sensit, ad perpetuã continentiã seruandã, quam
Matt. 6. & impetrauit. Sic deniq; nos ipsi quotidie in Dominica oratione Deum precari, vt ne inducamur in tentationem, à saluatore instituti sumus. Eodẽ pertinet si feruente tentatione aliquando ob oculos ponas Cristũ quasi præsentem, & cruci pro te suffixum. Quod suadet pius
Hug. li. 3. de anima c. 23. & Hugo de S. Victore *Quoties,* inquiens, *te sentis turpibus cogitationibus pulsari, & ad illicitã delectationem affici, toties pone ante mẽtis oculos quõ Christus in cruce crucifixus est pro te. Intuere quõ à Iuda Iudæis traditur, & quam viliter pertractetur, blasphemetur & colaphizetur, iudicetur, & cõdẽnetur, expolietur, et flagelletur, ad vltimũ*

verò

verò contumeliis affectus inter duos latrones suspenditur, clauis crucis affixus, sputis derisus, spinis coronatus, lãcea perforatus, ex oĩb. partib. sãguis emanat, et ĩclinato capite emittit spiritũ. Ita redẽptor tu' moritur, p te, et tu nescis, cuiusmodi sordida cogitatiõe sordidaris ĩ mẽte?

VI. REM est Fuga. Hoc remedium praescripsit Apostolus dicẽs in priore Epistola ad Corinthios. *Fugite fornicationem.* Vnde Aug. in serm. quodam Dominicae 25. post Trinitatẽ. *Quod libidinẽ fugiendam esse suggerimus, Apostolus Paulus euidenter ostendit, qui cũ oĩbus vitiis praedicauerit resistendũ, dum contra libidinem loqueretur, non dixit. Resistite, sed fugite fornicationẽ. Sic & alibi in scripturis diuinis legimus. Noli, inquit, in faciẽ virginis intendere, ne te scandalizet vultus eius. Et beatus Iosep, vt impudicam dominã posset euadere pallium, quo apprehensus fuerat reliquit & fugit. Ergo contra libidinis impetum apprehende fugam, si vis obtinere victoriam.* Nec tibi verecundum sit fugere, si castitatis palmã desideras obtinere. Sic & Ambrosius in libro de Poenitentia. *Transeamus & nos ignẽ libidinis, quem timens Paulus, sed nobis timens, qui castigando corpus suum fecerat, vt iam non timeret sibi, sed dicit nobis. Fugite fornicationẽ. Fugiamus ergo tanquam sequentẽ, quę nõ post nos, sed in nobis sequitur. Nosmetipsos ergo videamus diligenter, ne dũ illã fugimus, nobiscum eam portemus. Voluntas n. plerumq; fugere, sed si non penitus excutimus animo, tollimus eam magis, quã relinquimus.* Causa aũt cur hoc vitium fuga magis, quã congressu & pugna expugnetur, illa vr̃, q cum naturali affectione nostra maximam habent coniunctionem, atq; ita iucunda quadã necessitate voluntatem trahat ad peccatũ. *Vnusquisq; enim*, ait B. Iacobus Apostolus, *tentatur à concupiscẽtia sua illectus & abstractus.* Vnde Cass. alicubi vocat, *pugnam inuisceratam.* Deinde, quia delectatio morosa imprimis viget in hoc peccato. neq; enim solum actio externa ab interno desiderio in eo distinguitur, de quo illud Christi intelligitur. *Qui viderit mulierẽ ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo*, sed etiam ipsa delectatio, qua oblectatur animus de cogitatione turpi, saepè est mortalis, ẽtsi factum repudietur. *Totus homo*, inquit Aug. in lib. de Trinitate, *dãnabitur, nisi hęc quae sine voluntate operandi sed tñ cum voluntate animũ talibus oblectandi solius cogitationis sentiũtur esse peccata, per mediatoris gratiã remittantur.* Vnde illud Hieron. *Perit & mente virginitas.* Et Cass. districtam, vt ipse vocat, S. Basil. sententiam laudat dicentis. *Et mulierem ignoro, & virgo non sum.* Quare iidem S. Patres primo hoc vitium conuenienter phrasi Paulinae vocant ignem. quis enim ignem forte in sinu exortum nõ statim excludat? ac Ambr. quidem in libro priore de poenitentia allegat illud. *Bonum est nubere magis quam vri.* Est enim flãma, inquit, quae interna vrit. Basilius verò in Constitutionibus monasticis,

1. Cor. 6. 18.
Aug. serm. 1. Et l. de honest. mul. c. 1.
Ec. 9. 5.
Gen. 39. 12.
Amb. l. 2. c. 14.
1. Cor. 6. 18.
Iac. 1. 14.
Cass. coll. 4. cap. 7.
Matth. 5. 28.
August. 12. de Trin. c. 12.
Hier. epist. ad Eust.
Cass. l. 6. c. 19.
Amb. c. 13.
1. Cor. 7. 10.

Eph 6.16. illud *Sumẽtes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.* Deinde conferunt cum voluptate pestilenti Quid verò studiosius fugimus quam pestem? Ita idem Basilius in regulis fusius disputatis. Et Ambrosius sic scribens de fuga Ioséphi Patriarchę.
Basil. q. 19. Amb. de Ioseph cap. 5. *Qui cum ab vxore Domini conueniretur, teneri veste potuit, animo capi non potuit: ac ne ipsa quidem verba diu passus est. Contagium enim iudicauit, si diutius moraretur, ne per manus adulterę libidinis incentiua transirent.*

VII. REM. Castigatio corporis, per ieiunia, vigilias, flagellationes, aliaq; id genus, semper à sanctis omnibus vsurpata exemplo Apostoli scribentis *Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne*
1. Cor. 9. 27. Naz. de Iu. S. Cyp. *quando reprobus efficiar.* Hoc antidotum, teste B. Greg. Nazianzeno, vsurpauit post preces B. Iustina cum à Cypriano mago pelliceretur ad libidinem. *Ieiunii, atq; humi cubitationis,* inquit, *pharmaco sese communiit, vt formę venustatem tanquam insidiosam obscuraret, sicq; flammæ materiam subtraheret, ac libidinis faciẽ absumeret: partim vt humilitate sua propitium sibi Deum & exorabilem redderet. Neq; enim vlla re perinde, atq; corporis animiq; afflictione concilia tur Deus, lachrymisq; misericordia vicissim rependi solet.* Imò vsurpauit & ipse Gregorius. Nam in carmine quo deplorat animæ suę calamitatem ita loquitur. *Cœlestẽ regẽ, qui oĩa imperio tenet supplex obtestor, vt corporis aĩæq; bellũ in me cõprimat, nimirũ præstabiliori parti, vt æquũ est, deteriorẽ subiiciens, &c. ventri claustra impono, animũ mœrore conficio, lachrymarũq; vim profundo, sẽpiterno regi debilitata genua flecto, ac sordidatus incedo, &c. pro lecto mihi thorus*
Amb. l. 2. c. 14 *est, pro linteis ciliciũ, & pauimentũ lacrymis perfusũm.* Amb. libr. de pœnitentia. *Libido grauis ignis est, & ideo nõ demus illi alimẽta luxuriæ. Pascit libido cõuiuiis, nutrit deliciis, vino accẽditur, ebrietate*
Hier. ep. 10. *flãmat.* Hier. ad Furiã, de viduitate seruãda. *Ardẽtes diaboli sagittę, ieiunorũ et vigiliarũ rigore restinguẽdę sunt.* Et post. *Quid necesse est nos iactare pudicitiã, q̃ sine comitib. & appẽdiciis suis, cõtinẽtia &*
1. Cor. 9. 27. *parcitate, fidẽ sui facere nõ pt. Apostolus macerat corpus suũ, et aĩæ subiicit imperio, ne q̃ aliis præcipit ipse nõ seruet, & adolescentula*
Ep. 22. de cu stod. Virg. *feruẽte cibis corpore de castitate secura est?* Et ad Eustochiũ se vsum hoc antidoto fatetur. *Oĩ auxilio in eremo destitutus ad Iesu iacebã, pedes, ait, rigebã lacrymis, crine tergebã, & repugnantẽ carnẽ hebdomadarũ inedia subiugabã. Memini me clamantẽ diẽ crebro iũxisse cũ nocte, nec prius a pectoris cessasse verberib. quã rediret Dño increpãte trãquillitas* Et inf. *Si quid itaq; in me põt esse consilii, si experto creditur, hoc primũ moneo, hoc obtestor, vt sponsa Christi vinũ fugiat pro veneno. Hæc aduersus adolescentiã prima arma sũt dæmoniũ. Facilè aliis caremus vitiis, hic hostis nobis inclusus est. Quocunq; pergimus, nobiscũ portamus inimicum. Vinum & adolescentia duplex incendium*

incendium voluptatis est. Quid oleũ flammæ adiicimus? B. Greg. Romanus in primũ Regum. *Abstinentia ciborum contra hoc vitiũ fortissima est. Si enim ignis libido est, subtrahis igni materiam, cũ cibos subtrahis, & vinũ præsertim, in quo, vt est apud Apostolũ, luxuria est.* Greg. l. 5. c. 14. Eph. 5. 18.

Exempla Sanctorum qui libidinem in carne subito exortam, vel à dæmone excitatam extraordinarijs pœnis profligarunt.

PRimus fit S. Benedictus, cui cum malignus Spiritus, teste B. Gregor. in dialogis, speciem feminæ quam aliquando viderat obiecisset, tantoque libidinis igne animum eius accendisset, vt penè de deserenda eremo deliberaret, abiectis ilico vestibus nudũ se in vrticas & vepres abiecit, & tam diu in illis se volutauit, *donec p cutis vulnera*, inquit Greg. *eduxisset vulnus mentis. Ex quo tempore, sicut post ipse discipulis perhibebat, ita in eo est tentatio voluptatis edomita, vt tale aliquid deinceps minimè in se sentiret.* Greg. lib. 2. dial. c. 2.

Secundus fit S. Bernardus, vt legere est in eius vita apud Suriũ, antequam monasticen professus esset, fixius aliquando mulierẽ quandam erat intuitus. Vbi autem se collegit, tanta cupiditate vindicandi hanc curiositatem exarsit, vt subito in vicinũ lacum tẽpestate præfrigida desiliret. In eo immersus collo tenus vsq; eo cõsistit, dũ exã guis, & tñ non conglaciatus oẽm libidinis calorem extingueret. Vnde postea in religione, teste Guilhelmo Abbate S. Theodorici vitæ eius scriptore, ad eũ statũ peruenit, vt nõ mõ caro se aduersus Spiritũ non commoueret, sed Spiritus etiam vltro dominaretur carni. Lib. 1. ca. 3. & 4.

Tertius est S. Franc. qui, vt scribit B. Bonauentura in eius vita, circa conuersionis suæ primordia tempore hyemali in foueam glacie plenam seipsum plerunque mergebat, vt domesticum suum hostem perfectè subigeret. Alias verò apud Eremum de Sarthiano noctè orationi vacantem dæmon cum tentatione libidinis accendere cœpisset, chorda se verberauit fortissime, dicens. Eia frater asine, sic te decet manere, sic subire flagella: cellam deinde egressus in medias niues se abiecit. Qua pœna *sic ardorem extinxit libidinis*, inquit ille, *vt deinceps tale aliquid minimè senserit.* Bonau. c. 5.

Quartus & quintus sint SS. eremitæ, Martinian. & Iac. qui internã libidinis flãmã ex præsentia meretriculæ, quæ per fraudẽ intẽpesta nocte in earũ cellas irrepserat, ortã corporali incendio tũ in se, tũ in scorto depulere; cũ alter sinistrã manum, alter totum corpus igni ex sarmẽtis excitato immisisset, vt est in eorũ vita apud Suriũ. Vtroq; exẽplum admirabilius est, q̃ cõmemorat suo seculo in Hispania accidisse Thomas Cantipratensis de quodam Dominico Ordinis Sanct. Dominici monacho, qui ab impurissimo scorto in- Sur. 3. Febr. & 14 Ian. Cantip. lib. Apũ 2. c. 30.

uitatus ad concubitū, simulatq; aduenit, se totū in ardētissimas prunas lecti instar compositas abiecit, nec in vlla corporis parte læsus est, quo facto deuulgato mirifice familia Dñicorum propagata est.

VIII. REM. Considera fœditatem huius vitii quæ tanta est, vt propriè ei competat nomen turpitudinis & flagitii. cuius causam

1a.2.2.q.156 4. reddit B. Thomas Aquinas, quod omnia sensu, & cupiditate carnali, quæ nobis communis est cum bestiis, non ratione, metiatur. Vn-

Arist.7. Eth.cap.6. Psal.31.9. 2. Pet.2.22. Phil.3.19. de & Aristoteles, aliique Ethnici Philosophi luxuriam inter belluina vitia enumerant. at diuina scriptura luxuriosos cōfert apud Psalmographum *equis & malis, quib. non est intellectus*, & apud Petrum, *sui lotæ in volutabro luti*. Eorū vero actus appellat confusiones, vt in epistola Apostoli Iudæ. *Fluctus feri maris*, inquit, *despumātes suas confusiones*. Et B. Pauli. *Quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt*. Vnde pudefacti refugiunt lucem, semperque reformidant, ne in fœditate sua deprehendantur.

Cle.4. stro. Amb.l.2.c.5. Clemens Alexandrinus in libris Stromatum comparat libidinosum centauro, qui sursum hominis, deorsum equi effigiem refert. Ambr. in libro de Abraham Patriarcha causam reddit, cur equo rectè cōparetur. *Equus enim*, inquit *stare nescit, velox ad impetum, ceruicem exaltans suam, hinniens ad libidinem. Quid tam simile peccati? Feruet enim primo culpa impetu, & omnem recti cogitationem prauenit, motuque immaturo exilit, vt eam difficile ratio reuocare possit. Fertur in præceps, & ascensorem eius proiicit in mare illud illius seculi, ceruice tumida recusans iugum correctionis. Et specialis quędā forma libidinis, quæ vocem mutet hominis, verba amantis corrūpat, suisq; se prodat sermonibus. Denique ad Iudam per Ieremiam dicit Dominus*

Ier.13.27. Cęsar. ho.3. *Deus. Nunc videbitur ignominia tua, & adulterium tuum, & hinnitus, & alieratio fornicationis tuæ supra colles*. Cæsarius in homelia quadam, fœtorem huius vitii confert cloacæ. *Si bene*, inquit, *ac rectè iudicas, incomparabiliter grauiorem putorem reddunt cogitationes luxuriosæ, quàm cloacę*. Raimundus Capuanus S. Catharinæ Senen-

In eius vita. sis Confessarius scribit eam, si aliquando à viris vel feminis opulentis sed flagitiosis salutaretur, nihil respondisse, nec eos aspexisse, immo tergum obuertisse, & dixisse, se ex anima illorum tantum fœ-

pallad.c.29. torem efflantem sensisse, vt ad vomitum prouocaretur. Palladius in historia Lausiaca commemorat S. Pachomium, cum dæmoni, qui in specie Aethiopissæ ad tentandum ipsum aduenerat, colaphū infregisset, fœtorem manu contractum duobus vix annis eluere po-

In Sur. 20. Ianuar. tuisse. Et S. Euthymius Abbas, vt refert Cyrillus monachus in eius vita, cum forte transiret quendam qui turpi suggestioni assenserat, tantum sensit fœtorem, vt à dæmone possessus videretur.

IX. REM. Considera quam grauiter à Deo punitum sit crimen luxuriæ. Quod ad scripturas sacras attinet. Propter illud diluuio totus orbis

tus orbis periit. Sodomæ igne & sulphure de cœlo consumptæ. Hemor subito occisus, Sichem euersa. Tota tribus Beniamin ad internecionem deleta. Samson excæcatus. Ammon à fratre Absolon occisus, Dauid ipse deceptus. Salomon idololatra factus. Saræ septem mariti, occisi, senes Susannæ accusatores lapidati. Populi Israheliti ci hominū 24. millia interfecti. In aliis historiis siue Ecclesiasticis siue secularibus, exempla eiusdem generis sunt quamplurima. In B. Greg. dialogis primū est de Florentio presbytero, qui inuidēs fęlicibus Ordinis S. Benedicti auspiciis septē puellas nudas manib. consertis choreas agentes in hortum monasterio eius vicinū immisit, vt monachorum mentes ad peruersitatem libidinis inflāmarent. At Benedictus non ignarus id propter se factū, cū paucis fratribus locum deseruit. Quod vbi Florentius stans in solario cognouit, vehementer exultauit, sed confestim solarium casu suo hominē obtriuit. Alterum est, de Episcopis Africanis, qui, Iustiniani Cæsaris æuo, cum ab Ariano VVandalorum rege ob fidei constantiā illis linguę exectæ essent, vacuo tamen ore integra verba formantes clamarūt. Ecce videte, linguas non habemus & loquimur. *Quorum vnus*, inqt Greg. *Constantinopoli postea in luxuriā lapsus mox priuatus est dono mirabili: recto videlicet omnipotentis Dei iudicio, vt qui carnis cōtinentiā neglexerat seruare, sine lingua carnea non haberet verba veritatis.* Palladius in historia Lausiaca, agens de S. Macario Alexandrino. Ego, inquit, *ad eum accessi aliqñ, & extra cellā inueni iacentem quendā vici presbyterum cuius caput ita erat exesum à morbo, q dē cancer, vt ēt os totum appareret in vertice.* Is accessit ad ipsum *vt curaretur, nec eum admittebat ad colloquiū. Rogaui aūt eum dicens. Miserere huius miseri, & saltē da ei responsum. Is verò mihi respondit dicens. Est indignus qui curetur. Quod si velis eum curari, persuade ei, vt deinceps abstineat à ministerio sanctorū Sacramentorum. Ego autem ei dico. Quamobrē quæso? Is verò dicit. Fornicans sacrum peregit ministeriū, & ideo castigatur Nunc ergo si metu desistat ab eo q ausus est facere per contemptū, Deus ipsum curabit. Cūq; spopōdisset se facturum, sanctus ei manus imposuit, & paucis diebus curatus est, capilliq; eius creuerunt, & sanus domum reddit.* Deinde de B. Abbate Innocentio. *Cum is fuisset illustris in palatio inter magistratus Constantini Imperatoris mundo renunciauit profectus à matrimonio. In quo ēt habuit filium Paulum nomine domesticū, qui militabat. Is cum peccasset filiam presbyteri imprecatus est proprio filio Innocentius Deū rogans & dicens. Domine, da ei Spiritum, ne amplius inueniat eius caro tps peccandi: melius arbitratus eū pugnare cū dæmone, quam cum intemperantia. Quod etiam factum est. Nam nunc quoq; adhuc est in monte oliuarum ferrum gestans, & castigatus à Spiritu.*

X. REM. Crebra meditatio mortis, aliorumque nouissimorum.

Gen. 7. 21.
Gen. 19. 25.
Gen. 34. 26.
Iud. 20. 48.
& 15. 21.
2. Re. 13. 32.
Et 11. 4.
3. Reg. 11. 4.
Tob. 3. 8.
Dan. 13. 62.
Num. 25. 9.
Greg. 2. dialo. c. 8.
3. dial. c. 32.
Pall. c. 20.
Ibid. c. 10.

Gregor. 16. mor. c. 31. Isid. l. 2. c. 39.

Nihil enim sic, ait Greg. magnus, *ad edomandum desiderium carnaliũ appetitum valet, quã vt vnusquisq; hoc quod viuum diligit, quale sit mortuũ, penset*. Et S. Isidor. de summo bono. *Qñ impulsu dæmonũ mens ad delectationem fornicationis impellitur, diuini iudicii metus, & æterni tormenta incendii ante oculos proponantur, quia nimirũ omnis pœna grauioris supplicii formidine superatur. Sicut.n. clauus clauum expellit, ita sæpe recordatio ardoris gehennæ ardorẽ excludit luxuriæ*. Idem remediũ suis præscripsit, teste B. Athanasio, olim S. Antonius. *Cessabit*, inquiens, *amor mulierũ, libidinis extinguetur incendiũ, si ante oculos semper habebimus vltimæ retributionis aduentũ, quia maior formido iudicii*, & *pœnarũ timor horridus simul & lubricæ carnis incentiua dissoluit, & ruentẽ quasi ex alta rupe sustentat*.

Ath. I vita.

Cass. l. 6. instit. c. 4. Cantip. lib. 2. c. 30.

Vnde Cass. *Continentes multos existere non dubitamus, qui impugnationẽ carnis, q̃ vel rarò, vel quotidie sustinent, seu metu gehẽnæ, seu desiderio regni cælorũ extinguunt, atq; cõpescũt*. Tho. Cantipratẽsis in lib. Apũ tale narrat exẽplũ. *Vidi sanctũ virũ M. Guidonẽ presbyterũ Montalũ Niuellensiũ, de quo certissimè ferebatur, q cũ in Shouegia Hãnoniæ oppido scholas regeret adolescens, incautè semel feminã contẽplatus per annos tres, ẽt ipsa mortua intũ tentatus est, vt excepto eo, q vigilans sustinebat, omni nocte in somnis crederet esse præsentẽ. Sẽtiens ergo diabolum circa se non cessare, de nocte clam tumulũ mortuæ mulieris aperuit, naresque & faciem in cæno putrefacti corporis tamdiu tenuit, vt pœnè fætore nimio suffocatus quasi mortuus caderet resupinus. Quæ res in tantum valuit sancto viro, vt nullũ postea stimulum in carne sentiret*. Non absimile exemplũ habes in Vitis Patrũ de pio eremita Scythiæ, qui cùm non ignoraret sepultã feminã, cuius memoria sæpè animo recurrebat, ingressus sepulchrum abstulit putridi cadaueris partem, eamq; panno inuolutam seruabat, vt cũ sentiret libidinis commotiunculam, hunc fætorem subito applicaret ad nares, non minore sui victoria, quam sensuum molestia.

V. P. p. 2. de fornic. n. 12.

Eccli. 33. 29. Prou. 21. 25. Ezec. 16. 49.

XI REM: Otij detestatio *Otiositas*, inquit Ecclesiasticus, *multã malitiã docuit*. Eam præcipuè quã Salomon describit, dũ ait. *Desideria occidunt pigrũ. Tota die concupiscit*, & *desiderat*. Vnde Ezechiel exponens causas peccati Sodomorum, quod erat luxuriæ. *Hæc*, inquit, *fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ. Superbia, saturitas panis, & abundantia, & otiũ ipsius & filiarũ eius*. Legimus Dñm Deũ idcirco noluisse oẽs Cananæorũ populos delere, *vt erudiret in eis Israelem*, hoc est, vt occupati in oppugnandis illis non indulgerent otio. Vnde B Greg. in primũ Regũ ita scribit. *Inter opera & labores Spirituales cõtra stimulos carnis fortes sumus: sed si quasi fessi à solitæ conuersationis rigore torpescimus, vel remittimus, dũ paulatĩ negligimus, aculei carnis insurgunt, qui quasi depositis Moysi manib. Israelẽ vincunt*. Cuius cãm paulo post subiicit. *Quum duas simul res cogitare*

Iud. 2. 22.

Greg. lib. 6. c. 1.

Ib. c. 2.

non

non possumus, sit vt aliquid aliud cogitando non cogitemus immunda. Celer ergo & facilis victoria libidinis est, circumcisio cogitationis, si quoties casualia obuiant, ad aliquid aliud recurramus, quod libidinis non sit incitamentũ. In quem sensum Dei. qõne vltima, quæ est de remedio nis carnalis remedium, respondet. *Desiderium rerum meliorum.* E S. Hier. in epistola ad Rusticum monachum, docet ex Philosophorum sententia *amorem veterem, amore nouo, quasi clauum clauo, expellendum.* Quarum aũt rerum nouo amore & studium otium, omnesq; carnales cupiditates excludi queant eadem epist. inde prosequitur. *Nunquam, inquit, de manu & oculis tuis recedat liber, discatur psalterium ad verbum, oratio sine intermissione, vigil sensus, nec vanis cogitationib. patens. Ama scientiam Scripturarum, & carnis vitia non amabis. Facito aliquid operis, vt te semper diabolus inueniat occupatũ &c. Scribantur libri, vt & manus operetur cibum, & animus lectione saturetur. In desideriis est oĩs otiosus. Ægiptiorum monasteria hunc morẽ tenent vt nullũ absq; operis labore suscipiant, non tam propter victus necessitatẽ quã propter aĩæ salutẽ. Ne vagetur perniciosis cogitatiõib. mens, & instar fornicantis Hierusalẽ oĩ transeunti diuaricet pedes suos. Dum essem iuuenis, & solitudinis me deserta vallarent, incentiua vitiorum, ardorẽq. naturæ ferre non poterã, quẽ cũ crebris ieiuniis frangerẽ, mens tñ cogitationib. æstuabat. Ad quã edomandã cuidã fratri, qui ex Hebræis crediderat, me in disciplinã dedi, vt alphabetũ discerẽ & stridentia anhelantiaq. verba meditarer. Quid ibi laboris insumpserim, quid sustinuerim difficultatis, quoties desperauerim, quotiesq; cessauerim, & cõtentione discendi rursus inceperim, testis est, conscientia.*

XII. Remediũ est custodia sensuum, maxime visus & tactus. Hoc remedium præscripsit Christus Dominus apud Matthęum. *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum.* Et. *Si manus tua scandalizat te, abscinde eam.* Manu enim fit tactus. Et SS. patres. *Si Virginitatem,* ait Augustinus in libro 50. homiliarum. *animæ integram seruare desideras, quantum potes, obserua blandimenta draconis, ne forte si incautus fueris, quinque sensus, qui in te sunt, quasi quinque virgines permittas a serpente corrumpi, &c.* Et B. Greg. in verba Iob. pepigi fœdus cum oculis meis, vt nec cogitarem quidem de Virgine. *Cum sit, inquit, inuisibilis anima, nequaquam corporearum rerum delectatione tangitur, sed per quinque corporis sensus, quasi per fenestras interiora respiciens concupiscit.* Hinc etenim Ieremias ait. *Ascendit mors per fenestras, ingressa est domus nostras. Mors quippe per fenestras ascendit, & domum ingreditur, cum per sensus corporis concupiscentia vehemens habitaculum intrat mentis, &c.* Vt ergo sanctus Iob cogitationes cordis caste seruare potuisset, fœdus cum oculis pepigit, ne prius incaute aspiceret, quod postmodum inuitus amaret. Ne ergo quædam lubrica in cogitatione versemus, prouidendum nobis

est,

Aug. 10. q. 30

Hier. ep. 4.

Mat. 5. & 18.

Aug. ho. 35.

Greg. 21. moral. c. 2.

Iob 30. v. 1.

Ier. 9. 21.

est,quia intueri non decet,q͂d non licet concupisci. Idē hēt B Baſ lib. de vera virginitate,& Caſſ.lib. 6.inſtitutionum.c.3.Neglecti huius antidoti exempla non deſunt luctuoſa. Primum cuis omnium parentes Gen 3 6. Euę. *Neq.n.Eua,*ait loco iã [redacted] citato Greg. *vetitū lignū contigiſſet, niſi hoc prius incaute conſpexeret. Scriptum quippe eſt. Vidit mulier q͂d bonum eſſet lignum ad veſcendū & pulchrū oculis,aſpectuq; delecta-* Hier.ep 22. 2.Reg 11.2. *bile,& tulit de fructu illius & comedit.* Alterū eſt Dauidis regis,de quo Hier.ad Euſtochiū *Dauid ſecundū cor Dñi electus, & qui venturum Chriſtum ſancto ſæpe ore cantauerat,poſtquā deambulans ſuper tectū domus ſuæ Bethſabeæ captus eſt nuditate,adulterio iunxit homicidiū.Vbi & illud breuiter attende,quod nullus ſit ēt in domo tutus aſpectus. Quapropter ad Dñm pœnitens loquitur.Tibi ſoli peccaui,&malū coram te feci. Rex.n. erat,& alium non timebat.* O mitto alia, Samſonis, Salomonis, Holofernis, duorum ſeniorum apud Danielem,&c.

XIII.Remed. Conſidera exempla eorum,qui pro caſtitate corporis tuenda atrociſſima queque ēt mortem ipſam,perpeſſi ſunt. In veteri teſtō habemus exemplū B.Ioſeph,& Suſanæ.In nouo S.Teclę, Euſ.l.8.3. de Virg. Et ea hort. ad Virgin. Agnetis, Agathæ, Ceciliæ, & aliarum.Euſeb. Cæſarienſis refert de Romana,quæ ſe transfodit,ne a Maxentio tyrāno vitiaretur Amb. de Antiochena,quæ vna cum filiab. ſe præcipitauit in profluentem. Et de adoleſcente Etruſco,*qui cum ob admirandā oris proprii pulchritudinē in amorē accenderet fœminas,fertur ſtigmatib.inaraſſe vultum* Hier.in paulo eremita Prat.c.60. *ſuum,ne qua eū adamare poſſet.* Hier. de iuuene,qui *præciſam morſu linguam in oſculantis ſe ſcorti faciē expuit,ac ſi libidinis ſenſum ſuccedente doloris magnitudine ſuperauit.* Pratū ſpūale de virgine Alexandrina,quæ aduertens ſuorum oculorum pulchritudine captum adoleſcētem oculos ſibi eruit. Iac.de Vitriaco Card. de Virginib. Leodienſib.quæ,ne opprimerentur a militibus ſe in aquas & cloacas pręcipites egerunt. Plut.in vita Demetri. Plut.de Democle adoleſcente formoſo,qui cū lauaturus balneo aduerteret regē Demetriū ſua forma captū, detracto vicini aheni operculo in feruentē aquā inſilijt. Quid mirabilius quā tanti principis promiſſis & blanditijs puerum non cedere?

XIV.Remed. Recurſus ad Patrem Spūalem,maximè pro religio- Caſſ.c.10. ſis eſt Io.Caſſiani coll.2.cauſamq;reddit,*quia nō valebit,*inquit,*ignorationi eius(religioſi) callidus hoſtis illudere;qui vniuerſas cogitationes in corde naſcentes pernicioſa verecundia neſcit obtegere,ſed eas maturo examine ſeniorū vel reprobat, vel admittit.Ilico namq.vt patefacta fuerit,cogitatio maligna mareſcit,& antequā diſcretionis iudiciū proferatur,ſerpens teterrimus, velut è tenebroſo ac ſubterraneo ſpecu virtute confeſſionis protractus ad lucem, & traductus quodāmodo ac dehoneſtatus abſcedit. Tamdiu.n.ſuggeſtiones eius noxiæ denominantur* Hier.ep 4. *in nobis, quādiu calantur in corde.* Illuſtre huius antidoti exemplum extat apud B.Hier.in ep.ad Ruſticum monachum his verbis. Dicā

&

& apud quod in Aegypto viderim. *Graecus adolescens erat in coenobio qui nulla continentia, nulla operis magnitudine flammam carnis poterat extinguere*. Hunc periclitantem *Pater monasterii hac arte seruauit*. Imperat cuidam viro graui, *vt iurgiis atque conuitiis insectaretur hominem, & post irrogatam iniuriam, primus veniret ad querimoniam. Vocati testes pro eo loquebantur qui contumeliam fecerat. Flebat ille contra mendaciu. Nullus alius credere veritati. Solus Pater defensionem suam callide opponere, ne abundantiori tristitia absorberetur frater. Quid multa? Ita annus ductus est. Quo expleto, interrogatus adolescens super cogitationib. pristinis, an adhuc molestiae aliquid pateretur; Papae, inquit, Viuere mihi non licet, & fornicari libeat? Hic si solus fuisset, quo adiutore superasset?* In Patrum quoq. vitis eiusmodi narratur exemplum. Monachus quidam exagitatus a daemone cogitatione fornicandi nocte se contulit ad Patrem spiritualem qui eum consolatus est, monuitque vt quoties tentatio repullulasceret ad se quoque rediret; nihil n. aequè affligere daemonem, quam cum foedae cogitationes Patri spirituali patefiunt contra verò nulla re magis exultare quam earūdem occultatione. Itaque factum est vt vndecies, repetita tentatione redierit, ac tandem daemonem fugauerit.

Vide V. *Amor sui. Choreae. Colloquia otiosa. Consuetudo praua. Ebrietas. Exemplum malum. Familiaritas nimia. Gula. Immortificatio passionum. Linguae abusus. Otium. Societas praua. Tentatio. Vestium luxus. Voluptas carnalis.*

M

MALEDICTIO.

Remedia contra Maledictionem.

PRimum Remedium. Considera diuinę scripturę sententias. Primo n. iubet nos benedicere, vetat aūt maledictionem. Vt in Psalmis. *Maledicent illi, & tu benedices.* Et apud Tobiam. *Omni tempore benedic Deum.* Et in Ecclesiastico. *Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram, & non relinquas quaerentibus tibi retro maledicere*, idest, secreto; vt faciūt pauperes dum negatur eis eleemosyna Et apud Apostolum. *Benedicite persequentibus vos; benedicite, & nolite maledicere.* 2. damnat maledicendi consuetudinem, vti animae & corpori noxiam. Dicit enim Propheta Dauid. *Dilexit maledictionem & veniet ei. Et induet maledictionem sicut vestimentum.* Et Moses in Leuitico. *Qui maledixerit patri suo aut matri, moriatur. Et, Homo qui maledixerit Deo suo, portabit*

Psal. 108. 28.
Tob. 4. 20.
Eccl. 4. 5.
Rom. 12. 14.
Psal. 108. 18.
Leuit. 20. 9. & 24. 15.

bit peccatum suum, et qui blasphemauerit nomen Dñi *mortẽ moriatur.*
Eccl 3.11 Et Sapiens. *Maledictio matris eradicat fundamenta*, i. euertit totam
Et 4.6. familiã suã. Et. *Maledicentis tibi in amaritudine aĩæ exaudietur de-*
Eccl.21.30. *precatio illius; exaudiet autem eum, qui fecit illum.* Et. *Deum maledi-*
1.Cor.5.11. *cit impius diabolum, maledicit ipse animam suam.* Et B. Paulus. *Nunc*
autem scripsi vobis, si is qui frater nominatur, est fornicator, aut aua-
Ib.c.6.10. *rus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eius*
modi nec cibum sumere. Et rursum. *Neque auari, neque ebriosi, neque*
maledici, neque rapaces regnum Dei *possidebunt.*
Ephr.to.1. II. Remed. Considera SS. Patrum dicta B. Ephr. in lib. de Virtu-
tib & vitijs. *Verè beatus iterũq; beatus ille est, qui a deterrimo hoc ma*
ledicendi genere se integrũ custodierit, qm̃ Spũs sanctus in eo habita-
bit. Hõ maledicus vtrq; & odii & susurrationis morbo laborat. Et
1.Cor.6.10. *qui talis est, fratricida, & crudelis atq; immitis censetur. Quid hoc sce-*
lere grauius? Vnde quoq. S. Apostolus nefaria impiorũ opera prohibens,
ẽt maledicos iis annumerat. Neq. maledici, inquiens, neq. rapaces regnũ
Dei possidebunt Et lib. de linguę malo. *Quemadmodũ latro vel vnico*
confessionis verbo factus est ciuis paradisi, ita vno verbo blasphemiæ
Num.12.10 *redditur quis reus gehennæ ignis. Vt propter vnũ maledicentiæ verbum*
Maria, quãuis esset alioquin vates, dãnarentur lepra multata est: quo
tandẽ genere supplicii digni sunt, illi, qui sunt sine vllo delectu contume
Greg.c.5. *liosi?* Greg. lib. 4. moral. *Sciendũ est, qđ scriptura sacra duob. modis ma*
ledictũ memorat, aliud vez, quod approbat, aliud qđ dãnat. Aliter. n.
maledictũ profertur iudicio iustitiæ, aliter liuore vindictæ. Maledictũ
quippe iustitiæ iudicio ipsi primo hoĩ peccanti prolatũ est, cũ audiuit.
Gen.3.17. *Maledicta terra in opere tuo. Maledictũ iudicio iustitiæ profertur,*
cũ ad Abrahã dr̃: Maledicã maledicentib. tibi. Rursum, quia maledi-
ctũ non iudicio iustitiæ, sed liuore vindictæ promitur, voce Apost. Pau
Gen.12.3. *li prædicantis admonemur, qui ait. Benedicite, & nolite maledicere.* Et
Rom.12.14.
1.Cor.6.10. *rursum neq. maledici regnũ Dei possidebũt.* Deus *ergo maledicere dici*
tur, & tñ maledicere hõ prohibetur, quia qđ hõ agit malitia vindictæ,
Cap.6. *Deus nõ facit nisi examine & virtute iustitiæ. Cũ ergo sancti viri ma*
ledictionis sñiam proferũt, nõ ad hãc ex voto voltionis, sed ex iustitia
examinis erũpunt. Intus. n. subtile Dei *indiciũ aspiciunt, & mala foris*
exurgẽtia, q̃ maledicto debeãt ferire cognoscũt, & eo in maledictionẽ
Act.8.20. *peccãt, quo ab interno iudicio nõ discordãt. Hinc est, qđ* Petrus *in offerẽ*
tẽ sibi pecunias Simonẽ sñiam maledictionis intorsit dicẽs. Pecunia tua
tecũ sit in perditionẽ. Qui. n. nõ ait, est, sed sit, nõ indicatiuo, sed optati
uo mõ signauit se hæc dixisse. Hinc Elias *duob. qnquagenariis ad se ve*
4.Reg.1.10. *nientib. dixit Si hõ* Dei *sum, descendat ignis de cælo, & consumat vos.*
Quorũ virorũq. sñia quãta seueritatis rõne conualuit, terius causæ mon
S.Th.2.2.q. *strauit Nã vt Simõ æterna perditione interit, & duos quinquagenarios*
76.a.3. *desuper veniẽs flãma consumpsit.* S. Tho. Aquinas. *Maledictio, de qua*
loquimur.

oquimur, est per quã pronunciatur malũ contra aliquẽ, vel imperando. Velle aũt, vel imperio mouere ad malũ vlterius secundũ se repugnant charitati, qua diligimus proximũ, volentes bonũ ipsius; & ita secundum suũ genus est peccatũ mortale, & tãto grauius, quãto personã, cui maledicimus, magis amare & uereri tenemur. Unde dicitur Leui.20. *Qui maledixerit patri suo aut matri, morte moriatur.* Cõtingit tñ *verbũ maledictionis prolatũ esse veniale peccatũ, vel propter prauitatẽ mali, quod qs alteri maledicẽdo imprecatur, vel ẽt propter affectũ eius, qui profert maledictionis verba, dũ ex leui motu, vel ex ludo, aut ex surreptione aliqua talia verba pfert; qa peccata verborũ maxime ex affectũ pẽsantur.*

III. Remed. Considera ingentia mala, q̃ ex imprecatione, siue iusta, siue iniusta, nonnunquã sunt secuta, vt merito sit extimescenda. Præter duo exẽpla ex scriptura a B. Greg. commemorata, est illud Elisæi prophetæ, quo iter habente in Bethel, inquit Regum historia, *pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illudebant ei dicente. Ascende calue, ascende calue. Qui cũ respexisset, vidit eos, & maledixit eis in nõie Dñi, egressiq; sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros.* Deinde B. Pauli in Actus Apostolicis. Cũ.n. Procõsul Sergius Paulus desideraret audire verbũ Dei a Saulo, & Barnaba, *resistebat illis*, inquit B. Lucas, *Elymas magus quærens auertere Procõsulem a fide. Saulus aũt, qui & Paulus, repletus Spiritu sancto intuens in eũ dixit. O plene oĩ dolo & fallacia fili diaboli, inimice oĩs iustitiæ, nõ desinis subuertere vias Dñi rectas. Et nunc ecce manus Dñi super te, & eris cæcus, nõ videns solẽ vsq; ad tps. Et confestim cecidit in eũ caligo & tenebræ, & circuiens quærebat, qui ei manũ daret. Tunc Proconsul cũ vidisset factũ, credidit admirãs sup doctr. Dñi.* Tertiũ exẽplũ hẽ B. Aug. in lib. de ciu. Dei ita scribentis. *Unũ est apud nos factũ tã clarũ atq. illustre miraculũ, vt nullũ arbitrer esse Hipponensiũ, qui hoc nõ vel viderit, vel vel nullũ q obliuisci ulla rõne potuerit. Decẽ quidã fratres fuerunt, quorũ septẽ sunt mares, tres fœminæ de Cæsarea Cappadociæ suorũ ciuiũ non ignobiles maledictio matris recenti patris eorũ obitu destitutæ, quæ iniuriã sibi ab eis factã acerbissime tulit, tali pœna sunt diuinitus coerciti, vt horribiliter quaterẽtur oẽs tremore membrorum. In qua fœdissima specie oculos suorũ ciuiũ non ferentes, quaquauersum cuiq; ire visum est, toto pœnæ vagabantur orbe Romano. Ex his ẽt ad venerunt duo, frater & soror, Paulus & Palladia, multis aliis locis miseria diffamante iã cogniti.* Deinde fusè narrat, quemadmodũ ambo ad memoriam S. Stephani martyris, à tremore liberati sint, toto populo spectante, & maximo clamore Deo & martyri gratias agente. Quintum est B. Gregor. in tertio dialogorum, de seruo Dei Florentio tanta sanctitate prædito, vt ei visus in omnibus pareret; quem cum quatuor monachi è vicino monasterio eius sanctitate inuidentes per insidias occidissent. *Florentius*, inquit ille, *sese in lamentum dedit,*

4. Reg. 2. 24.

Act. 13. 10.

Aug. l. 22. c. 8

Greg. l. 3.

fratrum

fratrũ malitiã magis quã vrsi mortẽ deplorans. Quem venerandus vir Euthicius ad se ductũ consolari studuit, sed idẽ vir Domini coram eo doloris magni stimulis accensus imprecatus est dicens. Spero in oĩpotenti Deo, quia in hac vita ante oculos oĩum ex sua malitia vindictã recipiant, qui nihil se lædentẽ vrsum meũ occiderunt. Cuius vocẽ protinus vltio diuina secuta est. Nã quatuor monachi, qui eundẽ vrsum occiderant, statim elephantino morbo percussi sunt, vt mẽbris putrescentib. interirent. Qđ factũ vir Dei Florentius vehementer expauit, seq. ita fratrib. maledixisse pertimuit. Oĩ.n. vitæ suæ tpe flebat, quia exauditus fuerat, se crudelẽ, se in eorũ morte clamauit homicidã. Qđ idcirco oĩpotentem Dñm fecisse credimus, ne vir miræ simplicitatis quantolibet dolore cõmotus in torquere vltra præsumeret iaculum maledictionis. Subijcit
1.Cor.6 10. deinde Greg. qõnem Petri dialogistæ, sitne graue peccatũ ex ira alicui maledicere? Et rñdet esse, quia Paulus dicat maledicos regnum Dei non possessuros. cumq; Petrus inciperet. quid si non ex malitia,
Matt.12.36 sed linguæ incuria maledictio fiat? Rñdet, si de otioso sermone red-
In Sur.25. Maij. denda sit ratio, multo magis de noxio. Quintũ & sextũ est in vita S. Zonebij Epi Florentini a Io. Aretino conscripta Filij duo æquo indulgentius edocati, matrẽ verberarant. Quod scelus illa execrata genibus procũbens, & terrã manib. pulsans furias infernales in vindictã inuocauit. Exaudita est mox iuuenes a dæmonib. abrepti, veluti rabidi canes mordaciter inuicẽ sua mẽbra corrodunt. Catenis vinciũtur. mater a misericordia mota, licet pagana, refugit ad S. zenobiũ, qui in basilica Saluatoris cũ horas duas corã vexillo S. crucis pro filiorũ salute orasset signo crucis dęmones fugauit. Qui sanitatẽ consecuti
Ibid. vna cũ matre totaq; familia baptizati & Christo adiuncti. Aliud. Mater, cũ filio febrib. laboranti quadragies vna nocte poculũ porrexisset, pueroq; adhuc potũ petenti irata dixisset. Vna cum hoc diabolũ bibe, puer statim a dęmone possidetur, qui tam crudeliter eũ exagitauit, vt vix illis vinculis constringi, remedio nullo liberari posset, donec tandẽ ad S zenobij monumentũ deportatus est. Simili imprecatione parentũ nostro sęculo multi alij in ptãtem dęmonis deuenire, vt celebris illa dęmoniaca Laudunensis in Gallia, anno 1566. liberata: & Montensis in Hannonia anno 1484. Hadrianus Iunius in hi-
Iun.c.10. storia Batauię commemorat Hollandię comitissam anno Dñi 1276. ex imprecatione mulieris mendicæ vno partu edidisse 364. proles, easque oẽs in vna pelui, quia viuebant, sacris baptismi aquis elutas. Nam cum Comitissa mendicæ gemellos gestanti temere obijceret, quod alterum ex adulterio concepisset, illa mox imprecata ei est, vt vno partu tot proles effunderet, quot sunt dies in anno.

1.Cor.6.10. IV. Remed. Considera, qñ iniusta est imprecatio, eã refundi in suũ
Eccl.27,28. auctorẽ, spũaliter quidem semper, quia grauissime delinquit, & ideo ab Apostolo regno cęlorũ excluditur, sępenumerò verò ẽt corporaliter.

liter. Vnde Sapiens dicit, *Qui in altũ mittit lapidẽ, super caput eius cadit.* & Isaac Patriarcha ad filiũ Iacob. *Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus.* Exẽplum habemus in Magno Speculo Exẽplorum, quod accidit in dioecesi Moguntina. *Sacerdos quidã, Ecclesiæ Pastor, acriter inuectus est in calceos rostratos, in publica diei festi concione.* Id moleste ferẽs sutor quidã, *imprecatus est corã aliis vulgari idiomate concionatori epilepsiã, vel morbũ comitialẽ in capitis coronã, & mox indignabundus se ex tẽplo proripuit. Verũ, qa plerũq. recidũt in suos maledicta magistros, ecce in reditu ad suos obuiũ habuit virũ statura procerum, aspectu terribilẽ, qui eum per capillos arreptũ tanta vi deiecit in terram, vt auulsam vna cum pelle capitis comam manu retinuerit.* Cumq. *per horam integram maledicus omni sensu destitutus humi iacuisset, tandem a quibusdam eiusdem concionis auditoribus in suas ædes deductus est; & menti restitutus causam rei gestæ illis ingenue aperuit.* Cætera remedia pete ex Verbo *Blasphemia.* Gen. 27. 29. pec. dis. 10. c. 17. Demon is e rat.

Consuetudo praua. Detractio. Discordia. Ira. Iuramentum. Linguæ abusus. Superbia. Vindicatio iniuriæ.

MENDACIVM.

Remedia contra Mendacium.

I Rem. Considera Spũs S. dicta in diuinis litteris. Primo. n. declarat, mentiri esse improborũ, imò dæmonis ipsius. Nã Salomon ait. *Verbũ mẽdax iustus detestabitur.* Et. *Qui nititur mẽdaciis pascit vẽtos.* Et *nõ decet princ pẽ labiũ mẽtiens.* Et. *malus obedit linguæ iniquæ, & fallax obtẽperat labiis mendacib.* Et. *princeps, qui libẽter audit verba mẽdacii, oẽs ministros hẽt impios.* Et. *Qui mẽtitur, testis est fraudulentus.* Et. *Vanitatẽ, & verba mẽdacia longe fac a me.* Et in lib. Paralipomenõ. *Egrediar,* ait Satan, *& ero Spũs mendax in ore oĩum Prophetarũ eius* Et Christus apud Io. Diabolus, *cũ loquitur mendaciũ, ex propriis loquitur, qa mẽdax est, & pr̃ eius,* i. auctor mẽdacij 2. prohibet oẽ mendaciũ. Vt in Exod. *mendaciũ fugies.* Et Leuit. *Nõ mentiemini nec decipiet vnusquisq; proximũ suũ.* Et apud Eccl. *Noli velle mentiri oẽ mendaciũ, assiduitas. n. illius non est bona.* Et. *Ante oĩa verbũ verax precedat te.* Et apud Zachar. *iuramentũ mendax ne diligatis.* Et apud Apost. *Deponentes mendaciũ, loquimini veritatẽ vnusquisq. cũ proximo suo, quoniã sumus inuicẽ mẽbra.* Et. *Nolite mentiri inuicẽ.* 3. docet Deo esse exosum & dignum poena æterna. nã Psalmista ait. *Perdes oẽs qui loquuntur mendaciũ* Salomon vero. *Sex sunt, quæ odit Dominus, oculos sublimes, linguam mendacẽ, &c.* Et. *Os bilingue detestor.* Et. *Abominatio est Domino labia mendacia.* Et. *Qui mendacia loquitur, nõ effugiet. Et qui loquitur mendacia peribit.* Et Sap. *Os quod mentitur, occidit animam.* Et. *Væ duplici corde, & labiis scelestis.* Prouer. 13. 5. Prouer. 10. 4. Prou. 17. 7. 4 Prou. 29. 11. Prou. 12. 17. Prouer. 30. 8. 2 paral. 18. 21 Io. 8. 44. Exod. 23. 7. Leu. 19. 11. Eccl. 7. 14. Eccl. 37. 20. Zach. 8. 17. Eph. 4. 25. Col. 3. 9 Psal. 5. 7 Prou. 6. 16. Prouer. 8. 13. Prouer. 12. 12 Prouer. 19. 5. Sap. 1. Eccl. 2. 14.

Re-

Bas.q.76. II. Remed. Considera SS. patrũ sniãs. S. Bas. in Regulis breuiorib.
Vt vtilitatis cã consulto aliqs mentiatur snia Dñi non permittit, a quo
Ioan.8.44. *sic pręcisè dictũ est, mendaciũ ex diabolo esse: neq. mendacii vlla ãno di*
stinctio adhibita. Qui in hoc idẽ in Apost. quoq. testificatur his ver-
bis. Si aũt & certet aliquis, non coronatur, nisi legitime certauerit. Et
2.Tim.2.5. in procœ. libri de Spiritu sancto. *Rerum oĩum potentissima est veritas;*
& extrema malitiæ mendaciũ. Amb. in psal. 35. *Dixit Cain. nunquid*
Amb.tom.4. *ego custos sum fratris mei? & sibi ipse mentitus est. Dixit Ananias oẽ*
Gen.4.9. *se venditi sui ruris pretiũ pertulisse, & mentitus est sibi, qui potuit mi-*
Act.5.3. *nus offerre sine fraude. Ideoq. præclare ait Dauid. Et mentita est iniqui-*
Psal.26.12. *tas sibi. Sibi.n. ante mẽtitur, qui in suũ mentitur exitiũ: sibi delinquit,*
qui sibi innocentiæ eripit suauitatẽ. Quis.n. puritate & simplicitate pe-
ctoris dulcior fructus? Qui cib. suauior, quã is quẽ aius bene sibi conscit,
& mens innocẽtis epulatur? S. Aug. in lib. de mẽdacio ad Consentiũ.
Aug.c.3. *Ille mẽtitur, qui aliud hẽt in aĩo, & aliud verbis, vel quibuslibet signifi-*
cationib. enunciat. Vnde ẽt duplex cor dicitur esse mentientis, i. duplex
cogitatio. Vna rei eius, quã verã esse scit, vel putat, & non profert: alte-
ra eius rei, quã pro ista profert, sciens falsã esse, vel putans. Ex quo fit vt
possit falsũ dicere nõ mentiens, si putat ita esse vt dicit, quãuis nõ ita sit:
& vt possit verũ dicere mentiẽs, si putat falsũ eße, & pro vero enunciat
Id.c.22. *quãuis reuera ita sit, vt enunciat.* Et in Enchir. ad Laurentiũ. *Oẽ mẽ-*
dacium ideo dicendũ est esse peccatũ, quia hõ nõ solũ qñ scit ipse, qđ ve-
rũ sit, sed ẽt si qñ errat & fallitur sicut hõ hoc dẽt lõqui, quod aĩo ge-
rit, siue illud verũ sit, siue putetur & non sit. Oĩs aũt qui mentitur, ea
contra id qđ aĩo sentit loquitur uoluntate fallendi. Et vtiq. verba pro-
pterea sunt instituta, nõ per quæ se inuicẽ hoĩes fallant, sed p quę in al-
terius quisq. notitiã cogitationes suas proferat. Verbis igitur vti ad fal-
laciã, nõ ad qđ instituta sunt, peccatũ est. Nec ideo vllũ mendaciũ pu-
tandũ est nõ esse peccatũ, qa possumus aliqñ alicui prodesse mentiẽdo.
Possumus.n. & furãdo aliqñ alicui prodesse cui datur palã sentit cõmo-
dũ, nec ideo tale furtũ quisquã dixerit non esse peccatũ. Et in verba Ps.
Id.in Psal.5. Perdes oẽs, qui loquuntur mendaciũ. *Duo sunt oĩno genera menda-*
ciorũ, in quib. nõ magna culpa est, sed tñ non sunt sine culpa, cũ aut io-
camur, aut vt proximis proximus, mentimur. Illud primũ in iocãdo ideo
nõ est perniciosissimũ, qa nõ fallit, Nouit.n. ille, cui dicitur, ioci cã esse
dictũ. Secundũ aũt ideo mitius est, qa retineret nonnullã beneuolentiã.
Illud verò qđ nõ hẽt duplex cor, nec mendaciũ quidẽ dicendũ est. Tã-
quam, v.g. si cui gladius cõmendatur, & promittat se redditurum, cum
ille qui cõmendauit poposcerit; si forte gladium suũ repetat furens, ma-
nifestũ est tunc non est reddendũ, ne vel se occidat, vel alios, donec ei
Greg.18.mo ral.c.2. *sanitas restituatur. Hic ideo nõ hẽt duplex cor. q. ille cui cõmendatus*
Iob 27.4. *est gladius, cũ pmittebat se redditurum poscenti, nõ cogitabat furentẽ*
posse repetere. B. Gregor. in verba Iob. Non loquentur labia mea

inqui-

Iniquitatē, nec lingua mea meditabitur mendaciū. *Quod prius iniquitatē, hoc postmodū repetens mendaciū dicit, nā & oē mendaciū iniquitas est, & oīs iniquitas mendaciū, quia profectò ab æquitate discrepat, quicquid à veritate discordat. Sed inter hoc, qđ ait, loqui; & postmodum subdit, meditari, magna distantia est. Nonnunquā.n peius est meditari mendaciū, quā loqui. Nā loqui, plerunq; præcipitationis est, meditari verò studiosæ prauitatis. Et quis ignoret, in quāta distātia culpa distinguitur; vtrū præcipitatione aliquis, an studio mentiatur.* B. Dorotheus. *Tria sunt mendacii genera. Primū est, cū quis aīo; secundū, cū verbo mentitur: tertiū, cū in vitā suā quis mendax est. Qui mentitur aīo, is est, qui facile quascunq; suspiciones admittit, vtpote cū fratres videret colloquētes suspicatur, ne de se colloquantur, &c. Sermone aūt quis mendax est, cū v.g. torpescens aliquis ad nocturnas vigilias surgere febrem, inquit, passus sum & vertiginem, caput dolebam, stomachi tormina patiebar. Et decies mentitur, ne vnicam pænitētiam agat, atque humilietur, &c. Mentitur autem in vitam suam, cum turpis, & luxuriosus continenti simulat, auarus & tenax de eleemosyna loquitur.* Doroc. de otii 9.

III. Remed. Considera mendaciū proprie diabolicū esse vitium, & ideo hoī maxime cauendū. Nā Christus apud B Io. affirmat diabolum esse patrem mendacij, id est, auctorem primū & inuentorem; quia quodammodo illud peperit, vt exponit Chrys. Ammonius, August. Beda, Eutymius, Rupertus. Vnde sequitur mendacium, esse filium diaboli, ac similiter oēs mendaces recte dici filios diaboli, sicut hic Christus appellauit scribas & pharisæos, dicens. *Vos ex patre diabolo estis.* Filios diaboli vocat, inquit Epiphanius aduersus Caianos & Archonticos, *non natura, sed imitatione,* vel vt Amb. Lucam, *non carnis successione, sed criminis.* Dicitur aūt primus auctor mendacij, secundū eosdē Patres, quia Euæ in paradiso dixit illa verba. *Eritis sicut Dii scientes bonū & malū,* quib. sine dubio mentitus est. Quid enim veri dixerit ante illa verba nō inuenimus. Cū ergo Christus hic addit. *Cum diabolus loquitur mendaciū ex propriis loquitur,* sensus est. Cū mentitur, propria vtitur inuentione, eo quod nemo ipsum mentiri docuit, ipse vero primùs docuerit alios quicunq; mentiūtur. Vnde colligit Orig. diabolū, cum quicquid hēt boni a Deo acceperit, mendaciū.n a Deo non accepisse, sed ipsum per se illud excogitasse. Cyp. verò ad Antonium, *hoc esse semper opus diaboli, vt seruos Dei mendacio laceret.* Basilius ad Eustathium Sebastiæ Episcopum, & ad clericos Neocæsarienses, *mendacium esse diaboli fætum.* B. Cæsarius, mendacem a diabolo possideri. *Quod omnis mendax, inquit, sine maligno spiritu esse non possit, scriptura testis est. Perdes, inquit, oēs, qui loquuntur mendacium. Et iterum. Os quod mentitur occidit aīam. Et in libro regnorum legimus spiritum malignum dixisse Domino. Ego, inquit, decipiam Achab. Cui dixit Dominus. In quo decipies? Et ille respondit.*

Ioan. 8. 44. Aug. trac. 42 in Ioan. Epip. hę 38. & 40. Amb. l. 4. Gen. 3 5. Ioan. 8. 44. Orig. in c. 8. Ioan. Cyp l. 4. ep. 2. Basil ep. 73 & 63. Cæs. ho. 16. Psal. 5. 7. Sap. 1. 11. 3. Reg. 22. 22.

V

spondit. Egreditur, & ero Spiritus mendax in ore Prophetarum eius. Dixit autem Dominus. *Decipies, & prælabis.*

Hier. ep. 17. ad Iulianū. Arist. apud Laert. l. 3. IV. Rem. Cōsidera hoīem, non mō apud Deū, sed ēt apud hoīes hoc vitio reddi contēptibilem, & fide oī, ēt cum vera dixerit, indignū secundum illud Hier. *Antiquus sermo, Mendaces faciunt, vt nec vera dicentibus credatur.* Cum quo congruunt vulgares ryhmi.

Gelt verlobren, viel verlobren,
Ehr verlobren, mehr verlobren,
Glaub verlobren, alles verlobren.

L A T I N E.

Amissi sunt magna Aeris, maioraq; honoris
Damna, sed amissæ maxima sunt Fidei.

Eccl. 20. 26. Nec omisit Eccl. noster. *Opprobriū nequā,* inquiens, *in hoīe mendaciū, & in ore disciplinatorū assidue erit.* quib. verbis satis indicat, consuetudinē mentiēdi esse hoīum improborū & infamiū, qui male ab ineunte ætate sint instituti. Vt aūt abstrahat eos ab illa mendaciorum assiduitate, mox subijcit. *Potior fur, quā assiduitas viri mendacis perditionē aūt ambo hæreditabunt. Mores hoīum mendaciū sine honore, & confusio illorū cū ipsis sine intermissione.* Recte aūt mendaciū cōfert cū furto, tū qd vtrumq; vitiū facere coniunctū sit iuxta adagiū: *Ostende mihi mendacē, ostendā tibi furē* tum qd mendaciū sit quoddā furtū, hic ib. subripiens & veritatē & bonā famā. Furto verò idcircò dici ab assiduitate mentiēdi superari, vel qd sæpe plus hoī noceat, q̄ furtū, cū illa bonū spūale famæ, hoc tpalia tm̄ auferat: vel quod fur fere Prou. 6. 30. peccet ex inopia, *vt esurientem impleat aīam,* vt loquitur Salomon, mendax verò ex petulantia linguæ. Demū mendacium hoīum hanc pœnam esse donec, vt indelebilis sit eorum ignominia, ac mores etiā boni, piæque actiones omni honore careant.

V. Rem. Quo longius absis a consuetudine mentiendi, da operam vt ēt a iocosis & officiosis mendacijs abstineas, imò ab oī fictione, simulatione, & dolo, ac oib. quæ spēm mendacii obtinent. Nā imprimis vir secundū cor Dei rex Dauid, cū orasset. Psal. 14. 1. *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? respōdit Qui loquitur veritatē in corde suo: qui non egit dolū in lingua sua. Nec fecit proximo suo malum. Qui iurat proximo suo, & non decipit. Qui facit hæc non commouebatur in æternū.* Et Christus Dominus. Matt. 5. 37. Matt. 10. 16. 1. Pet. 2. 1. *Sit sermo vester; est, est; non, non: quod aūt his abundantius est, à malo est.* Et. *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut colūbæ.* Et Apostolorum princeps. *Deponentes oēm malitiā, & oēm dolū, & simulationes, & inuidias & oēs detractiones, sicut modo geniti infantes, rōnabiles, sine dolo lac cōcupiscite.* 2. quia S. Patres conuenienter verbo Dei docent

non

non solũ oĩa mendacia officiosa esse peccata, sed ne quidẽ pro salute corporali vel spũali vnius hoĩs, ciuitatis, prouinciæ, imò totius orbis esse mentiendũ, *quia non sunt facienda mala*, teste Apost. *vt veniant bona.* Vnde Aug. ad Consentiũ cũ probasset ex loco psal. *Perdes oẽs qui loquuntur mendaciũ*, mentiri esse peccatũ, *Quo constituto*, inquit, *quis cõmouebitur illis exẽplis, cũ dicitur. Quid si hõ ad te confugiat, qui mendacio tuo possit a morte liberari? Illa.n. mors, quã stulti timẽt hoĩe, qui peccare nõ timent, non aĩam, sed corpus occidit, sicut Dñs in Euangelio docet, vnde præcepit, ne ipsa timeatur. Os aũt quod mentitur, non corpus, sed aĩam occidit. His.n. verbis apertissime scriptũ est: Os quod mentitur occidit aĩam. Qũo ergo non peruersissime dicitur, vt alter viuat, debere alterũ spũaliter mori? Nã & ipsa dilectio proximi ex sua cuiusque dilectione terminum accepit. Diliges, inquit, proximũ sicut teipsum. Quo ergo quisquis diligit tanquam seipsum, cui vt præstet vitã tpalem, ipse amittit æternã, non est iã diligere sicut seipsum, sed plusquã seipsum.* Alibi tñ docet idem Aug. etiãsi mentiendo non possimus aliquẽ a morte liberare, posse tñ veritate tacendo. *Aliud.n. est*, inquit, *mentiri, aliud verum occultare. Siquidem aliud est falsum dicere, aliud verum tacere, vt si quis forte vel ad istam visibilem mortem non vult hoĩem prodere, paratus esse dẽt verum occultare, non falsum dicere, vt neq; prodat, neque mentiatur, ne occidat aĩam suã pro corpore alterius. Si aũt hoc nondum põt, vel sola huius necessitatis habeat mendacia, vt et ab istis, si sola remanserint, liberari mereatur, & Spiritus sancti robur accipere, quo quicquid perpetiendum est pro veritate contemnat.* Et inf. *Verum autem occultauit & Dominus, cũ discipulis nondum idoneis dixit: Multa habeo vobis dicere, sed nunc nõ potestis portare illa.* Et *Apost. Paulus, cũ ait Non potui loqui vobis quasi spũalib. sed quasi carnalib. Vnde manifestũ est, non esse culpandũ, aliqñ verum tacere, falsum aũt dicere non inuenitur cõcessum esse perfectis.* Et S. Greg. in moralib. *Summopere cauendũ est oẽ mendacium: quãuis nonnunquã sit aliquod mendacii genus culpę leuioris, si quisquã vitam præstando mentitur. Sed quia scriptum est. Os quod mentitur, occidit aĩam. Et Perdes omnes qui loquuntur mendaciũ, hoc quoq; mendacii genus perfecti viri summopere fugiunt, vt nec vita cuiuslibet per eorũ fallaciã defendatur ne suæ aĩæ noceant, dum præstare vitam carni nituntur alienæ, quanquã hoc ipsum peccati genus facillime credimus relaxari. Nam si quælibet culpa sequenti soles pia operatione purgari, quanto magis hęc facile abstergitur, quam mater boni operis pietas ipsa comitatur?* Hiero. ad Lætam. *Virgo mentiri sacrilegium putet.*

Rom. 3. 8. Aug. de mẽdac. c. 6. Matt. 10. 28. Sap. 1. 11. Matt. 22. 39. Id. in psal. 5. Io. 16. 12. 1. Cor. 3. 1. Grego. 18. mor. c. 2. Sap. 1. 11. Psal. 5. 7. Hier. epi.

VI. Rem. Considera exẽpla eorũ, qui acerbissimos cruciatus subire & mori maluerunt, quã vnicũ proferre mendacium. Illustre huius rei exemplum exstat apud B. Hieron. de muliere septies ista q̃ falso accusata, de adulterio. *sexu fortior suo, cum eculeus corpus extẽderet, &* Hier. e p. 49. ad Innocẽ.

V 2 *sordidas*

sordidas fętore carceris manus post tergum vincula cohiberent, oculis quos tantum tortor alligare non poterat, suspexit ad cælum, & volut is per ora lachrymis. Tu, inquit, testis es Domine Iesu, cui occultum ni hil est, qui es scrutor renu & cordis, non ideo me negare velle, ne peream, sed ideo mentiri nolle ne pecem. At tu miser homo. (alloquitur adolescentem, de eodem scelere falso accusatum, qui mentitus erat se reum & illam, vt tormenta effugeret) *si interire festinas, cur duos interimis innocentes? Equidem & ipsa cupo mori, sed non quasi adultera: praesto iugulum, micantem intrepida excipio mucronem, innocentiam tamen me cum feram.* Cum autem Consularis duplicari tormenta iuberet. *Vna interim eius voxerat. Cęde, vre, lacera. non feci. Si dictis tollitur fides, veniet dies, quæ hoc crimen diligenter discutiat,* Postea, miserrimi iuuenes caput vno ictu amputatum est. Mulieris verò tangi quidam, sed truncari non potuit, ne septies quidem repetito a diuersis carnificibus ictu. Ita clam erepta manibus carnificum sanitati restituta est, & libertate a Cæsare tandem donata: vt fusè prosequitur Hieronymus. Alterum exemplum est apud Simeonem Metaphrasten, de Antimo Nicomediensi Episcopo & Martyre, qui cum sæuiente Ma-

Sur. 27. Apr. ximiani Cæsaris persecutione a viginti satellitibus ad cędem quæretur, ipsos satellites hospitio excepit, mensamque prælautam eis appo suit, ac simul addixit se breui Anthimum in eorum conspectum adducturum. In medio verò ciborum apparatu exurgens palam prodidit se esse, quem tam studiosè quærerent: hi illi stupore attoniti, & venerandos illius canos reueriti, ob beneuolentiam & charitatem qua illos exceperat, vna spoponderunt se Imperatori renunciaturos Anthemium diu quæsitum non esse inuentum. Ille vero contra obtendit, se id non permissurum. Fas non esse Christiano pro vita cuiusquam mentiri. Itaque vltro sed captiuum illis adiunxit, & post diuturnos acerbosque cruciatus Martyrii corona potitus est.

Vide V. *Adulatio. Detractio.* Hypocrisis. *Iudicium temerarium. Iuramentum. Linguæ abusus. Maledictio. Murmuratio.*

MORTIS METVS IMMODICVS.

Remedia aduersus metum mortis.

I Remed. Considera Spiritus S. oracula in verbo diuino. Primo aũt docet moriendi necessitatẽ oĩbus hoĩbus esse cõem. Nam in hi-

2. Reg. 14. 14. storia Regum sapiens illa mulier Thecuitis dixit. *Omnes morimur, et quasi aqua dilabimur in terram, quæ nõ reuertũtur.* Et psaltes Regius.

Quis

Quis est hõ, qui viuet, & nõ videbit mortẽ? Et Sapiẽs. *Unus introitus oib. ad vitã, & similis exitus.* Et. *Oĩa q̃ de terra sunt, in terrã cõuertentur.* Et B. Paul. *Statutũ est hoĩb. semel mori.* 2. hortatur ne timeamus mortẽ. Nã Ecclesiast. ait. *Noli metuere iudiciũ mortis. memento q̃ ante fuerũt, & quæ superuẽtura sunt tibi.* Et Christus Dñs. *Nolite timere eos q̃ occidũt corpus; timete aũt eũ, qui põt aĩa, & corpus mittere in gehennã.* 3. anteponit proborũ mortẽ vitæ. Pretiosa, inquit rex Dauid, *in conspectu Dñi mors sanctorũ eius.* Et Eccl. *Laudaui magis mortuos, quã viuẽtes, & feliciorẽ vtroq. iudicaui qui nec dũ natus est, nec vidit mala, quæ sub sole fiũt.* Et. *Melior est dies mortis die natiuitatis.* Et Sap. *Iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Et Syracides. *Ante mortẽ ne laudes hoĩem quẽmquã.* Et. *Melior est mors, quã vita amara.* Et. *O mors bonũ est iudiciũ tuũ hoĩ indigẽti.* Et Christus apud Io. *Qui credit in me, etiãsi mortuus fuerit, viuet, & oĩs qui credit in me, nõ morietur in aeternũ.* Et B. Io. *Beati qui in Domino moriũtur.* 4. docet sanctos optasse mortẽ; Nã Dauid ita loquitur. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.* Et. *Quemadmodũ ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat aĩa mea ad te Deus.* Et Simeon iustus apud Lucam, vt Christum in carne vidit. *Nunc*, inquit, *dimitte seruum tuum Domine secundũ verbum tuum in pace.* Et B. Apostolus. *Mihi viuere Christus est, & mori lucrum.* Et. *Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius.*

Sap 7. 6.
Eccl. 4. 13.
Heb 9. 27.
Eccl. 41. 3.
Mat. 10. 28.
Psal. 115. 15.
Eccl. 4. 2.
Eccl. 7. 2.
Sap. 4. 7.
Eccl. 11. 30.
Eccl. 30. 17.
Eccl. 41. 3.
Ioan. 11. 25.
Apoc. 14. 13.
Psal. 119. 5.
Psal. 41. 1.
Luc 2. 29.
Philip. 1. 21.

II. Remed. Considera piscorũ patrũ sntas. Tertull. *Non est timendũ, qđ nos liberat ab oĩ timendo. Si times vita decere, quia optimam nosti, certè mortẽ timere nõ dẽs, quã malam nescis. At cũ times, scis malã. Non scires aũt malã, quia nec timeres, si non scires aliquid esse post mortẽ, qđ eã malã faciat, vt timeas.* Cyp. de mortalitate *Mori plane timeat, sed qui ex aqua & spiritu non renatus gehennæ ignib. mancipatur: mori timeat, qui non Christus cruce & passione censetur; mori timeat, qui ad secundã mortẽ de hac morte transibit; mori timeat, quẽ de seculo recedentẽ perenni b. pænis æterna flamma torquebit, mori timeat cui hoc mora longiore confertur, vt cruciatus eius & gemitus interim differatur. Mortalitas ista, vt iudæis & gentib. & Christus hostib. pestis est, ita Dei seruis salutaris excessus est.* Et rursũ *Eius est in mundo diu velle manere, quẽ mũdus oblectat, quẽ seculũ blandiẽs atq. decipiẽs illecebris terrenæ voluptatis inuitat. Porrò cũ mundus oderit Christianũ, quid amas eũ, qui te odit, & non magis sequeris Christũ, qui te redemit & diligit?* Ioannes in ep. sua clamat, & loquitur, & ne, carnalia desideria sectantes mundũ diligamus, hortatur. Nolite, inquit, diligere mũdũ, neq. ea quæ in mundo sunt. Greg. Naz. in funere patris. *Mors, quæ non modo nos a præsentib. malis vindicat, verum ad supremam quoq. vitã sæpe traducit, haud scio an proprie mors appellari queat, vtpote noĩe magis, quã re formidabilis. Atque absurde sane, & præpostere affecti,*

Tert. l. de testa. animæ.
Cyp. serm. 4.
1. Io. 2. 15.
Naz. orat. [illegible]

esse videmur, & ea quæ formidolosa nō sunt extimescamus: ita aūt quæ mutuenda sunt, vt meliora magisq. expetēda cōplectamur. Vna vita est oculos ad vita in cōiectos hēre. Vna mors peccatū, aīæ.n. est interitus.

Amb. c. 8. Amb. de bono mortis. *Nō habemus, qđ in morte metuamus, si nihil, qđ timendū sit, vita nostra cōmisit. Etenim prudētib. d. lectorum supplicia terrori sunt, delicta aūt nō mortuorū actus sunt. sed viuentiū. Vita igitur ad nos refertur, cuius actus in nostra ptāte est: mors aūt nihil ad nos. Est.n. separatio aīæ & corporis. Aīa absoluitur, corpus resoluitur. Quæ absoluitur gaudet: qđ resoluitur in terrā suā nihil sentit; qđ nihil,*

Chry. ho. 5. *nihil agnoscit. Tñ si mors malū, quō iuuenes nō timēt fieri senes, nec finitimā mortis vereentur ætatē?* Chys. ad pop. Antiochenū. *Puerilē timemus pauorē mortis.* Pueri. n. *laruas quidē timēt, ignē verò nō timēt; Sic quidē & nos timemus mortē, q̄ est larua contēptu digna, peccatum verò nō timemus ꝙ est verè timēdū. Qđ si cogitemus qd tandē sit mors nunquā eā timebimus. Quid.n. mors est? qđ est, vestē exuere; corpus.n. aīæ quasi vestis circūdatū est.* Et paulo post. *Vis scire cām, cur mortē timeamus? Nō viuimus cū diligētia, nō habemus consciām purā; quod*

Aug. q. 25. *si hoc esset, nihil nos mors terruisset.* Aug. 10 lib. 83. q. *Pertinet ad vitā rectā, ea q̄ non sunt metuēda nō metuere. Mors aūt metuēda nō est. Oportuit ergo idipsum illius hōis, quē Dei sapientia suscepit, morte monstrari. Sunt aūt hōies, qui quāuis mortē ipsam nō timeāt genus tñ aliquod ipsius mortis horrescūt. Nihilominus aūt vt ipsa mors metuenda nō est, ita & nullū genus mortis bene & recte viuēti hoī metuēdū est,*

Bern. ep. 105 *qđ quoq. illius hōis cruce ostendendū fuit. Nihil.n. erat inter oīa genera mortis illo genere execrabilius, & formidolosius.* Bern. in ep. ad Ro. *Volo te mortē, etsi nō effugere, certe vel nō timere. Iustus quippe mortē, etsi nō cauet, tñ nō pauet. Deniq. si morte præoccupatus fuerit, in refri-*

Psal. 33. 12. *gerio erit. Moritur qdē & iustus, sed secure; quippe cuiusmors vt pñtis est exitus vitæ, ita introitus melioris.* Et inf. *Bona mors iusti propter requiē, melior propter nouitatē, optima propter securitatē.* E contra, *mors*

Sen. ep. 24. *peccatorū pessima.* Et audi, *vnde pessima. Mala siquidē est in mundi amissione, peior in carnis separatione, pessima in vermis ignisq; duplici contritione.* Sen. ad Luciliū. *Mihi crede, Lucili, adeo mors timēda nō est, vt beneficio eius nihil abtēferēdū sit. Qđ vides accidere, hoc nobis quoq; maiusculis pueris euenit. Illi, quos amāt, quib. assueuerūt, cū quib. ludūt, si personatos vidēt, expuescūt. Nō hoīb. tm̄, sed & reb. persona demenda est, & reddenda facies sua. Quid mihi gladios & ignes ostēdis, & turbā carnificiū circa te frementiū. Tolle istā pōpā sub qua lates, & stultos territas. mors est, quā nuper seruus meus, quā ancilla contempsit.*

Cyp. tract. 1. III. Rem. Cōsidera legi naturę consentaneū esse moriendi necessitatē, ac proinde non extimescēdā. Cyp. contra Demetrianū. *Hæc sñia mūdo data est: hæc Dei lex est, vt oīa orta occidant, & aucta senescāt, vt infirmētur fortia & magna minuātur, vt cū infirmata & diminu-*

ta

la fuerint, finiatur. Bas. in Psal. 114. *Mūdus mortalis est, & moriētiū* Bas.in ho.
regio. Qm̄.n. visibiliū substāria cōposita est; oē vero cōpositū dissolui est aptū. Nos qui mūdo sumus, ū simus partes mūdi, necessario efficimur cōsortes naturæ uniuersi. Idcirco prius quā aīa p mortē a corpore separetur, morimur sæpe hoīes. Id ne paradoxū tibi videaē, cōsidera parū per rei veritatē. in trib. annorū hebdomadis tres vitæ mutationes sustinet hō. Pueli ætas dētiū abiectiōe primā explet hebdomadā. pueri deinde disciplinis addiscēdis traditi terius extēditur ad pubertatē. Puberis hinc ætas ad annū vsq primū & vigesimū se porrigit. Lanugine inde prima genas vestiēte adolescētia clā in virū trāsit. Senex rursus alius sine dubio a primis ætatib. apparet. Ex quo vita hoīs p multas mortes expleri consueuit. Idē docuere Ethnici a lege naturæ sola īstituti. Vt M. Tullius. Cic. Phil 4.
Mortē, inquit, oīb. natura proposuit. Et. *Cōmorādi nobis natura diuersoriū nō habitādi dedit.* Et. *Pellātur istæ ineptiæ pęnę aniles ante tps mori miserū esse. Qđ tandē tpis naturæ? At ea quidē dedit vsurā vitæ tanquā pecuniæ, nulla præstituta die. Quid igitur est, qđ quærare, si repetit cū vult? ea.n. condōne acceperas.* Seneca in naturaliū qōnū 6. In Catone. Tuscul. 1.
Mors naturæ lex est, mors tributū, officiūq. mortaliū, malorūq. oīum remediū est. optabit illā quisquis timet. Et ep. citata. *Quotidie morimur quotidie.n. demitur aliqua pars vitæ, & tūc quoq; cū crescimus vita decrescit. Infantiā amittimus, deinde pueritiā, deinde adolescentiā, vsq, ad hesterinū, quicquid trāsit tps periit. Hūc ipsū quē agimus diē cū morte diuidimus. Quēadmodū clepsydrā nō extremū stillicidiū exhaurit, sed quicquid ante defluxit, sic vltima hora, qua esse desinimus nō sola mortē facit, sed sola cōsummat.* Dices. Apostolū clare testari peccato primi parentis mortē intrasse in orbē terrarū. Et Aug. in lib. de ciu. Dei sic loqui. *Constat inter Christianos veraciter catholicā tenentes fidē, ēt ipsam nobis corporis mortē, non lege naturæ, sed merito inflictam esse peccati.* Rñdeo, his verbis Aug. tm̄ significare moriēdi necessitatē q̄ ex hoīs natura secutura erat, per Dei gratiā Adamo, in ipsa creatione gratuito cōcatā, fuisse sublatā, & ideo mortē, quæ post eius lapsum regnat in nobis, non lege naturæ, sed merito inflictā esse peccati. Et eodem sensu per peccatum Adæ mors intrauit in orbem. Sen. c. 32. Id. ep. 24. Rom 5. 12. Aug. l. 13. 15 Bellarm. t. 3 p. 1. c. 9.

IV. Rem. Considera a moriēdi necessitate, nullū quantūuis Christianū sanctū, piū, potentē, aliisue donis præditū esse exceptū, imò nihil in rerū natura certius esse morte vniuscuiusq. *Quid nobis Christianis,* inquit Cyp. *non cōe cū cæteris, quādius adhuc secundū legē primæ natiuitatis manet caro ista cōis? Quoadusq. isthic in mundo sumus, cū genere humano carnis æqualitate coniungimur, spiritu separamur.* Cyp. de mortal.
Pallida mors æquo pulsat pede pauperū tabernas, ait Horatius, *Regūq; turres.* Et alius. *Mors dominos seruis, & sceptra ligonib. æquat.* Et Cicero. *Oīb. definita est mors.* Et Seneca. *Eo ibis, quo oīa eunt, Quid tibi nonū est: Ad hanc legē natus es; hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc* Horat. l. 1. car. ord. 4. Cic. pro sextio. Sen. ep. 77.

maioribus hoc oībus ante te, hoc tibi post te. Quātus te populus mortuo sequeturi quātus comitabitur? Fortior, vt opinor, esses, si multa millia tibi cō morerentur. Atqui multa millia hoīum & animalium hoc ipso momento, quo tu mori dubitas, aīam varijs generib. emittunt. Et iterū. *Stultū est timere, qd̄ vitare nō possis. Morieris. Nec primus, nec vltimus. Multi me antecesserunt, oēs sequentur. Morieris, hic est humani officij finis. Quo transit orbis, ego transibo. Ad hanc cōdonē cuncta gignuntur. Quod cœpit, & desinit.* Quod aūt mihi certū sit præter mortē, docet clare B. Aug. in psal. *Quid,* inquiens, *in hac terra certū est, nisi mors? Profectisti qui sis hodie scis, quid facturus sis crastino nescis. Peccator es? quid sis hodie scis, quid sis crastino nescis. Speras pecuniā? incertum est an proueniat. Speras vxorē? incertū est an accipias, vel qualem accipias. Speras filios? incertū est, an nascantur. Nati sunt, incertū est, an viuant. Viuunt? incertum est, an proficiant, an deficiant. Quocunque te verteris, incerta omnia, mors certa. Natus, certum est, quia morieris. Itaque hæc incerta, vbi sola mors est certa: & in hoc ipso quia mors certa est, dies mortis incertus est.*

In exces.

Aug. i psal. 38.

V. Rem. Cōsidera, quot quā tisq. malis beneficio mortis liberemur. Ea describit primo Ecclesiasticus. Occupatio, inquiens, *magna creata est oīb. hoīb. & iugū graue sup filios Adā a die exitus de ventre matris eorū vsq. in diē sepulturæ matris oīum. Cogitationes eorū, & timores cordis, & c. furor, zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mortis, iracūdia perseuerās & cōtentio,* &c. multa. Deinde SS. Patres. Cyp. de mortalitate. *Quid aliud in mūdo, quā pugna aduersus diabolū quotidie geritur? quā aduersus iacula eius, & tela cōflictationib. assiduis dimicatur? Cū auaritia nobis, cū impudicitia, cū ira, cū ambitione cōgressio est cū carnalib. vitiis, cū illecebris secularib. assidua, & iugis, & molesta luctatio est. Si auaritia prostrata est, exurgit libido; si libido cōpressa est succedit ambitio; si ambitio cōtēpta est, ira exasperat, inflat supbia, vinolētia inuitat, inuidia cōcordiā rūpit, amicitiā, zelus abscindit. Tot persecutiones aīus quotidie patit. tot piculis pectus vrgetur, & delectat hic inter zabuli gladios diu stare:* Et Amb. de bono mortis. *Quid.n. est, quō hæc vita delectet, plena ærūnarū & solicitudinū, in qua innumeræ calūniæ, & multæ molestiæ, & multæ lachrymæ eorū, qui affliguntur molestiis, & c. Quid boni est hoī in hac uita, q in umbra viuit, nec expleri pt cupiditatib. suis: Et si expleatur diuitiis. fructū quietis amittit, quia cogitur custore, qd̄ misera auiditate quæsierit, vt miserius eas possidebat, cui prodesse nō poterūt. itaq si plena oneris uita, utiq finis eius alleuamētū est, alleuamētū aūt bonū mors.* Et inf. *Quotidie ad edēdū, & bibēdū surgimus, & nullus explerur, vt non post momētū esuriet ac sitiat. Quotidie lucrū quærimus, & nullus cupiditati modus ponitur. Nō satiabitur, inqt, oculus uisu, nec auris auditu. Qui diligit argētū, nō satiatur argēto. Nullus finis laboris, & nullus est fructus abūdantiæ. Cupimus*

Eccl. c 40 1

Cyp. ser 4.

Amb. a

Cap. 7.

Eccl. 1. 8.

quotidie scire, & qd est ipsa scientia, nisi quotidiani doloris adiectio? Eccli 1.17.
Oia q̃ sũt, iã fuerũt & nihil est sub sole nouũ, sed oĩa vanitas. Totã vitã odio habui, dixit Ecclesiastes Qui vitã odio habuit, vtiq; mortẽ p̃dicauit. Et Sen. ad Marciã. Mors omniũ dolorũ et solutio est, et finis: Sen. consolatio.
vltra q̃ mala nostra nõ exeunt, quæ nos in illã trãquillitatẽ, in qua antequã nasceremur iacuimus, reponũt, &c. O ignaros maloũ suorũ, q̃b. non mors, vt optimũ inuentũ naturæ laudatur, quæ siue fœlicitatẽ includit, siue calamitatẽ repellit, siue satietatẽ, aut lassitudinẽ senis terminat, siue iuuenile æuũ, dũ meliora sperãtur, in flore deducit, siue pueritiã ante duriores gradus reuocat. oĩb. finis, multis remediũ, de q̃busdã votũ, de nullis melius merita, q̃ de his ad quos venit, antequã inuocaretur. Hęc seruitutẽ initio Domino remittit: hæc captiuorũ catenas leuat: hęc è carcere educit, quos exire imperium impotens vetuerat.

VI. REM. Considera, quot bonis beneficio mortis locupletemur. Quantũ prosit, inquit Cypr. exire de seculo, Christus ipse salutis atq; Cyp l cit.
vtilitatis nostræ magister ostendit, qui cũ discipuli eius cõtristarẽtur, Ioan. 14. 28.
q̃ se iã diceret recessurũ, locutus est ad eos dicẽs. Si me dilexissetis, gauderetis, q̃m ad patrem vado: docens & ostendens, cũ chari, quos diligimus de seculo exeunt, gaudendũ potius, quã dolendũ. Cuius rei memor Apostolus Paulus in epist. sua ponit & dicit. Mihi viuere Christus Phil. 1. 21.
est, & mori lucrũ. Lucrũ maximũ cõputans iã seculi laqueis non teneri, iã nullus peccatis & vitiis carnis obnoxiũ fieri, exẽptũ pressuris angentib. & venenatis diaboli faucib. liberatũ ad lętitiã salutis æternę Christo vocante proficisci. Et iterũ. Quis nõ peregrè cõstitutus properet in patriã regredi? Patriã nostrã paradisũ cõputamus, parentes nostros Patriarchas habere iã cœpimus, quid non properamus et currimus, vt patriã nostrã videre, vt parẽtes salutare possimus? Magnus illic nos carorũ numerus expectat, parentũ, fratrũ, filiorũ frequens nos et copiosa turba desiderat, iã de sua immortalitate secura, & adhuc de nostra incolumitate solicita. Ad horũ cõspectũ et cõplexum venire, quãta et illis, et nobis in cõe lætitia est? qualis illic cęlestiũ regnorũ uoluptas sine timore moriẽdi, et cũ æternitate viuẽdi, q̃ sũma et p̃petua fęlicitas? Amb. de fide resurrectionis. Morte vnius plerũq́ accepimus Amb. ora. 2. de mort. fratris.
maximos populos liberatos; morte Imp. fugatos exercitus hostiũ, quos viuus vincere nequisset. Morte martyrũ religio defensa, cumulata fides Ecclesia roborata ẽ vicerũt mortui, victi p̃secutores sũt. Itaq; quorũ vitã nescimus, mortẽ celebramus. Morte ẽt inimicorũ odia soluuntur. Quid plura? Unius morte mũdus redẽptus est. Potuit. n. Christus non mori, si voluisset. Mors eius vita est omniũ. Morte eius signamur, mortẽ eius orãtes annũciamus, mortẽ eius offerentes p̃dicamus. Mors eius victoria est. Mors eius sacramentũ est, mors eius annua solẽnitas mũdi est. Et lib. de bono mortis. Mors hęc trãsitus vniuersorũ est. Opus ẽ, ut I d. c. 4.
cõstãter trãseas. Trãsitus ãt a corruptione ad incorruptionẽ, à mortalitate ad immortalitatem, à perturbatione ad tranquillitatem. Non

igitur

igitur nomen te mortis, sed boni transitus beneficia delectent. Quid est .n. mors nisi sepultura vitiorū, virtutum suscitatio? Ethnicorū quoq; pleriq; lumine naturali edocti, non omnino ignorarunt probis post hāc vitā magnum aliquod bonum destinatum. Sic.n scribit in Tu-
Cic. 1. Tusc. sculanis suis M.Tulius. Duæ sunt viæ, vt ait Socrates, duplicesq; cursus animorū è corpore excedentium. Nā qui se humanis vitiis cōtaminarunt & se totos libidinib. dediderūt, iis deuiū quoddā iter est seclusū à concilio Deorū. Qui autem se integros castosq; seruarūt, quibusq; fuit minima cū corporib. contagio, suntq; in corporibus humanis vitā imitati Deorum, his ad illos, à quibus sunt profecti, facilis patet reditus.

VII. REN. Considera quib. reb. mors bonorū æquè à prophanis,
Ioan 11.11. atq; sacris scriptorib. cōparetur. Primo aūt cōparatur sōno & quieti.
1 Thess. 4.13 Apoc. 14 13 Vnde Christus de Lazaro mortuo. Lazarus amicus noster dormit. Et
Chrys. ho 5. B. Paulus. Nolo vos ignorare de dormientib. Et S. Ioan. Beati mortui qui in Dño moriuntur. Amodo iā dicit Spiritus, vt requiescant à laborib. suis. Cypr. ad populū Antioch. Quid tandē est mors? Sōnus cōsuetus longior. Itaq; si mortē times, time & sōnū: si propter morientes angeris, & pp concedentes & bibentes angere, sicut.n. hoc naturale,
Hier. ep. 29. sic & illud. Hier. ad Theodorā. Aduersum mortis duritiā & crudelissimā necessitatē hoc solatio erigimur, q̄ breui visuri simus eos, quos
Basi. ho. 18. dolemus absentes. Neq; .n. mors, sed dormitio & sōnus appellatur. Vn-
Cic. de senect. de & beatus Apostolus vetat de dormientib. contristari. Basi. de Barlaā Martyre. Sōnus iustis est mors, imò magis migratio ad vitā melio-
Ouid. l. 2. eleg. rē. Hinc est, q̄ martyres exultāt dū trucidātur. Sic Cic. in Caton. Ma-
Psal 38.13. iore. Morti nihil est tā simile, q̄ sōnus. Ouidius. Stulte q̄d est sōnus
Heb. 13.14. gelidæ nisi mortis imago? Lōga quiescēdi tpa fata dabūt. 2. Cōparatur peregrinationi, qua reditur ad patriā. Vñ Propheta. Aduena ego sū apud te, & peregrinus, sicut oēs patres mei. at peregrinus optat in patriā redire. Nō .n. habemus, inqt Apostolus, hic manētē ciuitatē, sed
Cyp. 8 mor. futurā inqrimus. Cyp. Cōsiderādū est fratres dilectissimi, et idētidē cogitādū renūciasse nos mūdo, et tanq̄ hospites et peregrinos hic degere. Amplectamur diē, q̄ assignat singulos domicilio suo: q̄ nos istinc ereptos, et laqueis secularib. exutos paradiso restituit, et regno cælesti. Quis .n. ō peregre cōstitutus, pperet ī patriā regredi? Quis nō ad suos nauigare festinās vētū psperū cupidius optaret, vt velociter charos lice-
Chrys ho 7. ret amplecti? Chry. ad pop. Ant. Nihil aliud mors est, q̄ sōnus, & migratio, et trāslatio, & reqes, et trāquillus portus, et perturbationis libe-
Id. hom. 45. ratio, & à vitæ curis absolutio. Et in Gen. Nihil mors est vltra q̄ sōnus & peregrinatio, & trāsmigratio à deteriorib. ad meliora, adeo vt
Phil. 1.23. multi exultāt et festinēt, cū hinc migrādū, pinde et Paulus clamat di-
Amb. cap. 2. cēs. Dissolui cupio, & cū Christo eē multo melius. Amb. de bono mor-
Psal. 38.13. tis. Deniq; festinabat et sāctus Dauid de hoc loco peregrinationis exire, dicēs. Aduena ego sū apud te ī terra et peregrinus, sicut oēs patres mei. Et iō tanq̄ peregrinus ad illā sāctorū cōem omniū patriā festinabat,

bat, petēs & huius cōmorationis inquamēto remitti sibi peccata priusquā discederet vita. Quid igitˀ tātopere vitā istā desideramus; in qua quāto diutius quis fuerit, tāto maiore oneratˀ sarcina peccatorum? Sic Cic. de senectute *Cōmorandi nobis natura diuersoriū, non habitandi dedit.* Ex *ipsa vita discedēdū est tāquā ex hospitio, nō ex domo. Et. Mihi tā iucūda senectus est, vt quo ꝓprius ad mortē accedā, quasi terrā videar videre, aliqñq; in portū ex longa nauigatione est venturus.* Seneca. *Si qs in mortē ante primos annos delatus est, nō magis conqueri debet, quam qui cito nauigauit.* Et. *In freto viximus, moriamur in portu.* Cic. in Cat. Sen epist 71. & 26.

VIII. REM. Considera exēpla sanctorū, qui mortē non reformidarūt. Omitto exēpla scripturę supra relata. Possidius in vita S. Aug. primo laudat D. Amb. ꝙ dū vsq; ad mortē decūberet rogatus ab astātib. vt Deū pro lōgiore vita precaretur, respōderit: *Nō sic vixi, vt me pudeat inter vos viuere, se nec mori timeo, quia bonū Dnm habemus,* quę verba, inquit, *August. vt elimata & liberata* laudabat, ideoq; dicta putabat, ne videretur præfidere suis meritis. Deinde Aug. cū ad Coepiscopū familiarē morti proximū venisset, & is gestu manus se de seculo exturū indicaret, dixisse. *Posses diutius viuere, cū sis Ecclesiæ necessarius:* illū verò respōdisse, ne videretur huius vitæ cupiditate teneri. *Si nunquā, bene: si aliqñ, quare non modò?* Et *mirabatur,* inquit, *hominē non doctū Aug. & in villa nutritū talia protulisse,* & laudabat. Postremo addit, Aug. solitū referre in hāc rē exēplū cuiusdā Episcopi, de quo B. Cyp ita scribit. Cū quidā *de collegis & consacerdotib. nostris iā infirmitate defessus, & de appropinquante morte solicitus cōmeatū sibi precaretˀ, astitit deprecāti et iā penè moriēti iuuenis honore et maiestate venerabilis, statu excelsus, & clarus aspectu, et quē assistentē sibi vix posset humanus aspectus oculis carnalib. intueri, nisi ꝙ talē videre iā poterat de seculo recessurus. Atq; ille nō sine quadā animi & vocis indignatione infremuit, & dixit. Pati timetis, exire nō vultis, qd faciā vobis? Increpātis vox est, & momētis, q de pſecutione solicitis, de accersione securis, nō cōsentit ad pſens desideriū, sed cōtulit in futurū. Audiuit frater noster et collega moriturus, ꝙ cæteris diceret. Nā q moriturus audiuit, ad hoc audiuit, vt diceret: nō sibi audiuit ille, sed nobis. Nā qd disceret iā recessurus?* Cyp. de mortal. Cōmeatū e vitæ prorogationem. De B. Hilar. eremita ita scribit S. Hier. Cū *habitaret adhuc ī tuguriolo annos natus decē et octo, latrones ad eū nocte venerūt, vel existimātes habere aliquid ꝙ tollerēt, vel in cōtēptū sui reputātes fieri, si puer solitarius eorū impetus nō ptimesceret. Itaq; inter mare et paludē à vespere vsq. ad solis ortū discurrētes nūquā locū eius cubiculi inuenire potuerūt. Porrò clara luce repto puero, quasi p iocū: quid, inquiūt, faceres, si latrones ad te venirēt? Quib. ille respōdit. Nudus latrones nō timet. Et illi. certe, aiūt, occidi potes. Possū inqt, possū: et iō latrones nō timeo, quia mori paratus sū. Tūc admirati cōstantiā eius & fidē, confessi* Hier. ī eius vita.

Jessi sunt noctis errorē, cęcatosq; oculos, correctiorē deinceps vitā pollicentes. Nō absimile est q Sulpitius Seuerus de S. Martino Turonē
Sulp. in eius hist. c. 4. si antistite cōmemorat. *B. Martinus, inqt, inter alpes deuia secutus incidit in latrones. Cūq; vnus securim eleuatā in caput eius librasset, ictū ferientis dextera sustinuit alter. Vinctus tñ post tergū manib. vni seruādus & spoliādus tradit. Qui cū eū ad remotiora duxisset, percōtari ab eo cœpit, q sūā eēt. Respōdit, Christianū se esse. Quærebat et ab eo, an timeret. Tū verò cōstātissimè pfitet, nunq̄ se fuisse tā securū q a sciret misericordiā Dñi maximè in tētationib. affuturā: se magis illi cōdolere, q Christi misericordia, vtpote latrocinia exercēs, esset indignus. Ingressusq; Euāgelicā disputationē verbū Dei latroni pdicabat. Quid lōgius moror? latro credidit. p se utusq; Martinū via reddidit, orās vt pro se Dñm pcaret. ideq; postea religiosā agēs vitā visus ē, vt hæc q supra retulimus ab ipso audita dicātur* Et multo post subiungit de eo iā Episcopo. *In pago Aeduorū dū tēplū B. Martinus euerteret furēs gētiliū rusticorū in eū irruit multitudo. Cūq; vnus audacior cæteris stricto eū gladio peteret, reiecto pallio nudā ceruicem pcussori pbuit. Nec cūctatus ferire gētilis, sed cū dexterā altius extulisset, resupinus ruit, cōsternatusq; diuino metu veniā pcabat.* Eiusdē generis ē
Sur. 4. Aug. exēplū B. Dom. apud Theod. d Apoldia. Cū ingens, *multo tpe apud Tolosanos heresin expugnasset, scelerati dæmonum satellites de nece Dñico inferēda cōsilia captarūt. Itaq; positis certo loco īsidiis aduētū eius pstolabātur. At ille cognita eorū malitia cātās et alacer iter cōfecit, eorūq; furorē vltro ēt ad cadē puocauit. Quare stupefacti carnifices. An nō, inqunt, mortē ptimescis? Quid facies, si nos te ad mortem abripianus. Quib. ille Rogarē, inqt vos, ne mortē mihi celerē afferretis, sed paulatim singula mēbra ferro pscinderetis, atq; ad extremū euulsis luminib. sine retis ita mutilatū corpus in suo sāguine volutari, vel prsus p vestro arbitratu vita omni priuaretis.* Eodē ptinēt exēpla innumerabiliū martyrū qui atrocissimā ēt mortē nō timuerūt.

IX. REM. fit crebra meditatio mortis cōiuncta cum quotidiano
Eccli. 14. 11. moriēdi affectu, iuxta monitū Sapiētis. *Memor esto, qm mors nō tar*
Luc. 12. 40. *dat.* Et Christi. *Estote parati, qa qua hora nō putatis filius hois veniet.*
Tertul. de anima. *Per imaginē mortis,* inquit Tertull. *fidē initiaris, spē meditaris, discis*
Chrys ho. 5. *mori & viuere, discis vigilare dū dormis.* Chrysost. ad pop. Antioch. *Christus docebat. Si quis nō tollit crucē suā, et sequitur me, nō est me dignus. Hoc aūt dicebat, non vt lignū super humeros feramus, sed vt mortem sēper ante oculos habeamus Sicut igitur & Paulus, quotidie moriere, et mortē deride, præsentēq; contēne vitā. Es.n. miles semper in conflictu cōstitutus: miles verò mortē timens nunquā generose se geret.*
Amb. orat. 2 Ambr. de fide resurrectionis. *Sit quidam quotidianus vsus in nobis, affectusque moriendi, vt per illam, quā diximus, segregationē à corporeis cupiditatib. anima nostra se discat extrahere, & tanquam in sublimi locata,*

olata, quo terrenę adire libidines, et eã sibi glutinare nõ possint, suscipiat mortis imaginẽ non pœnã mortis incurrat. Hier. epist ad Cypr. presbyteri exponẽs versũ Ps. 89. *Dexterã tuã sic notã fac, & eruditos corde in sapiẽtia. vbi alii verũt* Dies nostros sic ostẽde, vt veniamus corde sapiẽti. *Est aũt, inquit, sensus, numerũ annorũ, dierũq; nostrorũ quib. in hoc seculo nos viuere decreuisti, ostẽde nobis, vt pparemus nos aduentui tuo, & cõtẽpto errore mortaliũ ad te pergere festinemus, cupiamusq; præsentiã tuã, & ad te festinemus corde sapienti. Nihil n. ita decipit humanũ genus, q̃ ꝙ dũ ignorãt spatia vitæ suæ lõgiorẽ sibi seculi huius possessionẽ repromittũt Unde et illud egregie dictũ est: nullũ tã senẽ esse, & sic decrepitę ætatis, vt nõ se adhuc vno plus anno viuere suspicet. Ad hunc sensũ ptinet & illud ꝙ dr. Memento mortis tuę & non peccabis. Qui. n. se recordatur quotidie eẽ moriturũ, contẽnit p̃sentia, & ad futura festinat Hoc est, ꝙ David in alio p̃sal loco dicens. Ne auferas me in dimidio dierũ meorũ, priusquam ab eã et nõ subsistã: ꝙ ita exponit Ne eo tpe facias me mori, qñ adhuc putabã me victurũ, ut possim peccata corrigere pœnitẽtia. Si. n. hoc feceris, inuẽtus in delitiis meis esse desistũ.* Antidoto hoc præmeditãdi mortẽ p̃clarẽ viu est in vita sua B. Marcel. vidua, de qua idẽ Hier. ad Principiã Virginẽ. *Annus, inquit, plurimis sic suã trãsegit ætatẽ, vt ante si vetulã cerneret, q̃ adolescẽtulã fuisse meminisset, laudãs illud Platonicũ, q Philosophiã, meditationẽ mortis eẽ dixit. Unde & noster Apostolus. Quotidie morior pp vestrã salutẽ. Et Dominus iuxta antiqua exẽplaria. Nisi qs tulerit crucẽ suã quotidie, et secutus fuerit me, nõ pt meus esse discipulus. Multoq; ante p prophetã Spiritus sãctus. Propter te mortificamur tota die: estimati sumus, vt oues occisiõis. Et post multas ætates illa snia. Memẽto sẽper diẽ mortis, et nunquã peccabis. Disertissimiq; p̃ceptũ Satyrici. Viue memor lethi, fugit hora hoc ꝙ loquor inde est. Sic ergo, vt dicere ceperamus, ætatẽ duxit, et vixit vt sp se crederet esse moriturã. Sic induta est vestib vt meminisset sepulchri, offerẽs hostiã rõnabilẽ, viuã, placentẽ Deo.* Deniq; hoc remediũ apud oẽs fere Ethnicos Philosophos fuit vulgatũ, postquã Socrates apud Platonẽ in Phædone germanã oĩs philosophiæ rõnẽ posuit in meditatione mortis. Vnde M. Tullius Catone maiore. *Hoc meditatũ ab adolescentia dẽt esse, mortẽ vt negligamus, sine qua meditatione tranquillo esse aĩo quis non põt.* Et in Tusculanis. *Quę põt eẽ in vita iucunditas, cũ dies & noctes cogitandũ sit iam iã esse moriendum?* Seneca ad Lucilium. *Modestum est, inquis, mortem ante oculos habere. Primum, ista tam iuueni ante oculos debet esse, quam seni. Non enim citamur ex censu. Deinde nemo tam senex est, vt improbè vnum diem speret.* Et infra. *In somnum ituri læti hilaresque dicamus.*

Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi.

Crastinũ si adiecerit Deus læti recipiam⁹. Ille beatissimus ẽ, et securus

sui

Marginal notes: Hier. to. 1. — Eccl 7 40. Psal. 101. 25. — In epi Marcellæ ep. 16. — 1. Cor. 15. 31. — Psal 43. 22. Eccl. 7. 40. Pers. sat. 5. — Cic. de Sen. — Tuscul. 1. Sen. ep. 12.

sui possessor, qui crastinũ sine solicitudine expectat. Quisquis dixit, vixi, quotidie ad lucrũ surgit. Et rursũ. *Mortẽ venientẽ nemo hilaris excipit, nisi qui se ad illã diu cõposuerit.* Et. *Incertũ est, quo te loco mors expectet. Itaq; tu illã oĩ loco expecta. Egregia res est, mortẽ cõdiscere. Sẽper discendũ est, q᷑ an sciamus experiri nõ possumus. Meditare mortẽ. Qui hoc dicit, meditari libertatẽ iubet. Qui mori didicit, seruire dedidicit. Quid ad illũ carcer, et custodia, et claustra? liberũ ostiũ hẽt.*

Ep. 30.
Ep. 26.

X. REM. Considera, quot bonorũ, maximè spiritualiũ iacturam facias, si plus æquo, siue sanus, siue ęger reformides mortẽ. Primo. n. apertè repugnas non solũ diuinæ voluntati, sed ẽt tuæ propriæ, vt bene ostendit B. Cyp. *Meminisse debemus*, inquit, *voluntatẽ nos non nostrã, sed Dei facere debere, secundũ q᷑ nos Deus quotidie iussit orare. Quã præposterũ est, q̃ᷓq; peruersũ, vt cũ Dei voluntatẽ fieri postulemus, qñ euocat nos, & accersit de hoc mũdo Deus, nõ statim volũtatis eius imperio pareamus. Hoc nitimur & reluctamur, & peruica ciũ more seruorũ ad conspectũ Dñi cũ tristitia et mœrore pducimur, exeuntes istinc necessitatis vinculo, nõ obsequio voluntatis, & volumus ab eo præmiis cœlestib. honorari, ad quẽ venimus inuiti. Quid ergo rogamus & petimus vt aduemat regnũ cœlorũ, si captiuitas terrena delectat? Quid precib. frequenter iteratis rogamus et poscimus vt accederet dies regni?* 2. Id cõsequeris, vt minus placeas Deo. *Sic in Genesi*, inquit idẽ, *Pater, testatus & loquitur scriptura diuina. Et placuit* Enoch *Deo, & nõ est inuentus postmodũ, qa Deus illũ transtulit. Hoc fuit placuisse in conspectu Dei, de hac contagione seculi meruisse trãsferri. Sed et p Salomonẽ docet Spiritus sanctus, q Deo placeãt maturius hinc eximi, et citius liberari, ne dũ in isto, mũdo diutius immorantẽ, mũdi contractib polluantur. Raptus est, inquit, ne malitia mutaret intellectũ eius, placita. n. erat Deo aĩa eius: pp hoc propterauit educere eũ de media iniquitate. Eius est in mũdo diu velle manere, quem mũdus oblectat, quẽ seculũ blandiens atq; decipiẽs illecebris terrenæ voluptatis inuitat.* 3. quo plus times mortẽ, hoc minus ostẽdis te paratũ ad martyriũ, eiusq; meritũ, cũ tñ quilibet Christianus secundũ pfessionẽ suã paratus esse debeat potius sãguinẽ suũ profundere, q̃ Christũ negare, vel aliud peccatũ mortale cõmittere. Vñ Christus. *Qui odit animã suã, non põt meus esse discipulus* Et. *Qui nõ renũ ciauerit oĩb. quæ possides, non põt meus esse discipulus. Vt nihil aliud,* inquit idẽ Cypr. *mortalitas ista contulerit, hoc Christianis et Dei seruis plurimũ pstitit, q᷑ martyriũ cępimus libẽter appetere, dũ mortem discimus nõ timere.* 4. quia conicis te in periculũ ne à salute excidas, maximè cũ ab vltimo vitæ momento pẽdeat vel salus vel exitium sempiternũ. Dicit. n. Ecclesiastes. *Si ceciderit lignũ ad austrum, aut ad aquilonẽ, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit. Illud quoq; egregium*, ait Cypr. quod ait *scriptura: Ante mortẽ non laudaueris quenquam.*

Cyp. de mortal.
Fiat volun tas tua.
Cypr. ibi.
Gen. 5. 24.
Eccli. 44. 16.
Sap. 4. 11.
Luc. 14. 26. 33.
Ibid.
Eccl. 11. 3.
Cyp. de mortal.

quam. Vnusquisq; enim in nouissimis suis cognoscitur, & quia vnusquisq; quãdiu viuit, obnoxius est lapsui, nec senectus immunis à crimine. Nã si laudari ante gubernator nõ põt, q̃ in portũ nauẽ deduxerit, q̃uo laudabis hominẽ, priusquã in stationẽ mortis successerit. Dux ipse nisi cõfecto prælio non sumit laureã, nec miles arma deponit, nec stipẽdii mercedẽ adipiscitur, nisi hoste superato. Et vulgatũ est dictũ Aug. Aug. ep. 80.
ad Hesychiũ. *quo quẽq; inuenerit suus nouissimus dies, in hoc cũ comprehendet mũdi nouissimus dies: q̃m qualis in die isto quisq; moritur, talis in die illo iudicabit.* Consentit & hoc, quod mirũ est, Seneca. *Oĩs* Sen. ep.
dies, ingens, velut vltimus ordinandus est. De felicitate hoĩs vltimus dies iudicat. Quod si in periculũ salutis te nõ adducat nimius metus mortis, saltẽ imminuet patiẽtiæ, spei, deuotionis, caritatis i Deũ, ceterarũq; virtutũ meritũ. Quia, mærore, metuq; ĩmoderato mortis, potius auges morbũ corporalẽ quã imminuis, imò mortẽ ipsã accersit, quã animi lætitia & trãquillitate multi depulerunt. *Multos enim*, ait Ecclesiasticus, *occidit tristitia, & nõ est vtilitas in illa.* Et: Eccli. 30. 25.
A tristitia festinat mors, et cooperit virtutẽ, et tristitia cordis flectit ceruicẽ. Et Seneca. *Inquietã nobis vitã facimus metu mortis, et tanta est hominum dementia, vt quidã timore mortis cogantur ad mortem.* Sen. ep. 24.

XI. REM. Considera ẽtsi laudandi non sint, qui plus æquo reformidant mortẽ, eos tamẽ laudandos esse, qui moderate id faciũt, propter iudicii diuini seueritatẽ post mortẽ secuturi, suãq; de salute incertitudinẽ. *Beatus* .n. homo, inquit Salomon, *qui semper est pauidus.* Prou. 28. 14.
Et Ecclesiast. *Timenti Dñm bene erit in extremis, & in die obitus sui benedicetur.* Et Christus. *Timete eũ, qui põt animã et corpus mittere in gehennã.* Exẽplũ habemus pij regis Ezechiæ, qui non solũ mori timuit, cũ ex Isaia Propheta morte sibi decretã didicit, sed ẽt multis lachrymis eã est deprecatus. Deinde Christus Domini, qui in horto Gethsemani horrore mortis ita cœpit pauere & tædere, vt exudarit sanguinẽ. Vnde B. Cyp. *Domine tristẽ te vsq; ad mortẽ præ nimia anxietate sanguineo sudore perfusus corã Apostolis es professus. Audiens hæc ego expaui. Quis* .n. *non timeat, si timet ille, quẽ oĩa timent, si pauet ille, cui omne genu seruatur, si ille qui mors est mortis et morsus inferni morte propinquante pertimescit? nõne tu docueras et instruxeras fideles tuos, vt non timerent eos, qui corpus occidũt, quã vsq; ad animã tyrãnica violentia nõ attingit. Sed metus ille infirmitatis humanę cõem exprimebat affectũ, & generalitatẽ omniũ in carne viuentium hoc dolore vrgeri, et dissolutionẽ corporeę spiritualisq; naturę hac molestia nõ posse carere, et hãc pœnã vniuersæ successioni Adã sine exceptione impositã vt difficultas extremi trãsitus timeretẽ. Et hęc quidẽ molestia in eos, qui Dei iudicio rõnẽ reddituri occurrũt, nõ ĩmerito cadit.* Et Hier. libr. 11. cõmentariorũ in Isaiã occasione pij regis Ezechiæ deprecantis mortẽ, annotauit, *ẽt sanctos viros morte terreri pro-* Hier. in c. 38 Isa.

Eccl. 1. 13 Matt. 10. 28. Isa. 38. 3. Mar. 14. 33. Luc. 22. 44. Cypr. ser. de passione.

pter

ꝑter incertum iudicii & ignorationem suę Dei, quā sedē habituri sint.
Et in vita B. Hilarionis eremitæ hæc habet de eo iā morti proximo
verba. Iāq; modicus calor tepebat in corpore, nec præter sensū quicquā
viui hominis supererat, & tñ apertis oculis loquebatur. Egredere, quid
times? egredere aīa mea, quid dubitas? Septuaginta prope annis seruisti
Chry. ho. 45 Christo, & mortē times? In hæc verba exhalauit Spiritū. Chrysos. in
Gen. 20. cōmentariis in Genesin profert exēplū Abrahā Patriarchæ exponens verba illa. Dixit aūt Abrahā de Sara vxore sua. Soror mea est,
ne forte occiderent eū viri ciuitatis propter illā. Vide, inquiens, q̄uo à
violentis affectionib. aīa iusti impugnetur, & timor eū incessat. Vide
q̄uo propter mortis metū iustus ille tulit. Cæterū non ideo condēnes iustū ob pusillanimitatē, ꝙ mortē timuerit, sed potius admirare conditorē vniuersi, qui tantæ erga nos est misericordiæ, ꝙ iustis illis & sāctis
tunc terribilē, eandē nunc ita contemptibilē fecerit Christus, vt quam
formidabant illi virtute clari, nunc rideant & iuuenes, & teneræ
Id hom. 67 virgines. Et alibi cū agit de planctu magno septē dierū quē Ioseph
Gen. 5. c. 1. Patriarcha fieri iussit in morte patris sui Iacob. Verū tu hęc, inquit,
audiens dilecte, ne simpliciter pretercurre, sed tēpus cogita, quo facta
sunt, & ab omni culpa libera. Ioseph. Nondū n. fuerūt portæ inferni cōfractę, neq; inferni vincula dissoluta, neq; mors dicebatur dormitio.
Ex his verbis minimū habes ex snīa Chrys. veteres Patres mortem
timuisse. Quod aūt ex nouo testamento aliqui ēt timuerint mortē
saltē violentā liquet exēplo Pauli, quē in homilia de laudib. D. Pau
Id hom. 6. li fatetur mortē timuisse, his verbis. Sed & mortē, inquis, Paulus aliqn̄ pertimuit. Quod si ego Paulū fuisse hominē denegarē, merito mihi
has naturæ eius fragilitates opponeres? si vero ipse cōfirmo, quia homo
fuit, & nulla ēt naturę cōditione nobis p̄stātior, fuit tñ melior voluntate, frustra mihi ista ꝓponit. Ipse. n. qui mortē timuit, dicebat. Quādiu
1. Cor. 5. 4. sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati, &c. Aug. lib. 1. de Or
Aug. c. 11. dine in fine, ait, horrore mortis nō terreri, viris ēt doctissimis eē dif-
Id. c. 33. ficillimū, licet oēs cōfiteantur summā philosophiæ arcē esse, nō terreri.
Et lib. de immortalitate aīæ. Nihil, inquit, difficilius, quā nō metuere
mortē, & ab illecebris huius mūdi, sicut pericula postulant tēperare.
Tāta est tñ aīa, vt. n. hoc possit adiuuante sane iustitia sūmi & veri
Dei. Addit deinde posse eā in virtute eo vsq; proficere, vt ēt ꝓ sū-
Aug. l. 19. c. 4. mo munere mortē desideret. In libris quoq; de Ciuitate Dei, appro-
Cic. 1. offic. bat Philosophorū snīam, dū dicunt hanc esse naturę primā quodam
& de Fin. 4 modo & maximā vocē, ut bono concilietur sibi, & propterea mortem
& 5. naturaliter fugiat. Greg. lib. 24. moraliū. Sępe crescit pauor mortis in
Greg. c. 17. electis vicina retributione iustitiæ, et vrgente solutione carnis, quanto
magis districtū iudiciū iam iamq; quasi tangitur, tanto vehementius
formidatur. Et si ea quę sciunt, nunquā se p̄termisisse meminerūt, formidant tamē illa quæ ne sciunt: qa videlicet semetipsos diiudicare &

compre-

cōprehēdere cino nō possūt, atq; vrgēte exitu subtiliori terretur me-
tu. Vnde redēptor noster solutioni carnis appropinquās, et mēbrorū suo
rū seruās speciē, factus in agonia, cœpit prolixius orare. Et paulo post. Cap. 18.
Cōsideramus ēt, qa nec hoc quidē sine aliquo reatu nostro est, q̄ lauda
biliter gessimus, si remota pietate iudicemur. Quis. n. nostrū vitā præce
dētiū Patrū valeat vel supare vel asseq? et tñ David dicit. Ne ītres Psal. 142.
ī iudiciū cū seruo tuo, qa nō iustificabit in cōspectu tuo oīs viuēs. etc.
Quid ergo faciēt tabulæ, si tremūt colūnæ? Et alibi sic scribit. Cogitā Id. hom. 39. in Euang.
dū valde est, quātū nobis erit terribilis hora nr̄ę resolutionis, q pauor
mētis, quāta tūc omniū malorū memoria, q̄ obliuio trāsactæ fœlicitatis
q̄ formido et cōsideratio iudicis. Quid ergo ēē nobis de præsētib. ad dele
ctatioēē dēt, qñ cūctis simul trāseūtib. nō valet trāsire q̄ īminet? qñ
et hoc funditus finitur, q̄ diligitur, et illud incipitur, vbi dolor nunq̄
finitur? Tūc maligni spiritus egrediēte aīa sua opa reqrūt. Tūc mala,
q̄ suaserūt, replicāt, vt sociū ad tormēta trahāt. Sed cur hoc de puersa
solūmō aīa dicimus, cū ad electos quoq; egrediētes veniāt, et suū in il-
lis, si præualeāt, aliqd requirāt? Quod āt metus mortis q buldā sāctis Id. c. 46.
vitis sit salutaris docet i 4. dialog. Plerūq; ingens, de culpis minimis,
ipse solus pauor ēgrediētes iustorū aīas purgat, sicut narrari de quodā
sancto viro mecū frequēter audisti. Qui ad mortē veniēs vehemēter
timuit, sed post mortē discipulis in stola cādida apparuit, et quā præcla
re sit susceptus indicauit. Nōnūquā verò oīpotēs Deus trepidātiū mē- Cap. 47.
tes quibusdā prius reuelationib. roborat, vt in morte minimè pertime-
scāt. Nā quidā mecū in monasterio frater Antonio noīe viuebat, qui
multis quotidianis lacrymis ad gaudia patriæ cœlestis anhelabat. Huic
p visionē nocturnā dictā est. Paratus esto, qa Dominus iussit migrare
te, cūq; ille nō habere se sūptus ad migrādū diceret, respōsū ptinus au
diuit dicēs. Si de peccatis tuis agitur, dimissa sūt. Qd cū semel audis-
set, et magno adhuc metu trepidaret, nocte quoq; alia eisdē verbis est
admonitus. Tūc post qnq; dies febre correptus cūctis fratrib. orātib. flē
tibusq; defunctus est. Hæc ille. Illustre exēplū metus mortis habe-
mus in B. Arsen. eremita Arcadij quōdā Theodosij Imper. filii ma- Sur. 19. Iul.
gistro, de quo sic loqtur Simeō Metaphr. Postquā adfuit tēpus trās
lationis, licuit videre illū ipsū Arseniū, q erat paulo ante vel angelis
virtute similis metu pulsari et opprimi, et ad lacrymas effundēdas mo
ueri. Rogātib. ergo discipulis. Et tu pater times mortē? Reuera, inqt, hic
metus, quo nūc me videris affici nūquā oīno à me necessit, ex quo fa-
ctus sū monachus. Hoc cū dixisset, & præsentib. patribus quā fieri po-
tuit iucundissimè, quæ in exitu dici solent verba esset elocutus. sācto
rū angelorū manib. verè beatā tradidit animā, cum vixisset quidē in-
ter monachos quinquaginta quinq; annos, omnes autē centum viginti.
Vide V. Amor sui. Immortificatio passionū. Impatiētia in aduersis. In
morbis. In morte carorū. Pusillanimitas. Timor humanus. Tristitia.

MVLIERVM COMMORATIO MAXI-ME CVM CLERICIS ET MONACHIS.

Remedia contra Mul. Commorat.

I REMED. Considera sacrarum litterarum testimonia. Primo
Prou.2.16. enim absterrent nos à societate mulierũ: Vt in Prouerbijs Salo monis. *Si intrauerit aiunt, sapientia cor tuũ, consiliũ custodiet te, vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea, quæ mollit sermones suos, & pacti Dei sui oblita est, inclinata est.n.ad mortẽ domus eius, & ad inferos semitæ ipsius.* Et. *Ne attendas fallaciæ mulieris, fauus.n.distillãs*
Prou.5.3. *labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouissima aũt illius amara quasi absynthiũ & acuta quasi gladius biceps.* Et iterum. *Cõserua*
Prou. 6.24. *fili præcepta patris tui, custodiant te à muliere mala, et à blãda lingua extraneæ. Non concupiscat pulchritudinẽ eius cor tuũ, nec capiaris nuti bus illius: pretiũ.n.scorti vix est vnius panis.* Et in Ecclesiastico. *Non*
Eccl.9.2. *des mulieri potestatẽ aĩæ tuæ, ne ingrediatur virtutẽ tuã, & confundaris. Ne respicias mulierẽ multiuolam, ne forte incidas in laqueos illius. Virginẽ ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius. Auerte faciẽ tuã à muliere cõpta, & ne circũspicias speciẽ alienã. Propter speciẽ mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Cũ aliena muliere ne sedeas oĩno, nec accũbas cũ ea sup cubitũ, ne forte declinet cor tuũ in illã, & sanguine tuo labaris in perditionẽ.* 2. describunt nequitiã mulierũ. Vt in Ecclesiastico. *Non est*
Eccl.25.21. *caput nequius super caput colubri, & nõ est ira super irã mulieris Cõmorari leoni & draconi placebit, q̃ habitare cũ muliere nequã. Nequitia mulieris immutat faciẽ eius, & obcæcat vultũ suũ tanquã vrsus, & quasi saccũ ostendit. Breuius oĩs malitia super malitiã mulieris.* Et
Eccl.26.10. rursus. *Sicut boum iugũ, q̃ mouetur, ita et mulier nequã. qui tenet illã, quasi qui apprehendit scorpionẽ. Fornicatio mulieris in extollentia oculorũ, & in palpebris illius agnoscetur. Ab omni irreuerentia ocu-*
Eccl.42.12. *lorũ eius caue, & ne mireris, si te neglexerit.* Et iterũ. *In medio mulierũ noli cõmorari, de vestimentis.n.procedit tinea, & à muliere iniquitas viri. Melior est.n.iniquitas viri, quã mulier benefaciẽs, & mulier*
Prou.6.27. *confundens in opprobrium.* Et in Prouerbiis. *Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant, aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius? sic qui ingredi-*
Prou.7.6. *tur ad mulierem proximi sui non erit mundus, cum tetigerit eam.* Quomodo autem mulier adolescentem in laqueos suos induat, paulo post ibidem prolixe declaratur.

II. REM. Considera S.Patrum sententias. Ac imprimis D. Cyp. in libro de singularitate Clericorum asserit diuina reuelatione se cognouisse, ne clerici cũ feminis commorentur. *Quia*, inquit, *nũc de*

feminarum

feminarum cõmoratione vulgariter inter vos quidã ignominiosè deuo- C. Barõ. mi
luti sunt, et de hac re specialiter vobis Dñi correptionẽ scribere cõpul 2. Annal. Re
sus sũ, qui miserũ me pro vestra negligentia cũ seueritate cõueniens, cl. phat esse
mãdare pcepit, ne clerici cũ feminis cõmorentur. Et licet hæc admoni genuinum Cyp. partũ.
tio sola litterarũ mearũ auctoritate sufficeret, tñ ne somniatorẽ irri
dent quisquã, sicut Ioseph fratres irriserunt, scripturarũ addimus firmi
tatẽ, vt oẽs sciant hoc et modo per reuelationẽ Dominũ iubere, q literis
cognoscitur, ante iussisse. His verbis inchoat librũ, terminauit
aũt hisce. Perditionis meditatio est, frequẽtatiuũ inter mulieres cele-
brare processũ: de qua re nobis Salomon moderamen imposuit, dicẽs. In Eccl. 42. 12.
medio mulierũ noli assiduus esse. Sic igit ambulate, sic agite, vt sẽper
in clericis Ecclesiæ senatus cãdidus cõstet. Seueritas in vobis circa fe-
minas vigeat, authoritas polleat, vigor teneatur, grauitas veneret. Ut
semel oĩa colligamus ad clausulã, breuiariũ relegimus vobis, q ad co-
piosã plenitudinẽ redigens Paulus Apostolus insinuat. De cetero fra- Phil. 4. 8.
tres, quęcũq; sunt vera, quæcũq; pudica, quęcũq; iusta, quęcũq; san-
cta, quæcũq; amabilia, quęcũq; bonę famæ, si qua virtus, si qua laus di
sciplinæ, hæc cogitare, q accepistis & dedicistis, & audistis, & vidi-
stis in me. Hęc agite, et Deus pacis et dilectionis erit vobiscũ. Amẽ.
S. Basil. in admonitione ad filiũ spiritualẽ. Ab aspectu nefando a- Basil.
uerte oculos tuos, et ne delecteris pulchrarũ vultib. feminarũ, ne p ta
lẽ oblectationẽ vltima exoluas supplicia. Memẽto cui dedicasti mẽbra
tua, et ne cõmisceas illa meretricib. Reflecte amorẽ ab amore mulieris
neq; ab amore Dñi te amor excludat. Nõ te simules sĩpliciter accede-
re ad virginũ domus, nec velis cũ eis vti lõgis et otiosis fabulis, ne p
plurimas sermocinationis vtrorũq; mẽs polluat. Si ad feminarũ domus
importunè accesserit clericus, uel monachus, vt virgo patiat huiusmodi
ĩtroire ad se, statim ĩmutãt pristinã dignitatẽ, et q Dño polliciti sunt,
sua, volũtate amittũt. Nec.n. poterũt huiusmodi mãsionẽ in se Dño p-
parare, sed desolabũtur vt lignũ aridũ. B. Ephr. in Doctrina varia. Nõ Ephr. to. 2.
decet monachũ vllã habere cũ femina societatẽ: ad eã verò q virgini-
tatẽ pfitetur prsus ne accesseris, siqdẽ vllus in te carnalis sẽsus viget.
Nã monachũ inter epulas cũ feminis versari, idẽ est ac se in ignẽ pii
cere. Qui ãt earũ fugit cõsuetudinẽ, fugiat tanq dãna ex retib. et uelut
auis ex laqueo. Et in serm. aduersus improbas mulieres. Christus ipse Matth. 5. 28
dicit in Euãgelio. Qui viderit mulierẽ ad cõcupiscendũ eã, iã mæcha-
tus est eã in corde suo. Verè tremẽda hæc est admonitio, et multa vigi-
lantia opus hẽt. Quid.n. est mulier? Laqueus cõptus, homines in volu-
ptate illiciẽs, q splẽdida quidẽ facie, & excelso collo oculis annuit, &
genis arridet, lingua verò dulciter canens voce alios decipit, & sermo
ne pellicit, &c. Quid est mulier? naufragiũ super terrã, fons nequitię, the
saurus immunditiæ & malitiæ, mortifera conuersatio atq; confabula-
tio, oculorũ pernicies, animarũ exitiũ, cordis spiculũ, iuuenũ pditio, sce-

ptrum inferni,& concupiscentia preceps. Quid est mulier? că diaboli, requies serpentis,diaboli consolatio,dolor inconsolabilis,caminus succēsus,malitia incurabilis,diurna cōfabulatio,hospitiū lasciuorū,& offi-
Hier. ep 2. cina dæmonū,&c.S.Hier.ad Mepotianū,de vita Clericorū & Sacerdotū. Hospitiulū tuum,aut rarò,aut nunquā mulierū pedes terāt. Omnes puellas,& virgines Christi, aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige.Ne sub eodē tecto mansites:nec in præterita castitate confidas. Nec sanctior David,nec Samsone fortior, nec Salomone potes esse sapientior. Memento sēper,q̄ paradisi colonū de possessione sua mulier
Idem lib.1.9 eiecerit.Et in Ioninianū. Illud verò quis taceat q̄ sub ænigmate scri
Prov. 30. 15. bitur.Sanguisugæ tres filiæ erant dilectione dilectę:sed istæ nō saturauerūt eā,& quartæ non sufficit dicere,satis est. Infernus, et amor mulieris,& terra,quæ non satiatur aqua,& ignis exæstuans.Non hic de meretrice,non de adultera dr:sed amor mulieris generaliter accusatur, qui semper insatiabilis est,qui extinctus accendit, & post copiā rursus inops est,animūq; virilē effeminat, & excepta passione, q̄ sustinet,a-
Chry.ho 14. liud nō sinit cogitare.B.Io.Cnrys.hom.de muliere mala, ad varia loca Matthæi,Ego existimo nullā esse in hoc mundo bestiā cōparabilē mulieri malæ.Sed nunc mihi de tali sermo est,non de bona et honesta. Quid.n.inter quadrupedia aīalia leone sæuius?sed nihil ad hanc. Aut in serpentib.quid dracone atrocius?sed ne hoc quidē iuxta mulierē malā & linguosā cōferri pōt.Nā & leo & draco in malo inferiores sūt. Testificatē huic sermoni meo sapiētissimus Salomō dicēs. Cohabitare
Eccl 25. 23. leoni et draconi melius est,q̄ cū muliere mala et linguosa.Et inf.Mulier impudēs ne mini parcit,nō Leuitā honorat,nō Sacerdotē reueretē nō Prophetæ defert. O malū oī malo peius mulier mala:siue illa paupę fit,siue diues;duplex malū est,si habeat facultates malitię suæ cooperātes,ītolerabilis vipa ī medicabile venenū.Scio ego et aspides blādimētis incātātū mitigari,et leones,et tygres, et pardos domita feritate māsuescere.Mulier mala,ēt īiuriā patiē,et si honorē accipiat, extollit,
Aug ser.250 &c.B.Aug.in serm.de rpe.Cōtra libidinis impetū apprehēde fugā,si vis īuenire victoriā.Nec tibi verecūdū sit fugere, si castitatis palmā desideras obtinere.Vn fratres carissimi ab oīb. Christianis p̄cipue tū clericis,siue monachis indigna et inhonesta familiaritas fugiēda ē,qa sine vlla dubitatione,q familiaritatē nō vult vitare suspectā, cito dilabit in ruinā.Sed forte negligēs quisq; et minus de aīæ suæ salute solicitus respōdet et dicit.Ecce ego et familiaritatē habeo mulierū et extraneatū,& tamen castitatis ornamēta custodio.Infelix est et nimiū peri
Greg.lib.11 culosa ista,presūptio.Multi.n.dū se putabāt vincere,victi sūt.S.Gre-
ep.41. gor.Chrisanto Episcopo Spoletano.Ex quorundā relatione cognouimus sacerdotes territorii Nursini cum mulieribus extraneis commanere. Pro qua re valde nos fraternitas tua contristatos agnoscat : quæ dudum talia,si tamen cognouit,minime passa est coerceri . Sed quoniam

nlam precim.us Defensori vt hæc debeat modis omnib. emẽdare, si q́squã ex eis in tali capitulo cõtumax voluerit apparere ad fraternitatis tuæ eũ debẽt euocare iudiciũ. Ideoq; sãctitati tuæ necessario d.ximus scribendũ, vt si quos de sacerdotib. ad tuam dig. esin pertinentib. procaces inuenerit, admonitione sacerdotali præmissa, & si res ita exegerit, etiam & canonicã adhibens disciplinã de cetero emẽdare festinet.

III. REM. Considera exẽpla eorũ, qui occasione mulierũ turpiter lapsi sint, vel perierũt. Quæ cõmemorat B. Ephr. in serm, aduersus improbas mulieres, & ijsdẽ verbis Chrys. loco sup. citato. Leone, inquit, in lacu Danielẽ veriti sunt, at Nabot Iezabel occidit. Cete vẽtre suo Ionã seruauit: Dalida verò Sãsonẽ septẽ crinib. capitis eius abrasis tradidit alienigenis. Dracones et aspides ac bestiæ cornutæ Ioãnẽ in eremo timuerunt: Herodias verò in conuiuio ipsum decollauit. Corui. Eliã in mõte sustentarunt: at Iezabel ipsũ post benefic ũ flammæ acceptũ ad necẽ persecuta est. Et paulo post. Diabolus p mulierẽ à principio Adamũ in paradiso peruertit, per mulierẽ castissimũ Ioseph in carcere conclusit. Per mulierũ Dauidẽ ad Vriã Hethæũ dolo occidendũ concitauit. per mulierẽ sapientissimũ Salomonẽ ad preuaricandũ inducit. Per mulierẽ cunctos oppugnat, cunctos dedecorat, cũctos occidit. B. Hier. ad Eustachiũ, de costodia Virginitatis. Samson leone fortior, & saxo durior, qui & vnus, & nudus mille p̃secutus est armatos in Dalilæ mollescit amplexib. Dauid secundũ cor Dñi electus, & qui venturũ Christũ sancto sæpe ore cãtauerat, postq̃ deambulãs super tectũ domus suæ Bethsabeæ captus est nuditate, adulterio iunxit homicidiũ. Vbi & illud breuiter attende, q̃ nullus sit, et in domo tutus aspectus. Salomon per quẽ se cecinit ipsa sapientia, qui disputauit a cedro Libani vsq; ad hisopũ, q̃ exiit per parietẽ, recessit a Domino, q̃a amator mulierũ fuit. Et ne quis sibi de sãguinis p̃pinquitate cõfideret in illicitũ Thamar sororis Amnon frater exarsit incendiũ. Idẽ ad Ctesiphontẽ aduersus Pelagiũ scribens nõ dubitat affirmare & hæreses natas occasione mulierũ. Simõ, inq̃t, magus hæresim cõdidit, Helenę meretricis adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus omniũ immũditiarũ repertor choros duxit femineos. Marciõ Romã præmisit mulierẽ, q̃ decipiẽdos sibi animos præpararet. Appelles Philomenẽ suarũ comitẽ habuit doctrinarũ. Mõtanus immũdi Spiritus prædicator multas Ecclesias p̃ Priscã et maximillã nobiles & opulentas feminas primũ auro corrupit, deinde hæresi polluit. Dimittã vetere, ad viciniora trãsdẽdã. Arius, vt orbẽ acciperet, sororẽ Principis ante decepit. Donatus p Africã, vt infelices quosq; fœtẽtib. pollueret aq̃s, Lucillæ opibus adiutus est. In Hispania Agape Elpidiũ, mulier virũ, cæcũ cæca duxit in foueã, successorẽq; suũ Priscillianũ habuit, zoroastris magi studiosissimũ et mago Episcopũ cui iũcta Galla, nõ gẽte, sed nõie, germanũ hũc illucque currentem alterius & vicinæ hæresin reliquit heredem.

Ephr. to. 1.
Chry ho 14.
Dan. 6. 21.
3. Re. 21. 13.
Ioan. 2. 1.
Iud. 16. 17.
Marc 6. 27.
3. Reg 17. 6.
Gen 3. 4.
Gen 39. 20.
2. Reg 11 4.
3. Reg. 11. 7.
Hier ep 22.
Iud. 16. 15.
2. Reg. 11. 4.
3. Reg 4 11.
2. Re. 13. 14.

Nunc quoq; mi∫terij iniquitatis operatur. *Duplex ∫exus vtrumq; ∫upplantat.* Quod ad no∫trum ∫æculum attinet Lutherus omnium hæreticorũ parens, votis licet monaſticis obſtrictus, non dubitauit sãctimonialẽ fœminam ſibi matrimonio copulare. Cuius exemplum ſecuti ſunt omnes, quotquot nunc Lutherani Miniſtri, Caluiniani, Suenckfeldiani vel aliter, appellantur; ſummi cælibatus hoſtes.

IV. REM. Conſidera periculum, in quod ſe conijciunt clerici vel

Eccl 3.27. monachi, qui contubernio mulierũ carere nolunt. *Qui autem amat periculũ, in illo peribit*, ait Sapiens. Hoc aũt cognoſcere potes primũ ex eo, quod SS. Patres conuenienter cũ S. ſcriptura mulieré cõparent cũ leone, pardo, dracone, ſcorpione, colubro, vrſo, alijsq; ferocibus animalibus, quibuſcũ verſari ſummũ eſt periculũ. S. Hier. in

Hier ep 47. epiſt. quadã, de vitando ſuſpecto contubernio, ita ſcribit virgini cũ clerico cõmoranti. *Qui tibi neceſſe eſt in ea verſari domo, in quã neceſſe habes quotidie, aut perire, aut vincere? Quis vnquã mortaliũ iuxta viperam ſecuros ſomnos capit? que etſi non percutiat, certe ſolicitat. Securius eſt perire non poſſe, quã iuxta periculũ non periſſe.* Et B. Cyp.

Cypr. de ſingularitate clericorũ. *Nunquã ſecurus cũ theſauro latro tenetur*

Matth. 5. 28 *incluſus, nec intra vnã caueã habitans cum lupo tutus eſt agnus.* 2. liquet ex eo, q Saluator noſter apud B. Matthæũ clarè denunciet, quiſquis vel viderit mulieré ad concupiſcendũ eam, iam mœchatũ eſſe eã in corde ſuo. Quo autem non ſæpe videat, qui cum ea com-

Eph. tom. 1. moratur, aut ſæpe inuiſit? *Sæpenumero*, inquit B. Ephræm in ſermone de iudicio & retributione, *quis veſtrũ laſciuè nemine prohibente mulierem aſpexit, & cogitationé ſceleris admiſit, preteritq; illico. Similis eſt ille capreæ ſpiculo transfixæ, quæ cum venatorũ manus euaſerit, ſagittam tamen ſecum in iecore geſtans obiit.* Quod ſi tuus aſpectus non ſit laſciuus, non idcirco periculũ euaſiſti. Frequenter

Baſi. in c. 4. mulier conſpecta *iactu oculorum*, inquit B. Baſil. ſcribens in Iſaiam, *ſagittam planè exitialem emittit: cuiuſmodi tandem obtinet rumor de baſiliſci natura, qua dicunt ſolo aſpectu corrũpere ſuos ſpectatores.* 3. periculũ liquet ex eo, q ne quidem coniugati nec alij ſeculares ſẽ

Cyp lib. cit. per ab eo immunes ſint. *Si illi*, inquit Cyp. *qui duo ſunt in carne vna concreti tentationibus mutuis inuicem punguntur, quid faciẽt hi,*

Gal 5. 16. *qui in vna carne nec nati, nec coniuncti ſunt?* Et rurſus. *Nunquam*, ait, *deſiderijs carnalibus ſpiritum ceſſat infeſtare corpus humanum, quod Apoſtolus affirmat dicens. Caro concupiſcit, inquit, aduerſus ſpiritũ, ſpiritus autẽ aduerſus carnem, hæc. n. inuicem aduerſantur ſibi, vt non quæcunq; vultis illa faciatis. Habes nunc carnem tuã, quã ſuperes ſemper. Quid tibi vis alteram velle conducere? Nemo ſuper vnã febrem cupit adhibere peiorem, neque aliquis ſuper onus propriũ tollit inſuper alienum, ne oneribus duobus oppreſſus vſque ad inferos demergatur.*

V. REM. Conſidera, quam paradoxa ſit excuſatio eorũ, qui peri-

 cula

cula vel contēnunt, vel quia sperant se ab eis immunes fore, vel q̄a iam du sum experti sint, se ab omni lapsu immunes fuisse. At vt fuerint à lapsu grauiori, an ideo à lasciuis osculis, à choreis, quas illi vocant honestas, an ab omni petulanti contactu, an à cogitationibus impudicis? Certe S. Patres eā nō admittunt Lubrica spes est, ait B. Cyp. quæ inter fomenta peccati saluari se sperat. Interta victoria est, inter hostilia arma pugnare. Et impossibilis liberatio est, flāmis circūdari, nec ardere. Quod Salomon non negat dicens. Quis alligabit in sino suo ignē, vestimenta, aūt sua non cōburet? aut quis ambulabit super carbones ignis, pedes vero non cōburet? &c. Difficile quis venenū bibet, et viuet. Verendū est dormienti in rupa, ne cadat, cum dicat Apostolus. Qui se putat stare, videat ne cadat. In hac parte expedit, plus bene timere, quā male fidere. Et melius est infirmū se homo cognoscat, vt fortis existat, q̄ fortis videri velit, & infirmus emergat. Et S. Basil. in cō stitutionibus monasticis. Quod si quis dicat ex assiduo se cū mulieribus colloquio, congressuq; & cōuictu non admodū lędi, hic sine dubio, aut maris natura particeps non est, & portentū est quoddā insolētissimū, & præter omniū opinionē admirabile, & in vtriusq; sexus, vt ita dicā, confiniis positū, cuiusmodi esse illos ferunt, qui nati Eunuchi sūt: si quidē hoc illis eē velimus tribuere, q nullo modo feminarū libidine moueantur. Et S. Bern. in Cantica. Cū femina semper esse, & nō cognoscere feminā, nonne plus est, quā mortuū suscitare? Quod minus est non potes; & q maius est vis credā tibi? Quotidie latus tuū ad latus iuuenculę est in mensa: lectus tuus ad lectum eius in camera, oculi tui ad illius oculos in colloquio, manus tuę ad manus ipsius in opere, et cōtinens vis putari? Esto vt sis, sed ego suspicione non careo. Dicent forte, humana quidē virtute id fieri non posse: Nemo. n. pot esse continēs nisi Deus dederit, posse tñ diuina & virtute, & gratia, q̄ quotidie in precib. implorent. Sed audiant quid respondeat B. Cyp. Custos nobis datus est spiritus, sed ut contraria declinantib. assistendo subueniat, non vt contraria eligentib faueat; nec vt voluntarios & pronos in aduersa confortet; sed vt ab aduersis nitentes separari confirmet. Nā quisquis perniciosis conatib audet exercere virtutē iuuamen non habet spiritus sancti, qui neminē vult vltroneum virum forte ad fraudulentas victorias coarctari, nec protegit eum quinimo, sed deserit, quem periculis irruentem per illicitos euentus exquirere triumphos agnouerit, sicut ipse iam tunc per Salomonem locutus est dicens. Amās periculum in ipso periet. Ordine suo igitur, non nostro arbitrio virtus sancti spiritus ministratur, & secundū institutū eius prægha prosperantur. Vę qui per præsumptionem aliquid faciunt, & non per Deum.

VI. REM. Considera, esto absit omne periculum, tamen non abesse scandalum. Vnde B. Basil. Verum quod vō non dat, inquit, hoc demus nos in disputatione, posse videlicet quē existere, qui nullis libidinū

Cypr. l. cit.

Prou. 6. 19.

1. Cor. 10. 11.

Basil. c. 4.

Bern. ser. 64.

Sap. 8. 21.

Cypr. cit.

Eccl. 3. 27.

Basil. l. cit.

aculeis pungatur. Verum etsi hoc ipse non sentit, qui quæso hoc ita esse, cæteris item facilè poterit persuadere? Porrò ꝙ *quis nulla proposita vtilitatis spe multitudinē scādalizet, hoc ei arbitror non vacare periculo.* Et B. Cypr. *Si alicui tanta fiducia est de immobilitate propriæ firmitatis, saltē sollicitus reformidet, ne ipse sit scandalū vilib. alienis, sed terreatur voce Dn̄i comminantis. Væ, inquit, huic mūdo ab scādalis: veruntamen, væ homini illi, per quē scandalū venit. Si has Dn̄i comminationes religioso corde metuimus & reueremur, plus de aliis, q̄ de nobis existimescamus periculū nostrū qui mutuis, testāte Apostolo Paulo, vtilitatib. obligamur.* Non *quæ sua sunt, inquit, singuli cogitantes, sed quæ aliorū. Et iterū. Ne* ꝙ *suum est quærat, sed* ꝙ *alterius.* Et B. Hier. *Quod si dixeris. Et mihi sufficit cōscientia mea: habeo Deū iudicē, qui meæ vitæ est testis: nō curo, q̄d loquantur homines. Audi Apostolū scribentē. Prouidentes bona non solū corā Deo, sed ēt corā omnibus hominib.* Et S. Bern. *Esto vt sis, continens, sed ego suspicione nō careo. Scandalo mihi es, tolle scādali cām, quo te præbes verū, vt iactitas, Euangelii æmulatorē. Qui scandalizauerit vnū de Ecclesia, nōne Euangeliū condēnat illū? Et infr. Cohabitationē, si nescis, virorū & feminarū in iis qui vouere continentiā vetat. Si nō vis scādalizare Ecclesiā, eiice feminā. Alioquin ex hoc vno cætera, q̄ non adeo manifesta sūt, procul dubio credibilia fiūt. Sed quo mihi, inqt, Euāgelii loco monstras prohibitū istud: Euāgeliū appellasti, ad Euāgeliū ibis. Si obedias Euāgelio, nō facies scādalū. Prohibet. n. plane Euāgeliū scandalū fieri, &c. Nā hoc mandatū hēt ex Euāgelio, nō parcere nec proprio oculo scādalizāti se, nō manui, n̄ pedi, sed eruere illū, abscīdere ista et pīicere abs se. Si, inqt, Ecclesiā n̄ audierit sit tibi sicut Ethn. et publicanus.*

Cyp. l. cit.
Matth. 18. 7.
Phil. 2. 4.
1. Cor. 10. 33.
Hier. ep. 47.
Rom. 12. 17.
Bern. l. cit.
Matth. 5. 29.
Matth. 18. 17.

VII. REM. Cōsidera pessimos effectus cōmorationis muliebris cū hoīb. sacris, & contra, optimos singularitatis. Eos graphicè describit vnus B. Cyp. his verbis. *Respicite quāta mala cōuersatio pluralitatis huius acquirat, q̄ nō nisi corruptionē seminat, pullulat vitia, cupiditatē cōcipit, ignominiā parit, rubrē cōcitat, porrigit furiā, lasciuiā pascit, petulātiā nutrit, casus exaltat, ruinas ædificat, ripas eripit, præcipitia instruit, periculis nauigat, naufragiis velificat, perditione gaudet, interitū fouet, cōfusionē mercat, thesaurizat opprobriū, criminationes exaggerat, accusationes inflāmat, et cateruatim semel in faciē glomerās numerosas indagines captionū p infinita dedecorū multiplices mortes inuehit in perniciē perditorū. Tot itaq; et tātas strages calamitatis et pessimæ cōuersationis, nemo psternit, nemo calcat, nemo funestat, nisi singularis castitas sola, q̄ minimē inuictū est sāctimoniæ, et expugnatio fortis infamiæ, fortitudinis firmitas, et lasciuiæ petulātis īfirmitas, probitatis p̄sidiū, et īprobitatis excidiū, aīæ victoria, et corporis prgda, vbertas gloriarū, & sterilitas criminū, pronuba sanctitatis, et repudiū turpitudinis, sinceritatis indicium, & abolitio scandalorum, &c.*

Cyp. l. cit.

VIII. RE.

VIII. Rem. Considera dignitatē status Eccl. & monastici, quàm dedeceat in eorū domicilijs exercitia muliebria videri. Hoc antidotū non omisit idē Cyp. contenti estote, inquit, ad Clericos. *singularitatē laboriosam pro pudore seruando potius sustinere, quā sine labore ad dedecus peruenire. Contemplamini, quid sit populo sancto preesse, & cōsiderate quale sit diuinis sacramētis insistere. Altarib. placere debent, qui de altarib. viuunt, & talis conuenit curamus sinceritatis sacratis, qualia sunt sacra ipsa quib. exhibēt officia seruitutis; ne circa Dñm offendant ipsi, qd tractant, aut circa populū incipiant impedire, qd predicāt.* Propterqd Paulus Apost. sic testificatur. *Et oīa inquit, sustinemus, ne qd impedimentū demus Euāgelio Christi.* Et iterū. *Nemini dantes vllā offensionē, vt non vituperetur ministeriū nostrū. Hac igitur intētione vobis quā plurimū laborandū est, de iis, quib. ad manifestandā grauitatē singularitas magis, quā pluralitas testis vera est.* Et multo ante. *Qñ libera non est simplex reuerētia, quid ille geritur, vbi libertatis sumit mulier in cōtubernalitate constantiā, qñ in domesticis negotiis, nūc lacertos ac femora lanificis operib. nudat, nunc astuans detegit membra nunc fatigata iactatur, aut in risum aliqñ dissoluitur, nunc blanditias exhibet, & quod est venenosius super cuncta psallere delectatur, aut canere: cuius cantu tolerabilius est audire basiliscū sibilentē.* Contra quam Salomon sic nos cautos efficit dicens *Cū saltarice noli assiduus esse, nec audias illā, ne forte dispereas in efficacia illius. Taceo reliqua, quæ magis pudenda sunt, quā dicenda.* Et Cyp. in ser. contra clericos qui sorores adoptiuas secū hñt. *Quale est si in domū viri solitarii itur, videre calceos muliebres suspēsus, & cingula, & mithras, calathiscos, & circulos, & pectines, & fusa & alia, q̄ particulatim oīa numerare non datur. Sin aūt vlterius de his quæsieris, plurimus est risus. Primū quidē in puellarū tāta turba solus pacificitur, quasi choraules in orchestra, qui in choro mulierū saltātiū cōcinit, quo qd turpius & inhonestius? Deinde dis rūpit tota die familiarib. succēsens ob res q̄ ad mulieres spēt, etc. multa.* Cyp l. cit. 1. Cor. 9. 12. 2. Cor 6. 3. Eccl. 9. 4. Chrys.

IX Remed. Considera, etiāsi canones Ecclesiastici, ex Concilio Niceno, Carth. & alijs, clericis indulgeant cū quibusdam mulierib. commorationem, vt cum matre, auia, amita, matertera, sororibus, filiabus fratrum aut sororum, earumque similibus, *in quibus naturale fœdus,* vt loquitur Innocentius 3. *nib. l permittat sani criminis suspicari* (tutius tamen & consultius esse omni fœmineo contubernio, quo ad fieri possit abstinere, exemplo D. Augustini de quo Possidius ita scribit. *Fæminarum intra domum eius nulla vnquam conuersata est, nulla mā sit, nec quidem germana soror, quę vidua Deo seruiens multo tempore vsque in diem obitus sui præposita ancillarum Dei vixit. Sed neq; patru. sui filiæ, & fratris sui filiæ, quę pariter Deo seruiebant: quas personas sanctorum Episcoporum Concilia in exceptis posuerunt. Dicebat verò, quia etsi de sorore, & neptibus secum commorantibus nulla nasci* C. Nic. ca 3. C. Carth. 3. ca p. 17. C. a nobis, & cohabi. cler. Possid. in vi. a c. 26.

possit

possit mala suspicio, tñ qm̃ illæ personæ sine aliis necessariis secũq; manentib. fœminis esse nõ possent, & qd ad eas & aliæ a foris intrarent, de iis posse offendi culũ aut scandalũ infirmioribus nasci, & illas, qui cũ epõ vel quolibet clerico forte manerẽt, ex illis oib. fœminarũ personis vna cõ morantib. aut aduenientib. tentationib. humanis posse perire, aut certe malis hoĩum suspicionib. pessime diffamari. Ob hoc ergo decebat nunquã debere fœminas cũ seruis ẽt in castissimis in vna manere domo. Idẽ

Gregor.l 7. ep 39. consuluit multis B. Greg. in ep. ad Ro. defensorẽ, & alios. *Si quis,* inquiens, *Epõrum, quos cõmissi tibi patrimonii finis includit, cũ mulieribus degũt, hoc oĩno cõpescas, & de cætero eas illic habitare nullo mõ patiaris, exceptis eis, quos sacrorũ canonũ censura permittit, i. matrẽ, amitã germanã, & alias huiusmodi, de quib. praua nõ possit esse suspicio Melius tñ faciũt, si ẽt a taliũ se cohabitatione cõtineãt. Nã legitur qd B. Aug. nec cũ sorore habitare cõsenserit, dicẽs. Quæ cũ sorore mea sunt, sorores meæ nõ sunt. Docti ergo viri cautela magna nobis dẽt esse instructio. Nã incautæ præsumptionis est, qd fortis pauet, minus validũ nõ timere. sapienter n. illicita superat, qui didicerit ẽt vti non concessis.* Sic B. Hier. Rustico monacho suadet, ne vel matri cohabitet.

Hier.e p 4. X. Remed. Considera, qd SS. patres faciendũ consuluerint, cũ necessitas incidit adeundi fẹminas, siue clerico, siue monacho. B. Cyp. ita loquitur. *Sunt equidẽ necessitates aliæ, quæ nos quoq; priuatim fœminas videre cõpellant, sed ẽt ipsi diuini operis vel præcepti imperãt efficaciã, vt visitemus, vt solatia præbeamus, vt hortamenta vitalia salubriter intimemus: nec tn & in his officiis minor cura agenda est pro viribus nostris, vt clarescant in nostra operatione indicia puritatis. Seueritas non desit, quæ sublero fœminã possit astringere, vt ipsam consolationem nostrã suscipiat cũ tremore, & ita sentiat visitationis affectũ, vt clericũ vereretur. Ac ne tardius sit euagari per singula totum quicquid agimus, honestũ esse põt, si semper in nobis signa honestatis elucẽãt, sicut Paulus Apost. vniuersa cõplexus est dicens. Oĩa vestra honestẽ fiant.* Et sub finẽ. *Si quis aũt modo perfectione cogente, apud fratres, vel*

Cyp.l cit.

1.Cor.14 40 *apud extraneos hospitatur, vbi mulieres intersunt, oĩno se arctet, ne passibilitate aliqua vitietur. Semotus ac secretus Deo vacet & sibi, ne intus capiatur a diabolo. & qui foris capi non potuit, apud suos cadat. Qui hostes effugit, ad eps pro salutaribus causis procedat ad faciẽ, & iterum discedere de conspectu festi et. Vbiq; gustanda est cum mulierib. nõ continuata præsentia, sed quasi transeunter fœminis exhibenda est accessio quodãmodo fugitiua.* S Bas. in constitutionib. monasticis. *Danda est opera, vt si fieri mulierum colloquia congressusq; funditus fugiamus: Si id non possit, in eo nitendum est certe, vt quã rarissima illa & quã breuissima fiant; neque id ex odio sexus, apage, neque vt qui cogitationẽ illarum abnegemus: quin potius earum ẽt patrocinium suscipiamus, & c. congressum tñ defugiamus, ne ex ipsarum aspectu in memoriã eius, cui*

Bas.l c.4.

semel

semel nuncium remisimus, libidinis, redire cogamur. S. Amb. clericis sic
cauet. *Videamur ac virginum domos, nisi visitandi gratia, iuniores a-*
dire non est opus: & hoc cum senioribus, hoc est, vel cum Eps, vel si gra- Amb. 1 offi. c. 20.
uior est causa, cum presbyteris. Quid necesse est, vt demus secularibus ob-
trectandi locum? Quid opus est, vt illæ quoque visitationes crebræ acci-
piant auctoritatem? Quid si aliqua illarum forte labatur? cur alieni lapsus
subeas inuidiam? Quam multos etiam fortes illecebra decepit? Quid nobis cum
alienis domibus? Vna est domus, quæ oẽs capit. Illi potius ad nos veniãt,
qui nos requirunt. Quid nobis cum fabulis? Ministeriũ altaris Chri- Hier. ep. 2.
sti, non obsequiũ hoĩb. deferendum recepimus. S. Hier. ad Nepotianum.
Si propter officium clericatus aut vidua visitatur, aut virgo, nunquam
domũ solus introeas. Tales habeto socios, quorũ contubernio non infame-
ris. Solus cum sola, secreto, & absq; arbitro vel teste non sedeas. Si fami-
liarius est aliquid loquendũ, hẽt inuicẽ maiorem domus, virginẽ, viduã,
vel maritatã: non est tam inhumana, vt nullum præter te habeat, cui se Poss. in vita
audeat credere De S. Aug. Possidius. *Si forte ab aliquib. feminis, vt vi-* c. 25. & 27.
deretur, vel salutaretur, rogabatur, nunquam sine clericis testib. ad eas
intrabat, vel solus cum solis nunquã est locutus, nisi secretorũ aliquid
interesset. In visitationib. verò modum tenebat ab Apost. definitum, vt 1. Tim 5. 3. Iac. 1. 27.
non nisi pupillos & viduas in tribulationib. constitutas visitaret. Et si
forte ab ægrotantib. ob hoc peteretur, vt pro eis in præsenti Deum roga-
ret, eisq; manus imponeret, sine mora pergebat. Feminarum autem mo-
nasteria non nisi vrgentibus necessitatibus visitabat.

XI. Remed. Considera miserabilẽ exitũ quorundã Clericorum qui
in concubinatu vitã traduxerunt. Vnũ sit omnium instar, quod Patres P. Cluniac.
Venerabilis Abbas Cluniacensis S. Bern æqualis, suo ipse accidisse re- lib. 1. c. 25.
fert in libris miraculorum, *Apud Castrum Lezinianum, inquit, quod*
in Pictauensi pago situm est, nuper quidã presbyter erat, qui sacerdota-
lis ordinis supercælestem dignitatẽ miserrimæ vitæ conuersatione detur-
pans, non ad aĩarum, quib. præerat curam, sed ad carnis suæ voluptatem Ezech. 34.
explendam sacro ministerio vtebatur. Qui iuxta prophetam lac gregis
sui comedens, & eius se lanis operiens absque vlla spe æternorum merce-
dibus mercenarii auidissime pascebatur. Mundissimam atque omnia
mundantem Christi carnem & sanguinem in altaris sacramento frequẽ-
ter officio, non deuotione sumebat, nec ab immundis tamen carnis ope-
ribus sese cohibebat. Cumque vt sus immunda multo tempore in cœlo lu-
xuriæ versaretur, & sui ipsius fœtorib. delectaretur, territus conscientiæ
malo, (sicut aliquando & mali ad horam compunguntur) familiaritatẽ
quorundam bonorum virorum expetit, & Abbati Bonæuallis ac fra-
tribus eiusdem monasterii se in amicitiam speciotenus copulauit. Qui lon-
go tempore eum de vitæ emendatione commonentes, & vt seculo renun-
ciaret assidue exhortantes, nihil ab eo impetrare præter inanem spem ali-
quando potuerunt. Nã libenter, quæ dicebant, audire se fingens, & sem-

per

per eos de cõuersione suspendẽs, de societate sanctorũ illorũ gloriabatur, nec admonitione, vel exẽplis eorũ a malis retrahebatur. In his atq. aliis perdẽdę vitæ suæ actib. perdurans, & obstinatione impiã sibi in die iræ thesaurizans in morbũ incidit, quo post aliquot dies ingrauescẽte ad extrema peruenit. Adierat eũ visitationis gratia Prior iã dicti monasterii, atq. cũ eo aliquãtũ dici spaciũ, ipso quoq; rogãte, permãserat. Et ecce nocte superueniẽte, cũ cunctis discedẽtib. solus lecto eius assideret, clamare terribiliter ęger ille ad Priorẽ cępit. Succurre, ait, succurre, ecce duo super oẽm feritatẽ expauescẽdi Leones in me impetũ faciunt, hiante ore ac rictu feroci per frustra discerpturi me totũ consumere volũt. Deprecare citò Dñm, vt ab his eripiar, antequã morsib. eorũ consumar. Dicebat hæc & tremebat, ac velut deuoraturos fugiens timor defecto corpori vires addente, retro cedebat. Prior vero vocis illius ac gestus terrore turbatus, non sine multo & ipse timore erat: ad preces tñ ipsa necessitate impellẽte cõuersus pro misero illo, vt poterat, Dominũ exorbat. Quo orãte, mutata voce æger. Bene, inquit, bene: recesserunt crudeles bestiæ, per orõnes tuas iã vltra nusquã apparẽt. Et qa vsq, ad vltimũ spiritum sp cõpos sui extitit, (nec vt quidã morientiũ solent, vel in modico sensu imminutus fuit) cõuersus ad priorẽ, loqui cũ eo quibuslibet voluti sanissimus cępit. Cũq tã de his, quã de aliis multa inter se verba conferrent, horæ fere vnius spacio elapso, rursus inclamare lõge terribilius, quã primo, exorsus est. En, inquit, en ignis de cęlo, vt torrẽs inundãs descendit, & super hũc meũ lectũ veniẽs iã iã me in fauillã vsq; cõburet. Festina, adiuua, ora: si forte & ab hac morte eripi valeã. Et hæc dicẽs, manib. et brechiis operatoria subleuabat, eaq. velut aliquid iuuare possent, inuisibilib. ignib. turbatus opponebat, sed nequidquã; non. n. corporalia tegmina a spũalib incendiis tegere poterant, quę cęlesti vindicta impia opera exponebãt. Prior adaucto timore denuo ad orõnẽ cõuertitur, & quãtũ in tali casu possibile erat, Dñi misericordiã deprecatur. Illo, vt sup orõni instãte post paululũ patiens gratulationis vocib. preces eius interrupit dicẽs. Quiesce, iã ab igne tutus sũ; nã dũ sup me, vt dixi, cũ impetu descenderat, interpositus est linteus, vsq ad quẽ ignis peruenit, sed eũ transire ñ potuit Iã et ab isto piculo ereptus, oro ne a me discedas, quousq. q istorũ finis futurus sit agnoscas. Tũc Prior, q tã timore, q̃ hospitãdi necessitate recedere volebat, subsistit, & ab orõne surgẽs rursũ ei assedit. Cũque cũ tãtis terrorib. anxiũ cõsolaretur, & vterq. adinuicẽ, vt prius, colloqueretur, sub ægratus ad inuisibilia raptus obmutuit. Prior raptũ eum ab humanis intelligẽr rei exitũ præstolabatur. Cũ ecce post multũ noctis spaciũ hõ ad se reddit, & miserabiliter ingemiscẽs ait Ha. ha, ad iudiciũ æternũ raptus sum, & heu miser, æterna morte dãnatus sum. Traditus sum horrẽdis terrorib. igne inextinguibili cũ diabolo, & Angelis eius perpetuo cruciãdus. Ecce. ecce ignita sartago plena bullienti adipe, q̃ corã me tormentorũ ministri detulerũt, eãq. ad me frigendũ vndeq succende-

cenderint. Et cū *Prior orōni, sicut iā bis fecerat, tertio quoq; incubuisset, ille ait. Cessa.cessa pro me orare, nec pro illo vltra fatigeris, pro quo nullatenus exaudieris. Priore verò dicente. Frater redi ad cor, & misericordiam, dum adhuc viuis, a Deo require: ille adiecit. Putas ait, me vt insanū loqui? Non insanio, sed sana mente, quę dixi confirmo. Et cucullam Prioris manu tenens eum interrogauit. Nonne hoc, quod manu teneo, cuculla tua est? Quo respondent, est; adiunxit. Sicut hęc vestis cuculla est, & sicut hoc, quod mihi substratum est, palea est: sic & hoc, quod corā cerno, ignita sartago est. Et dū hęc loqueretur, gutta inuisibilis ignis de illa, quā dicebat, sartagine exiens, in manū eius, Priore vidēte, cecidit. Et miserabile dictu, cutē & carnē vsq; ad intima ossa consumpsit. Tū ille acriū gemitu. En, inquit, indubia rei probatio. Nā sicut ista, quā vides, de sartagine prolapsa gutta carnis partē consumpsit: sic cōfestim totum me ignea vorago consumet. Priore ad ista stupente iterū dixit. Ecce sartaginē istā ministri infernales propius afferūt, vt me in illā coniciāt, iam nāq manus adaptant. Et post modicū. Ecce linteum, in quo iaceo, vndiq concurrentes accipiunt, & me in ignitā sartaginem æternā frixuram proiciunt. Hoc velut vltimum vale mox vt Priori, atq. bis, qui ad hoc horrendum conuenerant dixit, subtracta voce, ac reflexa ceruice puniendum Spiritum condemnatis spiritibus tradidit. Tantus vero terror omnes inuasit, vt ilico aufugerent, neque aliqui in domo, vbi cadauer mortis remanserat, remanere auderent. Facto mane miserum cadauer sepulturæ mandatum est. Post aliquot autem dies, cum ad vniuersos circa positos hęc tam terribilis fama peruenisset, rei veritatem probare volentes, tumulum aperuerunt, atque fossam illam, quæ in manu presbyteri adhuc viuentis gutta prænuntia damnationis fecerat, in mortui cadauere inuenerunt.* Hæc Petrus. Plura huius generis, & vetustiora exempla huius apud Pet. Damiani Cardinalem tomo 1. nuper edito: vt epistola 3. & 8. lib. 4. & 16. lib. 4.

Vide. *Consuetudo praua.* Exem*plum malum. Familiaritas nimia. Luxuria. Præsumptio. Societas praua. Tentatio. Voluptas carnis.*

MVNERVM CORRVPTELA.

Remedia contra munerum corruptelam.

I Remed. Confidera oracula Spiritu S. de acceptione munerū, maxime si fiat à iudicibus, aduocatis & alijs iustitiæ patronis. Primo. n. vetat hanc acceptionem, eo quod noxia sit accipienti. Vt in Exod. *Nec accipies*, inquit, *munera, quæ & excæcant prudētes, & subuertūt verba iustorū.* Et in Deut. *Non accipies personā, nec munera, quia munera excæcāt oculos sapientiū, mutāt verba iustorū.* Et in Num. Nō Exod. 23. 8. Deut. 16. 19. Num. 35. 31.

a.cipie-

accipietis pretiū ab eo, qui reus est sanguinis. Et in Iob. *Ne multitudo donorū inclinet te.* Et in Prou. *Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicii.* Et iterū. *Victoriā & honorē acquiret, qui dat munera: aīam aūt aufert accipientiū.* Et. *Qui cognoscit in iudicio faciē, nō bene facit; iste & pro bucella panis deserit veritatē.* Et in Eccl. *Nō sit porrecta manus tua accipiendū, & ad dandū collecta.* Et. *Xenia & dona excęcant oculos iudicū, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorū.* 2. exercantur munerū acceptores, & pęnā eis cōminatur, vt in Deut. *Maledictus, ait, qui accipit munere, vt percutiat aīam sanguinis innocentis, & dicit, oīs populus, Amen.* Et in Iob. *Ignis deuorabit tabernacula eorū, q munera libenter accipiūt.* Et in Isaia. *Væ, qui iustificatis impium pro munerib. & iustitiā iusti auferis ab eo.* Et in ep. B. Iudæ. *Væ illis* (hęreticis) *quia errore Balaam mercede effusi*, i. in oē facinus prolapsi instar Balaam, qui mercede conductus fuit vt malediceret populo Israel. Contra promittit Spiritus S. vitam æternam ijs, qui nolunt accipere munere. Vt per Salomonem dicentem. *Qui odit munera, viuet.* Et per Isaiam. *Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius.*

Iob 36.18.
Prou. 28.21.
Eccl. 4.36.
Eccl. 20.31.
Deut. 27.25.
Iob 15. 34.
Isa 5.23.
Num 22.23.
Prou 15. 27.
Isa. 33.15.

II. Rem. Considera SS. Patrum eloquia. S. Basil. in Isaiam. *Quanam alia causa coarguntur Principes hoc loco, diligentes munera, non item accipientes munera? (multis.n. in hac vita pro exhibito officio decenter cōferuntur munera) nisi quia notantur iis, qui immodica cupiditate accipiendi ea intabescunt, & totā suā dilectionē effundunt in hęc euanida & terrestria, cū potius eā deberent effundere in Deū toto corde diligēdū. Sane ob id immodica illa acquirendi cupitaditas efficitur idololatria. Iussi aūt sumus non diligere munera, sic, vt horū cā nō sinamus aliqua fieri ab adeuntib. nō ex iis, quæ lege interdicta sunt. In vniuersū.n. huiusmodi munera scriptura nō permittit nobis diligere, nec circa ea indulgere affectib.* S. Hier. in eundem, ad verba oēs diligunt munera, sequuntur retributiones. *In Catalogo vitiorū numerantur ēt hi, qui diligunt munera. Non dixit, qui accipiunt, hoc.n. sæpe necessitate fit. Sed qui non putant amicos, nisi a quib dona perceperint: nec os considerant amicorum, sed manus: & eos sanctos iudicant, quorū exhauriunt marsupiū, de quib. & Ecclesiastes loquitur. Qui diligit pecuniā, nō implebitur pecunia. Huiusmodi sequuntur retributiones, vt laudent eos, a quib. aliquid acceperint, vel certe nulli quippiā tribuāt, nisi a quo se recepturos putauerint.* S. Aug. in psal. 25. *Munera, non solū pecunia est, non solum aurum & argentum, non solum xenia sunt, &c. Sed quid est accipere munera?* Propter munera laudare hoīem, adulari hoī, palpare blandiendo, iudicare contra veritatem propter munera. *Propter quæ munera? Nō solum propter aurum & agētum, & huiusmodi aliquid, sed ēt propter laudem qui iudicat male munus accipit, & munus, quo nihil inanius. Putauit.n. illi manus ad accipiendū iudiciū linguæ plena, & perdidit iudicium*

Basil in c.1.
Hier. in c.1. Isa.
Eccl. 5.9.
Aug. enar. 2.

eiuni constitæ suę. Ergo in quorū manib. iniquitates sunt, dextra eorum repleta est muner:b. B. Greg. lib. 6. moral. *Recte de iusto per prophetam dicitur. Beatus, qui excutit manus suas ab oī munere. Quia n non solum fraus in acceptione pecuniæ est, munus proculdubio vnum nō est. Tres vero sunt acceptiones munerū, ac quas ex fraude festinatur* Munus namq; *à corde est, captata a cogitatione. Munus ab ore, est gloria per fauorem. Munus ex manu est præmiū per dationē Sed tutius quisq; ab oī munere manū excutit, quia in eo, quod recte agit, nec ab humano corde inanem gloriā, nec ab ore laudē, neč a manu recipere donationē quærit.* P. Blesensis ad Sacellanū regis Siciliæ. *Peremptoriū est in Principe vel aurum adorare munerum, vel fauorem quærere personarum, teste siquidem Propheta, in quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus. Transibunt verò iniquitates in pænam & munera in dolorem, quia testimonio Iob, ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt.* Greg. c. 26. Isa. 33. 15. P. Blesf. ep. 10 psal. 25. 10. Iob. 15. 34.

III. Remed. Considera exēpla sanctorū, qui munera accipere renuerunt. Primus est propheta Samuel, qui iam senex vniuersum Israel, vt est in prima Regū, sic allocutus est. *Loquimini de me corā Domino, & corā Christo eius, vtrū bouē cuiusquā tulerim, aut asinū; si quēpiam calūniatus sum, si oppressi aliquē, si de manu cuiusquā munus accepi; & contēnam illud hodie, restituamq; vobis. Et dixerunt. Non es calūniatus nos, neq; oppressisti, neq; tulisti de manu alicuius quippiam. Dixitq; ad eos: Testis est Dominus aduersum vos vos, & testis Christus eius in die hac, quia non inuenietis in manus mea quippiam. Et dixerunt. Testis.* Cur aūt Samuel speciatim se purget de hoc vitio accipiendi munera, illa causa vr̄, quia Prælatorum improbatum ferè proprium hoc crimen est, quod laborent auaritia, & diligant munera. Quod obscure indicauit Isaias cū arguens ciuitatem Hierosolymorum, postquā dixit. *Principes tui infideles, socii furū,* mox subiicit. *Omnes diligunt munera.* Hanc cām reddit B. Greg. dum exponens verba Samuelis ait. *Cum reprobi pastores præsunt, principale eis propositum est in rapina subditorum. Quia enim æternorum bonorum abundantiam aspicere nesciunt: quo præsentia ardentius concupiscunt, eo auidius oblata recipiunt, non oblata violenter tollunt, innocentibus insidiantur, debiles opprimunt, munera accipiunt, iuraque peruertunt.* Secundus est, Propheta Elisæus, cui, cum Naaman princeps militiæ regis Syriæ, vt est in quarto Regum, ob mundationem a lepra eius studio impetratam, grati animi ergo magna munera offerret respondit. *Viuit Dominus, ante quem sto, quia non accipiam: cumque vim faceret, penitus non acquieuit* Et paulo post subditur. *Dixitque Giezi puer viri Dei* Naaman iam digresso. *Dominus meus misit me ad te dicens. Modo venerunt ad me duo adolescentes ex filiis Prophetarum, da eis talentum argenti, & vestes mutatorias duplices. Dixitque* Naaman. *Melius est,* 1. Reg. 12. 3. Isa. 1. 23. Greg. l. 5. ca. 2. in 1. Reg. 4. Reg. 5. 16. v. 20.

vt

vt accipias duo talēta. Et coegit eū. Et regresso dixit Elisaus. *Vnde venis Giezi*. *Qui respondit*. Non iuit seruus tuus quoquā. *At ille ait*. *Nonne cor meū in præsenti erat, qñ accepisti argentū & vestes vt emas oli*
Amb.l.4.c.4 *ueta, & vineas, &c. Sed & lepra Naamā adhærebit tibi, & semini tuo vsq. in sempiternū*. Et *egressus est ab eo laprosus quasi nix*. Quā histo-riā tractans B. Amb. in Lucā. *Disce, inquit, congrue præcepta virtutis:*
Matth 10.8. *probauit fidē, qui præmia recusauit. Disce vtroq. dictorū factorūq; mysterio qd sequaris*. Hēs Dñi præceptū, vatis exēplū, *gratis accipere, gratis dare*, nec vēdere ministeriū, sed offerre. Non. n. pretio taxat Dei gratia, nec in Sacramētis lucrū quæritur, sed obsequiū sacerdotis. Non tñ satis est, si lucrū ipse nō quæras: familiæ quoq; cohibēdæ manus sunt, &c. Si quis aūt domui suæ præesse nescit, quō Ecclesiæ Dei diligentiā habebit? Instrue ergo familiā tuā, hortare, custodi: & si te fefellerit seruulus (humanā. n. nō excipio facultatē) prophetico deprehensus repudietur exēplo. Cito turpē sequit lepra mercedem, & pecunia corpus aīumq; male quæsita cōmaculata. *Accepisti, inquit pecuniā, & possidebis ex ea agrū & vineas, & oliueta & greges, & lepra Naamā adhærebit tibi, & semini tuo vsq. in sempiternū*. Vides, quia facto auctoris successio dānatur heredis. Inexpibilis est. n. vēditi culpa mysterii, & gratiæ vindicta cælestis trāsit ad posteros. Tertius est propheta Daniel, cui cū Babylonio
Dan.5.16. rū rex Baltassar dixit. *Audiui de te, quod possis obscura interpretari, et ligata dissoluere; si ergo vales scripturā legere, & intepretationē eius indicare mihi purpura vestieris, & torquē aureū circa collum tuū habebis, & tertius in regno meo princeps*. Ad quę respōdens Daniel, ait corā rege. *Munera tua sint tibi & dona domus tuæ alteri da; scripturā aūt legā tibi, rex, & interpretationē eius ostendā tibi*. In quæ verba ita cō
Hier. in c.5. Dan. mentatur B. Hier. *Aemulemur Danielē regis dignitatē & munera contemnentē; qui absq. pretio proferens veritatē, iā illo tpe præceptū Euāge*
Matth.10.8 Dan.2.48. *licū sequebatur. Gratis accepistis, gratis date*. Si obijcias illū recepisse munera, & nūc à Baltassare, & alias a Nabuchodonosore. Rñdeo, recepisse sed inuitum, vel certe nutu diuino. *Accepit* aūt, subdit ibid. Hier. *insigne regium, torquem & purpuram, vt Dario, qui erat successurus in regnū fieret notior, & per notitiam honoratur*. Et supra ad caput secundum dicit idem obiecisse vel calumniatum esse impium Porphyriū. *Non cōsiderans*, inquit, *ideo regē vidisse somniū, & interpretationis mysteria per puerū reuelata, vt Daniel cresceret, & in loco captiuitatis princeps fieret oīum Chaldæorum & Dei oīpotentia nosceretur. Quod quidē, & in Ioseph apud Pharaonē, & Aegyptū factū legi-*
Gen.41.40. Esth.8.15. *mus. Et in Mardochæo apud Assuerum, vt in vtraque gente haberēt captiui & peregrinantes Iudæi solatia, videntes hominem gentis suæ Aegyptiorum esse Principem, vel Chaldæorum*. Hæc ille. Quartus est, Apostolus Paulus, qui non modo munera gratis oblata, sed etiam stipendia, iure naturæ, legeque Dei tam veteri quam noua, (vt ipse multis

multis verbis in priore ad Corinthios probat) sibi debita repudiauit, 1.Cor. 9.7.15
imo ibidē declarauit se potius fame mori malle, quā ea ob labores Deut. 25.2.
prædicationis acceptare. Nā in primis maiores natu Ecclesiæ Ephe- Matt. 10.10.
siorū, apud quos trienniū integrū noctu diuq; in prędicatione Euan
gelica posuerat, vt est Act. Apost. historia, ita allocutus est. *Argentum* Act. 20.33.
& aurum, aut vestē nullius concupiui, sicut ipsi scitis, quoniā ad ea quę
mihi opus erant, & his qui mecū sunt, ministrauerunt manus istæ. Et in
1. epist. ad Corinth. protestatur se non vsum ptāte accipiendi stipen- 1.Cor. 9.15.
dium, quantumuis multis noib. iustissima. Et in altera ad eosdē ad-
dit, se nec voluisse vti in magna inopia. *Cum essem,* inquiens, *apud* 2.Cor. 11.9.
vos & egerem, nulli onerosus fui: nā quod mihi deerat suppleuerunt fra-
tres, qui venerunt a Macedonia, & in oībus sine onere me vobis serua
ui, & seruabo Est veritas Christi in me, quoniā hæc gloriatio non infrin
getur in me in regionib. Achaiæ. Deinde in priore ad Thessalonicen- 1.Thess. 2.9.
ses sic scribit. *Memores estis fratres laboris nostri & fatigationis no*
cte ac die operantes, ne quē vestrū grauaremus, prædicauimus in vobis
Euangeliū Dei. Vos testes estis, & Deus, quā sancte, & iuste, & sine
querela vobis, qui credidistis fuimus. Atq. in posteriore. *Ipsi scitis,* in-
quit, *quoniā non gratis panē manducauimus ab aliquo, sed in labore, &*
in fatigatione, nocte & die operantes, ne quē vestrū grauaremus. Quod
Pauli exemplū alicubi admiratus Greg. Magnus. *pensemus ergo,* in- Greg. ho. 18. in Ezech.
quit, *si possumus, cuius hoc mansuetudinis fuerit, panē spiritus prædica-*
re, & panē carnis nō accipere, corda audiētiū de diuitiis æternis instrue
re, & inter eosdē discipulos fideles & abundātes fame laborare, inter sa
tiatos pati inopiā, nec tñ quod patiebatur dicere, nec tñ dolere; videre
dura erga se corda audientiū tenaciū, nec a prædicatione desidere. Nā si Act. 19.12.
cut Apost. Acta testantur, anno & sex mensib. continue in eadē ciui 2.Cor. 11.9.
tate prædicauit, &c. Verè in hoc Paulus, vere magister gentiū; sua negli 1.Cor. 13.24
gens, aliena curans, impleuit, quod prædicauerat. Nemo qđ suū est quę Phil. 2.4.
rat, sed qđ alterius. Et nō *quæ sua sunt singuli cogitātes sed ea q̄ aliorū.*

IV. Remed. Considera Causas Paulini huius facti, quas Aposto-
lus locis iam allegatis reddit cōplures. I. est in Actis. *Quoniā,* inquit, Act. 20.35.
sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Ie-
su, quoniā ipse dixit. Beatus est magis dare, quā accipere. 2. Est in 1. ep.
ad Corinthios. *Omnia sustinemus, ne quod offendiculū demus Euan-* 1.Cor. 9.12. 19.23.
gelio Christi, i. ne cursum prędicationis nostra culpa retardemus, vt
exponit Chrys. & Theodoretus. ibid. vt plures lucrifaceret. *Cum li-*
ber inquit, *essem ex omnibus, omnium me seruum feci, vt plures lucri-*
facerem. 4. ibidem, vt particeps fieret mercedis in Euangelio promis-
sæ. *Omnia* inquit, *facio propter Euangelium, vt particeps eius efficiar.*
Ita Sedulius & B. Anselmus. 5. in 2. epist. Vt pseudoapostolis omnem
ansam se calumniandi præriperet. *Quod autem facio,* inquiens, *& fa-* 2.Cor. 11.
ciam, (hoc est, gratis prędicabo Euangelium,) *vt amputem occa-*

 sionem

sionem eorum, qui volunt occasionẽ, vt in quo gloriantur (se gratis prædicare) *inueniantur sicut & nos Nã eiusmodi pseudoapostoli sunt operarii subdoli*, fingentes, se gratis prædicare, cũ sint diuites, inquit Oecumenius. 6. est in vtraq; Thessalonicenses, ne quenquam grauaret. Solent. n. hoĩes auari ægre persoluere stipendia quæ debentur parochis, & concionatorib. vel quia arbitrantur eos non indigere, vel quia credunt labores eorum esse exiguos. 7. ibidem, vt bonum exemplum aliis darent, quod imitarentur. *Vt nosmetipsos*, inquit, *formam daremus vobis ad imitandum nos.* Harum causarum consideratio idcirco proposita est, quod te æquè ac Apostolum deterrere poterunt ab accipiẽdis muneribus pro concionum, Confessionum, Missarum, aliorumque Spiritualium operum labore.

1. Thess. 3. 9. — 2. Thess. 3. 8. — 2. Thess. 3. 9.

V. Remed. Assuefac te ad minora ẽt munera respuẽda, vt hoc longius absis a suspicione auaritiæ, vel ẽt turpioris amoris. Exemplũ habes B. Hier. toto orbe ob miracula facta clarissimũ, de quo B. Hieron. ita scribit. *Hoc initium signorum eius in Sicilia* (eiecerat autem dæmonem ex quodam scutario) *innumerabilem ad eum deinceps ægrotantiũ, sed & religiosorum hominum adduxit multitudinem, in tantum, vt de primoribus quidam tumens morbo intercutis eodem die, quo ad eum venerat, curatus sit, qui postea offerens et infinita munera audiuit dictum Saluatoris ad discipulos. Gratis accepistis, gratis date. Dum hæc ita geruntur in Sicilia, Hesychius discipulus eius toto orbe senẽ quærebat, etc. & in quadam cuius littoris villula famã senis sciscitatus, consona voce omnium cognouit, vbi esset, quid ageret; nihil in eo ita cunctis admirantib. quã quod post tanta signa atq miracula, ne fragmen quidem panis a quoquã in illis locis accepisset.* Idem in ep. ad Nepotianum depingens vita Clericorum, *Caueto*, inquit, *omnes suspiciones, & quicquid probabiliter fingi potest, ne fingatur, ante deuita. Crebra munuscula; & sudariola, & fasciolas & vestes ori applicitas, & oblatos ac degustatos cibos, blandasque & dulces litterulas sanctus amor nõ habet. Mel meum, lumen meum, meum desiderium, oẽs delicias & lepores, & risu dignas vrbanitates. & cæteras ineptias amatorum in comœdiis erubescimus, & in seculi hoĩbus detestamur, quãto magis in monachis & clericis, quorum & sacerdotium proposito, & propositum ornamur sacerdotio* Et in fi. epist. *Nunquam petentes, raro accipiamus rogati. Beatius enim est, magis dare, quam accipere nescio n quo modo ẽi ipse, qui deprecatur vt tribuat, cum acceperis, viliorem te iudicat: & mirum in modũ si eum rogantem contempseris, plus te posterius veneratur.* Exempla spretorum etiam exiguorum munerum, duo illustria refert B. Bern. in libris de consideratione ad Eugenium Papam. *Dignum nunc*, inquit, *ad medium venire factum dulcis memoriæ Martini nostri. Nostis hoc, sed an memineris ignoro. Is Card. presbyter, functus aliquãdo legatione in Dacia tam pauper remeauit, vt penè expensis & equis deficientibus*

Hier. in eius vita. — Matth. 10. 8 — Hier. ep. 2. — Act. 20. 34. — Bern. l. 4.

tientibus vis perueniret Florentiam. Ibi Episcopus loci donauit ei equũ quo Pisas vsque vbi eramus, tunc peruectus est. Postridie credo secutus Episcopus, (erat n illi causa cum aduersario, & agendi erat dies) cœpit requirere suffragia amicorum. Cumque per singulos solicitaretur, ventũ est ad Mastinum. Fiducia erat maior in illo, qui non posset immemor esse recentis beneficii. Tum Martinus. Decepisti me, inquit, nesciebam tibi imminere negotium. Tolle equum tuum; ecce in stabulo est, & hora eadem resignauit illi. Quid dicis mi Eugeni? Nonne alterius seculi res est, redisse Legatum de terra auri sine auro, transisse per terram argenti, & argentum nescisse; donum insuper, quod poterat esse suspectum illicò reiecisse? Deinde subdit alterum exemplum. *Sed o mihi locũ suauem, vbi incidit occasio memorandi, & nominandi suauissimi odoris virum, Episcopum loquor, Gaufredum Carnotensem, qui legationẽ in partibus Aquitaniæ propriis sumptibus strenue administrauit, idbue annos plures. Rem loquor, quam vidi ipse. Eram cum eo in terra illa, cum a quodam presbytero præsentatus est illi piscis, quem vulgo vocant Sturgionem. Percunctatus Legatus, quanti valuerit. Non accipio, inquit, nisi receperis pretium, & resignauit solidos quinque inuito, & verecundo. Item cum essemus in quodam oppido, Domina illius oppidi obtulit ei pro deuotione cum manutergio duas vel tres paropsides pulchras, ligneas tamen. Quas aliquamdiu intuens homo scrupulosæ conscientiæ, laudauit eas sed non acquieuit accipere. Quando argenteas recepisset, qui ligneas refutauit? Non fuerunt, qui possent legato dicere. Ditauimus Abraham.*

Vide V. *Auaritia. Personarum acceptio. Somonia.*

M V R M V R A T I O.

Remedia contra Murmurat.

I Remed. Considerat diuinæ scripturæ sententias. Primo, a. dehortatur a murmuratione. *Custodite vos*, inquit Sapiens, *a murmuratione, quæ nihil prodest.* Et Christus apud Io. *Nolite murmurare in inuicem.* Et B. paulus ad Corint. *Neq; murmurauerritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.* Et ad Philip. *Omnia facite sine murmurationib. & hæsitationib. vt sitis sine, querela, & simplices filii Dei.* Et B. Pet. *Hospitales inuicem sine murmurationib.* Declarat murmur contra superiores, fieri contra Deum. Nam Moyses in Exodo sic loquitur. *Non contra nos est murmur vestrum, sed cõtra Dominum.* Et in Num. *Vsquequo multitudo pessima murmurat cõtra me?* ; declarat murmuratores grauiter a Deo punitos. Nã in lib Num. legimus Moysis sororem Mariam ob murmur lepra percussã; Dathan & Abiron viuos terræ hiatu absorptos. Chore igni consumptum:

Sap. 1. a. Io 6 43. 1. Cor. 10. a. Phil. 2. 14. 1. Pet. 4. 9. Exod. 16. 8. Num. 14. 27. Num. 12. 38.

ptum; ignitos serpentes in populum immissos, extremam castrorum
Num. 21. 6. partem ab igne deuoratam, ac denique maiorem filiorum Israel par
Num. 11. 33. tem ingressu terræ promissionis exclusam in deserto perisse. Aposto-
Num. 14. 30. lus quoque Iudas hæreticos, de quibus futuris vaticinatur, appellat *Murmuratores querulosos secundum desideria suam ambulantes*; eo
Iud. ep. rumque pœnam prę mittit, dicens: *quibus procella tenebrarum seruata est in æternum.*

II. Remed. Considera dicta SS. Patrum S. Bas. in regulis breuiori-
Bas. q. 34. bus, posita quæstione, quid agendum sit cum eo, qui dicto audiens tñ obmurmurarit antistiti, rñdet. *Cum Apostolus dixerit. Oĩa facite si*
Phil. 2. 14. *ne murmurationib. & hæsitationib. abalienandus est qui murmurat a coniunctione fratrum, & similiter opus eius ab vsu eorundem. Planeq. qui huiusmodi, hunc & diffidentiæ, & circa spē ambiguitatis morbo apparet laborare.* Idem fusius habet in regulis fusius disputatis. Et rur
Id. q. 51. sus infra, posita quæstione, quid faciendum, si quis condemnetur, vt ij qui in Euangelio murmurarunt aduersus nouissimos in vineá con
Matt. 20. 11. ductos? Rñdet. *Vnusquisque ob proprium suũ peccatũ damnatur: ita et*
Id. q. brev. 83. *qui murmurarint ob murmurationem. Verum sæpe alij alia de causa murmurant. Nam hi quidem propterea murmurant, quod vnde ventrē suum distendant, non habent, (vt qui gulę pręter modũ dediti sunt, & ventrē faciunt Deũ suum) illi verò, quod in pari honore habeantur cũ nouissimis, in quo aperte indicant suam inuidiam, quod vitiũ multis in locis solet scriptura coniungere homicidio. Alij præterea alia de cau-*
Chrys. in c. 2. *sa.* Chrys. hom. 8. in epist. ad Philippenses, in verba illa. *Omnia facite sine murmurationib. Vides*, inquit, *quod eos erudiat, ne murmurarent? Est enim seruorum improborum & insensatorum murmurare.* Cogita, ait, *quod tibi ipsi laboras, quod tibi ipsi colligis. illorum est propriũ murmurare, qui alijs laborant. Qui verò sibi ipsi colligit, cuius gratia murmurat? Melius fuerit nihil operari, quā cum murmuratione. Sępe malumus ministerio priuari, quā murmurantē sustinere. Grauis. n. grauis, in quā, est murmurator, & vicinus blasphemię; alioqui cuius gratia illi tātum supplicij dederunt? ingratitudo est res ista. Qui murmurat ingratus*
Amb. lib. 10. ep. 82. *est Deo. Qui aũt Deo ingratus est, blasphemus quoq; est.* Amb. in epist. ad Vercellensem Ecclesiam, tractans de murmuratione Chore cōtra
Num. 16. 31. Aaronē. *Consideratis igitur quæ offensionis causæ extiterint, quod Sacerdotio fungi indigni vellent, & propterea diffiderent, quod immurmurarent: improbantes in sacerdotis sui electione iudicium Dei; propterea populũ totũ metus ingens corripuit, pœnę terror inuoluit vniuersos. Obsecrantibus tamen omnibus, ne paucorum insolentia omnes perirent, designantur sceleris rei, & a totius populi corpore ducenti quinquaginta cum auctoribus suis separantur viri, immugiens terra in medio plebis scinditur, aperitur in profundum sinus, abripiuntur noxij, & ita ab vsibus mundi huius ablegantur elementis, vt nec aerē haustu, nec cęlum visu*

u, nec mare tactu, nec terram contaminarent sepulchro. Cessauit pœna, non cessauit malitia ex hoc ipso immurmuratio exorta populi, quod per Sacerdotes perijsset populus. Qua indignatione Dominus perdidisset omnes, nisi Moysi & Aaron primo precibus inflexus, post etiam obtectu sui Sacerdotis Aaron maluisset ingratos maiore veniæ pudore donare Num 12.10.
iis, quorum abnuebant gratiam. Ipsa prophetissa Maria, quæ cum fratribus pede transmiserat fretra maris, quia Æthiopissæ mysterium adhuc nesciens immurmurauerat aduersus fratrem Moysen, lepra maculis inhorruit, vt vix tanto absoluta esset contagio, nisi Moysen rogasset. Gregorius exponens verba illa septimi Psalmi Pœnitentiales. Et Greg in 7. Psal. pœn.
non intres in iudicium cum seruo tuo. Qui contra conditoris, inquit, flagella murmurat, quasi cum eo in iudicium intrat. Dei namque accusat Psal. 142.2.
iudicium, qui se æstimat iniuste percussum. Et quasi cum Deo in iudicio contendit, qui inter flagella innocentem se ostendit, &c. Vel certe ille cum Deo iudicium ingreditur, qui cum orauerit, murmurat si nõ exauditur. Quibus dicitur. An vultis mecum iudicio contendere? Quasi enim Ierem 2.29. Isa. 58.5.
iudicio contendebant, qui dicebant. Quare ieiunauimus, & nõ aspexisti? humiliauimus animas nostras, & nescisti? Siquidem stultum est ab oratione deficere, si Deus differat cum rogatur exaudire. Et iniquum arguere conditorem, si effectus non sequitur orationem, præsertim cũ quid oremus sicut oportet nesciamus. Nonnullis quippe impatientibus Dominus, quod petebant sæpe concessit iratus, sicut econtra Apostolo negauit propitius. Dedit enim regem petentibus secundum desideria cordis eorum, dedit etiam postulanti diabolo, vt Iob simplicem & rectum & timentem Deum tentaret. S. Bern. Ante omnia sine murmuratione sint fratres. Forte aliqui leue peccatum æstimant murmurare, sed non hic, qui ante omnia monet esse cauendum. Puto autem ne illum quidem leue reputasse, qui murmurantibus aiebat. Non contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum; nos enim quid sumus? sed ne illum quoque, qui dixit. Non murmuraueritis, sicut quidam murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore: illo nimirum exterminatore, qui positus est in hoc ipsum, vt a terminis beatæ illius ciuitatis arceat murmurantes, & longè faciat a finibus eius, cui dicitur. Lauda Hierusalem Dominũ, lauda Deum tuum Sion, qui posuit fines tuos pacem. Nihil enim commune habent, murmur, & pax.

2 Cor. 12.9. 1. Reg 8 22. Iob 1 6. Ber. in fnis. Philip. 2.4. Exod. 16.4. 1. Cor. 10.10. Psal. 147.13

Vide Remedia plura, vide in Verbo. *Detractio.* Ingratitudo. Inobedientia. Ira. Iudicium temerarium. Lingua abusus. Maledictio. Superbia. Tentatio. Vindicatio iniuriæ. Voluntas propria.

N

NEGOTIATIO ILLICITA.

Remedia contra Negotiat. illicitam.



Rimum Remed. Considera: quid Spiritus S. de iniqua negotiatione, vel mercatura in diuinis litteris prodiderit. Ac primo quidem serio prohibet illam. *Nolite,* inquit Leuitico, *facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere & mensura. Statera iusta, & aqua sint pondera, iustus modius æquusq; sextarius. Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Aegypti.* Et iterū. *Qn vendes quippiam ciui tuo, vel emes ab eo, ne contristes fratrem tuum.* Et in Deut. *Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius, & minus, nec erit in domo tuo modius maior, & minor.* Et apud Apost. *Hac est,* ait, *voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt ne qs supergrediatur, neq; circumueniat in negotio fratrē suum.* 2. docet ea grauiter offendi Deū. *Pondus habebis,* inquit in Deut. *iustum, & verum, modius æqualis & verus erit tibi, vt multo viuas tpe super terrā, quam Dominus Deus tuus dederit tibi; abominatur.n. Dominus tuus eū, qui facit hæc, & aduersatur oēm iniustitiam.* Et rursus. *Maledictus, qui transfert terminos proximi sui, & dicet oīs populus, Amen.* Et in Salomonis Prou. *Statera dolosa, abominatio est apud Dominum, & pondus æquum voluntas eius.* Et. *Vir fidelis multum laudabitur, qui aūt festinat ditari, non erit innocens.* Et apud Eccl. *Qui quærit locupletari auertit oculum suū* nempe à Deo, eiusq; mandatis. *Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur: Sic & inter mediū venditionis & emptionis angustiabitur peccatū.* Et in Michea. *Ignis in domo impii thesauri iniquitatis, & mensura minor iræ plena. Nunquid iustificabo stateram impiam, & sacelli pondera dolosa? Et ego ergo cepi percutere te perditione super peccatis tuis.* 3. docet lucri iniqui cupidos non ditescere. Vt apud Salomonē. *Alii diuidunt propria, & ditiores fiunt; alii rapiunt nō sua, & semper in egestate sunt. Qui abscondit frumenta maledicetur in populis: benedictio aūt super caput vendentium* Et rursus. *Vir qui festinat ditari, & aliis inuidet, ignorat, quod egestas superueniet ei.* Et apud Eccl. *Qui aceruat ex animo suo iniuste, aliis congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur.* Et in Isaia. *Væ qui prædaris nonne & ipse prædaberis? cum consummaueris deprædationem, deprædaberis.*

Leuit 19.35. Leuit. 25.14. Deut. 25.13. 1. Thess. 4.6. Deut. 25.16. Deut. 27.17. Prou. 11.1. Prou. 28.20. Eccl. 27.11. Mich. 6.10. Prou. 11.24. prou. 28.22. Eccl. 14.4. Isa. 33.1.

II. Remed. Considera, quid S. Patres de negotiatione licita vel illicita scripserint. S. Greg. Naz. de laudib. B. Basi. agens. *Nihil,* inquit, *grauius atq; acerbius, quam crudelitas, cupiditasq; inexplebilis eorum,* qui

Naz. orat. in laudem Basil.

qui rei frumentariæ copia circumfluunt. Obseruant.n. temporum difficultates atq; ex annona pecuniaria lucrum captant, & ex aliorum calamitatib. messem faciunt, nec illud audientes, eum qui pauperes commiseratur, Deo fœnori dare. Nec rursus illud. *eum qui frumentũ abscondit, plebi execrabilẽ esse: nec deniq; quicquam aliud eorũ quæ vel humanis & benignis hoĩbus pollicetur scriptura, vel duris & inhumanis cõminatur. Verum immodica quidam cupiditate flagrant, maleq. sibi consulunt, vt aliis suæ, ita sibiipsis Dei, cuius ope non multo magis se indigere sentiunt, quã alii ipsorũ auxilio, egeant, viscera præcludentes.* S. Amb. lib. de officiis 1. *Nonne vanum est, vt mercator noctib. ac dieb. conficiat iter quo aggerare possit thesauri aceruos, merces congerat, cõturbetur ad pretium, ne forte minoris vendat, quã emerit, aucupetur locorum pretia, et subito aut latrones in se inuidia famosæ negotiationis excitet, aut nõ expectatis sereniorib. flatib dum lucrum quærit, naufragium impatiẽs moræ incidat?* B. Chrys. de compunctione cordis. *Quid vero maris vsum & nauigandi vtilitatem loquar? per quam oẽm pęnè orbem, qui longis a semetipso dirimitur spatiis, non solum sibi inuicem notum, sed sociũ quodammodo* & cõicabilem *facit, vt vnusquisque paruum apud se possideat terræ cespitem, per istud mercandi ministerium, quasi totius mundi per oĩa Dominus efficitur, & vniuersæ terrę fructib. vtitur. Et quid plura dicam? Vniuersus orbis efficitur tanquã mensa vna oĩbus, nullo prohibente sumere, quod vbique est, sed parua sunt hæc in munerib. Dei.* Auctor operis imperfecti in Matthæum exponens verba illa. Et eijciebat vẽdentes & ementes de templo. *Homo mercator*, inquit, *vix aut si voluerit esse, proiiciatur de Ecclesia Dei, dicente Propheta. Quia non cognoui negotiationes, introibo in potentias Domini. Quemadmodum.n. qui ambulat inter duos inimicos, ambobus placere volens, & se commendare, sine maliloquio non potest esse; necesse est.n. vt & iste male loquatur de illo & ille male loquatur de isto: Sic qui emit & vendit sine mendacio & periurio esse non potest: necesse est enim, vt è negotiatoribus hic iuret, quia non tantum valet res, quantum comparat eam, & ille iuret, quia plus valet, quam vendit.* Quia vero ex hac doctrina sequi videtur, multos non posse placere Deo, vt agricolas qui emunt boues, & arant, vt segetes vendant, & fabros lignarios ementes ligna, vt vendant vtensilia, immo nec Paulum Apostolum potuisse placere, qui fuit sutor tabernaculorum, vt ea venderet: Respondet hos non esse veros mercatores. *Quicunque enim*, inquit, *rem comparat, non ipsam rem integram & immaculatam vendat, sed vt opus faciat ex ea, ille non est negotiator, quia qui materiam operandi sibi comparat, vnde faciat opus, ille non rem ipsam vendit, sed magis artificium suum. Qui autem comparat rem vt illam ipsam integram & immutatam dando lucretur, ille est mercator, qui de templo eiicitur.* S. August. in verba Psalmi. Quoniam non cognoui negotiationes. Nos legimus, *litteraturam.*

prou 19.17. Eccl 29.1. prou 11.16. Ambr. c. 49. Chry lib. 1. longe post med. Chry. ho 38 in Matt. 21. psal. 70.16. Psal. 70.16.

Quæ sunt, inquit, istæ negotiationes? Audiant negotiatores & mutent vitam, & si fuerint, non sint; non cognoscant, quod fuerunt, obliuiscantur: postremo non approbent, non laudent, improbent, damnent, mutentur, si peccatum est negotiatio. Hinc enim auiditate nescio quia acquirendi o negotiator, quando damnum passus fueris, blasphemas, & non erit in te quod dictum est (a Psalmista) tota die laudem tuam. Quando autem pro precijs rerum, quas vendis, non solum mentiris, verumetiam falsum iuras, quomodo in ore tuo tota die laus Dei? Sanct. Gregor. in Euangelia. *Quæri potest, cur Petrus, qui Piscator cõuersionem fuit, post conuersionem ad piscationem rediit? Sed si virtus discretionis inspicitur, cito videtur, quia nimirum negotium, quod ante conuersionem sine peccato extitit, hoc etiam post conuersionem repetere culpa non fuit. Nam piscatorem Petrum, Matthæum verò telonearium scimus. Et post conuersionem suam ad piscationem Petrus rediit, Matthæus vero ad telonei negotium non resedit, quia aliud est victum per piscationem quærere, aliud autem telonei lucris pecunias augere. Sunt enim pleraque negotia, quæ sine peccatis exhiberi, aut vix aut nullatenus possunt. Quæ ergo ad peccatum implicant, ad hæc necesse est, vt post conuersionem animus non recurrat.*

Greg. ho. 24

III. Remedium. Refuge quo ad fieri potest, negotiandi, mercimoniaque tractandi artem, & officium, tum ob præsentissima pericula, mentiendi, peierandi, & fraudes faciendi cum eo coniuncta, vt Patres monuerunt, & diuina scriptura non tacuit. *Duæ species*, inquit, *difficiles & periculosæ mihi apparuerunt, difficile exuitur negotians a negligentia, & non iustificabitur caupo a peccatis labiorum.* Delinquit autem negligentia mercator, cum vitia mercium suarum reticet, festos dies non obseruat, &c. *Qui autem amat periculum*, ait Sapiens, *peribit in illo.* Tum quia omnis propre dicta negotiatio etiam cum dicta vitia absunt, speciem quandam turpitudinis habet, auctore Aristotele in lib. I. Politicorum, eo quod seruiat cupitati lucri, quæ nullũ habet terminum. De ea enim negotiatione loquimur, quia vt Auctor oper. imperf. apud Chrysost. monuit, aliquid emitur, vt prorsus non mutatum carius vendatur. Vnde & in sacris canonibus eiusmodi negotiatio vetita est Clericis. Non autem vetita est ea negotiatio, qua aliquid ante emptum, postea industria vel labore suo mutatum diuidunt, nec enim tam rem emptam, quam artificium suum & laborem vendunt.

Eccl. 26. 27.
Eccl. 3. 27.
Arist. c. 6.
88. q. 4. c. canonũ, & ca. nunquã. de consl. dist. 5

IV. Remed. Quod si negotiandi officium refugere non potes, aut quia a parentib. cogeris, vel quia iam multo tẽpore id exercuisti. Constitue apud animũ tuum te enumerata vitia, quæ nõ negotiationes, sed negotiantiũ vitia sunt, & in quosuis opifices, qui nõ sunt mercatores, dũ res labore suo confectas vendunt, cadere posse, euitaturum. Deinde non immodico & iniquo lucro, sed quantũ ad familiam honestè

neste sustentandā, ad pauperes iuuandos, & Rēpub. promouendam satis sit, vacaturū. Hoc antidotum suggessit Augustinus alicubi, dū ita ratiocinatur. *Sed ait mihi negotiator. Ecce ego offero quidē ex longinquo merces ad ea loca, in quib nō sunt ea quæ attulero, vnde viuā, tanquā mercedē laboris mei peto vt carius vendā, q̄ emerim. Unde. n. viuā cū scriptū sit, dignus est operarius mercede sua? sed agitur de mendacio, de periurio: hoc vitiū meū est, non negotiationis. neque. n. non si vellē, possem agere sine isto vitio. Non ergo culpā auctor ad negotium transfero, sed si mentior, ego mentior, non negotiū Possem. n. dicere: tāto emi, tanto vendā, si placet eme: Non. n. istā veritatē audiens emptor repelleretur, & nō oēs potius accurrerēt? q. a plus fidē, q̄ mercedē dili gerent. Hoc ergo, inquit, me mone, ne mētiar, ne periurē, non ut abiiciā negotiū, vnde me trāsigo.* Et mox addit. *Quo. n. vocas, qn̄ hinc reuocas? forte ad artē aliquā? Ero sutor, calciamenta faciā hoīb. mendaces & ipsi non sunt? Periuri & ipsi non sunt: nonne locatis ab alio calciamētis, cū acceperint ab alio pretiū, dimittunt qđ faciebant, & suscipiūt alteri facere, & fallunt cui promiserant cito se facturos? nonne sæpe dicunt. hodie facio, hodie impleo? Deinde id ipsa futura tātas fraudes nō faciūt? Faciūt ista, & dicunt ista, sed ipsi mali sunt, nō ars quā profitētur. Oēs ergo artifices mali Deū non timentes, vel pro lucro, vel pro timore dāni aut egestatis mētiuntur, periurāt.* Et inf. *Pōt mihi hoc dicere negotiator. Quare ergo Episcope, quēadmodū ītelligas negotiationes, quas legisti ī psalterio, ne forte tu nō ītelligas, et me à negotiatiōe phibeas. Mone ergo, quēadmodū viuā. Si bene, bene mihi erit. Unū tn̄ scio, quia si malus fuero, non negotiatio mihi facit, sed iniquitas mea.* Aug in Psal. 70. Psal 70. 16.

V. REM. Considera, earū opū quæ iniqua negotiatione, per mēdacia, fraudes, periuria, vsuras congestæ sunt infaustū esse prouētū, vti non solū spiritus sanctus supra in scripturis admonuit, sed & veteres Patres annotarunt, vt Chrysost. in opere imperfecto. *Taliū, inqt, substantia, aut ipsis viuentib. peritura est, aut à malis herēdib. dissipanda est, aut ad extraneos & inimicos hæreditas ipsorū ventura est. Non pōt ad bonum proficere, qđ congregatur de malo. Quemadmodū si triticū, aut aliā bladi speciem cernas in cribro, dū huc illucq; iactas eū, grana omnia paulatim deorsum cadunt, & in fine in cribro nihil remanet, nisi stercus solū: sic et substantia negociatorum, dū vadunt et veniunt inter emptionem et venditionem minuitur, et in nouissimo nihil illis remanet, nisi solū peccatum.* Et B. Amb. *An nō conturbatur et ille vanè, qui summo labore coaceruat, qđ nesciat cui hæredi relinquat? Sæpe qđ auarus summa congesserit solicitudine, præcipiti effusione delapidat hæres luxuriosus, et diu quæsita turpis helluo, psentiū cæcus, futuri improuidus, quadā absorbet vorag ine. Sæpe etiā speratus successor inuidiam partæ acquirit hæreditatis, et celeri obitu extraneis aditæ successionis transcribit compendia. Quid ergo vanè aranea* Chrysost. in Matt. ho. 38 Amb. 1 offic. c. 49.

neam

neam texis, quę inanis & sine fructu est, & tanquā casses suspēdis inutiles diuitiarū copias, quæ & si fluant, nihil prosunt, imò exuunt te imaginē Dei, & induunt terrenā imaginē. Si tyranni aliquis imaginē
Aug. ser. 215 *habeat, nōne obnoxius est dānationi?* Eodē pertinet & illud B. Aug. in serm. de tēpore. *Nemo habet iniustum lucrum sine iusto dāno. Vbi lucrum, ibi & damnum. Lucrum in arca, damnum in conscientia.*

VI. REM. est, negotiationem ad maiorē gloriā Dei, qui præstantissimus omniū bonorū operū finis est, instituere, iuxta consilium Apostoli dicentis. *Siue māducatis, siue bibitis, siue aliud quod facitis,*
1. Cor. 10. 31 *oīa in gloriā Dei facite.* Et Ioan. Chrys. orationē kalendis habitā in hæc verba concludentis. *Si animū aduertere voluerimus, siue emendum, siue vendendū sit per oēm vitā spiritualē hanc mercaturā faciemus, vt si tolerabili pretio nihil amplius requiramus: si difficultatem annonæ nequaquā obseruemus, & tū egentib. diuendamus. Maledictus enim, inquit ille, qui rei frumentariæ caritatē auget. Sed quid oportet singula percensere? Uno verbo oīa colligenda fuerāt. Quēadmodū. n. ædificatores, cū murū exstructari sunt, amussim ab angulo ad angulū ducunt, atq; ita murū pertexunt, vt minimè inæqualis eius ora existat, sic & nos pro amussi verbū hoc adhibeamus, quod apud Apostolū est. Siue editis siue bibitis, seu quid aliud facitis, oīa ad gloriā Dei facite. Siue ergo precemur, siue ieiunemus, siue accusemus siue cōdēnemus: siue laudemus, siue vituperemus, siue ingrediamur, siue exeamus, siue vendamus, siue emamus, siue taceamus, siue disputemus, siue aliud qd faciemus, oīa ad gloriam Dei faciamus. Et si quid ad gloriam Dei nō pertineat, illud neq; facto, neq; dicto à nobis vsurpet. Sed pro baculo magno, pro armis, pro præsidio, pro thesauris inexplicabilibus hoc dictū aio inscribentes nobiscum, quamcunq; viam ingressi fuerimus, circūferamus: vt etiā ad gloriā Dei facientes, loquentes, suscipientes, tū hic, tum*
1. Reg. 2. 30 *post huius vitæ peregrinationē gloriā ab eo cōsequamur. Ait. n. Glorificantes me, glorificabo. Nō dictis ergo sed factis ipsis illū assidue gloria afficiamus, quia illū decet gloria ad omnem æternitatem. Amen.*

Aug. in Psa. 103. VII. REM. est B. Augustini, vt quoties in mentē venit de illicito aliquo contractu ineundo, ilicò cogitationē repellas, & abomineris. Exponens. n. verba Dei in Genesi. Ipsa conteret caput tuū, & tu insidiaberis calcaneo eius. *O Ecclesia*, inquit, *caput serpentis obserua. Quod est caput serpentis? prima peccati suggestio. Venit tibi in mentem*
Gen. 3. 15. *nescio quid illicitū. noli ibi tenere mentē tuā, noli consentire. Hoc quod venit in mentē, caput serpentis est, caput calca, & euades cæteros motus. Quid est caput calca? ipsā suggestionē contēne. Sed lucrū suggessit, magnū ibi lucrū est, magnū ibi aurū est. Si hanc fraudē feceris, diues eris. Caput serpentis est, calca; Quid est, calca? cōtēne, quod suggessit. Sed magnū aurū suggessit. Et quid prodest homini, si vniuersū mūdū lucretur, aīæ aūt suæ detrimentū patiatur? pereat mundi lucrum, ne fiat*

anima

animę dãnũ. Hac dicens obserua ti caput serpentis et calcastr. Ille autem diabolus calcaneum tuum obseruat. Quid est, obseruat calcaneũ tuum? Quando labaris à via Dei tu obseruas primam suggestionẽ ille obseruat lapsum tuũ. Si.n.lapsus fueris, cades: Si cecideris, possidebit.
Vide V. Auaritia. Mendacium. Simonia. Usura.

O

OBSTINATIO.

Remedia contra Obstinationem.



PRimum Remedium. Considera Spiritus sancti oracula in scripturis. Primò.n. dehortatur ab omni animi obstinatione, obduratione, & impœnitentia. Vt in Ps. *Hodie si vocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Et Zacharia. *Conuertimini de viis vestris malis.* Et in Ezechiele. *Conuertimini, & agite pœnitẽtiã ab omnibus iniquitatibus vestris.* Et in Ieremia. *Laua à malitia cor tuũ.* Et in epistola ad Hebræos. *Non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.* 2. declarat, quã graue sit crimen obstinationis, & quã graui pęna dignum. *Ducunt in bonis dies suos,* ait B. Iob, *& in puncto ad inferna descendunt:* q. *dixerunt Deo, recede à nobis, & scientiã viarum tuarũ nolumus.* Et Propheta Dauid. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Propterea Deus destruet te in finẽ.* Et. *Furor illis secundũ similitudinẽ serpentis, sicut aspidis surdę & obturantis aures suas. Quę non exaudiet vocẽ incantantiũ, & venefici incantantis sapienter, Deus conteret dentes eorũ in ore ipsorũ.* Et Salomon. *Impius cũ venerit in profundum peccatorũ cõtẽnit.* Et. *Viro, qui corripientem dura ceruice contẽnit, repentinus ei superueniet interitus, & eũ sanitas non sequetur.* Et Ecclesiasticus. *Cor durũ habebit malè in nouissimo.* Et. *Tunde latera filii tui, dũ infans est, ne forte induret, & nõ credat tibi.* Apud Isaiã obstinatorũ verba sunt. *Percussimus fœdus cum morte, & cũ inferno fecimus pactũ.* Et in Zacharia de iisdẽ. *Cor suũ posuerunt vt adamantẽ, ne audirent legẽ, &c. Et facta est indignatio magna à Dño exercituũ.* 3. de obduratione cordis præcipue sigillat Pharaonẽ, & filios Israel pharaonẽ quidẽ in Exodo sæpius. *Ego,* inquit Dominus, *indurabo cor eius, & nõ dimittet populũ meũ.* Et. *Ego indurabo cor eius, & seruorũ illius.* Et. *Et indurabo cor eius, & persequetur vos.* Filios Israel vero in eorũ maiorib. primũ in lib. Genesis. *Simeon & Leui, vasa iniquitatis bellantia, &c. maledictus furor eorũ qui ptinax, et indignatio eorũ, quia dura, diuidã eos in Iacob.* Deinde in Isaia.

Psal.94.8. Zach.1.4. Ezec.18.30. Ier.4.14. Iob. 21.13. Psal.51.3. Psal.57.5. Prou.18.3. Prou.29.1. Eccl.3.27. Eccli.30.12. Isa.28.15. Zach.7.12. Exod 4.21. Exod.10.1. Exod.14.4. Gen.49.5.

Isa. 48.4. Ierem 5.3 in Isaia. Sciui.n.in Dñs, *quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea, &* & Ieremias. *Percussisti (Domine) & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerũt accipere disciplinã: indurauerũt facies*

Act. 7 5. *suas supra petrã, & noluerũt reuerti.* Et S. Steph. ad Iudæos. *Dura ceruice, et incircũcisis cordib. et aurib. vos sp spiritui sancto resistitis.*

Basil. q 9 Matth 18.17 2. Thess 3 6. II. REM. Considera SS. Patrũ testimonia. Basil. in regulis breuiorib. *Quæstio. Aduersus eũ, qui obstinatè pergat peccare, quo erimus animati? Responsio.* Eo nẽpe, *quo Dominus iussit, cum dixit. Si aũt Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus, & vt apostolus docuit, cum scripto reliquit. Vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundũ traditionẽ quã accepistis à no-*

Id q 7. Luc. 17 1. *bis.* Et paulo ante, posita quæstione, quod eorũ sit iudiciũ, qui peccãtes defendunt, respondet. *Grauius illo opinor, de quo dictũ est. Expedit ei, vt suspendatur mola asinaria circa collũ eius, & proiiciatur in mare, quã vt scandalizet vnum de pusillis istis. Siquidẽ nõ tã obiurgationẽ ad correctionẽ, sed defensionẽ ad confirmationẽ peccati accipit ille qui peccauit, & alios ad similia flagitia excitat.* Ex quo fit *vt nisi fructus pœnitentia dignos ediderit, qui aliũ defendit, in eũ conueniat illud, quod à Dño dictũ est: Quod si oculus tuus dexter scãdalizat te, erue*

Matth 18 9 Hier. ep 48. Ezech. 33. *eũ, & proiice abs te.* S. Hier. ad Sabinianũ. *Liber quẽ Propheta denotat, oĩs series scripturarũ est. In quib. & pœnitens plãgitur, & insultanitur, & maledicitur desperans. Nihil ita repugnat Deo, quã cor impœnitens. Solum crimen est, quod veniã consequi non potest. Si n. ei ignoscitur post peccatũ, qui peccare desistit, & ille flectis induc ẽ qui rogat, im pœnitens aũt oĩs ad iracundiã prouocat iudicantẽ. Solum desperationis*

Isa. 22. Amb. 1. 3 Isa. 22. 14. *crimen est, quod mederi nequeat.* Et lib. 5. cõmentarioiũ in Isaiã. *Nihil sic offendit Deũ, quã post peccata erecta ceruix, & ex desperatione contẽptus. Quod & per Amos loquitur. Super tres & quatuor impietates non auersabor eũ quod & cogitauerit & fecerit, & non egerit pœnitẽtiam: insuper & docuerit malũ. Vnde & nunc dr. Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini, dicit Dominus.* Aug. in Exodũ. *Vt ta-*

Aug. l. 2. capit. 18. *le cor haberet Pharao, quod patientia Dei nõ moueretur ad pietatẽ, sed potius ad impietatẽ, vitii proprii fuit. Quod verũ facta sunt ea, quibus cor suo vitio tã malignũ resisteret iussionib. Dei, hoc est n quod dr, induratũ, quia non flexibiliter resistebat, dispensationis fuit diuinæ. qua tali cordi non solũ iusta, sed euidenter iusta pœna parabatur, qua timẽtes*

Id. c. 18. *Deũ corrigerentur.* Et in Enchiridio ad Laurentiũ. *Qui in Ecclesia remitti peccata non credens, contẽnit tantã diuini muneris largitatẽ, & in hac obstinatione mentis diẽ claudit extremũ reus est ille irremissibili peccato in Spiritũ sanctũ, in quo Christus peccata dimittit.* Et

Psal. 58. 6. in Psalmi verba. Non misereatis omnium, qui operantur iniquitatẽ. *Est quędam iniquitas,* inquit, *quam qui operatur non potest fieri, vt misereatur ei Deus. Quaritis forte, quænam illa sit? Ipsa est defensio*

ſio peccatorū. Qñ quiſq; defendit peccata ſua magnā iniquitatē operat. Hoc defendit, ꝙ Deus odit. S. Greg. in Ezechielē. *Non cor peccātis Dominus obdurat, ſed obdurare dicitur, cū ab obdꝫratione non liberat. Miſericors.n. Deus tēpus nobis ad pœnitentiā relaxat, ſed cum eius gratiæ patientiā nos ad augmentū vertimus culpæ, hoc ipsū tēpus, ꝙ ad parcēdum piè diſpoſuit, diſtrictius ad feriendū vertit, vt quia reuerti qs ēt ſpatio tēporis accepto noluerit per hoc mala ſua ad reatū augeat, per ꝙ ea diluere potuit, ſi conuerti voluiſſet. Vnde ſcriptū eſt. Ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiā te adducit? ſecundū duritiā aūt tuā & cor impœnitens theſaurizas tibi irā in die iræ & reuelationis iuſti iudicii Dei.* S. Bern. de conſideratione ad Eugeniū Papā. *Solū eſt cor durū, ꝙ ſemetipſum non exhorret, qa nec ſentit. Quid me interrogas? Interroga Pharaonē. Nemo duri cordis ſalutē vnquam adeptus eſt, niſi quē forte miſerans Deus abſtulit ab eo iuxta prophetā cor lapideū et dedit cor carneū. Quid ergo cor durū? Ipsū eſt, quod nec cōpunctione ſcinditur, nec mouetur precib. minis non cedit, flagellis duratur, ingratū ad beneficia eſt, ad conſilia infidū, ad iudicia ſæuū inuerecūdum ad turpia, impauidū ad pericula, inhumanū ad humana, temerariū ad diuina, præteritorū obliuiſcens, præſentiū negligens, futura nō prouidens. Ipſum eſt, cui præteritorū præter ſolas iniurias, nihil oīno nō præterit, præſentiū nihil nō perit, futurorū nulla vi'i forte ad vlciſcendū proſpectio, ſeu præparatio eſt. Et vt in breui cuncta horribilis mali mala cōplectar, ipsū eſt, ꝙ nec Deū timet, nec hominē reueretur.* Et in ſermone de cōuerſione ad clericos. *An verò grauior vlla phreneſis iudicatur, q̄ impœnitentia cordis, & peccādi obſtinata voluntas? ſiquidē manus nefarias inicit ſibi ipſi: nec carnē, ſed mentem lacerat et corrodit.*

Greg. ho. 11

Rom. 4.

Bern. l. 1.

Ezec. 36. 16

Id. c. 4.

III. REM. Conſidera nullū morbū obſtinationis, impœnitentiæ vel contēptus diuinæ gratiæ, alteriuſuè criminis licet atrociſſimi poſſe eſſe tā grauē, quā diu homo viuit, quin curari poſſit. Nā cum quidā apud Ezechielē de ſalute deſperantes dicerent. *Iniquitates noſtræ ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus, quō ergo viuere poterimus?* Dominus ſic reſpondit. *Dic ad eos. Viuo ego, dicit Dñs Deus. nolo mortē impii, ſed ut conuertatur impius à via ſua & viuat. Conuertimini à viis veſtris peſſimis & quare moriemini domus Iſrabel?* Chriſtus quoq; ſine exceptione oēs inuitat ad ſe. *Venite oēs qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiā vos.* Et Apoſtolis generatim dicit. *Quæcunq; ſolueritis ſuper terrā, erunt ſoluta in cœlis.* Et ne quis ob crebriores lapſus peccata aliqua irremiſſibilia crederet, ibidē monuit non ſolū ſepties, ſed ſeptuagies ſepties peccata eſſe remittēda, numerū certum pro incerto & infinito ponens, vt ibidē Hilarius, Hier. & alij annotarunt. Nec aliud Patres ſenſerunt. Ambr. libro de Pœnitentia. *Omnibus conuerſis pollicetur veniam, quia ſcriptum eſt. Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini ſaluus erit.* Auguſt. in

Ezec. 33. 10.

Matt. 11. 28.

Matt. 18. 18.

Amb. l. 1. c. 4

Ioel. 2. 32.

libris

Aug. l. 1. ca. libris Retractionũ *De quocunq; pessime in hac vita cõstituto nõ est*
19. *vtiq; desperandũ: nec pro illo imprudẽter oratur, de quo nõ desperat.* Et
I. serm 88. alibi. *Hoc fideliter & firmiter credat dilectio vestra, qa nunquã Deus*
de temp. *deserit hominẽ nisi prius ab hõie deseratur.* Chryſ. in pſal. 50. *Noli ex*
hom. 2. *cusationes mihi afferas. Millies peccasti, millies pœnitere; etsi animam*
efflans iã de hoc mũdo exire debeas. Non impeditur tẽporis angustia
Cyp. de Cœna Domin. *misericordia Dei.* Cypr. & Hier. clamant *nunquã serã esse pœnitentiã,*
modo vera sit. Quod ergo ſuperius dixit Hier. *Solum crimen cordis*
Hier. ep. 7 & 25. *impœnitentis esse, q̃ veniam consequi non põt.* Et q̃ Bern. *neminẽ duri cordis salutem vnquam consecutum*, id intelligendum eſt de iis qui in obduratione cordis vſque ad finem vitæ perſtiterunt.

IV. REM. Refugium ad Deũ per ardentes preces, qui promiſit, ſi conuertamur ad ſe, ſe cor noſtrũ lapideũ mutaturũ in carneũ. *Auferam*, inquit apud Ezechielẽ, *cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneũ, & spiritũ meũ ponã in medio vestri, & faciã vt in præceptis meis ambuletis.* Hoc remedio vſus eſt regius propheta cũ à lapſu obdurationis periculũ metueret, ita exclaman. *In multitudine misericordiæ exaudi me in veritate salutis tuæ. Exaudi me Domine qm̃ benigna est misericordia tua, secundũ multitudinẽ miserationum tuarũ respice in me. Eripe me de luto, vt non infigar, libera me ab iis qui oderunt me & de profundis aquarũ. Nõ me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundũ, neq; vrgeat super me puteus os suũ.* Quæ verba exponens B. Greg. in libris moralũ ita ſcribit. *Quẽ mali operis iniquitas à bona stabilitate cõmouit, quasi tẽpestas aquæ rapuit, sed si adhuc longa consuetudine nõ præualuit, nõ demersit. Iam in puteũ cecidit, qui hoc q̃ diuina lex prohibuit pꝑpetrauit. Sed si adhuc longa consuetudo non deprimit, nequaq̃ os suũ puteus coangustauit. Tanto ergo facilius egreditur, quãto minori cõsuetudine coarctatur. Lapis vero puteo superponitur, cũ et dura cõsuetudine mẽs in peccato deuoratur, vt etsi velit exurgere iã vtcunq; nõ possit, qa moles desuper malæ cõsuetudinis premit.* Idẽ in perſona magni peccatoris alibi erupit in hæc verba. *De profundi clamaui ad te Dñe, Dñe exaudi orationẽ meã.* Vbi Aug. *Quis est, qui clamat? peccator. Et qua spe clamat? quia qui venit soluere peccata, dedit et spẽ in profundo posito peccatori.* Ideo *quid sequitur post istas voces? (Si iniquitates obseruaueris Dñe, Dñe quis sustinebit?) Ecce aperuit, de quo profundo clamaret. Clamat. n. sub molib. & fluctib. iniquitatẽ suarũ. Circũspexit vitã suã, vidit illã vndiq; flagitiis & facinorib. coopertã. Quacunq; respixit, nihil in se bonũ inuenit, nihil illi iustitiæ serenũ potuit occurrere. Et cũ tanta & tã multa peccata vndiq; & cateruas scelerũ suorũ videret tanquã expauescens exclamauit. Si iniquitates obseruaueris Domine, &c.* Eodem antidoto vſa eſt B. Monica vt chariſſimum filiũ ſuũ Auguſtinũ ex luto deterrimæ hæreſis Manichæorum, in qua per nouem annos demerſus

Ezec. 36. 26.
Pſal. 68. 14.
Greg. l. 22. c. 30. & 31.
Pſal. 129. 1.
Aug. ibi.

ũs iacebat, tandem vindicaret. Assiduis.n. precibus pro salute Aug. c. 11 & Deũ orauit, donec tandẽ, vt est in lib. 3. Confessionum, iuuenis 12. didus somnianti matri apparuit, dicens. *Vbi tu, ibi ille.* Quod us August. *O tu bone Deus omnipotens*, inquit, *qui curas vnum-nostrum, tanquam solum cures, & sic omnes tanquam singulos* e cum rogasset aliquando S. Ambr. Mediolanensem antistitẽ, in viã reuocare dignaretur. Is respondit, necdũ opportunũm esse cũ docendi, propterea quod æquo pertinacius adhuc suo i adhæreret, perg geret tantũ ipsa orare, ipsumq, legendo suum ẽ deprehensurũ. Et cũ illa porrò instaret, Episcopus ait. *Vade, fieri enim non potest, vt filius tantum lacbrymarum pereat.* EM. est Pœnitentia vera. Ait.n. apud Ezechielem Dominus: Ezec 18.19. *pius egerit pœnitentiã ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, stodierit oĩa præcepta mea, & fecerit iudiciũ & iustitiã, vita vi non morietur. Omniũ iniquitatũ eius quas operatus est, non re-bor.* Exẽplũ illustre habemus in latrone cũ Christo crucifixo et vsq; ad extremã vitæ horã perstitisset in peccatis, beneficimen orationis & pœnitentiæ indulgentiã eorũ consecutus est. ominus noster, ait. Cyp. *derelictorũ personã gerens in cruce se ur derelictũ; & ne desperarent ẽt in vltimis constituti, festinãs* Cyp. ser. de cœna. *toriũ ilico adest, & re in arcto posita non differt beneficiũ, sed* Luc 23. 41. *e indulgentiæ celeris documentũ etusiẽ statuit & exemplũ, la-nquiens. Hodie mecũ eris in paradiso* Latrociniũ dãnationẽ mer *supliciũ, sed cor contritũ pœnã mutauit in martyriũ & san-in baptismũ* Hier. Sabinianũ diaconũ luxuriosum, cũ iã pęne Hier. ep. 48. atus esset in sceleribus his verbis inuadit. *Facies meretricis facta, nescis erubescere. Couertere miser ad Dñm, vt ad te Dominus tat. Age pœnitentiã, vt & ille agat pœnitentiã pro p oib. q̃ locu malis, vt faceret tibi. Fundãt paululũ de oculis lacrymæ.* Nunq̃ *pœnitẽtia Quãuis de Hierosolymis descẽderis, & sis in itinere ztus, in te Samaritanus imposuitũ iumẽto, cur audũq; ad stabulũ. Sed & si mortuus iaces in sepul. hic, tamẽ et fœtentẽ Dominus* nit. *Cũ cõuersus ingemueris, tũc saluus eris, et tũc scies vbi fue at modò ẽ cicatrices tuas. Licet ab vtero sic genitus sis, et in de* Isa. 30. iun. *perit te mater tua, asperget te hyssopo, et mũdaberis: lauabit te,* ta 70. *iuẽ dealbaberis. Quid incuruus terræ hæres, et totus in cęno ia q̃ decẽ et octo annis satanas vinxerat, post q̃ à saluatore curata erecta suspexit. Qđ ad Cain dictũ est, tibi dictũ puta. Peccasti,* At qres, quo timore, & lacrymis recedere qs debeat à pecca Luc 13.16. obstinatẽ diu vixit, & qua spe, quaue affectione ad Deũ ac Gen. 4 7. Resp. S. Basil. in regulis breuiorib. *Primũ qdẽ is male antea-* Basil q. 10. *fuã od sse ẽẽ i, eiusq; memoriã abhorrere ac detestari. Scriptum* Ps. 118. 136. *q:atẽ odio habui, et abominatus sũ, legẽ aũt tuã dilexi: deinde*

etiam

etiā timoris qdē magistrā sibi asciscere cōminationē æterni iudicii, supplicijq; lachrymarū aūt locū agnoscere, locū pœnitentiæ oportunū eo mō, quo docuit Dauid in 6. psal. firmissimè credēs purgationē peccatorū suorū factā esse per sanguinē Christi in magnitudine misericordiæ, et multitudine miserationū Dei, et vt, ille, qui dixit. Qd si fuerint

Isa. 1. 18. peccata vestra vt coccinū, quasi nix dealbabūtur: et si fuerint rubra sicut vermiculus, velut lana alba erūt. Tūc. n. nacta potestatē placendi

Psa. 29. 6. 12. Deo illud dicit. Ad vesperū demorabitē fletus, et ad matutinū lætitia.

Id q 55. Et illud. cōuertisti plāctū meū in gaudiū mihi. Addit in regulis fusius disputatis. Sicut morbi corporis inueterati, nō nisi lōga et acri curatione sanantē, sic peccata iueterata, diuturna patiētia, assidua orōne, et acerrima animi cōuētione curari oportet. Qd repetitis virib. ac multo cū labore i ictū est, i ictura excipit psius ibærēte, et q̄ vix elui qat. obiter āt colore aliquo īfectū tīcturā bibit facile n obilē: sit aīa saniè peccatorū suppurata, et ī habitu cōtsituta malitiæ uix ac multo negotio elui pt.

VIII. REM. Quo longius à periculo ostinationis, impœnitentiæ & contēptus absis, da operā vt quoties in crimē aliquod lapsus fueris,

Eccl. 21. 1. resipiscas & pœnitentiā agas iuxta consiliū Sapientis. Fili peccasti, inquit, non adiicias iterū: sed & de pristinis deprecare vt tibi dimittantur. Et. Nō tardes cōuerti ad Dnm, & ne differas de die in diē. Su-

Eccli. 5. 8. bito. n. veniet ira illius. Rōnē huius reddit s. Greg. in libris moraliū

Greg. l. 25. c. 12. Omne quippe, inquiens, peccatū, q tñ citius pœnitendo non tergitur, ipso suo pondere mox ad aliud trahit. Qua aūt via trahat ad obduratio-

Aug. ser. 88 nē explanat Aug. dicens in serm. quodā de tēpore. Cū. n. & semel, & secundo & tertio vnusquisq; grauia peccata cōmiserit, expectat tamen illū Deus, sicut per prophetā dicit, vt conuertatur & viuat. Cū verò

Ezec. 33. 11. in peccatis suis cœperit permanere, de multitudine peccatorū nascitur desperatio, ex desperatione obduratio generatur. Dū homines negligentes inprimis despiciūt peccata sua, q a parua sūt, crescentib. minutis peccatis adduntur et crimina, & cumulū faciūt, et demergūt. Quod cum

Prou. 18. 3. factū fuerit, implet hoc q scriptū est. Peccator, cū venerit in profun-

Rom. 2. 4. dū malorū, contēnit. De talib. et Apostolus dicit. Ignoras, q patientia Dei ad pœnitentiā te adducit? Tu aūt secundū duritiam cordis tui, et cor impœnitens thesaurizas tibi irā in die iræ. De eadē via in religio-

Bern. ser. 42. sis correptionū contēptorib. sic ratiocinatur B. Bern. in cant. Salomonis. Volui nimirū perimere hostē, & eripere fratrē: & nō feci sit, magis aūt contrariū accidit, nā lasi animā, et culpā auxi. Siquidē accessit & contēptus. Nolunt audire te, inquit Dñs, qui nolunt audire me. Vi-

Ezec. 3. 7. des q̄ maiestas contēnitur? Et mox. Plerunq; et impatientia contēptui iungitur, ita vt aliquis non solū non curet corrigi obiurgatus, sed insuper obiurganti indignetur more phrenetici manum medici repellentis. Mira peruersitas. medianti irascitur, qui nō irascit sagittanti. Est n. qui sagittat in obscuro rectos corde. Et paulo post. Aliquoties addi-

tur

tur & impudentia, vt non modo impatienter ferat, ꝙ corripitur, ſed &
id vnde reprehēditur impudēter defendat. Hoc planè deſperatio. Frōs,
inquit, mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Et ait. Re- Iere. 3.3.
ceſsit zelus meus à te, vltra nō iraſcār tibi. Solo auditu cōtremiſco. Sē- Ezec. 16 42.
tisnè quāti periculi quātiq; horroris & tremoris res ſit peccati defen-
ſio? Dicit iterum. Ego quos amo, arguo & caſtigo. Si ergo te zelus de- Apoc. 3 19.
ſeruit, & amor, nec eris amore dignus qui indignus caſtigatione cen-
ſeris. Vides, quia tunc magis iraſcitur Deus, cum non iraſcitur. Et in-
fra. *An non ex hac odioſa impudentia pullulabit mox impœnitentia*
mater deſperationis? Quem enim pœniteat ſuper bono quod putat?

VII. REM. Conſidera inter oīa peccata obſtinationem eſſe præci-
puum ſignum æternæ reprobationis, ꝙ intelligere potes ex tribus
exemplis in diuina ſcriptura maximè celebratis. Primū eſt Luciferi
& omniū ſociorū eius, qui à quo tēpore lapſi ſunt nunquā reſipue-
runt, de quo S. Bern. exponens verba Pſal. 90. *Qm̄ angelis ſuis man-* Bern. ſer. 11
dauit de te, vt cuſtodiant te in omnib. viis tuis. Videamus, inquit, *&* Pſal 90. 11.
dæmonū vias: videamus, & fugiamus eas. Siquidē viæ illorū præſum-
ptio & obſtinatio. Propter præſumptionē ſtare non potuerunt; propter
obſtinationē, qui cecidit nō adiiciet vt reſurgat. Ex hac nāq; ſpiritus
vadens, ex illa nō rediens eſt. Et mira quidē præſumptio dæmonū, ſed
non minus mira obſtinatio eſt, ꝙ ſuperbia eorū ſemper aſcendat, pro-
pterea non eſt illis cōmutatio, Quia. n. conuerti noluerūt à via præſum-
ptionis, inciderunt in viā obſtinationis. Quā peruerſo et euerſo sūt cor-
de filii hominū, quicunq; ſectantur veſtigia dæmonū, ingrediūtur dæ-
monū vias? Et infra. Et via quidē hominū ipſæ ſunt de quib. dr̄. Ten- 1. Cor. 10. 13
tatio vos non apprehendat niſi humana, & quia humanū eſt peccare.
Porrò vias diabolicas à natura hoīs alienas eſſe quis neſciat, niſi ꝙ in
nonnullis ipſa ſibi cōſuetudo induiſſe naturā videatur? Ceterum, & ſi
quorundā hominū ſit, nō humanū tamē, ſed diabolicū eſt in malo per-
ſeuerare. Alterū exemplū eſt Pharaonis, quē Apoſtolus Paulus, qa Rom. 9. 17.
tot verbis & ſignis per Moyſen editis moueri nō potuit vt populū
Dei dimitteret, in typū obduratorū & reproborū in epiſtola ad Ro-
manos propoſuit, allegans verba domini ex lib. Exodi. *Dicit. n. ſcri-* Exod. 9. 16.
ptura, inquit, Pharaoni. Quia in hoc ipſū excitaui te, vt oſtendā in te
virtutē meā, & vt annuncietur nomen meū in vniuerſa terra. Ergo
cuius vult miſeretur: & quē vult indurat. Senſus eſt. Cū præuide-
rim ò Pharao, fore te mihi contrarium, & obſtinato aīo præceptis
meis reluctaturū, ac potuerim impedire, ne naſcereris, aut ne regno
potireris, vel ēt ſtatim è medio tollerere, cū primū peccare cœpiſti,
iō tamē & vitā & regnū cōceſsi tibi, idq; nō ad breue tēpus, vt ma-
litia tua vterer ad exercitationem populi mei, ſimulq; ad demōſtrā-
dam in tuo ſupplicio interituq; iuſtitiā atq; potentiam. Ita exponit
B. Aug. in queſtionib. ſuper Exodū & concludit. *Nouit ergo Deus* Aug. q. 32.

Z *vti*

vel malis, in quibus tamen humanā naturā non ad malitiā creat, sed eos perfert patienter, quousq; scit oportere, non inaniter, sed vtēdo eis ad admonitionē, vel exercitationē bonorū. Tertiū exemplū est Iudęorū de quorū perpetua obstinatione cōstat ex scripturis supra allegatis, & maximè ex illo dicto S. Stephani, *Dura ceruice & incircumcisis cordib. & aurib. vos sēper spiritui sancto restitistis.* De ijsdē verò, velut reproborū typo non obscurè agit D. Paulus in Epistola ad

Act. 7. 51.

Romanos, cap. nono, decimo & vndecimo. Et B. Aug. in epist. ad Asellicū. *Doctrina*, inquit, *Apostolica atq; Catholica satis euidenter indicat nobis secundū mysteriū spiritus, ad Esau Iudęos, ad Israel pertinere Christianos. Ita quippe impletur, q̄ scriptū est maior seruiet minori, idest, prior natus populus Iudęorū posteriori nato populo Iudęorū.* Constat aūt vel Israel vel Iacob typū esse prædestinatorū, Esau verò reproborū, secundū illud q̄ in manu Malachiæ Dominus dixit, *Iacob dilexi, Esau aūt odio habui.* idq; ab omni æternitate, cū nondū *nati fuissēt, aut aliqd boni egissent aut mali,* vt interpretat Apostolus.

Aug. ep. 10.

Mala. 1. 2.

Rom. 9. 11.

Vide. V. *Consuetudo praua. Desperatio. Immortificatio passionū. Iudicium proprium. Pręsumptio. Superbia. Voluntas propria.*

O D I V M.

Remedium contra Odium Proximi.

I REM. Considera diuinæ scripturę sniās, quibus proximi odium prohibetur & dānatur. vt in Leuitico. *Non oderis fratrē tuū in corde tuo, sed publicè arguè eū, ne habeas super illo peccatū.* Et in Prouerbiis. *Odiū suscitat rixas, & vniuersa delicta operit caritas* Et. *Qui operit odiū fraudulenter, reuelabitur malitia eius in concilio.* Et apud B. Ioan. *Qui odit fratrē suū in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.* Et. *Oīs qui non est iustus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrē suū.* Et. *Qui nō diligit, manet in morte. Oīs qui odit fratrē suū, homicida est. Et scitis, qm̄ omnis homicida non habet vitā æternā in se manentem.* Et. *Si qs dixerit, quoniā diligo Deum, & fratrem suū oderit, mendax est.* 2. quibus imperatur dilectio omnis proximi, etiam inimici. vt in Leuitico, & Euangelio Matthæi. *Diliges,* inquit Deus, *amicum tuum sicut te ipsum.* Et Christus. *Ego aūt dico vobis, Diligite inimicos vestros, ut sitis filii patris vestri.* Et. *Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicē sicut dilexi vos.* Et Paulus. *Si esurierit inimicus tuus ciba illū, si sitit potū da illi: hoc enim faciens carbones ignis congeres sup caput eius.* Et B. Ioan. *Hæc est annunciatio, quam audistis ab initio, vt diligatis alterutrum, non sicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant, fratris autem eius iusta.*

Leu. 19. 17.
Prou. 10. 12
Prou. 26. 26
1. Ioan. 2. 11
1. Ioan. 3. 10
1. Ioan. 3. 15
1. Ioan. 4. 20
Leu. 19. 18.
Matth. 22. 39.
Matth. 5. 44.
Ioan. 15. 12.
Rom. 12. 20.
1. Ioan. 3. 11

II. REMED.

II. REMED. ex SS. Patribus. B. Ephraem. *Quemadmodum omniū virtutum excellētissima est Charitas; ita vniuersorum vitiorum grauissimum est, odisse proximū. Nam qui fratrē suū odit homicida est, sicut ait Apostolus. Qui odit fratrem, Deum ipsum odio habet. Qui odit fratrē suū, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit, quo vadat; quoniā tenebræ obscurarunt oculus eius. Ecce quantorū malorū sit cā odium.* S. Basil. de institutione monachorū. *Vbi deliquiū patit charitas; eo prorsus eius loco odiū succedit. Quod si, vt Ioan. ait; Deus charitas est, sine dubio necesse est diabolū odiū esse. Vt igitur qui charitatem habet, is Deum habet, sic qui odiū habet, diabolū in se nutrit.* S. Ambr. precatione ad Missam. *De inuidia odiū, susurratio, detractio, exultatio in aduersis proximi, afflictio, aūt in prosperis eius propagat. O mala progenies quæ si aīo intromissa dominari cœperit, oēm sanctitatis sobolē extinguit. Qui itaq; inuidet vel odit, non aliū prius, q̄ seipsū occidit. Qui exultat in aduersis proximi, & affligitur in prosperis eius, alieno proximū se petit gladio. Hoc secundū superbiæ virgultū tunc primo fuit exortum, cū ille, de quo scriptū est, Inuidia diaboli mors introiuit in orbē terrarum: Cain persuasit vt liuoris odio fraternū funderet sanguinem.* S. Hier. ad Castorinā in materterā. *Ioannes idē Apostolus & Euangelista in epistola sua ait. Quicunque odit fratrē suū homicida est. & rectè. Cum n. homicidiū ex odio sæpe nascatur: quicunq; odit, etsi necdū gladio percusserit, aīo tn̄ homicida est. Cur, aīs, tale principium? Scilicet vt veteri rancore deposito mundum pectoris Deo paremus habitaculum. Irascimini, inquit, David, & nolite peccare. Hoc quid velit intelligi, Apostolus plenius interpretatur. Sol non occidat super iracundiā vestrā. Quid agemus nos in die iudicii, super quorū irā, non vnius diei, sed tantorū annorum sol testis occubuit?* S. Aug. in lib. 50. homiliarū. *Iratus es? noli peccare. Irascimini & nolite peccare. Irascimini quasi homines, si vincimini, & nolite peccare, ne iram in corde teneatis. Quid est ira? libido vindictæ. Quid odiū? Ira inueterata si facta est, iā odiū dr̄. Quod videtur confiteri ille, qui cū dixisset, turbatus est præ ira oculus meus, addidit. inueteraui in oībus inimicis meis? Quod erat ira, ū erat noua; odiū factū est, quia in vetustatē conuersū. Ira festuca est; odium trabes est. Aliqñ reprehendimus irascentem, & odiū tenemus in corde, & dicit nobis Christus. Festucā in oculo fratris tui vides, & trabē in oculo tuo non vides? vnde creuit festuca vt trabē faceret? quia non statim euulsa est.* Chrysost. in psal. 7. *Nec Christus hoc iussit nos non habere inimicos, sed non odisse: hoc enim est in nostra potestate, illud verò omnino nō est. Ne autem sine causa odio habeamus, non est in nostra potestate, sed in eorum qui oderunt. improbi enim bonos nulla de cā omnino odisse consueuere.* Non est enim hoc spectandū *vt non habeamus inimicos, sed ne iustè & cum causa, & vt licet millies odio habeamur, non habeamus odio, neque auersemur. Sunt hæc*

Marginal notes: Ephr. in sermo terrog. to. 1. — 1. Ioan 3. 15. — 1. Ioan. 2. 11. — Basil. in ser. — 1. Ioan 4. 9. — [illegible] — Amb. prec. 4. — [illegible] — Sap. 2. 24. — Gen. 4. — Hier. ep. 68 — 1. Ioan. 3. 15. — Psal. 4. 5. — Eph. 4. 26. — Aug. ho. 42 — [illegible] — Matth. 7. 3. — Chrysost. — [illegible]

enim inimica, odio habere, & auersari. Et paulo post. *Hic odio te hēt, & bellū gerit. Tu ama, & eū beneficio affice. Probris et maledictis appetit, tu bndic et lauda. Sd ne sic q dē soluit inimicitias. maiorē igit tibi affert mercedē. Mali. n. quo magis à nobis obseruati bellū nolūt cōponere, eo nobis splēdidiorē remunerōnē cōparāt, et se reddūt ībecilliores.*

III. REM. Considera te, si odiū aliquod in corde foueas, nō posse solū nō vti sanctissimis sacramētis, sed nec vnicā dominicā orōnē sine mendacio recitare. Vtrūq; disertè Christus Dñs docuit apud Matth.5.22. & 6.12. Matthæū. Cū. n. dixisset *Ego dico vobis, quia oīs qui irascitē fratri suo, reus erit iudicio.* mox subiicit. *Si ergo offers munus tuū ad altare, & ibi recordatus fueris, qa frater tuus hēt aliqd aduersū te relinq; ibi munus tuū ante altare, & vade prius recōciliari fratri tuo et tūc veniens* Matth 6.12. *offeres munus tuū.* Deinde in orōne Dominica iussit nos disertè dicere. *Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitorib. nostris.* Qui aūt fouet odiū in corde, certè nō dimittit debitū proximi, & si nō dimittit, mentitur. Idē docuere & SS. Patres. Hieron. ad Hier. ep.36. Matth.5.23. Castorinā. *Quid agemus nos in die iudicii super quorū irā nō vnius diei sed tantorū annorū Sol testis occubuit? Dñs loquitur in Euāgelio. Si offers munus tuū ad altare, ibiq; recordatus fueris, qa frater tuus hēt aliquid aduersū te, relinq; ibi munus tuū ante altare, & vade reconciliari prius fratri tuo, & sic offeres munus tuū ad altare. Væ mihi misero, ne dicā & tibi, qui tanto tpe aut nō obtuli munus ad altare, aut ira permanēte sine cā obtuli. Qūo in quotidiana prece vnq̄ dicimus. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib. nostris: animo discrepante cū verbis, orōne dissidente cū factis? Precor itaque, vt pacē, q̄ nobis reliquit Dñs, habeamus. Qd si tu, q procul absit, nolueris, ego liber ero. Epistola hac mea cū lecta fuerit, absoluet* Augu. in Aug. ser. 1. de temp. Dñica 1. Aduentus. *Quotiescunq; Natalē Domini, aut reliquas solēnitates celebrare disponitis, odiū velut venenū mortiferū de corde vestro repellite, & tāta sit in vobis caritas, q̄ nō solū vsq; ad amicos, sed et vsq; ad inimicos perueniat, vt securè possitis dicere in orōne Dominica, dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitorib. nostris. Nā q scit se vel vnū hominē odio habere, nescio si ad altare Do-* 1. Ioan. 3.15. *mini securus possit accedere, cū pcipuè Joā. Euāgelista terribiliter clamet, et dicat. Qui fratrē suū odit, homicida est. Nā vestrū est iudicare, vtrū homicida anteq̄ pœnitentiā agat, præsumere dēt Eucharistiā accipere.* Et Greg. lib. 10. moraliū. *Vitā aīæ quælibet culpa polluit, seruatus* Greg. c.8. Iob 11. *verò contra proximū dolor occidit. Menti nāq; vt gladius figit, & mucrone illius ipsa viscerū occulta perforantur. Qui. s. d transfixo corde si prius nō educit, nihil in precib. diuinæ opis obtinetur: quia & vulneratis mēbris imponi salutis medicamenta nequeunt, nisi ferrum à vulnere ante subtrahatur. Hinc est enim quod per semetipsā veritas dicit.* Matth 6.15. *Nisi remiseritis hominib. peccata eorum: nec pater vester, qui in cœlis est,*

est, *remittet vobis peccata vestra. Hinc admonet dicens: Cum stabitis ad orandū, dimittite, si quid habetis aduersus alterū. Hinc contra institutionē postulationis, cōditionē posuit pietatis, dicēs. Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitorib. nostris, vt profecto bonū, ꝙ à Deo cōpuncti petimus, hoc primum cū proximo cōuersi faciamus.* Matth. 11. 25. Luc 6. 37. Matth 6. 12.

IV. REM. Considera quā crebro, sedulo & serio Spiritus sanctus nobis in verbo suo cōmendet mandetq; virtutē odio è diametro cōtrariā, nēpe dilectionē proximi. Primo n. Christus Dominus apud Matthæum declarauit mandatū de proximo diligendo simile esse mandato de diligendo Deo, ac proinde omnib. reliquis mandatis anteponendū. 2. indicauit & modū diligendi, vt nēpe eū diligamus, *sicut nosipsos*, non secundū æqualitatē, sed secundū similitudinem, conuenienter illi alteri Christi dicto legi naturę consentaneo. *Oia quęcunq; vultis, vt faciant vobis homines, et vos facite illis. Hæc est lex & Propheta.* 3. etsi Christus vtramq; dilectionē Dei & proximi à nobis postulet, præcipuè tamen vr exigere illā proximi. Nā apud B. Ioanē migraturus ex hac vita discipulus dixit. *Mandatū nouū do vobis, vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos* Et. *Hoc est præceptū meum, vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos.* Cur nouū, ꝙ erat vetus, cur suū, ꝙ erat Dei Patris, vocat præceptū, nisi ꝙ vellet illis āquā præcipuū, & tanquā suū & nouum commendare? Vnde S. Ioannes huius testamenti Christi archigrammateus, auctore B. Hier. in cōmentariis epistolæ ad Galatas, *cum Ephesi moraretur vsq; ad vltimā senectutem, & vix inter discipolorum manus ad Ecclesiam deferretur, nec posset in plura verba vocem contexere, nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc. Filioli, diligite alterutrū. Tandē discipuli et fratres qui aderant tędio affecti, quod eadem semper audirent, dixerunt. Magister, quare hoc semper loqueris? Qui respondit dignā Ioāne sententiam. Quia præceptū Dñi est, & si solū fiat sufficit.* Hinc & Apostolus Paulus non semel in vna dilectione proximi plenitudinē legis posuit. Ad Galatas enim sic loquitur. *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legē Christi.* Ad Romanos verò. *Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Qui n. diligit proximū, legem impleuit.* Et. *Si ꝙ est aliud mandatū, in hoc verbo instauratur. Diliges proximū tuū sicut teipsum.* B Ioan. quoq; ex dilectione proximi, vult nos venire in notitiam dilectionis Dei. *Si quis dixerit*, inquit, *quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere?* Hæc considerans. B. Aug. in libris de Trinitate ita scribit *Manifestum est, quod (B. Ioannes) iustitiæ perfectionem in fratris dilectione posuerit. Nam in quo scandalum non est, vtique perfectus est.* Et tamen *dilectionem Dei videtur tacuisse, quod nunquam faceret, nisi quia in ipsa fraterna dilectione vult intelligi Deum.* Et Matth. 22. 39. Matth. 7. 12. Iohn 13. 34. Ioan. 15. 12. Hier l. 3. c. 6 Gal. 6. 2. Rom. 13. 8. 1. Ioan. 4. 20 Aug. l. 8. de Trin. c. 8.

Id tract. in Euangelium Ioannis. *Dilectio Dei prior est ordine præcipiendi, sed dilectio proximi prior est ordine faciendi. Neq; enim qui præciperet tibi dilectionē illā in duob. præceptis prius tibi cōmendaret proximū, & postea Deū, sed primò Deū, & postea proximū. Tu aūt quia Deū non vides, diligēdo proximū promereris quē videas: diligendo proximū pur*
1. Ioan 4.20 *gas oculū ad videndū Deū euidenter Ioanne dicente. Qui diligit fratrē suum, quē videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere?*

V. REM. Quo perfectius obseruet mandatū de diligendo proximo, & longius absis ab odio, da operā vt ēt ex corde diligas inimi-
Aug hom 5. cos. Antidotū est B. Aug. in lib. 50. homiliarū. Et rō est, quia diuinū preceptū de diligendo proximo, non ad amicos tantū, sed ēt ad ini
Matth. 5 45. micos se extendit. Cuius cām duplicē Dominus ipse reddidit. *Diligite inimicos*, inquiens, *vt sitis filii patris vestri, qui in cœlis est, qui solē suū oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.* Et. *Si diligitis eos, qui vos diligunt, quā mercedē habetis? nonne et*
Mat 22. 39. *publicani hoc faciunt?* Modus aūt diligendi consistit in eo. Primū,
Leu. 19. 17. vt eos diligas, sicut teipsū; quia indefinitè iubemur diligere proximū sicut nos ipsos. 2. vt ex corde remittas, si qua in re te offenderint. Nā in Leuitico dicitur. *Ne oderis fratrem tuum in corde tuo.* & apud Matthæū. Cū Christus retulisset seruū nequā, qui cōseruo suo de-
Matt 18. 35. bitū dimittere nolebat, traditū tortorib. *Sic*, inquit, *& pater meus*
Eccli 8. 8. *cælestis faciet vobis si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordib. vestris* 3. vt non gaudeas de inimici miseria: vel dolens de prosperi
Prou 24. 17. tate. Ait. n. Sapiens. *Noli de mortuo inimico tuo gaudere.* Et Salomon.
Iob. 31. 29. *Cū ceciderit inimicus tuus ne gaudeas, & in ruina eius, ne exultet cor tuū.* Vnde B. Iob vt auerteret à se hoc scelus dixit. *Si gauisus sū ad ruinā eius, q me oderat, & exultaui, q inuenisset eū malū* 4. vt pro ijs ores, eosq, dū obuij fiunt, æquè atq; alios, salutes, & beneficiis de-
Exod. 23. 4. nincias. Sic. n. Deus iussit in Exodo. *Si occurreris boui inimicis tui,*
Matth. 5. 44. *aut asino errāti, reduc eū. Si videris asinū odientis te iacere sub onere, nō pertrāsibis, sed subleuabis cū eo.* Et Christus. *Benefacite his, qui oderūt vos, & orate pro persequentib. & calūniantib. vos* Et. *Si salutaueritis fratres vestros tm̄, quid amplius facicitis, nōne et Ethnici hoc fa*
Rom. 12. 14. *ciūt?* Et Paulus. *Benedicite persequentib. vos: benedicite, et nolite ma-*
1. Cor. 13. 4. *ledicere. Noli vinci à malo, sed vince in bono malū.* Et. *Charitas patiēs est, benigna est, nō cogitat malū. Patiēs est charitas*, inquit B.
Greg. c. 8. Greg 10. moraliū, *quia illata mala æquanimiter tolerat: benigna verò est, quia pro malis bona largiter ministrat.* Verū dices. Non passū diligere inimicū meū, quē quotidie velut hostē patior crudelissimū.
Aug. ser. 5. & S. Steph. Respondet B. Aug. in serm, de sanctis. *O quincunq; ille es, attēdis qd tibi fecerit homo, & non consideras, quid tu feceris Deo. Cū. n. tu multū grauiora in Deum peccata cōmiseris, quare non dimittis homini parū, vt tibi Deus dignetur dimittere multū? Recole quid tibi in Euangelio*

gelio veritas ipsa promiserit, & q̃ tibi quodãmodo cautionẽ fecerit. Si Matth.6.14.
enim, inquit, dimiseritis hominib. pecca'a eorũ, dimittet & vobis pater
vester cœlestis peccata vestra. Si aũt non dimiseritis, nec pater vester
dimittet debita vestra. Videtis fratres, qu a cũ Dei gratia in potestate
nostra positũ est qualiter à Dño iudicemur? Nã sæpe dixi, fratres, &
frequentius dicere debeo, nemo se circũueniat, nemo se seducat. Qui vel
vnũ hominẽ in hoc mũdo odio hẽt, quicquid Deo in operib. bonis obtu-
lerit, totũ perdet, qui nõ mentitur Paulus Apostolus dicens. Si dedero 1.Cor.13.3.
oẽs facultates meas in cibos pauperũ, et si tradidero corpus meũ, ita ut
ardeã, charitatẽ aũt nõ habuero, nihil mihi prodest, etc. Nemo sine cha
ritate de virginitate p̃sumat, nemo de ieiuniis, nemo de orõnib. cõfidat
q.i quãdiu inimicitiã in corde tenuerit, neq; in istis quibuslibet operib.
bonis placare sibi Dñm poterit. Sed dicet aliqs. Grãdis labor est inimi
cos diligere, p̃ psecutorib. supplicare? Nec nos negamus fratres. nõ par-
uus quidẽ labor est in hoc seculo, sed grãde erit præmiũ in futuro. Per
amorẽ.n. hoĩs inimici, efficeris amicus Dei: imò nõ solũ amicus, sed ẽt
filius, sicut ipse Dñs dixit. Diligite inimicos vestros, benefacite his q Matth.5.44.
oderũt vos, ut sitis filii Patris vestri, q in cœlis est. Deinde, vt hẽt B. Chry ho.51
Chryſ. in quadã homilia ad populũ Antiochenũ. *Nihil ita Deũ red-*
dit propitium sicut inimicos diligere, & calumniantibus benefacere.

VI. REM. Conſidera exempla eorũ, qui in dilectione ẽt inimico-
rũ excelluerunt, ac proinde longiſſime ab odij noxa abfuerũt. Pri-
mũ ſit Patriarchæ Ioſephi, de quo B. Amb in lib. de Ioſeph Patriar- Amb.c.1.
cha ita ſcribit. *Ioseph à parentib. plus q̃ ceteri filii diligebat. Sed ea res*
inuidiæ fuit, q silentio prætereundũ non fuit. Hinc.n. argumẽtũ totius
historiæ processit: simul vt cognoscamus perfectũ virũ nõ moueri vl-
ciscẽdi doloris inuidia, nec malorũ rependere vicẽ. Vnde & Dauid ait. Psal 7 5.
Si reddidi retribuẽtib. mihi mala. Quid ãt esset, q preferri Ioseph me
reretur cæteris, si aut lędentes læsisset, aut diligentes dilexisset. Hoc.n.
pleriq; faciunt. Sed illud mirabile, si diligas inimicũ tuũ: q Saluator
docet. Iure ergo mirandus, qui hoc fecit ante Euãgeliũ, vt læsus par- Matth 5.45.
ceret, appetitus ignosceret, venditus nõ referret iniuriã, sed gratiã pro
contumelia solueret: q post Euangeliũ oẽs didicimus, et seruare nõ pos
sumus. Discamus ergo & sanctorũ inuidiã, vt imitemur patiẽtiã, et co
gnoscamus illos nõ naturę præstantioris fuisse, sed obseruationis: nec
vitia nesciisse, sed emẽdasse. Alterũ ſit protomartyris Stephani, de quo
Aug. loco citato. *Positis genib. inquit scriptura, clamauit dicẽs. Dñe,* Aug.serm 5.
ne statuas illis hoc peccatũ. Videte dilectissimi affectũ beati viri, vi- Act.7 55.
dete magnã & admirabilẽ charitatẽ. In persectione positus erat, et pro
psecutorib. deprecabat atq; in illa lapidũ ruina, qñ alius obliuisci pote
rat ẽt carissimos suos, tũc ille Dño cõmẽdabat inimicos. Quid.n. dicebat
cũ lapidaret? Dñe, ne statuas illis hoc peccatũ. Plus itaq; tũc illorũ do
lebat peccata, q̃ sua vulnera. Plus illorũ impietatẽ, q̃ suã mortẽ dole-

 bat.

bat.Imitemur ergo in aliquo dilectissimi fratres tanti magistri fidem,
tā pręclari martyris charitatem Diligamus nos hoc aīo in Ecclesia fra
tres nostros,quo ille tūc dilexit inimicos. Sed ꝙ peius est,aliquoties nō
solū inimicos nō diligimus,sed ne amicis qdē fidē integrū custodimus.

VII.REM.pro Religiosis,vt ēt in minimis offensiúculis, caue-
ant simultatē,rancorē, amarulentiā vel auersionē aīorū à fratrib.
Cass. coll. 16. c. 16 17. 18. Ita.n.apud Cas. Abbas Ioseph differit. *In tm̄ non vult nos Deus no*
ster alterius despectui habere tristitiā, vt si aliqd aduersū nos frater
habuerit,nec munera nostra suscipiat,i.nec orōnes sibi à nobis permit-
tat offerri, donec de aīo eius tristitiā iustè,ue cōceptā celeri satisfactio
Matth. 5. 23. *ne tollamus.* Neq;.n.ait. *Si hēt verā querelā aduersū te frater tuus, re*
linq; munus tuū ad altare,et vade prius recōciliari fratri tuo:sed si re
cordatus fueris,inquit, qa frater tuus hēt aliquid aduersū te,i.ētsi leue
aliqd ac vile sit,quo fratris in te fuerit excitata cōmotio, & hoc memo
riā tuā subita recordatione pulsauerit, scias te offerre precū tuarū spi
ritalia munera nō debere, nisi prius qualibet ex cā orta tristitiā de cor
c. 17. *de fratris benigna satisfactione depuleris.* Et paulo post. *Illud quoque*
quib lacrymis est deflendū, ꝙ nōnulli dicūt. Si secularis hoc fecisset,
aut dixisset,rectè debuit sustineri . Quis āt ferat fratrē tā insolens de
ore cōuiciū proferentē? Quasi verò patiētia nō oīb.sit generaliter exhi
benda,cū vtiq; pturbatæ mētis cōmotio obstinata nō dissimile,cōtra
quēuis fuerit excitata,sibi inferat detrimentū. Deinde significāter ex-
pressit Euāgelicus sermo dicēs,Oīs q irascitur fratri suo,reus erit iudicio.
c. 18. Et rursus. *Illud verò quale est, ꝙ interdū patiētes esse nos credimus,*
qa respōdere cōtēnimus lacessiti, vel motu gestuq; irrisorio fratrē sub
sānamus? Quasi verò apud Deū verba tantūmodo,et nō præcipuè uo-
lūtas vocetur in culpā, & opus solū peccati,et nō ēt votū ac propositū
habeat in crimine. Quid n. differt,vtrū qs gladio peremerit fratrē, an
aliqua ad mortē fraude cōpulerit,cū ipsius eū dolo vel crimine constet
extinctū? Et inf. *Sæpe āt ficta patiētia ēt acrius ad iracūdiā, q̄ sermo*
succēdit,et atrocissimas verborū trāscēdit iniurias maligna taciturni-
tas:leniusq; tolerantur inimicorū vulnera, q̄ irridētiū subdola blādimē-
Psal. 54. 22. *ta. De quib. propriè dr̄ p Prophetā. Molliti sūt sermones eius sup oleū,*
Prou. 18. 8. *& ipsi sunt iacula. Et alibi. Verba callidorū mollia,hęc aūt feriūt in*
Bern. ser. 29 in Cant. *penetralia vētris.* Deinde B Bern.tractās locū illū Cāticorū. *Filii ma*
Cant. 1. 6. *tris meę pugnauerūt cōtra me,* cū fratres suos magno feruore spiri-
tus ita allocutus esset. *Ante mihi cōtingat mori, quā audire in vobis*
quēpiā iustè clamitantē: Filii matris meæ pugnauerunt cōtra me. Nō
ne præsentis congregationis tanquam vnius matris filii oēs vos estis?
paulo post subiecit. *Proinde dilectissimi,pacem habete ad vos & no-*
lite lædere inuicem,non facto,non verbo,non signo qualicunque. Sic.n.
peccantes in fratrem,in Christum *peccatis, qui ait . Quod vni ex mi-*
Matt. 25. 40. *nimis meis fecistis,mihi fecistis .* Nec cauendum à grauioribus tan-

tum

tum offensis, v.g. ab aperto conuitio, seu maledictio, sed a clandestino quoque & venenato susurio. Nō, inquā, sufficit os custodire ab his. & his similib. cauenda sunt & leuia: si tñ leue dēat dici, quodcunq; in fratrem præsumpseris voluntate lædēdi, cū hoc solo, si irasceris illi, diuini reus iudicii tenearis. Merito quidē: nā qđ tu leue putas, & ob hoc leuius præcipitas, plerumq; alius aliter accipit, tanquā hō videns in facie, & Deus faciem iudicans paratus festucā trabē suspicari, & scintillā putare fornacē. Non.n. est oīum charitas illa, q̄ oīa credit, &c. Nō pōt orare, non pōt 1. Cor 13 7.
legere, nō sanctū aūt spūale aliquid meditari. Et ita intercepto vitali spiritu, dū suis destituta alimentis vadit ad mortē aīa, pro qua Christus mortuus est, quid tu interim quæso aī hēs? Et inf. Qđ si dixeris illū nō tā grauiter pro tā leuicā debuisse turbari. Rñdeo, quāto leuior est, tāto a te leuius potuit nō cōmitti; quanquā nescio, quō leue dicas, vt iā dixi, quicqd amplius est, quā irasci, cū vel hoc ipsum obnoxiū esse iudicio ex ore ipsius acceperis iudicis. Quid. n tunc leue dixeris, in quo offenditur Christus, vnde ad Dei iudiciū pertrahi hēs, cū horrendū sit incidere in manus Dei viuentis? Tu ergo accepta forte iniuria (quod quidē interdū non accidere in his conuentib difficile est) nō continue more secularis o- Heb. 10 31.
bliq; referire fratrē in ñone festines, sed neq; sub specie quasi corripiendi, verbo acuto & vrenti trāsfigere audeas vllatenus aīam, pro qua Christus affigi cruci dignatus est, nō grunnire quasi increpādo, nō labiis mussitare quasi murmurādo, nō narē cōtrahere, aut cachinnare quasi subsannādo, nō frontē rugare quasi innuēdo aut cōminādo. Sane cōmotio Mal. 76.5.
tio tua ibi moriatur, vbi oritur, nec permittat exire, quę mortē portat, ne primat, vt dicere possis et tu cū Propheta. Turbatus sū & nō sū locutus.

VIII. Remed. est Humilis postulatio veniæ ab eo qui tibi offensus est. Est B Aug. in lib. 50. homiliarum. *Ipso imprimis admoneo, quicunq; habetis discordiā cum fratrib. vestris, & reuocatis ad vos; & cōsideratis vos, & iustū iudicium fertis in vobis intus in cordib. vestris, & inuenietis vos nō debuisse facere, quod fecistis, nō debuistis dicere,* Eph 4 32.
quod dixistis. Petite veniā fratres a fratrib. vestris: facite fratrib. quod ait Apost. Donantes vobis ipsis, sicut & Deus in Christo *donauit vobis.* Nolite *erubescere veniā petere.* Proinde *ōib. dico viris & feminis, minorib. & maiorib. laicis & clericis. Dico & mihi ipsi. Oēs audiamus, oēs timeamus, si peccauimus in fratres nostros. Si adhuc inducias viuendi accepimus, non ideo morimur. adhuc.n. viuimus, nondū dānati sumus. Dum viuimus, facimus quod iubet pater, qui erit* Deus *iudex oīum, vt petamus veniam a fratribus, quos forte peccando in eos aliquid offendimus, aliquid læsimus.* Subijcit deinde de dominis peccantib. in seruos, a quib. ait non petendam veniam, ne superbiant. *Quid ergo? Ante oculos Dei peniteat eum, ante oculos Dei puniat cor suum: & si non potest dicere seruo suo, quia non oportet, da mihi veniā. blande illū alloquatur: blanda enim appellatio veniæ est postulatio.* Deniq; & subdit,

quid

quid agendũ ei qui læsus est,& nõ lęsit. *Quid ergo dicturus sum? Vade ad illũ & tu pete veniã. absit. nolo n̄ ĉitaris, nolo dicas, da mihi veniã: qui te nosti nõ peccasse in fratrẽ tuũ. Quid.n. prodest tibi, cũ tu tuus fueris accusator: qd expetis tibi ignosci ab eo quẽ nõ læsisti, aut in quo nõ peccasti? Debẽt iter vos esse alii pacifici, q illũ obiurgẽt, vt a te prius veniã petat; tu tm̃ paratus esto ignoscere, prior paratus esto ex toto corde dimittere. Si paratus es dimittere iã dimisisti: hẽs adhuc qd ores. Ora pro illo, vt petat a te veniã, quã scis ei nocere si nõ petat, Dic dño in orõne tua. Dñe scis me non peccasse in illũ fratrẽ meũ, sed illũ potius peccasse in me: si veniã non petat a me. Ego bono aĩo peto, vt ignosco ei.*

Vide V. *Amor sui. Blasphemia consuetudo praua. Discordia. Immortificatio passionum. Impatiẽtia in aduersis. Ingratitudo. Ira. Maledictio, Murmuratio Superbia. Vindicatio iniuriæ.*

O T I V M.

Remedia contra Otium.

I. Remed. Cõsidera quid diuina scriptura asserat de otio. Primo.n.
Prou 12 11. reprehendit illud, declaratq; multorũ malorũ esse cãm, vt in pro
Prou 28 19. uerbijs Salomonis. *Qui sectatur otiũ*, inquit, *stultissimus est*. Et. *Qui se*
Eccl 33 29. *ctatur otiũ replebitur egestate*. Et in Eccl. *Multam malitiã docuit*
Ezec 16 49. *otiositas*. Et apud Ezech. *Hęc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ tuę, su-*
Matth 7.19. *perbia, saturitas panis, & abundãtia, & otiũ ipsius & filiarũ eius*. Et
Matth. 20 6. apud Matth. *Oĩs arbor, quę non facit fructũ bonũ, excidetur & in ignẽ*
Luc 13.7. *mittetur*, Et. *Quid hic statis tota die otiosi?* Et apud Luc. *Succide illã*. 1.
arborẽ fisci, in qua fructus nullus inuenitus erat, *vt quid ẽt terrã occupat?* 2. cõmodat laborem, vt hoĩ congruentẽ. *Tulit.n. Deus*, vt est in
Gen 2 15. Genesi, *Dominus Deus hoĩem & posuit eum in paradisum voluptatis,*
Iob 5.7. *vt operaretur, & custodiret illũ*. Et Iob ait. *Hõ nascitur ad laborem, &*
Eccl 7.16. *auis ad volatũ*. Et Eccl. *Non oderis laboriosa opera, & rusticationem*
1 Cor. 3.8. *creatam ab altissimo*. Et Paulus. *Vnusquisq; propriã mercedẽ accipiet*
1. Thes. 4.11. *secundum suum laborem*. Et. *Rogamus vos fratres vt operemini ma-*
2 Thess. 3.10 *nib. vestris, sicut præcipimus vobis*. Et. *Qm̃ si quis non vult operari nec*
manducet. 3. monet, vt tps bene impendamus. vt in Eccl. *Fili, conserua*
Eccl 4.23. *tempus, & deuita a malo*. Et. *non defrauderis a die bono, & particu-*
Eccl 14 14. *la boni doni non te prætereat*. Et. *Nemini Deus dedit spaciũ peccãdi*. Et
& 15.21. in Apost. *Videte fratres quomodo caute ambuletis, non quasi insipien-*
Eps 5.15. *tes, sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.*
Bas. in cap. 1. Isa. II. Remed. Considera sñias SS. Patrum, Bas. in verba Isaiæ. *ieiuniũ, otium, & Neomenias vestras odit aĩa mea. inter ea quæ odio*, inquit, *prosequitur Dominus, vnum hoc est, segne, & iners otium, nimirum cessatio ab his, quę nos ex officio attinet facere*. Et mox subdit. *Qũo.n. non odio prosequendũ otiũ, quod formica & api peiorem efficit hoĩem, qui-*

vtique

vtique initio conditionis suæ positus in paradiso est, vt operaretur & custodiret eũ. Primũ igitur & maxime propriũ humanæ condõni studiũ est, vt operetur, ita vt iners otiũ sit propemodũ præter hõis naturam id quod asserit se Dñs odisse. Chrys. in ep. ad Ephesios. Otium malitiæ pars est, imò vero non pars sed cã & mala radix. Oẽm quippe malitiam docuit otiũ: itaq cauendũ, ne stulte q̃ones istas indagemus, nẽpe quẽ sit habiturus locũ, qui nihil boni fecit. Nihil.n.boni facere, hoc ipsum est malũ facere. Dicas.n. velim, si famulũ haberes, qui & si nec furaretur, nec conuitiaretur, nec contradiceret, imò nec inebriaretur, nec reliquorũ malorũ quicquã designaret, sederet tñ perpetuo otiosus, nec aliquid eorũ quæ seruus hero suo præstare dẽt, faceret non flagellares illũ vt peruersum? Amb. de Cain & Abel. Apud ignauos nulla sunt insignia virtutis apud Sapiẽtes prima hñr. Studia.n. virtutis quędã instrumẽta sunt. itaq; sicut bellator sine armis esse non põt., ita nec sine exercitatione virtus. Unde & Dñs in Euangelio ait. A dieb. Io. Baptistæ regnũ cęlorũ cogitur, & cogentes diripiunt illud. Et alibi. Quærite regnũ Dei, & ecce oĩa præsto sunt vobis, non dormientib. neq; otiantib. sed vigilantib. & laborantib. pollicentur præmia, & labori merces parata est: qui licet nõ suauis ad gratiam, tñ fructuosus ad præmium est. Et inf. Nulli.n. sine labore virtus, quia labor processus virtutis est. Hier. ad Rusticum monachum. Facito aliquid operis vt te semper diabolus inueniat occupatũ. Si Apost. habentes ptãtem de Euangelio viuere, laborabant manib. suis, ne quem grauarent, & aliis tribuebant refrigeria, quorũ post spũalibus debebant metere carnalia, cur tu in vsus tuos cessura non præpares? Et paulo post. Texantur linę capiendis piscib. scribantur libri, vt & manus operetur cibũ, & aĩus lectione saturetur. in desideriis est oĩs otiosus. Augus. ad Abbatem insulæ Capratiæ. Si quã operã vestram mater Ecclesia desiderauerit, nec elatione auida suscipiatis, nec blandiente desidia respuatis, sed miti corde obtẽperetis Deo, cum mansuetudine portantes eum, qui vos regit, qui dirigit mites in iudicio, qui docet mansuetos vias suas. Nec vestrũ otiũ necessitatib. Ecclesiæ præponatis, cui parturienti si nulli boni ministrare vellent, quo nasceremini non inueniretis. Sicut aũt inter ignẽ & aquã tenenda est via, vt nec exuratur hõ, nec demergatur: sic inter apicẽ superbiæ, & voraginẽ desidiæ iter nostrũ tẽperare debemus, sicut scriptũ est. Non declinantes neq; ad dexteram, neq; ad sinistrã, &c. Sic ergo dilectissimi diligite otiũ, vt vos ab oĩ terrena delectatione refrenatis. Et in lib. de ciuit. Dei. Quid est, quod cũ labore meminimus, sine labore obliuiscimur, cũ labore discimus, sine labore nescimus: cũ labore strenui, sine labore inertes simus? Nonne hinc apparet, in quid velut pondere suo procliuis & prona sit vitiosa natura, & quãta ope, vt hinc liberetur, indigeat? Desidia, segnities, pigritia, negligẽtia, vitia sunt vtique, quib. labor fugit, cum labor ipse ẽt qui est vtilis, pęna sit. Cass. in institutionibus monasticis. Mens otiosi, (monachi) nihil aliud

Chry. ho 16.
Amb. li. 1 c. 4
Matth. 11. 12.
Matth. 6. 33.
Id. l. 2. c. 2.
Hier. ep. 4.
Aug. ep. 81.
Prou. 4. 27.
Aug. l. 11. 22.
Cass. li. 10. 6.

aliud cogitare nouit, quam de escis ac ventre, donec inuenta quãq; sodali-tate cuiusquã viri, vel feminæ æquali tẽpore torpentis, reb. totũ necessi-tatib. inuoluatur, & ita paulatim reddatur noxiis occupationib. irreti-
Bern. lib. 2. in K. *tus, vt tanquã serpentinis spiritis obstrictus nunquã deinceps ad perfe-ctionẽ professionis antiquæ se valeat euadere* Bern. de cõsideratione ad
Eug. Papã. *Si recte Sapiens hortatur Sapientiã scribi in otio, cauendum*
Eccl. 38. 25 *& in otio otium est. Fugienda proinde otiositas, mater nugarũ, nouerca virtutũ. Inter seculares nugæ nugæ sunt: in ore sacerdotis blasphemiæ. In-*
Sen. ep. 82. *terdũ tamen si incidant, ferendæ fortassis, referendæ nunquã.* Seneca ad Lucilium. *Otium sine literis mors est, & viui hominis sepultura.*

III. Remed. considera quam turpe sit hoĩem, alioquin ad laborẽ natum, teste Iob, aspirare ad otium, cum nihil in mundo otio vacet, ne Deus quidem totius mundi opifex. *Pater meus vsq; modo opera-*
Iob 5. 7. *tur*, inquit apud B. Io. Christus, *& ego operor. Angeli oẽs*, teste Apo-stolo in ep. ad Hebr. *sunt administratorii spiritus, in ministerium missi*
Ioan. 5. 18. Hebr. 1. 14. *propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis.* Cœlestes orbes nulla quie-te interposita continenter agitantur. *Ecce. n. sol*, vt est apud August. in sermonib. ad fratres in eremo, *cursum anni perficit, Luna et mensibus*
Serm. 16. *& vicissitudinibus discurrit, & ceteræ stellæ. Omnia. n. sibi deputata officia sine quiete exercent. Nunquid etiam animalia bruta ad suæ na-turæ industriam otium fugiunt? nunquid etiam laborant, vt conseruen-tur in esse? Nunquid in suis necessitatibus deficere & pigrescere ea vi-demus? Absit. Omnia enim sub obedientia sunt, omnia agunt, quod age-*
Basil. c. 5. *re debent.* Quæ ergo dementia est, vt solus homo de ignauo otio agẽ-do cogitet. *Neque enim eo consilio*, inquit, S. Basil. in constitutionibus
Gen. 2. 15. monasticis, *Dominus hominem finxit, vt segnis ac languens desideret, sed contra potius, vt esset, qui se in laboribus honestis exerceret; quando quidem & primo Adæ in paradiso præcepit, vt laboraret, & paradisum ipsum custodiret: & tum deinde postquam ex illo eiectus exulauit, sen-tentiam tulit, vt pane suo in sudore vultus sui vesceretur. Quod autem quæ Adæ dicta tum fuerint, ea omnib. et dicta sint, qui ab eo sunt oriun-di, ex hoc liquido perspici põt, quod cum illum tantummodo tum nomi-natim Deus morte mulctasset, qñ dixit, Terra es & in terram reuerte-ris: nihilominus tamen oẽs, quotquot ab eo originem duxere, eiusdẽ simi-liter vna cũ eo calamitatis participes extitere. Quamobrem conuenit vnumquemq; neq; naturæ ordinem, neq; præscriptos ab naturæ opifice limites transilire, potiusq; in his cõtinere se, & corpus in actione aliqua occupatum tenere: illudq; prouidere, ne ipsum, dum grauius, quã par est,*
Amb. in pfa. Gen. 3. 19. *premit, opprimat.* Et S. Amb. in Lucam. *Neque. n. otiose dictum est ho-mini, quod nulli aliorum animantium. In sudore vultus tui manduca-bis panem tuum. His enim animalibus, quæ naturæ irrationabilia sunt, iussu Dei terra pabulum ministrare præcepta est. Soli autem homini, vt rationabile, quod accepit, exerceat, vitæ cursus in labore præscribitur.*

Qui

Qui enim non est contentus animalium pabulo cęterorum, cui non satis est lignum fructiferum commune omnibus adescam datum, sed delicias sibi variarum exquirit epularum, delicias sibi transmarinis arcessit è terris, delicias verrit è fluctibus, recusare non debet, qui labore victum requirit breuem, si laborem pro vita subeat æterna.

I V. Remed. Considera otio patefieri ianuã diabolo & oĩb. vitijs. Otium. n. vt vulgo dř, est puluinar diaboli. *Aliquid operis facito, su*pra monuit B. Hier. monastices cupidũ, *vt semper te diabolus ueniat occupatum.* Et Io. Cass. lib. 10. institutionũ monasticarũ. *Hęc,* inquit, *apud Aegyptũ ab antiqs patrib. sancita est sñia, operantẽ monachũ dę mone vno pulsari; otiosum verò innumeris spiritib. deuastari.* *Otiũ aũt maleficia esse principiũ nemo est qui ignoret,* scribit B. Bas. in Hexęme ron. Imo testes Spiritusancto magister & doctor est ipsius malitiæ. *Multã malitiã,* inquit, *docuit otiositas.* Neq. n. leuiora tm̃ delicta, sed & grauissima & nefaria criã in ocij ludo discuntur, quæ noĩe, *multa malitiæ* hic intelliguntur. Hinc B. Chrysost. in Matth. scribens. *Valde,* inquit, *desidero vos bonis operib. esse occupatos; oĩum. n. vitiorũ quasi magistra quædã atq. origo est otiositas.* Et Aug. loco sup. allegato. *per hanc accendimur frequenter ad luxuriã, per hanc aĩamur ad superbiã, per hãc ducimur ad mundi gloriã, per hanc tentamur delicatè pasci, per hãc suffocamur pretiose vestiti, per hãc ad superfluã dormitionem trahimur, per hanc ad verba secularia ducimur. Nunquã quis ciui celorũ erit, si otiositatẽ amauerit.* Atq. hæc cã est, cur B. Amb. in expositione psal. 118. non dubitet, tpš belli, & persecutionis, tpi paris, quo otiũ viget, anteponere. *Cito. n. fides,* inquit, *inexercitata langueſcit, & crebris otiosa tentatur incõmodis. Remissas excubias callidus insidiator irrũpit; assuetũ aũt bello virũ externa fraus instruit, & gloriosa pronebit palma victorię. Pax ergo fideli corruptelæ materia est. Quã pulchre nobis persecutionis processere tpã. intentus sicut medicus erat intima ad Deũ mentis affectus, illi adhærebat, nec vllas cogitationes obstrepentes sibi peccantis aĩus sentiebat, totis viscerib. fundebatur oratio, et quidã miscebatur sermo cũ Dño: quotidiana meditatio bẽbat iã contem ptũ periculi, & vsum calcãdæ mortis receperat, qđ amisimus exercitiũ. Tentant otia, quos bella fregerãt.* Periculosa igitur *& pacis otia. In pace plures persecutiones esse ceperũt. Nullus erat tpe persecutionis adulator: non vacabat aĩo, corporis delectatione dissolui, & huiusmodi, quæ secundis reb. excitari solent, admittere passiones.* Eadẽ de causa Hiero. non semel otiũ appellabit *rubiginẽ sapientię, & ingenii,* vt. n. tpe pacis videmus arma bellica, splendore suo destitui, & rubigine obduci, sic in otio animus noster exercitatione virtutum destitutus quasi torpescit & rubiginem contrahit, ac situm spiritualem.

V. Remed. Considera exempla eorum qui propter otiũ in grauissima crimina lapsi sunt. Nam si religionem spectes, quid grauius idololatria,

[Margin notes: Hier. ep. 4. | Cass. c. 23. | Bas. ho. 7. | Eccl. 33. 29. | Chry ho. 38 | Aug. ser. 16. | Amb. ser. 11. | Hier. in c. 10 Eccl. & ep. ad Ian.]

latria, at huc otiũ filios Israel pellexit, vt Moyse in monte cũ Deo agente aureũ vitulum impie adorarẽt. (Exod. 32. 6.) *Sedit populus*, inquit scriptura, *manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* Si verò tẽporantiã, qd scelestius eo libidinis genere, ob q̃ Sodoma & Gomorrha aliæq; vrbes (Ezec. 16. 45.) cęlesti fulmine absumptæ sunt, cuius cãm Ezechiel Propheta saturitati panis & otio ipsarũ, & filiarũ tribuit. *Quẽ tædet orare, vel psallere,* inquit Aug. ad fratres in eremo, (Aug. ser. 16.) *laborare in manib. nõ differat, cogitãtes, quod quãdiu David exercitatus fuit in militia, nõ insultauit ei luxuria, sed postquã in domo otiosus remãsit, illaboratus adulteriũ, & homicidiũ cõmisit.* (2. Reg. 11. 4.) *Samson, dũ cũ Philistęis pugnaret, nõ potuit capi ab hostib. sed postquã dormiuit in sinu fœminæ, & otiosè cũ ea remãsit, mox capitur, & cęcatur ab hostib.* (Iud. 16. 21) *Salomon aũ occupatus esset in ædificatione tẽpli non sensit luxuriã, sed mox recedens ab opere persensit insultũ luxuriæ, & deficiẽs, fœmina instigãte, ad idola, adorauit in thalamo vitulũ aureũ.* (3. Reg. 11. 4.) *Vigilate ergo fratres mei, & nolite desistere: qã nec sanctiores Dauide, nec fortiores Sãsone, nec sapiẽtiores Salomone vos ẽe cognosco.*

VI. Rem. Cõsidera in verbo diuino nõ otiosis, sed laborantib. promitti mercedẽ, vt liquet ex parabola cõductorũ ad vineã apud Matt. vbi Dñs vineę ait. (Matth. 20. 8.) *Voca operarios, & redde illis mercedem.* Et apud eũdem Christus. (Matth. 16. 27) *Filius hoĩs venturus est in gloria Patris sui, cũ Angelis suis, & tunc reddet vnicuiq; secundũ opera eius.* Et Paulus. (1. Cor. 3. 8.) *Vnusquisque mercedẽ recipiet secundũ suũ laborẽ.* Et Io. (Apoc. 22. 12.) *Ecce venio cito, & merces mea mecũ est, reddere vnicuiq; secũdum opera sua.* Vnde B. Bas. (Bas. orat. ad diuites.) *Opera ostende, & exigo retributionẽ.* Deinde promittitur maior merces ob maiorem laborẽ, vt liquet ex parabola seminis apud eundẽ Matthæũ, qã aliud trigesimũ, aliud sexagesimũ, aliud centesimum fructum profert. (Matth. 13. 8.) Et Paulus ait. (2. Cor. 9. 6.) *Qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionib.* hoc est liberaliter, *de benedictionibus metet.* Vnde Greg. (Greg. 4. moral. c. 42.) *Quia in hac vita nobis est discretio operũ, erit in illa procul dubio discretio dignitatum, vt quo hic alius alium merito superat, illic alius aliũ retributione transcendat.* Deniq. in eodẽ verbo declaratur exiguos esse labores nostros, si cũ excellentia mercedis vitę ęternæ conferantur. (Rom. 8. 18) *Non sunt cõdigna passiones huius tpis,* ait Apost. *ad futurã gloriã, quę reuelabitur in nobis.* Et. (2. Cor. 4. 17) *Id n. quod in præsente est momẽtaneũ et leue tribulationis nostrę supra modũ in sublimitate æternũ gloriæ pondus operatur in nobis.* Imò Christus Dñs. (Luc. 6. 38) *Mensurã bonã, & confertã, & cogitatã, & superfluentẽ dabunt in sinũ vestrũ.* Vnde B. Aug. scribens in epist. B. Io. (Aug. tract. 3) *Quid mihi postea dabit, dicet aliquid, q in hoc seculo video me laborare inter tentationes: dicam Deo meo; Propter verba labiorũ tuorũ custodiui vias duras.* (Psal. 16. 4) *Ad quã ergo mercedem? Audi, & noli deficere. Si desiciebas in laborib. promissa mercede fortis esse. Homo promisit, qui te põt fallere. Quanto fortior esse debes in agro Dei, qñ promisit veritas, cui nec succedi põt, nec mori, nec fallere põt eũ*

cui

cui promissum est. Et quid est promissum? Aurum est, quod hic multũ amant hoĩes, an argentũ? An possessiones ob quas hoĩes fundunt aurũ? An amœna prædia, amplæ domus, multa mancipia, aĩalia numerosa? Nõ est hæc merces quædã ad quã nos hortatur, vt in labore duremus. Quid dicitur merces ista? vita æterna. Audistis & gauisi clamastis, amate quod audistis, & liberamini a laborib. vestris in requiẽ vitæ æternæ. Ecce quod promittit Deus: vitã æternã. Ecce quid minatur Deus: ignem æternum.

VII. Remed. Da operã, vt non facile facias iacturã aliquã tp̃s, quod & Ethnici maximi fecerunt. Pittaci.n. vnius è septem sapientib. dictum est, γνῶθι καιρόν, nosce tp̃s, hoc est, opportune age oĩa. Theophrastus apud Laertium. *Sumptus pretiosissimus, tp̃s:* nam elapsum nullo pretio recuperari põt. Democritus Millesius, *pretiosissimũ impendiũ tempus.* Seneca ad Lucilium. *Non tam benignũ ac liberale natura nobis tp̃s dedit, vt aliquid ex illo vacet perdere.* Et Plinius maior, cum aliqñ nepotem suum cerneret ambulationi vacantẽ. *Poteras,* inquit, *has horas non perdere.* Recte ergo Apost. ad Galatas. *Bonum,* ait, *facientes, non deficiamus: tp̃e.n. suo metemus non deficientes. Ergo dum tp̃s habemus operemur bonũ ad oẽs.* in quæ verba B. Hier. *Tempus sementis tempus est præsens, & vita quã currimus. In hac licet nobis quod volumus seminare. Cum ista vita transierit, operandi tp̃s aufertur.* Unde et Saluator ait. *Operamini, dum dies est, veniat nox, qñ iam nullus poterit operari.* Et int. *Breue est vitæ istius curriculum. Hoc ipsum quod loquor, quod dicto, quod scribo, quod emendo, quod relego, de tp̃e meo mihi aut crescit, aut deperdit. Titus filius Vespasiani, qui in vltionẽ Domini ci sanguinis subuersis Hierosolymis Romã victor ingressus est, tantæ dicitur fuisse bonitatis, vt cũ quadã nocte sero recordaretur in cena, quod nihil boni die illa fecisset, dixerit amicis. Hodie diẽ perdidi. Nos putamus non perire bonis horã, diẽ, momenta, tp̃s, ætates, cũ otiosum verbũ loquimur, pro quo reddituri sumus rõnem in die iudicii. Quod si hoc ille sine lege, sine Euangelio, sine Saluatoris & Apostolorum doctrina aliter, & dixit & fecit, quid nos oportet facere?* Idem in epist. ad Ephesios, dum exponit verba illa, *Videte quõ caute ambuletis, redimentes tp̃s, quoniam dies mali sunt. Qui sapiens est,* inquit, *& idcirco caute ambulat, redimit tempus. Tempus aũt redimit, quia dies mali sunt. Qñ in bono opere tp̃s consumimus, emimus illud & propriũ facimus, quod malitia hoĩum venditum fuerat. Nemo aũt vitæ huius quærens necessaria, & de diuitiis & solicitudinib. quam Euangelium spinas nuncupat, põt sibi tempus redimere. Redimentis autem tempus, quod in diebus malis est, quodammodo immutamus illud, & dies malos in bonos vertimus, & facimus illos non præsentis seculi, sed futuri.* Deniq. in caput primũ Aggæi. *Stoici,* inquit, *dixerunt omne tempus esse correctionis. Omni enim tempus, in quo non virtutibus deseruimus, sed vitiis, perit & quasi non fuerit reputatur in nihilum.*

Laert. l. 1
Sen. ep. 118
Gal. 6. 9
Hier. l. 3. cõment.
Ioan. 9. 4
Id. li. 3 cõm.
Eph. 5. 15
Matt. 13. 22

Re-

VIII. Remed. Prouide, vt ad cauendum otium, tempusque redimendum ita te occupes actionibus & laboribus instituto tuo consentaneis, ne quod præcipuum est, negligas, nempe animæ salutem: id enim esset vitium vitio pellere & vnum diabolum pro alio admittere. Qua in re halucinantur, qui vt otium fugiant, dedunt se potationib. lusib. ambulationib. alijsque rebus ipso ocio sæpe deterioribus, ista.n. oblectamenta grauib. nonnunquam tentationibus fomẽta subministrant. Stultissimum verò est, in ijs occupationibus vitam agitare, quæ ita tempus omne eripiant, vt cum ad exitum vitæ peruentum sit, minimam temporis partem nostram fuisse dicere possimus. Quod.n. stultius, quam vt tum reperiamur serui fuisse hominum, & occupationum, de animæ vero salute, quæ imprimis quærenda erat, nullam curam habuisse? Etsi enim hoc genus occupationum sua pte natura vel bonum esse possit, vel adiaphorum, vti sunt omnia studia litterarum, nobis quidem certe hoc ipso bonum non est, quod nos ipsos nobis suffuratur. Hoc certe omnium actionum, vitæque totius fundamentum esse debet, vt sobriè, piè & iuste secundum Apostolum hanc vitam instituamus in hoc seculo. Atque idcirco sapienter monet Aug. dum locum Paulinum de tempore redimendo ante citatum exponit, vt occupationibus, siue litterarum, siue negotiationum, siue litium, siue alijs quibuscunque nos dedamus, tempus tamẽ aliquod eripiamus curandæ saluti nostrę, id enim esse apud Apostolum, redimere tempus. *Expectatis, inquit, a me forte scire, quid est tempus redimere. Dicturus sum, quod pauci audiunt, pauci ferunt, pauci aggrediuntur, pauci agunt: tamen dicam, quoniam ipsi pauci, qui me audituri sunt inter malos viuunt. Redimere tempus hoc est. Quando aliquis tibi infertur litem, perde aliquid, vt Deo vaces, non litibus perde. Ergo ex eo, quod perdes, pretium est temporis. Certe, quando pro tuis necessitatibus procedis ad publicum, das nummos, & emis tibi panem, aut vinũ aut oleum, aut aliquam supellectilem, das & accipis, aliquid amittis, & aliquid acquiris: hoc est emere. Nã si nihil amittas, & habeas, quod non habebas, aut inuenisti, aut donatum accepisti, aut hereditate acquisisti. Quando autem aliquid amittis, vt aliquid habeas, tunc emis: quod habes, emptum est, quod amittis pretium est. Quomodo ergo perdis nummos, vt emas tibi aliquid; sic perde nummos, vt emas tibi quietem. Ecce hoc est tempus redimere.*

Tit.2.12.
Aug de ver. Apos. ser.26
Eph 5.15.

IX. Remed. Cõsidera exempla eorum qui otij hostes fuere. primus sit B. Paulus Apostolus, qui tum vt otium caueret, tum ne cuiquam offendiculo vel oneri esset etiam labore manuum victũ parauit, & aliis vt idem facerent verbo exemploq; hortatus est, quemadmodum prolixè ex scripturis probat in libro de Spiritu acediæ Io. Cassian. Sic enim in priore ad Thessalonicenses ep. loquitur. *Rogamus aũt vos fratres, vt quieti sitis, & vt vestra negotia agatis, & operemini manibus vestris,*

Cass. l.10 c. 7.& 17.
1.Thes.4.11.

vestris, sicut præcepimus vobis, & vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, & vt nullius aliquid desideretis. In posteriore verò sic *Denũciamus vobis fratres in nõie D. N. Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab õi fratre ambulãte inordinate, ipsi.n. scitis, q̃m non inquieti fuimus inter vos, neq. gratis panẽ manducauimus ab aliquo, sed in labore, & fatigatione nocte, & die operãtes, ne quẽ vestrũ grauaremus. Non quasi nõ habuerimus ptãtem, sed vt nosmetipsos formã daremus vobis ad imitãdum nos. Nã & cũ essemus apud vos hoc denunciabamus vobis, quoniã si quis non vult operari, nec manducet.* Et in Actis Apostolicis cõuocatis Ecclesiæ presbyteris dixit. *Aurũ & argentũ nullius cõcupiui, ipsi, scitis, quoniã ad oĩa, quæ mihi opus erãt, & his qui mecũ sunt ministrarunt manus istæ.* Secũdus sit B. Hier. qui qua arte otiũ & libidinẽ vicerit ita scribit ad Rusticũ monachũ. *Dũ essem iuuenis, & solitudinis me deserta vallerẽt, incẽtiua, ardorẽq; naturæ ferre nõ poterã, quẽ cũ crebris ieiuniis frangerẽ, mens tñ cogitationib. æstuabat. Ad quam edomandã cuidã fratri, qui ex Hebræis crediderat, me in disciplinã dedi, vt post Quintiliã acumina, Ciceronis fluuios, grauitatẽq. Frontonis & lenitatẽ Plinii alphabetũ discerẽ, & stridentia anhelantiaq. verba meditare. Quid ibi laboris insumpserim, quid sustinuerim difficultatis, quoties desperauerim, quotiesq; cessauerim & contẽtione discendi rursus inceperim, testis est conscia, tam mea, qui passus sum, quã eorum, qui mecũ duxerunt vitã.* De Aegyptiorũ verò monasterijs ibidẽ sic scribit. *Aegiptiorũ monasteria hũc morẽ tenẽt, vt nullũ absq; operis labore suscipiãt, nõ tã propter victus necessitatẽ, quã propter aïæ salutẽ, ne vagetur perniciosis cogitationib. mens.* Cõsentit his etiam Cass. *His exemplis, inquiẽs, per Aegyptũ Patres eruditi, nullo mõ otiosos esse monachos, ac præcipue iuuenes siniũt, actũ cordis ac profectũ patiẽtiæ & humilitatis sedulitate operis metientes, & nõ solũ a nullo quicquã ad vsũ victus sui accipere patiuntur, sed ẽt de laborib. suis nõ tantũ superuenientes, & peregrinos reficiũt fratres, verũ ẽt per loca Libyæ, quæ sterilitate ac fame laborant, nec nõ ẽt per ciuitates his, qui squalore carcerũ contabescũt, immanẽ conferentes dirigũt alimoniæ victusq. substãtiã, de fructu manuũ suarũ rõnabile ac verũ sacrificiũ Dño tali oblatione se offerre credentes.* Addit deinde exẽplũ Abbatis Pauli inter patres pbatissimi, qui singulis annis oẽ opus manuũ suarũ (hoc est, folia palmarũ in annũ suũ collecta) supposito igne concremabat, *in tantũ*, inquiens, *probans sine opere manuum, nec in loco posse monachũ perdurare, nec ad perfectionis culmen aliquãdo cõscendere, vt cũ hoc fieri nequaquã necessitas victus exigeret, pro sola purgatione cordis, & cogitationum soliditate ac perseuerantiæ cellæ, vel acediæ ipsius victoria & expugnatione perficeret.* Iam vero de S. Martini monasterio in Gallijs ad Ligerim constructo, quemadmodum otium fugerit, in hunc modum scribit Seuerus Sulpicius. *Discipuli octoginta erant qui ad exem-*

A a plum

2. Thess. 3. 6.

Act. 20. 33.

Hier. ep. 4.

Cass. c. 22.

c. 24.

Sulp. in vita S. Mart. c. 7.

plum beati magistri instituebantur. Nemo ibi quidquam proprium habebat, oĩa in medio conferebantur. Non emere aut vendere, vt plerisque monachis moris est, quicquam licebat. Aes ibi, exceptis scriptorib. nulla habebatur: cui tamen operi minor ætas deputabatur. Maiores orationi vacabant. Rarus cuiquã extra cellulã fuit egressus, nisi cũ ad locũ orationis conueniebant. Cibum vna cũ oẽs post horã ieiunij accipiebãt. Vinum nemo nouerat, nisi quẽ infirmitas coegisset. Tertius est S. Bern. qui vti Gulielmus Abbas Bonæuallis in eius vita scribit, cum omnes suos fratres corporali labore quotidie exerceri vellet, ne se quidẽ excipi voluit, & si quando ob virium imbecillitatem, eosdem cum alijs labores sustinere non valeret, similes tamen, vt cedendi, vel portãdi ligna, vt humilitate onus compensaret, sustinebat: Cumq; aliquando fratres foras demetendi fœni frumentive causa abituri essent, cum lacrymis metendi gratiam a Deo impetrauit. Idem cum de suis quendam ardenter operi instãtem vidisset, diuinitus prædixit, eũ ob hunc laborem a purgatorijs pœnis liberum futurum. Secuti sunt hos alij, inter quos S. Franciscus, teste B. Bonauentura, & sua ipse manu persæpe laborabat, & otiosum quendam, fugitantemque laboris appellauit, *fratrem muscam*, & ab ordine suo remouit.

In Surio. 20 Aug.

Th. Cãtipa. lib. 2. c. 5.

Bonau. in eius vita.

Vide V. *Aced a Chorea. Colloquia otiosa. Curiositas.* Exemplum *malum. Immodestia. Linguæ abusus. Pigritia. Tepiditas. Voluntas propria.*

P

PECCATVM.

Remedia contra Peccata.



Rimum Remedium. Considera quid Spiritus S generatim de peccatis in diuinis scripturis patefecerit. Primo declarat oẽs hoĩes conceptos in peccato (excipe Christum, & eius matrem.) Vnde Dauid. *Ecce. n. in iniquitatib. conceptus sum.* Et Apost. *Per vnum hoĩem peccatum in hunc mundum intrauit.* 2. procliues ad peccãdum. Vt in Genesi. *Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.* Et in epistol. ad Galatas. *Caro concupiscit aduersus Spiritum, & Spiritus aduersus carnem.* 3. neminem esse, qui non peccet. Vt in libris Regum. *Non est enim homo, qui non peccet.* Et in Prouerbijs. *Septies cadit iustus.* 4. Prohibet peccatum. Vt in Ecclesiastico. *Noli facere mala, & non te apprehendent.* Et. *Fili peccasti, non adiicias iterum: sed & de pristinis deprecare, vt dimittantur tibi.* Et in epist. ad Rom. *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore.* 5.

Psal. 50. 7.

Gen. 8. 21.
Gal. 5. 17.

3. Reg. 8. 46.
Prou. 24. 16

Eccl 7. 1.
Eccl. 21. 1.

damnat

damnat illud, vt Deo exosum. Nam Isaias ait. *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.* Et Dauid. *Odisti omnes qui operantur iniquitatem.* Et *longe a peccatoribus salus.* Et B. Io. *Qui facit peccatum ex diabolo est.* Et Christus. *Discedite a me maledicti in ignem æternum.* Rom.6.12. Isa.5.18. Psal.5.7. Psal.118.155. 1.Ioan.3.8. Matt.25.41.

II. Remed. Considera Patrum veterum sententias. Tertullianus. *Omne peccatum impatientiæ asscribendum. Malum impatientia est boni. Nemo impudicus non impatiens pudicitiæ, & improbus probitatis, & impius pietatis, & inquietus quietis.* S. Bas. in martyrem Iulittam. *Peccatum animæ est ægritudo; peccatum mors est animæ alioqui immortalis; peccatum luctu est & implacabilibus lamentis dignum. Ob peccatum profluant effusissimæ lacrymæ, neu desinat ex imo pectoris recessu iugiter prosilire suspiriosus gemitus.* Et in psalmum 32. *Quando in corpore peccauimus, membra nostra serua peccati ad iniquitatem præbendo, corpore item confiteamur, eodem in peccati dissolutionem vtentes organo. Maledixisti? benedicas. circumuenisti proximum in negotio? redde. In ebrietatem incidisti? ieiunia. arroganter egisti? humiliare. inuidisti? obsecra. Occidisti? tu testimonio, uo profitere te reum. aut certe confessionem tuum ipsius corpus affligito.* S. Gregor. Naz. in plagam grandinis. *Omni quidem vitio carere, eiusmodi proculdubio est, vt humanum modum excedat, solique Deo conueniat; contra perdite ac profligatè peccare impuræ, & aduersariæ dæmonum naturæ est, atque eorum qui ipsius afflatu impelluntur; at vero è peccati cœno emergere, atque meliorem frugem redire, hominum est, verum proborum.* Et in sententijs tetrasticis. *Quid nos omnibus in rebus miserum hostem* (diabolum) *accusamus, eique noxas omnes nostras asscribimus, cum ipsi sceleratæ nostra viuendi ratione potestatem demus? Tibi ipsi vel soli, vel potissimum succense. Ignis enim noster est, Flamma autem aduersi Spiritus.* Sanct. Ambros. libro de paradiso. *ideo dixit Deus. Factus est Adam tanquam vnus ex nobis, quia aperuit oculos. Et hic quidem aperuit oculos vt culpam suam videret, quam vitare non potuit. Magis enim postquam peccauimus, nescio quomodo nostra delicta cognoscimus, & tunc peccatum esse intelligimus, quod antequam peccaremus non putabamus esse peccatum. Certe non quasi peccatum peccabamus esse damnandum: nam si damnaremus, non admitteremus. Deus autem omnium videt culpa, & omnium delicta cognoscit: super omnem animam, super omnium occulta oculos habet.* Sanct. Hieronym. in epistolam ad Ephesios. *Quærimus, quid significent delicta, quoue distent a peccatis, idest, quid intersit inter* παραπτώματα, ἁμαρτίας. *Aiunt enim quod* παραπτώματα *quasi initia peccatorum sint, cum cogitatio tacita subrepit, & ex aliqua parte conniuentibus nobis necdum tamen nos impulit ad ruinam. Unde, & in decimo octauo psalmo scribitur. Delicta, hoc est,* παραπτώματα, *quis intelligit? quia scilicet difficile sit radices, & initia intelligere*

Tertul. lib. de patient.

Bas. hom. 5.

Contratiam cõtrarijs curanda.

Naz. orat.

Tetrast. 51.

Amb.

Hier. lib. 1 comm.

 pecca-

peccatorum. Peccatum vero esse, cum quid opere consummatum peruenit ad finẽ. Et in verba Ezechielis. Septem diebus facies hircũ pro peccato quotidie, & vitulum, & arietem. *In hirco, inquit, & vitulo, et ariete tria generalia delicta monstrantur, quib omne mortaliũ subiacet genus. Aut.n cogitationib. aut sermone, aut opere peccamus.* S. Aug. contra Faustum Manicheũ. *Peccatũ est factũ, vel dictũ vel concupitũ aliquid contra æternam legem.* Lex verò æterna, *est ratio diuina, vel voluntas Dei ordinem naturalem conseruari iubens, perturbari vetans* Et in Enchiridion. *Neque quia peccatum est omne crimen, ideo crimen est etiam omne peccatum. Itaque sanctorum hoĩum vitam, quandiu in hac morte viuitur inueniri posse dicimus sine crimine: peccatum autem si dixerimus, quia non habemus, vt ait S. Apostolus nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est.* S. Chrys. ad Theodorum lapsum. *Nullum peccatum est, quod medicinam refugiat.*

Lib. 15. con. c. 43.
Aug. l. 22. c. 27.
Id. cap 64.
1. Ioan. 1. 8.
Chry. ep 5.

III. Remed. Considera quanto odio Deus peccatum, maximè lethela, prosequatur. *Similiter.n.* auctore Sapiẽte, *Odio sunt Deo impius & impietas eius.* Tanto verò prosequitur, vt eius magnitudo nulla intelligẽtia humana vel angelica cõprehẽdi queat. Ratio huius liquet. Quo siquidẽ aliquis maiori bonitate præditus est, hoc vehemẽtius execratur malitiã, & cõplectitur bonitatẽ. Cũ igitur Deus infinita bonitate sit præditus, cõsequens est vt infinite & oderit malitiã, & amet bonitatẽ; quare & malos spoliat infinito bono inferno, & bonos boni infiniti participes facit in cęlo. Accedit quod infinita quædã prauitas & peruersitas sit in mortali peccato. Nã qui peccat offendit Deũ infinita maiestate præditũ. Restat ergo vt Deus quoq; infinito odio abhorreat ab illo. Hinc vero efficitur hoĩem in hac vita nunquam posse condigno odio prosequi peccatum, cum infinito odio dignum sit. Tu ergo tanto odio illud semper prosequare, quanto potes, semperq; a Deo postula, vt in te odiũ illud adaugeat, qñquidẽ in illo magna verę pœnitentiæ, & iustitiæ Christianæ portio consistat.

Luc. 10. 18.

IV. Rem. Considera manifesta tanti odij signa & effectus, hoc est, horrenda supplicia, quib. Deus peccata inde a conditarum creaturarũ initijs castigauit. Lucifer.n. angelus nobilissimus ob vnum superbiæ lapsum cum multis angelorum millibus, ex summo Dei amico repẽte factus est capitalis eiusdem inimicus: ex pulcherrima creatura teterrima & sceleſtissima inferni bestia. Adam similiter oĩum hoĩum parens ad imaginem & similitudinem Dei conditus, ob diuini mãdati de non edendo pomo quodam, præuaricationem, & paradiso exturbatus, & cum tota posteritate in huius mortalis vitæ ęrũnas quas indies experimur, pręceps actus est. Constat & totum mundũ quondam ob peccata inundatione aquarũ extinctũ. Pentapolin & igni & sulphure cœlitus demisso deletam. Saulem ob inobedientiã, Dauidẽ ob adulterum & cędem factam, aliosque innumerabiles grauissime à

Gen 3. 24.
Gen. 7. 21.
Gen. 19. 24.
1. Reg 15. 26.
2. Reg. 11. 4.

Deo

Deo punitos; & omnes impios, imò quotquot in peccato lethali vitam hanc claudunt, sempiternis ardere flammis apud inferos sine vlla spe salutis aliquando consequendæ.

V. Remed. Considera atrocitatem passionis Christi Domini, neq; enim Christus tam dira perpessus est, nisi ad expienda peccata, nostra, atq; vt nos grauitatem peccati inde disceremus, & ab eo deinceps maiore studio abstineremus. Vnde Isaias. *Ipse autem, inquit, vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.* Isa. 53. 5. & B. Pet. *Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini: quia qui passus est in carne, desiit a peccatis, vt iam non desideriis hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne viuat temporis.* 1. Pet. 4. 1. Hoc antidotum vt efficacissimum ad detestanda peccata præscribit B. Bern. in sermonib. de natali Domini his verbis. *Ludebā ego foris in platea, & in secreto regalis cubiculi super me ferebatur iudicium mortis. Audiuit hoc vnigenitus eius, exiit posito diademate, sacco vestitus, aspersus cinere caput, nudus pedes, flens & eiulans, qd morte damnatus esset seruulus eius. Intueor illum subito procedentem, stupro nouitatem, causam percunctor & audio. Quid facturus sum? adhuc ne ludam, & deludā lacrymas eius? Plane si insanus sum, & mentis inops non sequar eum, nec cum lugente lugebo. Ecce vnde pudor, timor & dolor vnde? vtiq. quia ex consideratione remedii, periculi n ei æstimo quantitatem. Nesciebā, sanus mihi videbar, & ecce mittitur Virginis filius, filius Dei altissimi, & iubetur occidi, vt vulneribus meis pretioso sanguinis illius balsamo medeatur. Agnosce ò homo quam grauia sunt vulnera, pro quibus necesse est Dominum Christum vulnerari: Si non essent hæc ad mortem, & mortem sempiternam, nunquam pro eorum remedio Dei filius moreretur.* Bern. ser. 3.

VI. Remed. Considera, quot bonis donisq; Spiritualib. peccatum mortale hoīem Christianum spoliet, & contra quot quantisq; malis & calamitatib. eundē afficiat & obruat. Quod ad bona attinet. primo eū exturbat è gratia & amicitia Dei O. M. & familiaritate Spūs sancti. 2. paterni Dei prouidentia. 3. participatione meritorū Christi, donec pœnam egerit. 4 exuit donis Spiritus sancti, & virtutib. infusis. 5. pace & serenitate consciæ, ac consolatione Spiritus sancti. 6 participatione meritorum Christi. 7. cōione bonorum Ecclesię, ptarumq; Sodalitatum, quibus nomen forte dederit. 8 merito & fructu bonorum operum. 9. vita æterna. 10. custodia Angelorū, teste Bas. in ps. 33. Quod vero attinet ad mala ea tam multiplicia & atrocia sunt, vt vel ad auditum tm̄ peccati lethalis nomen merito exhorrescere debeamus, atque si fulmen de cœlo caderet, vel infernus ad nos absorbendos dehisceret. Primo enim hoīem ex summo amico facit capitalem Dei hostē. *Adulteri, inquit B. Iacob. nescitis, quia amicitia huius mūdi inimica est Dei?* Iac. 4. 4. Et Chrysost. de prouidentia Dei. *Peccata separant a* Chry. lib. 5.

nobis Deum,constituuntq; nobis illũ inimicũ. 2.facit mancipiũ diaboli.
1.Ioan 3.8. *Quis.n peccatũ facit* ait B. Io. Euang. *ex diabolo est, quoniã ab initio*
Tert. de fug. *diabolus peccat.* Vnde Tert *peccator traditur diabolo quasi carnifici in pœnam,vt Saul.* Aug. in expositione proposit. epist. ad Ro. *Vnusquisque peccando aĩam suã diabolo vendit, accepto tanquã pretio dulcedine tẽpalis voluptatis.* Chrys. homil. 30. ad populũ Antioch. ait hoĩem per
Hier. in c.4. peccatũ deteriorẽ reddi diabolo. Hier. in epist. ad Ephesios *porta diaboli est peccatũ,sicut hõ iustus Spũs S. porta est.* Et ad Damasum. *Demonũ cib.est,ebrietas,luxuria,fornicatio,& vniuersa vitia.* 3.facit seruũ peccati. *Qui.n.facit peccatũ,* ait apud B. Io. Chrs, *seruus est peccati.*
Ioan.8.34. & B. Pet. *A quo.n.qs superatus est, huius & seruus est.* Vnde Amb.
2.Pet. 2.19 de Ioseph patriarcha. *Seruile est oẽ peccatũ,libera est innocẽtia. Quõ.n.*
Amb c.4 *non seruus oĩs auarus,qui pro exiguo pecuniæ lucello seipsum auctionatur? timet n.ne congesta amittat. Quõ aũt non & ille seruus; qui subditus est libidini? primũ suis ardet incendiis,et peccati sui facib. exuritur.* Et lib. de Iac. *Qui facit peccatũ seruus est peccati,& qd peius est mul-*
Id lib.2.c.3. *torũ seruus est; qui subiectus est vitiis,multis se dñis addixit,vt seruitio ei ex re vix liceat.* Et Chrys. in alterã epist. Pauli ad Corinth. *Barba*
Chrys. ho.9 *rum est peccatũ, tyrannidem exercens in aĩam semel captã,sed in perniciẽ eorũ,qui ipsum suscipiunt.* Quã tyranniẽ graphicè describit orõne,4. de Lazaro. Eundẽ in se expertus Aug. ita scribit in libris Con-
Aug l.8 c.5. fessionum. *Suspirabam, ligatus non ferro alieno,sed mea ferrea volunta*
& 10. *te. Velle meũ tenebat inimicus,& inde mihi catenã fecerat,& cõstrinxerat me:* Et post. *Nec planè volebã,nec plene nolebã,ideo mecũ conten*
Id c.3. *bam,& dissipar a metpso.* Idẽ lib. 2. de ciuit. Dei. *Bonus,* inquit, *ẽt si seruiat,liber est: malus aũt,ẽt si regnet,seruus est; nec vnius hoĩs, sed qd est grauius tot dominorũ, quot vitiorũ. De quib. vitiis cũ ageret scri-*
2 Pet 2.16. *ptura diuina dicit. A quo.n.quis,* inquit, *deuictus est,huic & seruus addictus est.* 4.dignũ hoĩem reddit, vt deleatur è lib. vitæ, & in æternũ dãnetur. *Malorum.n.amatores digni sunt morte,* ait Sapiens. Et
Sap.15.6. Apost. *Stipendia peccati mors.* Et. *Per vnius delictũ mors regnauit in oẽs*
Roma. 6.23. & 5.18. *hoĩes in condemnationẽ.* Bas. in martyrẽ Iulittã. *Peccatum mors est aĩæ*
Bas hom 5. *alioqui immortalis.* Et Amb. in epist. ad Studium. *Christus scribebat in*
Amb. l.1. epist.77. *terra digito quo legẽ scripserat. Peccatores in terra scribuntur,iusti in*
Prou. 15.9. *cœlo.* V. Facit hoĩem ex sapiente stultũ. *Cogitatio.n. stulti,* ait Salomõ. *peccatũ est.* Vnde Bas. in psal. 37. *Omne peccatum per stultitiam fit.* Et Amb. in 38. *Qui est insipiens nisi peccatum facit & eligit mala pro bonis?* 2. ex mansueto ferum & crudelem. Vnde Chrys. in psalmum 139.
Chrys. *Nemo nos condẽnet, si dicamus vitiosum hoĩem fera esse improbiorẽ: ea.n.& si naturalem non habet mansuetudinẽ, põt tamen facile deci-*
A. hom. 24. *pi. Hõ aũt qui scelus meditatur,& multis personis se induit,longe dif-*
Matth. 10. *ficilius cauetur quã fera.* Et Auctor in imperfecto in Matth. *Si bestiis hoĩem malum comparare volueris,priorem inuenies eum,&c.* Imò ho-

mo

mo malus peior est, quã ipse diabolus. Diabolus.n.hoiem iustũ nõ audet accedere, hõ aũt non solum non timet sanctum hoiem, sed ẽt contẽnit. 3. ex puro & nitido sordidũ & fœtentem B.petrus.n.in altera ep. peccatorem cõparat *sui lotæ in volutabro luti*. Cuiusmodi fuit apud Lucam filius prodigus, qui vescebatur porcorũ siliquis. Vnde Amb. lib. 1. officiorum. *interroga te conscientiam peccatoris, nonne grauius cib. fœtet sepulchris?* Et Hier. in Isaiam. *Cadauer diaboli putridum ob magnitudinẽ peccatorũ dubitare nõ poterit, qui legerit peccatũ esse fatidissimum, ipso peccatore dicente. Cõputruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ.* E contrario *virtus boni odoris est.* 4. reddit hoiem è sano ægrum, & viuo mortuum. Vnde B. Aug. in lib. de decem cordis peccata vocat aiæ febres Chrys. ad populum Antioch. grauem paralysim. Bas. in Isaiam, elephanticum morbum, aut leprã aiarum. Greg. 12. moralium, & Amb. in epist. ad Romanos, mortem ipsam. Deniq; peccata hoium sunt causæ oium calamitatum & malorum. Vnde Chrys. hom. 5. de pnia *Malorum oium cãm constat esse peccatum. Ex peccato tristitia, ex peccato tumultus, ex peccato bella, morbi, atq; oẽs quotquot nos premunt passiones, Vnde Dominus ostendere volens malorũ oium causam esse peccatum, paralytico dicit, vbi aia & corpore paralyticum esse vidisset, vide sanus factus es, noli amplius peccare, ne tibi aliquid deterius fiat.* Hier. ep. ad Heliodorum *Nostris peccatis barbari fortes sunt, nostris vitiis Romanus superatur exercitus & quasi non hæc sufficerent cladib plus pene bella ciuilia, quã hostilis mucro consumpsit etc. non amputamus causas morbi, vt morb. pariter auferatur statimq; certamus sagittas pilis, tiaras galeis, caballos equis cedere.* Et Greg Naz. oratione in plagam grandinis, sic Deum cum populo peccatur. *Peccauimus, iniquitatem fecimus, impie egimus, quoniã mãdatorum tuorum memoriam abiecimus. Miserationes tuas, & clementiam tuam, & viscera misericordiæ Dei nostri vitiis nostris, & consiliorum nostrorum nequitia nobis præclusimus. Tu bonus, at nos iniquè egimus. Tu lenis, at nos verberibus digni. Lenib flagris pro peccatorum nostrorum atrocitate affecti sumus, &c.*

[2. Pet. 2. 22. — Luc 15. 16. — Amb. c. 12. — Hie. l. 4. c. 14 — Psal. 37. 6 — Aug. c. 8. — Chry ho. 40 — Bas. in c. 1. — Greg c. 5. — Amb. in c. 12 — Chry. — Hier ep. 1 — Naz.]

VII. Remed. primis peccati initijs resiste, secundũ illud poetę cõsilium. *Principiis obsta, sero medicina paratur. cũ mala per longas inualuere moras.* iam Amb. in psal. 1. *Vt in stipulam ignis exiliens inhæret ac permanet, donec oẽ quod corripuit absumat, ita vel exigua scintilla peccati, si quo vitiorũ fomite fuerit excitata incendiũ grande excitat. Cauenda ergo prima sunt vitia, ne in plura deinde grauiora proserpant. Etenim sicut ii qui se in luto versant, quo magis voluta ntur, eo amplius inquinantur, ita qui semel se luto improbitatis asperserit, nisi ab eo velociter exiliat, grauius sibi dedecoris sui signũ per singulos dies lutulẽtæ conuersationis abducit.* Crys. cont. gent. *Vt scintilla ignis, si forte immensam materiã corripuerit, non ante subsistit, quã totã depascat: sic &*

[Ouid. l. 1. de remed. — Amb. — Chris. libro contra gen.]

peccati natura vbi aĩ cogitationẽ aliquã adorta eſt, nec quiſquã eſt, qui malũ reſtinguat, procedens alterius magis indomita efficitur, quã vtiq; rõne cõpl.ares videas in oẽ genus peccatorũ imprudẽ:es prolapſos, quod flammã initio exorientẽ non reſtinexerint. Hier. in Eccleſiaſten. *Diabolus ſerpens lubricus eſt cu:us capiti, hoc eſt, primæ ſuggeſtioni, ſi nõ reſiſtatur, non eſt dubitandum, quin in penetrale cord.s furtim illabitur.*

Hier. in c. 9.

Eccl. 7. 40
Aug. c. 28.

VIII. Remed. Meditatio nouiſſimorũ, ſecundũ illud Eccleſiaſtici. *Memorare nouiſſima tua, & in æternũ non peccabis.* Vnde Aug. li. 2. de Geneſi contra Manichęos. *Nihil ſic reuocat hoĩes a peccato, quẽ admodũ imminentis mortis cogitatio.* Et ſer. 3. de Innocentib. *Si diem mortis ſuæ hoĩes iugiter cogitare vellent, aĩam ſuã ab cĩ cupiditate vel malitia cohiberent.* Et mox. *Percutitur ẽt hac aĩaduerſione peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret, oblitus eſt Dei.* Caſſ. in 10. collat. ex ſnia Abbatis Ioſeph. *Poſtremũ,* inquit, *illud eſt, quod generaliter cĩum vitiorũ peremptoriũ eſſe non dubiũ eſt, vt ſe de hoc mundo credat quotidie migraturũ.* Io. Climacus tria huius rei exẽpla cõmemorat. *Monachus,* inquit, *Aegyptius mihi aliqñ narrauit, quod cũ in intimo corde memoriã mortis penitus fixiſſet, velletq; aliqñ neceſſitate vrgente carnis huius luto ſolatii quiddã indulgere, ab huiuſmodi memoria veluti a quodã iudice prohibitus ſit. Quodq; mirabilius eſt, cũ vehementer vellet hanc memoriã expellere a ſe non potuerit. Alius quidã hic iuxta cõmanens, ex huiuſmodi ſæpe cogitatione repente obſtupeſcebat, ac aĩo defi:iens velut inſenſibilis fiebat, repertusq; a fratrib. nonnunquã ab eis, vt qui vere efflaſſet aĩam, baiulabatur. Nõ omittã ẽt ſolitarii illius, qui in Choreb habitabat, referre hiſtoriã. Hic cũ diu negligentiſſime vixiſſet, nullãq. aĩæ ſuæ curã penitus haberet, morbo tandẽ cõprehenſus ad extrema deductus eſt. Cũ iã corpore perfecte migraſſet, poſt vnã horã in ſeipſum rediit, orauitq. nos oẽs vt inde protinus abſcederemus, & cellę aditu lapidib. obſtructo permanſit intus annos duodecim, nulli oĩno quicquã loquẽs, nec aliud quicquã præter panẽ, & aquã deguſtans. Sedens aũt, ea tantũ quę in exceſſu videret, attonitus voluebat, atq. in his adeo fixo erat cogitatu, vt nũquã vultũ immutet, ſed attonitus perdurãs vim lacrymarũ feruentiũ tacitus profunderet. Cũ vero iã morti eſſet proximus, rupto ac patefacto aditu ingreſſi ſumus. cũq. ab illo doctrinæ verbũ ſupplices inquireremus, hoc ab illo tantũmodo audiuimus. Ignoſcite mihi, nemo, qui reuera mortis memoriam agnouerit, peccare vnquã poterit. Nos vero nimiũ mirati ſumus intuentes eũ, qui pridẽ ita negligẽs fuiſſet, repẽte mutatũ.* Similia ſcribunt S. Patres de memoria Iudicij & Inferni. Vt S. Baſ. *Si qñ te ſenſeris ad aliquod prouocari peccatum, ad mentem reuoca formidabile illud, nec vlli mortaliũ tolerabile Chriſti iudicium, & hoc quaſi freno aĩam cohibe.* Amb. ad Virginem lapſam. *Si mente cernerẽt hoĩes peccatores quale iudiciũ imminet mũdo, ſenſus humanus nõ diſpergeretẽ vanitate ſeculari,*

Caſſ. c. 6.
Clim. gra. 6.
Baſil. pſ. 33
Amb. c. 8.

ſi non

si non infidelitate graueret. Climacus. *Sicut q esurit recordat panis, sic q saluari cupit nō pt nō recordari extremū iudiciū.* Hoc antidoto cōtra peccata muniit se S. Iob. dicēs. *Quid faciā cū surrexerit ad iudicādū Deus? et cū quæsierit, quid respōdebo illi? & p quasi tumētes super me fluctus timui Deū, & pōdus eius ferre nō potui.* Hoc à Deo petiuit B. rex Dauid, cū sic precat. *Cōfige timore tuo carnes meas, à iudiciis n. tuis timui.* Hoc visus est B. Hier. cuius hoc dictū celebrat. *Siue comedā, siue bibā siue aliud aliqd agā, sp insonat aurib. meis vox illa horrifica Surgite mortui, venite ad iudiciū.* De Inferni recordatione, vnicā tm B. Prosperi in lib. de vita cōtēplatiua perpēde sniam. *Cogitare, q tale malū sit ab illo gaudio diuinę cōtēplationis excludi, beatissima sāctorū omniū societate priuari, fieri patrię cœlestis extorrē, mori vitæ beatæ morti viuere sēpiternæ, in æternū ignē cū diabolo et angelis eius expelli, vbi sit mors secūda, dānatio exitiū, vita suppliciū, nō sētire in illo igne q illuminat, sentire q cruciat, exundātis intēdit terribilis crepitus pati, barathri fumātis cæca caligine oculos obcæcari, profundo gehennæ fluctuantis imergi, edacissimis in æternū dilaniari vermib. nec finiri: hæc & similia multa cogitare, nihil est aliud, q vitiis omnibus repudium dare, & omnia blandimenta carnalia refrænare.*

Clim. gra. 4. 10.
Iob 31. 14. 23.
Ps. 118. 110.
Hiero reg. mon. c. 30.
Prosp. lib. 3. c. 12.

IX. REM. Oratio frequens ad Deū & Sāctos, maximè ad B. Virginē. Quod remediū Christus præscripsit suis nocte passionis, dicens. *Vigilate & orate vt non intretis in tentationē.* Imò eo ipso pręscripsit, q docuit in orōne Dominica nos dicere. *Dimitte nobis debita nostra. Et ne nos inducas in tētationē. Sed libera nos à malo. Propterea,* inquit B. Aug. propheta Dauid dixit. *Benedictus Deus meus, q nō amouit deprecationē meā, & misericordiā suā à me. Cū n. videris nō à te amotā deprecationē tuā, securus esto, quia nō est à te misericordia eius.* Et in epist. ad Hilariū. *Omnib. necessaria est oratio Dominica, quā & ipsi arietibus gregis, id est, Apostolis suis dominus dedit, vt vnusquisq; Deo dicat. Dimitte nob. s debita nostra, sicut et nos dimittimus debitorib. nostris. Cui n. hęc in oratione verba necessaria non fuerint, ipse hic sine peccata viuere pronunciandus est.* De inuocatione āt B. Virginis matris Dei nota illa D. Bern. monita super Missus est. *Si insurgant,* inquit, *venti tentationū, si incurras scopulos tribulationū, respice stellā, voca Mariam. si iactaris superbiæ vndis, si ambitionis, si detractionis, si ęmulationis, respice stellā, voca Mariā Si iracūdia aut auaritia, aut carnis illecebræ nauiculā cōcusserit mentis, respice ad Mariā. Si criminū immanitate turbatus, conscientiæ fœditate cōfusus, iudicii horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitiæ, desperationis abysso, cogita Mariā. In periculis, in angustiis, in reb. dubiis, Mariā cogita, Mariā inuoca. Nō recedat ab ore, nō recedat à corde, et vt ipetres eius orōnis suffragiū nō deseras cōuersationis exemplum.*

Matt. 26. 41.
Aug. in Ps. 65. in fine.
Aug. ep. 89.
Bern. ho. 2.

X. REM. Lectio diuinæ scripturæ aliorūq; librorum piorum.

Hoc

Aug l 8 c. 12 Hoc remediũ diuinitus suggestum est Aug. vt è cœno luxuriosæ vitæ tandem emergeret. Nam, vt refert in lib. Confess. cũ se sub quadã fici arbore strauisset, cũ lachrymis diu irã implorans gratiã vocẽq; audisset, *Tolle lege, tolle lege* concitus rediit ad locũ vbi codicẽ Apostoli reposuerat. *Arripui*, inquiens, *aperui, & legi in silentio capitulũ, quo primũ coniecti sunt oculi mei. Non in comessationib. & ebrietatib. nõ in cubilib. & in pudicitiis, nõ in contentione et æmulatione, sed induite Dñm Iesũ Christũ, & curã carnis ne feceritis in cõcupiscentiis. Nec vltra volui legere: nec opus erat. Statim qppe cũ fine huiusce sñiæ quasi luce securitatis infusa cordi meo cẽs dubitationis tenebræ diffugerunt.* Idã quantũ adhuc adolescens fructũ colligerit ex lectione Hortensij Ciceronis his verbis narrat. *Ille verò liber mutauit affectũ meũ, & ad teipsũ Dñe mutauit preces meas, et vota ac desideria mea fecit alia. Uiluit mihi repente õis vana spes, et immortalitatẽ sapientiæ concupiscebã æstu cordis incredibili & surgere iã cœperã, vt ad te redirẽ, &c. Quo ardebã Deus meus, quo ardebã euolare à terrenis ad te, & nesciebã, qd ageres mecũ?* Hier. epist. ad Damasũ. *Ex sacrorũ voluminũ lectione vniuersa hominũ vitia purgant.* Ambr. in serm. de ieiunio Dñi in deserto. *Sacrarũ litterarũ lectio ipsa est esca q̃ vitã æternã tribuit, & insidias à nobis diabolicę tẽtationis excludit.* Chrys. in Gen. *Qd ad augẽdas corporis vires sẽsibilis cib. facit, id atq; lectio Bibliorũ p̃stat. Spiritualis e.n. alimẽtũ est, et fortem reddit aĩam, & cõstantiorẽ, & magis philosophicũ, nõ pmittens, vt à cogitationib. absurdis capiatur, sed leuem & alatam faciens, in cœlũ ipsũ, vt dicitur transfert.* Lege concionem tertiam de Lazaro, in qua ostẽdit lectionem scripturæ magnam esse munitionem contra peccatum.

Rom 13. 13.

Libr. 3 confess. c 4.

Hier. ep. 142

Amb ser 35.

Chry ho. 2 5

XI REM. Concionũ sacrarũ, piarumq; exhortationũ frequentatio, cũ proposito fructũ aliquẽ spiritualẽ ex iis capiendi. Vnde B. Iacob. *Estote factores verbi, & non auditores tm̃, fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro cõsiderãti vultũ natiuitatis suæ in speculo: cõsiderauit.n. se et abiit, & statim oblitus est qualis fuerit.* Hoc remediũ ad cauenda peccata Deus ipse præscripsit Ieremiæ Prophetę. *Noli, inquiens, subtrahere verbum, si forte audiant, & auertatur vnusquisque à via sua, et peniteat ne mali, quod cogito facere propter malitiã studiorũ eorũ.* Rõ huius est, quia Dominus ad eundẽ dicit. *Nũquid non verba mea sũt quasi ignis, & quasi malleus conterens petrã?* In quæ verba sic Hier. *Mens enim, inquit, sermo nuntiat futura supplicia, vt deterreat homines à peccando, & pœnis peccatorũ cõminatur incendiũ, vt hæretico rum corda dura & instar silicis indomabilia sermonis sui malleo cõterantur, auferens cor lapideũ, vt pro eo ponat cor carneũ, molle videlicet, & quod possit Dei suscipere & sentire præcepta.* Eodem spectant illa Chrys. in Matthæum. *Omnis verba diuina, quãuis rustica sint, & incompo-*

Iac. c. 1 23.

Ier. 26 3.

Ier. 23. 29.

Hier lib 4. comment.

Chry ho. 46

ponitur ... Gio.

incompoſita, viua ſunt, quia intus in ſenſibus ſuis habent poſitā veritatē Dei, quaſi ſanguinem in venis inclusum, & ideo viuificant audientē, ſicut teſtatur B. Petrus dicens. Quo ibimus? verba viua habes. Oīa *aūt verba ſecularia, qm̄ non habent in ſe virtutē Dei, quāuis cōpoſita ſint & ingenioſa, mortua ſunt.* Efficaciā huius antidoti poſt Chriſtū oſtendit B. Apoſtolus Petrus, qui cōcione ſua ad populū, vt eſt in Actis Apoſtolorū, vna die tria, altera quinq; hominū millia à peccati tyrannide ad Chriſti regnū traduxit, & exēplo B. Petri deinceps Apoſtoli alii, ac imprimis B. Paulus, aliiq; ſācti, vt liquet ex eorū vitis. Ioan 5. 69. Act. 2. & 7.

XII. REM. Pęnitentia, vel dolor animi de peccatis, quā Thologi vocant Contritionem. Hąc remediū Deus non ſolū creberrimè per Prophetas contra peccata prǽſcripſit, ſed & pręcurſor Chriſti Ioānes Baptiſta ipſeq; Saluator ab eo prædicationem ſuam ſunt auſpicati, dicentes. *Pœnitentiā agite, appropinquauit. n. regnū cœlorum.* Et B. Petrus. *Pœnitentiā agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrū.* Dauid Propheta. *Sacrificiū Deo*, inquit, *Spiritus cōtribulatus, cor cōtritū et humiliatū nō deſpicies.* Et Iſaias. *Quacunq; hora ingemuerit peccator ſaluus erit* Et. *ſpiritus Dñi ad annunciā lū māſuetis miſit me, vt mederer cōtritis corde.* Et. *Ad quē reſpiciā, niſi ad pauperculū, & contritū ſpiritu, & trementē ſermones meos?* B. Ephr. lib. de iudicio extremo. *Cōpunctio ſanitas aīe eſt, illuminatio mentis: cōpunctio remiſſionem delictorū nobis acquirit: compunctio vnigenitū Ieſum facit in nobis habitare.* Et infra. *Grandis eſt virtus lachrymarū, multarūq; prævalent lachrymę, quę ſecundum Deum ſunt.* Chryſ. de Pœnitentia. *Pœnitentia eſt medicamentum peccatum extinguens, donum cœlitus datum, virtus admirabilis, gratia vim legum ſuperans.* Et de conpunctione cordis. *Sola eſt cordis compunctio, quę ſicut ignis omne animæ vitiū perurit, & quantacunque in ea reperit mala, abſtergit vniuerſa & penitus delet.* Hieron. in Epitaphio Fabiolę. *Quæ peccata fletus iſte Fabiolæ nō purget? quas inueteratas maculas hæc lamenta non abluant?* Matt. 3. & 4. Act. 2. 38. Psal. 50. 19. Isa. 7 n. iuxta 70. Isa. 61. 1. Isa. 66 2. Ephr. c 5. Chry ho 5. Id. lib. 2.

XIII. REM. Confeſſio peccatorū corā Deo, vel corā Sacerdote, quæ dicitur ſacramentalis. Eo vſus eſt rex Dauid, cū ait. *Dixi, confitebor aduerſum iniuſtitiā meam Dño, & tu remiſiſti impietatē peccati mei.* Nā cū in Regū 2. dixiſſet ad Nathan Prophetā, *Peccaui Domino.* mox ſubiecit Nathan. *Dominus quoq; tranſtulit peccatum tuum.* Et Salomon. *Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui aūt confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiā conſequetur.* Et B. Ioan. *Si confiteamur peccata noſtra, Deus fidelis eſt, & iuſtus ut remittat nobis peccata noſtra, e emūdet nos ab omni iniquitate.* Et B. Iacob. *Cōfitemini alterutrū peccata veſtra* Lenia quidē, inquit ibi B. Beda, æqualib. grauiora aūt ſacerdotibus. Orig. in Lucā. *Si reuelauerimus peccata noſtra nō ſolū Deo, ſed et his q poſſūt mederi vulnerib. noſtris atque peccatis delebunt peccata noſtra ab eo, q ait. Ecce deleo, ut nubē iniquitatis* Psal. 31. 5. 2 Reg. 12. 13 Prou. 28 13. 1. Ioan. 1. 9. Iac. 5. 16. Orig. ho 17.

Bas reg 229 stes tuas, & sicut caliginē peccata tua. Basil. in regulis breuioribus. Omnino in confessione peccatorū eadē rō est, quę ēt in apertione vitiorū corporis. Ut igitur hęc nequaquā quibusuis temerè homines aperiūt, sed iis tantummodo, qui rationē, quæ ea curanda sint teneant: eodē etiā

Amb. l. 1. c. 6. Chry ho. 20. Aug. 1 ps 66. Naz. orat 3. peccatorum confessio fieri debet apud eos, qui ea possint curare. Ambr. lib. de pœnitentia. Si vis iustificari, fatere delictū tuū: soluit n crimināū nexus, verecunda confessio peccatorū. Chrys. in Genesin. Confessio peccatorum, abolitio est delictorum. Aug. in Psalmos. Tristis esto, ante quam confitearis: cōfessus exulta, iā sanaberis. Greg. Naz. in plagam grandinis. Magna vitii medicina est confessio, & peccata fuga.

XIV. REM. Satisfactio per ieiunia, preces, eleemosynas, aliasq; corporis castigationes, siue vltro assumptas, siue à Sacerdote iniun-

1. Cor. 9. 27. Ioel. 2. 12. Tob. 4. Eccli. 3. 33. Luc. 11. 41. ctas. Clare. n. docet Spiritus Sāctus hęc valere ad expianda peccata. Apostolus de se ait. Castigo corpus meū & in seruitutē redigo, ne qñ reprobus efficiar, & Propheta Ioel. Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio, planctu & fletu. Et Tobias. Eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patiet r aīam ire in tenebras. Et Ecclesiasticus. Ignē ardentē extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. Et Christus apud Lucā. Date eleemosynā, & ecce oīa munda sunt

Amb. ep 82. vobis. Ambr. ad Ecclesiam Vercellensem. Quæ nobis salus esse potest, nisi ieiunio eluerimus peccata nostra? Et ad Virginē lapsā. Grādi plagæ alta & prolixa opus est medicina: grāde scelus grāuē necessariam

Hier. in Ioel. 2. hēt satisfactionē. Hier. in Ioelē. Qui peccator est, & quē remordet ppria conscientia, cilicio accingatur, et plāgat vel propria delicta, vel populi, & ingrediatur Ecclesiā, de qua propter peccata fuerat egressus: & cubet, vel dormiat in sacco. vt pręteritas delicias, p quas offēderat Deū

Aug. ep. 54. vitæ austeritate cōpenset. Aug. ad Macedoniū. Nihil aliud egit, quem veraciter pœnitet, nisi vt id qđ mali fecerit, impunitū esse non sinat: eo quippe modo sibi nō parcēti ille parcit, cuius altū iustūq; iudiciū

Theod. c. de pœnit. nullus cōtēptor euadit. Theod. in epitome diuinorū decretorū. Sunt medicabilia ēt quæ post baptismū fiunt vulnera, non vt olim per solā fidē data remissione, sed per multas lachrymas, & luctus, et ieiuniū,

Greg. lib. 6. c. 2. & orōnē, & laborē facti peccati quantitati contēperatū. Greg. in primū Regū. Non solū confitenda sunt peccata, sed ēt pęnitentię austeritate delenda. Ad hoc remedium vsurpandum id maximè te excitare poterit, quod nullum peccatum quantumuis leue apud Deum impunitū maneat, nisi tu ipse in hac vita punieris. Si enim nosipsos diiudicaremus, inquit B. Paulus, non vtiq; iudicaremur. Ita docent S. Patres.

1. Cor. 11. 31. Vt S. Aug. in Psa. 50. & 58. Et B. Prosper in libris Sententiarū. c. 210. & B. Greg. lib. 4. moralium. c. 21. & 9. moral c. 17. Procul dubio, inqt, Dominus delictum sine vltione non deserit: aut enim ipse hoc homo in se pœnitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percutit.

XVI. REM. Fuga occasionum peccandi, ac Primo, noxiæ conuersa-

uersationis. *Qui.n.tetigerit picē*, inquit Ecclesiasticus, *inquinabit ab* Eccli. 13 1.
ea. & qui cōmat superba, induet superbiā Et Apostolus. *Ne cōmisceamini* 1. Cor. 5 10.
mini fornicariis, & cū huiusmodi nec cibū sumite. Et paulo ante. *An*
nescitis, q̄ modicū fermentū totā massam corrūpit? Et. *Corrūpūt bo-* 1. Cor. 15 33.
nos mores colloquia mala. Vuaq; conspecta, ait Poeta, *liuorē ducit ab*
vua. Hinc Christus apud B. Marcū sanaturus surdū & mutum, cū Marc. 7 33.
à turba prius submouit indicans hominē in peccato obduratum in
vita sancta perseuerare non posse, nisi cōuersationē noxiā declinet.
Vnde. S. Volstanus, vt est apud Suriū in eius vita. Vigorniensis in Sur. tom. 2.
Anglia Episcopus cuidā in eadē peccata identidē relabenti, respon-
dit. *Occasio, vt video, facit latrones, ideo consulo vt monachus fias, &*
sic vitiorū importunitate carebis. Deinde fugiendo occasio, otii ludo
rū, spectaculorū, colloquiorū cū fœminis, negotiorū, officiorum, &
statuū, vt mercatorū, &c. in quib. crebriora sunt peccandi pericula.
Qui amat periculum, ait Sapiens *peribit in illo. Ideo oramus in intre-*
mus in tentationē, ait Chrys. in Matthęū, *quia eas quærere non debe-* Eccli 3. 27.
mus. Et Seneca ad Lucilium. *Quantū possumus à lubrico recedamus:* Chry. ho. 13
in sicco quoq; parū firmiter stamus. Refert Cass. in monasticis institu Sen. ep. 117.
tionib. eremitā quendā missū ad se litteratū fasciculū ex patria ne re Cass l 5 c 31.
signare quidē voluisse, sed in ignē coniecisse, ac dixisse. *In cogita-*
tiones patrię pariter concremamini, ne me vlterius ad illa q̄ fugi, re-
uocare tentetis. Idē fecit P. Ignatius noster, vt est in eius vita. Lege li
brum P. Ioannis Dauid, qui inscribitur. *Occasio arrepta, neglecta.*

XVII. REM. Examen cōscientiæ quotidianū. *Quod si nosmetipsos*
iudicaremus, nō vtiq; iudicaremur, inquit Apostolos ad Corinth. id 1. Cor. 11 31
est, si de nobis ipsis iudiciū & examē cōscientiæ quotidie instituere
mus, non opus haberemus terribili iudicio extremo. Vnde B. Athan. Athan in e-
de S. Antonio eremita ita scribit. *Illius quoq; admonebat præcepti quo* ius vita.
dicit Apostolus. Diiudicate vos ipsos et probate, & rōnē diei noctis
que facietes, si in se delictū deprehendissent, peccare desisterēt. Sin aūt
nullus error decepisset, perseuerātes instarēt potius incæpto, q̄ arrogan
tia tumidi aut alios cōtēnerēt, aut sibi iustitiā vendicarēt, iuxta su-
pradicti Doctoris eloquiū, dicentis. Nolite iudicare ante tēpus, sępe no
stra nō posse rectè intelligere peccata, sæpe falli i rōne gestorū, &c. nec
nō addebat magnā esse ad virtutē viā, si singuli obseruarēt q̄ gere-
rēt, vel vniuersas mētiū cogitationes fratrib. referrēt: non.n. posse ali-
quē peccare cū relaturus esset ad aliū quæcunq; peccasset. Ad hoc exa-
mem respexisse vr̄ & rex Dauid, cū ait. *Irascimini & nolite peccare:* Psal. 4. 5.
quæ dicitis in cordib. vestris, in cubilib. vestris cōpungimini. Qua de
cā & hic psalmus sēper forte dicitur ab Ecclesia ad Cōpletoriū. Vn
de Chrys. in Psalmū 50. exponens verba. Qm̄ iniquitatem meā ego Chry. ho 2.
cognosco. Habeto, inquit, *codicem conscientiā tuam, & scribe quotidia*
na peccata. Qn̄ accubueris super stratū tuū, & neminē infestum pa-
[illegible] teris,

teris, antequã veniat tibi somnus, profer in mediũ conscientiã tuã, velut codicẽ, & reminiscere peccata tua & si quid in verbo, seu facto, vel in cogitatione peccasti. Hoc n. dicit Propheta *Irascimini, & nolite peccare, q̃ dicitis in cordib. vestris, & in cubilib. vestris cõpungimini.*

Psal 4 5. *Per diẽ nõ habuisti tẽpus, sed seruisti iudici tuo, et mundi ũ negotiũ, & confabulatio amicorũ & domestica necessitas, & filiorũ cura, & vxoris solicitudo, & malitiæ timor, & cetera ũ mille te rerũ circũdederunt causę. Qñ in lectulũ tuũ veneris, vt sopori mẽbra cõcedas, ad tranquillũ portũ, nemo tibi molestus, nemo pulsat, dicito in corde tuo et aia tua.* Expendimus diẽ, ò aia, qd boni fecimus, aut qd mali operati sumus? *Et si quid boni fecisti gratias agens q̃d mali, de cętero ne facias: & reminiscens peccatorũ tuorũ effun de lachrymas, & poteris in*

Bas. de abdicatione. *lectulo tuo positus ea delere, &c.* Sic Basil. in serm o cõmonitorio ad Monachos. *Quæ quotidie feceris opera vesperi tecũ cõmemora, & cũ iis q̃ feceris pridie cõferto* Et in serm de ascesi. *Monachus dẽt quotidianas cogitationes & actiones examinare* Et in serm. de institutionib. monachorũ. *Preclarè faciet, qui cõpleto die cõscientiã suã examinauerit, & admissũ delictũ occultũ nõ tenuerit, sed in mediũ cunctis audientib. enunciarit, vt cõi orõne tanto citius morb. sanari possit.*

Ber. ad Carthusianos. B. Bern. ad frat es de monte Dei. *Quæris, qd agas, vel ĩ quo te occupes? Primũ extra quotidianũ orationũ sacrificiũ, vel lectionis, studiũ quotidianę cõscientiæ discussioni, emẽdationi, morũ cõpositioni, pars sua deinde negãda nõ est.* Et infr. *Disce in cella secundũ cõis instituti leges tu tibi præesse, & vitã ordinare, & mores cõponere et temetipsũ iudicare, teipsũ apud te accusare, sæpe et cõmẽdare, nec impunitũ dimittere. Mane pręteritę noctis fac à temetipso exactionẽ, & venturæ diei tu tibi indicito cautionẽ. Vespere diei præteritæ rõnẽ exige, & superuenientis noctis fac indictionẽ. Sic districto nequaquã tibi aliqñ lasciuire vacabit* Io. Clim

Clim gra 4. *Optimus ille trapezita est, q quotidie vesperi lucrũ ac detrimentũ cũ no cõputat. Qd scire manifestius nõ põt, nisi horis singulis in tabulis oĩa denotet. Nã cũ calculi singulis horis ponuntur, totius diei rõ postmodũ clarius agnoscit* Sen. ad Luciliũ

Sen. ep 28. *Initiũ est salutis, notitia peccati. Egregiè mihi hoc dixisse vr̃ Epicurus. Nã qui peccare se nescit, corrigi nõ vult. Deprehẽdas te oportet, antequã emẽdes. Jõ quantũ potes, teipsũ coargue: inquire in te: accusatoris primũ partib.*

Id. li 3. c. 38. *fungere, deinde iudicis, nouissimè deprecatoris: aliqñ te offende.* Et ĩ tertio de ira. *Animus quotidie ad rõnẽ reddẽdã vocandus est. Faciebat hoc Sextius, vt cõsummato die, cũ se ad nocturnã quietẽ recepisset, interrogaret animũ suũ. Qd hodie malũ tuũ sanasti? cui vitio obstitisti? aqua parte melior es? Desinet ira, et erit moderatior, q̃ sciet sibi quotidie ad iudicẽ esse veniendũ. Quid ergo pulchrius hac cõsuetudine excutiendi totũ diẽ? Qualis ille sõnus post recognitionẽ sui sequitur? q̃ trãquillus, altus ac liber, cũ aut laudatus est animus, aut admonitus, et speculator sui,*

tor sui, censorq; secretus cognoscit de moribus suis? Utor hac potestate, & quotidie apud me causam dico. Cum sublatum è conspectu lumen est, & conticuit uxor, moris iam mei conscia, totum diem mecum scrutor, facta ac dicta mea remetior. Nihil mihi ipse abscondo, nihil transeo: quare enim quicquam ex erroribus meis timeas, cum possim dicere. Vide, ne istud amplius facias, nunc tibi ignosco. In illa disputatione pugnacius locutus es? Noli postea congredi cum imperitis.

XVIII. REM. Considera semper te versari in cōspectu Dei, tanquam operū nostrorū obseruatoris & testis, iudicis vitæ, & infirmitatis nostræ baculi & firmamenti, ab eoq; humiliter pete, ne sinat te in aliquod peccatum labi. Hoc antidoto contra lapsum in peccatū vtebatur Dauid, dicens. *Prouidebā Dominū in conspectu meo sēper.* Et. *Oculi mei semper ad Dominū, qm̄ ipse euellet de laqueo pedes meos.* Psal. 15. 8. Et Elias in libris Regum. *Viuit Dominus Deus Israel, in cuius cōspectu sto.* Psal. 24. 15. 3. Reg. 17. 1. Et Salomon. *In omnibus vitiis tuis cogita* Dominū, *& ipse diriget gressus tuos.* Prou. 3. 6. Hac consideratione munita quondā B. Susanna Dan. 13. 20. grauissimam tentationem vicit. Nam cum scelesti senes illi dicerent. *Ecce ostia pomerii clausa sunt, & nemo nos videt: ingemuit Susanna & ait. Melius est mihi absq; opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu* Domini. Eadem B. Ephræm impudentem meretriculā ipsum ad libidinē solicitantē expugnauit. Methapr. in eius vita. Nā cum hęc dixisset. Volo tecū dormire, & ille respondisset, se contentū, modo id fiat in medio ciuitatis: hæc verò contra obiēdisset id sine pudore corā hominibus fieri non posse. Ephræm respōdit, quāto minus fieri dēt corā Deo, qui oīa ēt occultissima intuetur. Quo responso meretrix perculsa, veniā supplex petiit facti, & consilio Ephræm monasticæ vitę se addixit. Seneca ad Lucilium. *Accipe vtilem & salutarē clausulā, q̄ te affigere aīo volo. Aliquis vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, vt sic tanquam illo spectante viuamus, & oīa tanquā illo vidente faciamus.* Sen. ep. 10. Hoc, *mi Lucili,* Epiturus *præcepit, custodem, nobis & pędagogum dedit, nec immerito. Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat. Aliquam habeat animus, quem vereatur, cuius auctoritate ēt secretū suū sāctius faciat. O felicē illum, qui non aspectus tantū, sed etiā cogitatus emendat, etc. Opus est aliquo, ad quem mores nostri se ipsi exigant. Nisi ad regulam praua non corriges.* Hęc ille. Quod si tam vtile est ad non peccandū, cogitare hominem grauem nobis præsentem, quanto magis cogitare præsentes esse nobis Angelos custodes, immo ipsum Deum qui vere semper præsens est. Sicut enim discipulus coram præceptore, filius coram parente, seruus coram Domino, quiuis subditus coram Principe vel rege non audeat quicquam agere, quo illi offendantur, sic nec deberemus coram Deo, rege omnium Regum.

XIX. REM. Frequens S. Eucharistiæ cōmunio, Nam in ea non

solum

solum diuinam gratiã, sed etiam ipsum gratiæ auctorẽ suscipis. Proprium aũt gratiæ est, animũ, eiusq; vires aduersum omnes tentationes peccatorũ corroborare, vsque eo, vt S. Thomas docet, vnicum minimum gratiæ gradum, vt Theologi loquuntur, valere, modo suã homo cooperationẽ nõ subtrahat ad oẽs cuiuscunque generis tentationes expugnandas. Accedit quod S. Patres tradant Christũ in communione sacra nõ modo per gratiã & dona suæ præsentiæ in animã ingredi, sed cũ ipso quodãmodo corpore re ipsa misceri, ac proinde proprium esse huius sacramenti frangere & debilitare vires concupiscentiæ, quæ est in carne, idq; ita ut non modo rõni non aduersetur, sed etiã sponte ei pareat. Vnde B. Cyrillus in Ioannem. *Sedat cũ in nobis manet Christus, sæuientem membrorum nostrorum legẽ, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit.* Et S Bern. in sermone de cœna Domini. *Deus illud sacramentum* (Eucharistiæ) *operatur in nobis: vt videlicet & sensum minuat in minimis & in grauioribus peccatis tollat omnino consensum. Si quis vestrũ non tã sæpe modo, non tã acerbos sentiat iracundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ aut cæterorũ huiusmodi, gratias agat corpori et sanguini Dñi, quòd virtus sacramenti operatur in eo.* Auctor, stimuli virtutum Baldesanus cõmemorat in hanc rem sui æui exemplũ his verbis. Audiui aliquando ciuem quendã Ferrariensem de se narrare solitũ, adolescentem se tã vehementes sensisse carnis incitationes, vt nec vnquã à tentationib. interquiesceret, & aliquoties ẽt rueret in peccatũ. Auidũ tamen salutis accessisse virũ religiosum, petiisset consiliũ, illum dixisse hoc tantũ: vxorẽ duceret. Se fecisse, post aliquot annos vxorẽ mortuam: se pertimuisse ne in pristinas miserias recideret. Abhorentem tamen à seruitute (sic appellabat coniugium) quam aliquot annos seruiuerat, dedisse se in preces: confessione purgasse, diuinis epulis animũ confirmasse. Hisce reb. ita sibi vires, aduersus furias appetitiuũ creuisse, vt seipsũ admirãs & dolens superioris ætatis infelicitatẽ dicere. *Heu me miserũ, & cur non olim adolescens incidi in hominẽ, qui non diceret, vxorẽ duc, sed, vtere frequenter sacramentis?* Visa sunt, & videntur in dies huius generis miracula, virtutẽ diuinæ gratiæ in sacram ẽtis testantia, ac iã olim testata sunt, vt vel ex vna illa B. Chry ad populũ Antiochenũ homilia liquet, in qua sic loquitur. *Propterea Dñs in Eucharistia semetipsũ nobis immiscuit, & corpus suũ in nos cõtẽperauit, vt vnũ quid efficiamur, tanquã corpus capiti coaptatũ: ardenter n. amãtiũ hoc est. Tanquã leones igitur ignẽ spirantes ab illa mensa recedemus, facti diabolo terribiles, &c. attendamus nobis ipsis dilectissimi: & cũ aliqd turpe dicere voluerimus, vel nos ab ira corripi viderimus, vel alio quopiam huiusmodi vitio, cogitemus, quibus facti simus digni, & sic irrationabilium nobis motuum correctio talis cogitatio.*

Cyril lib. 4. cap 17.

Baldes. l. 2. c. 28.

Chry ho 61.

XX. REM. Considera exempla eorũ, qui mori maluere, quam pecca-

peccatum aliquod scientes prudentes committere. Primũ sit Apo-
stoli ita loquentis in epistola ad Romanos. *Qui nos separabit à chari* Rom. 8. 35.
tate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculũ,
an persecutio, an gladius? Certus sũ, quia neq; mors, neq; vita, neq; An
geli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; instantia, neq; futura, neque
fortitudo, neq; altitudo, neq; profundũ, neq; creatura alia poterit nos
separare à charitate Dei quæ est in Christo Iesu Dño nostro, S. para-
tur autẽ à charitate Christi, qui cõsentit peccato. 2. est Ambrosii. i ã
cum Ruffinus magister militum, teste Theodoreto in historia Ec- Theo. l. lib. 5.
clesiastica, hortaretur Theodosium Imperatorẽ de sua ex õrationec c. 8.
valde tristem ac solicitũ, vt bono animo esset curaturũ se dicens, vt
Episcopus Ambrosius ẽt sua sponte sua vincula ei laxaret, respõdit
Theodosius. *Noui ego constantiã Ambrosii, & quod nullo regiæ maie-* Metaph. in
statis terrore diuinam legem transgredietur. 3. est Ioannis Chrysost. eius vita.
Archiepiscopi Constantinopolitani, cui cũ Eudoxia imperatrix
Arcadii coniunx per suos legatos multas minas intentaret, eo quod
iniquis eius conatib. se opposuisset, Legati ei responderunt. *Frustra*
illum hominẽ terres nihil ille nisi peccatum timet. 4. Ludouici noni ur in vita
Regis Gallorum, qui ab ineunte ætate ex institutione matris Blan
chæ hoc persuasum habuit, potius *mortem appetere, quam in pecca-*
tum lethale consentire. 5. S. Edmũdi Cantuariensis Archiepiscopi, cu- Sur. in vita.
ius hæc vox erat. *Malo insilire in rogũ ardentissimũ, quã peccatum*
vllum sciens admittere in Deũ meum. 6. S. Anselmi itẽ Cãtuari. Ar- Sur. in vita
chiep. qui dicere solebat *Si hinc peccati horrorẽ, inde inferni dolorem*
corporaliter cernerẽ, & necessario vni eorũ immergi deberẽ, prius in-
fernũ, quã peccatũ appeterẽ. Idẽ scribit in lib. de beatitudinib. c. 190.
Mallem, inquiens, *purus a peccato & innocens gehennã intrare, quã*
peccati sorde pollutus cœlorũ regna intrare. Eodem pertinent exem-
pla omniũ Martyrũ, qui maluere extremos cruciatus, mortemque
perpeti, quã idolũ aliquod. facto, verbo, vel nutu, diuino honore
afficere, aut Christũ negare. Illud verò maximè admirandũ est, non
defuisse ex Ethnicis Philosophis, qui docuerint potius moriendum,
quã contra rationem naturalem, ipsamq; honestatem peccandum.
Arist. siquidem in Ethicis dictum est. *Melius est mori, quã facere ali-* Arist. lib. 3.
quid contra bonum virtutis. Et Publiimimi. *Tolerabilior est, qui mo-* Ethic.
ri iubet, quàm qui malè viuere. Papinianus Iurecõsultus teste Aelio Max. sermo. 6.
Spartiano, mori maluit, quã parricidiũ Antonini Caracallæ Impe- Spart. in ca-
ratoris, qui occiderat fratrẽ Getam, defendere. Illustre exẽplũ apud racalla.
Plutarchum est in hoc in genere de puero. Democles, inquit, puer Plut. in vita
formosus lauandi corporis causa ingressus erat solus priuatũ bal- Demetrii.
neũ. Hoc vbi rex Demetrius deprehendit forma eius captus locum
clanculum adiit vt eo abuteretur. Democles autem horrens lapsũ,
cum nullum pateret effugium, detracto aheni, quod ibi erat operculo,

in aquam feruentē nudus insilijt facinus dignū patria, dignū forma dignū pudicitia perpetrans. Quid mirabilius, quā tāti Principis promissis & blanditiis puerum non cedere, vt pudicitiam læderet? Vide V. *Amor sui. Cōscientia scrupulosa. Cōsuctudo praua Exēplū malū. Immortificatio passionum* Indiscretio Inobedien ia *Iudiciū proprium. Linguæ abusus. Otium. Tentatio. Voluntas propria.*

PECCATVM VENIALE.

Remedia contra peccata venialia.

I REMED. Considera diuinæ scripturæ sententias de leuioribus peccatis. Sunt. n. quædam peccata grauiora, quæ dicuntur mortalia & hominem planè auertunt à Deo, quibus pœna debetur æter-

Rom 6.23. na, iuxta illud Apostoli. *Stipendia peccati mors.* Alia verò sunt leuiora, quæ quidem nonnihil impediunt cursum ad Deum, non tamen ab eo auertunt, & dicuntur venialia, quia facili negotio expiantur.

Aug c 64 · 1. Ioan. 1 8. Priora dicuntur crimina, posteriora peccata, vt S. August. monet in Enchiridio, vbi scribit, *sine crimine iustos homines viuere, sine peccato non viuere*, iuxta illud B. Ioannis. *Si dixerimus quia peccatum* (saltem veniale) *non habemus ipsi nos seducimus.* Inter venialia numerā tur ab omnibus Patribus verba vel colloquia otiosa de quibus apud

Matth. 12. 36. Matthæum dixit Christus. *De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicii*, Deinde ira contra fratrem,

Matth. 5. 22 · Gregor. 21. mor. c 5. sed in animo hærens, nulloq; conuitio expressa. De qua idē Christus. *Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: qui dixerit, raca reus erit concilio: qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.* Hinc enim apparet, vltimum tantum proprie esse peccatum mortale, priora verò censeri leuiora, quia mortale est quod meretur pęnam gehennę. *Per gradus enim culpę ait Greg. euenit ordo sententiæ.* Apostolus quo-

1. Cor. 3. que cum in prima ad Corinth. ita scribit *Si quis superædificat super fundamentum hic* (Christum) *aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fenum stipulam vniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit.* peccata venialia cōparat rebus natura sua leuissimis,

Amb. ser. 10 · Hier lib. 2 · Aug. l. 21. c. 26. · Greg. c. 39. ligno, fęno, stipulis vt intellexit Ambrosius in psam. 118. Hierony. contra Iouinianum. August. in libris de ciuitate Dei. Et Gregorius in quarto dialogorum, quia leuiora peccata detrimentum quidem afferunt & purgatione indigent, non tamen excludunt à salute.

Orig. ho 35. II. REM. Considera SS. Patrum testimonia. Origenes in Lucam. *Vnusquisq; pro qualitate & quantitate peccati diuersam mulctæ sententiā expendit. Si parū est, quod peccas, ferieris damno minuti, vt Lucas scripsit: vt vero Matthęus, quadrantis. Veruntamen necesse est hoc ipsum, quod extitisti debitor soluere. Non enim inde exies, nisi et*

minima

minima quæque persolueris. Lactantius libro quinto institutionũ. *In religione Christiana pro sacrificio exigitur bona mens, purum pectus, innocens vita. Hic communi & leui peccata locus est nullus.* Basilius in sermone commonitorio, *Nullum*, inquit ad nouitium, *sit omnino erratum, quod parui pendas*, & in proemio regularum fusè disputatarum. *Qui vt filius, & non vt seruus obedit Deo, etiam in minimis timet offendere.* Chry. in Matthæum putat parua magis timenda, quam magna. *Magna enim*, ait, *vt auersemur ipsa peccati natura efficit: parua autem hac ipsa re, quia parua sunt, desides reddunt, & dum contemnuntur non potest ad eorum expulsionem animus generose insurgere* Hier. ad Heliodorum. *Mens Christo dedita æquè & in maioribus, & in minoribus intenta est, sciens etiam pro otioso verbo reddẽdam esse rationem* Aug. in sermonibus de sanctis. *Quibus peccatis* (minutis & quotidianis) *licet occidi animam non credamus, ita tamen eam veluti quibusdam pustulis, & quasi horrenda scabie replentes deformem faciunt, vt eam ad amplexus illius sponsi cœlestis, aut vix, aut cum grandi confusione venire permittant.* Cassianus in collationibus *Cæterum ab istis minutis peccatis, in quibus septies, iustus cadit vt scriptum est, & resurgit, nunquam deerit pœnitudo. Aut n. per ignorantiam, aut per obliuionem, aut per cogitationem, aut per sermonem, aut per obreptionem, aut per necessitatem, aut per fragilitatem carnis singulis dieb. vel inuiti vel volentes frequenter incurrimus, pro quib. & Dauid orans Dñm, purificationem atq; indulgentiã deprecatur, dicens. Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me.* S. Bern. de præcepto & dispensatione. *Si iubente seniore vt fileam, verbũ mihi forte per obliuionem elabitur, reũ me fateor inobedientiæ, sed venialiter. Si ex contẽptu sciens & deliberans sponte in verba prorupero, et rupero silentii legem, præuaricatorẽ me constituo & criminaliter: & si impœnitens perseuero, vsque ad mortem, peccaui, & damnabiliter.*

III. REM. Considera peccato veniali quantumuis leuissimo offendi Deum. Vnde B. Iacobus. *In multo offendimus omnes.* Quis aũt velit Deum, hoc est, conditorem suum, benefactoreq; tm̃ vel in minimo offendere? Quod aũt offendat Deum, inde liquet, ꝙ repugnet legi, ac proinde voluntati diuinæ. *Peccatum enim*, teste Aug. contra Faustum Manichæum, *est dictum, vel factũ, vel concupitum contra legem Dei.* Et Ambr. in lib. de Paradiso. *Quid est peccatũ, nisi præuaricatio legis diuinæ, & cœlestiũ inobedientia præceptorum?* Beda in epist. Ioan. *Cum dicit Ioannes. Quia oĩs qui facit peccatũ & iniquitatẽ facit. hoc est, ἀνομίαν, & peccatum est iniquitas, manifestè insinuat, qa omne quicquid peccamus contra legẽ Dei facimus, iuxta illud Psalmistæ. Præuaricãtes reputaui oẽs peccatores terræ.* Vnde Bern. in tract. de præcepto. *Omne peccatũ contra Dei mandatum præsumitur. Quid autem contra mandatũ præsumitur, inobedientia dicitur.* Hinc

Luc 12. 59
Matth. 5. 26
Luc. c. 19
Basil. de abdi cat. rerum.
Chry. ho 87
Hier ep. 3.
Aug ser 41
Cass. col. 20 c. 11.
Prou 24 16.
Psal. 18. 13.
Ber. in trac.
Iac. 3. 2.
Aug lib. 22. c. 27.
Amb. c. 8.
Bed in 1 ep. Ioan. 3.
Psal 118 119.
Ber. de præc. & dispens.

colligitur, quod irasci fratri, & inobedientia sit, & crimen non sit. En vnum inuentum est monacho leue ac veniale peccatum, quodque non humani sed diuini mandati statuat transgressorem. In hoc genere trãsgressionis sunt nonnulla stultiloquia, seu vaniloquia, & queq; otiosè dicta, facta, & cogitata. huiusmodi n. nunquam nisi contra mandatum, et Dei mandatũ vsurpantur. Peccata quippe sunt, & Deus prohibet omne peccatum, & tamen venialia, non criminalia reputantur. Deinde offendit Deum, & oculos diuinos à nobis quadantenus auertit, qa animam nostram verè, licet non lethaliter vulnerat, & sordidam ac fędam reddit. Vnde Aug. scribens in caput XIII. Ioannis Euangelistæ, & B. Bern. in sermone de cœna Domini comparant eam sordidis pedibus Apostolorum, de quibus Christus apud Ioannem. *Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet.* Licet enim Apostoli iã mũdi & iusti facti essent per baptismum, tamen adhuc lauacro alio pęnitentiæ, propter contracta post illum leuiora peccata indigebant, si vellent participes reddi regni cœlestis, *Nihil enim coinquinatum,*
Apoc. 21. 27. vt est in Apochalypsi, *introibit in regnum Dei.* Quo sensu & Chri-
Ioan. 13. 8. stus Petro dixit. *Si non lauero te, non habebis partẽ mecũ.* Adhæc idẽ
Aug. ho. 50. Aug. ita scribit in lib. 50. homiliarũ. *Quamuis singula* (peccata venialia) *non lethali vulnere ferire sentiantur, sicut homicidium & adulterium, vel cętera huiusmodi, tamen omnia simul congregata, velut scabies, quo plura sunt, necunt, & nostrum decus ita exterminãt, vt ab illius sponsi speciosi forma præ filius hominum castissimis amplexibus separent, nisi medicamento quotidianæ pœnitentiæ dissecentur.*

IV. REM. Considera, peccata quædã, quæ nostra opinione sũt
Basil. orat. 3. leuissima, apud Deum sæpè esse grauia, qđ B. Basilius prolixè in quadam oratione de peccato multis scripturarum exemplis inde pro-
Num. 15. 36. bat, quod acerbissime quædam in speciem leuia castigatit. Vt in Nu-
Iosue. 7. 23. meris illius, qui ob collecta Sabbatho ligna à populo lapidatus est. 2. in Iosue Achan, qui ob exiguum furtum non solum sibiipsi, sed ẽt coniugi, liberis, toti domui, & omnibus denique suis exitii causam
Num. 12. 10. præbuit. 3. in Numeris Mariæ sororis Moysis, cuius leui licet noxæ,
Num. 20. 12. ipso quoque Moyse manus ad Deum tendente, non condonata est mulcta. 4. Ibidem Moysis, qui cum tantus esset Dei amicus, tamẽ ob
1. Reg. 3. 10. exiguam incredulitatẽ aditu terræ promissionis exclusus est. 5. Heli sacerdotis, qui ob omissam asperiorem filiorum obiurgationẽ, ipse
Act. 5. 5 cum filiis infausta morte multatus est. 6 Ananiæ & Sapphiræ, qui ob retentam aliquam pecuniolam repentina morte temporali ab
Ioan. 13. 8. Apostolo Petro sublati sunt. 6. Petri eiusdem, cui Christus apud Ioannem negauit vitam æternam, si non obediret in acceptanda lotione pedum. 7. omnium qui esurientes non pauerunt, sitientes
Matt. 25. 41. non potarunt, ęgros non inuiserunt, &c. quibus apud Matthæũ dicitur. *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* De eadẽ re sic B.

Aug.

Aug. in Enchiridio. *Sunt quædā, quæ leuissima putarētur, nisi in scri-* Aug. lib. ench.
pturis demōstrarētur opinione grauiora. Quis n. dicentē fratri suo, fa- 79.
tue, reū gehēnæ putaret, nisi veritas diceret? cui tñ vulneri subiecit cō-
tinuo medicina, præceptū fraternæ reconciliationis adiungēs, etc. Aut
quis æstimaret, quā magnū peccatū dies obseruare, et mēses, et annos,
& tēpora, sicut obseruāt, q certis dieb. siue mēsib siue annis volūt, vel
nolunt aliquid inchoare, eo ꝙ *secundū vanas doctrinas hominū fausta*
vel infausta existiment tēpora, nisi huius mali magnitudinē ex timore
Apostoli pēsaremus, qui talib. ait. Timeo, ne forte sine cā laborauerim
in vobis. Deinde mox addit. *Hinc accidit,* ꝙ *peccata quāuis magna et*
horrēda cū in cōsuetudinē venerint, aut parua, aut nulla esse credant,
vsq; adeo, vt nō solū nō occultanda, verū etiā prædicāda ac diffumā-
da videant. Eodē pertinent illa Chrys. in libr. de cōpunctione cordis Chry. lib. 2.
exponentis verba Dauidis. *Miserere mei Dñe, qm̄ infirmus sum. Ob* Psal 6. 3.
hoc beatus ille, qui tantorū bonorū sibi cōscius erat tali vtitur cōfessio-
ne, quia sciebat, ꝙ *nemo iustificabitur in cōspectu Dei: sciebat, q iu-*
stus vix saluus fiet. Hæc est n. humilitati cordis vera cōpūctio, magna
agere & humilia loqui; iusta operari, et super peccatores timere. Et uis Psal 129. 3.
scire, quātus in eo sit timor diuini iudicii? audi quid dicit. Iniqtates *si*
obseruaueris Dñe, Dñe quis sustinebit? Nouerat n. & valde nouerat,
quia in multis criminibus obnoxii sumus Deo, & quia etiam parua
peccata, & ea etiam, de quibus nec superamur, deducentur ad iudiciū.

V. REM. Considera, ꝙ si nō sedulo caueas peccata leuiora, te in
periculū conücies admittēdi grauiora & lethalia. *Qui āt amat peri-* Eccli. 3. 27.
culū, peribit in illo, inquit Sapiens. Periculi āt huius cā pōt esse mul-
tiplex. Primo consuetudo peccandi. *Qui. n. spernit modica,* ait idem,
paulatim decidet. Quæ verba explanās B. Greg. in decimo moraliū. Greg. c. 14.
Si. n. *curare parua,* inquit, *negligimus insensibiliter seducti, audēter ēt*
maiora perpetramus. Et in tertia parte pastoralis admonitione 34.
Qui. n. minima peccata flere ac deuitare negligit à statu iustitiæ nō
quidē repēte sed part. b. totus cadit. 2. Cā est natura peccati. Peccatū
enim sua natura est graue, & iō pōdere suo sēper ad grauiora tra-
hit. Vnde Chrys. in homil. de Iona pphეta. *Nihil graue æquè et one-* Chrys.
rosū inuenies, quā peccatū, & idcirco Zacharias plūbo peccatū figura- Zach. 5.
uit, & Dauid naturā eius describēs, ait. Iniquitates meæ superauerunt Psal. 37.
caput meū, et sicut onus graue grauatæ sunt super me. Et B. Greg. libr. Greg. c. 12.
25. Moral. *Peccatū,* ꝙ *pœnitētia nō diluit, ipso suo pōdere mox ad aliud*
trahit. 3. Cā, quia quædā peccata natura sua excitare solent maximas
lites & bella, vt leue aliquod conuitiū, non secus quā parua scin-
tilla magna solet excitare incendia, de quo B. Iacob. *Lingua modicū* Iac. 3. 5.
quidē membrū est, & magna exaltat. Ecce quātus ignis quam magnā
syluam incendit? Et lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis. Hæc de
causa Christus prohibuit iram etiam corde tantum conceptam Matth 5. 22.

ne ab ea, vt fit, in contumelias, & homicidia cueretur. Prohibuit aspectũ mulierum, ne inde lapsus esset in mœchiam. Prohibuit iuramẽ-
Chry. hom. 12 tum, ne procederetur ad periurium. Vnde Chrys. in cap. 7 ad Romanos. *Lasciuus es, luxuiq; deditus? Ponito tibi ipsi certum terminum, vt posthac mulierẽ non inspicias, neq; in theatrũ ascendas: multo siquidẽ facilius est, principio mulierẽ elegantis formæ ne videre quidẽ, quã post quã spectaueris, irrequietã ex aio. quę inde nascitur, eiicere tumultuationẽ. Leuiora.n. sunt primo congressu certamina, imò ne opus quidẽ fuerit certamine, tantũmodo non aperiamus hosti portas, neq; semina malitiæ recipiamus. Ideo & Christus cohibuit immodesto visu mulieri intendentẽ, vt maiori nos labore liberaret: aut agonistã iubẽs, anteq̃ robustior fiat, domo eiicere, qñ eiici facile poterit.* Et in Psal. sextũ. *Qñ paruã animi perturbationẽ susceperis, ne eam neglexeris, ꝙ parua sit, sed considera, quãta mala pariat. Nã si in domo parũ aliqd stuppæ accensũ viderimus, conturbamur, & tumultũ mouemus: non.n. attendimus initiũ, sed ex initio finẽ cõsiderantes mouemur, & cõcurrimus, vt totũ caminũ extinguamus.* Hoc igne vehementius exedit animã pec-
Aug. trac. 12 catũ. 4. Cã est multitudo peccatorũ venialiũ, de quib. ita loqtur Aug. in Ioan. *Qũo minuta peccata, si negligãtur, occidunt? minuta sũt guttæ, q̃ flumina implent. minuta sunt grana arenę, sed si multa arena imponat, premit atq; opprimit.* Hoc facit sentina neglecta, ꝙ fluctus irruẽs paulatim per sentinã intrat: sed diu intrãdo, & non exhauriando
Ep. 108. mergit nauim. Et epist. ad Seleucianã. *Illa vtiq; peccata, quę humanæ fragilitati, quamis parua, tamẽ crebra subrepunt, quæ si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabũt & opprimẽt, sicut vnũ aliqđ graue peccatũ. Quid.n. interest ad naufragiũ, vtrũ vno grãdi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinã, & per negligentiã derelicta atq; contẽpta impleat nauẽ atq; submergat?* Hæc illa. Quæ verba non sic sunt accipiẽda, quasi multitudo peccatorum venialiũ, dum venialia manent, exęquari possint vni mortali: id.n. Theologi scholastici firmis rõnib. redarguũt, sed, vti ea exponit S.
S. Tho. 12. q. 88. a. 3. Tho. in 2. p. summę Theologicæ, quasi multa venialia, si negligãtur proximã viã pareãt & disponãt ad mortale, sicut vulnus curabile, si negligatur, disponit ad morbũ lethalẽ. 5. Cã est contẽptus leuiũ pec-
Aug. tract. 1 catorũ maximè si serius sit & grauis de quo intelligi põt illud Aug. in epistolã Ioãnis. *Ista leuia, quæ diximus, noli contẽnere, si contẽnis, qñ appendis, expauesce, qñ numeras. Leuia multa faciunt vnũ grande.*
Chry. ho. 12 *Multæ guttæ replẽt flumẽ: multa grana faciũt massã.* Et illud Chrys. in caput 7. ad Romanos. *Fugiamus modica mala: magna siqdẽ ab illis nasciũtur. Quisquis.n. ad qđlibet delictũ dicere didicit cõsuetũ illud. Nihil erit ab hoc dãni paulatim oĩa perdet. Istud quippe malitiã induxit, istud latroni portas aperuit, istud ciuitatis muros deiecit. Hoc et in corporib. magni morbi cõtrahũtur, qñ medici cõtẽnũtur.* Clarius S. Bern.
Bernard. tractatu.

tractatu de præcepto & dispensatione. *Stultiloquia, & quoq; otiosè dicta, facta et cogitata peccata sunt, & tñ venialia & nō criminalia reputãtur, excepto, cū per contēptū vertūtur in vsū & cōsuetudinem, & tunc nō peccati species, sed peccātis intentio pēsatur. Elatio quippe cō tēnentis, atq; impœnitētis obstinatio in minimis quoq; mādatis culpam facit nō minimā, et cōuertit in crimē grauis rebellionis neuū satis leuē simplicis trāsgressionis.* Et de cōuersione S. Pauli *Si dicas, nō ē magnū, si in his maneā venialib. minimisq; peccatis. Hæc ē dilectissimi impenitentia, hæc blasphemia in Spiritū sanctum, blasphemia irremissibilis.* Id. serm 2.

VI. REM. Considera, ētsi peccato veniali Deus non eo vsq, offen datur, vt hominē sua gratia & amicitia destituat, tamē pietatis amātib. fugiendū esse obsequentes eius effectus. Nā primo obligat hominū ad pœnā huius vitæ, vel futuræ in Purgatorio luendę. nullū siquidē peccatū manet impunitū, vt probauimus supra ex S. Patribus. 2 animā sordidorē reddit, vt diximus. 3 imminuit charitatis feruorē, vt aqua frigida iniecta in calidā. 4. vires animi debilitat. sicut onus ambulantē. 5. retardat gloriā æternā. 6. minuit meritū & vitæ ęternę gloriā. 7. disponit ad peccatū mortale. 8. obstaculū aliquod ponit augmento gratiæ. 9. impedit deuotionē in orando, & in vita spirituali progressū. 10. displicet Deo & Angelis, & iō nunquā licet peccatū veniale cōmittere, ētsi spes affulgeret totū mundū p illud conuertendi. 11. placet dæmoni, & ideo sępe occasionē captat per illud nos perdendi, vt notauit B. Chrys. in epist. ad Ephesios, dū exponit verba illa. *Nolite locū dare diabolo. Quādiu, inquit, lapides bene cō pacti sunt, nihilq; vacuū inter se habent, firmi & infracti perstant; si vero vel foramē acus duntaxat, q̄ vtrinq; penetret, aut scissura, q̄ capilli locū habeat, fieri contingerit, oīa dissoluuntur ac pereūt. Ita et diabolus, donec cōpacti quidē ac bene cōpositi fuerimus, nihil suorum oīno poterit inferre. Quāprimū vero vel modicū nos relaxare poterit, nō aliter q̄ quasi quidā torrens toto impetu infunditur. Nā vbiq; illi solis duntaxat initiis opus est. Si verò nactus fuerit initiū nocendi, omnia sibiipsi subinde suopte ingenio vestigat & amplificat.* Et B. Ephr. in tractatu de virtutib. & vitiis. *Vos hortor, obtestorq; fratres, vt nō solū à grauiorib peccatis temperetis, q quidem vos facere noui, sed etiā ab illis, quæ parua apparent ac leuia, quæ tanquam minimi, ac nullius momēti fere ab hominib. negligi sperniq; solent, quasi nulla de similib. reddēda foret rō, cū interim p eiusmodi nos pdere ēt quærat diabolus.* V. Peccatū. Rom. 14. Chry. hom. in c 4. Eph 4. 27. Ephr. c. dei et pœnitentia.

VII. REM. Vsurpa frequenter antidota à S. Patrib. aliisq; Ecclesiæ Doctorib. præscripta. Ea aūt sunt. Oratio Dominica omnib. à Christo præscripta, tūsio pectoris à publicano & aliis vsurpata, eleemosyna, & glibet actus feruēs caritatis, ieiuniū, & aliæ castigationes corporis, pœnitētia vel dolor animi, gemitus, lacrymæ, cōfessio, examen cōsciētiæ, aquę benedictæ aspersio, benedictio Episcopi, & id Luc. 18. 13.

Aug.ep 108. genus similia. Vnde B. Aug. Epist. ad Seleucianã. *Est & pœnitentia bonorũ & humiliũ pœna quotidiana, in qua pectora tundimus dicentes. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib nostris. Neque.n.ea nobis dimitti volumus, q̃ dimissa nõ dubitamus in baptismo, sed illa vtiq; q̃ humanæ fragilitati, quãuis parua, tñ crebra subrepunt.* Et in serm. de sanctis. Quib. *operib. minuta peccata redimãtur,* S rn.41. *plenius vobis insinuare desidero. Quoties infirmos visitamus, in carcere clausos, & in vinculis positos requirimus, discordes ad concordiã reuocamus, indicto Ecclesiæ ieiunio ieiunamus, pedes hospitib. abluimus, ad vigilias frequẽter cõuenimus, eleemosynã ante ostiũ pretereũtib. pauperib. damus, inimicis nostris quoties petierint veniã indulgemus. Istis .n. operib. & his similib. minuta peccata remittunt quotidie.* Et paulo ante. *Ita peccata ipsa in hoc seculo purgant, vt in futuro ille ignis purgatorius, aut nõ inueniat, aut certe parũ inueniat, q exurat. Si ãt bonis operib. peccata nõ redimimus, ipsi tãdiu in illo purgatorio igne moras habebimus, q̃diu supradicta peccata minuta tanq̃ ligna, fænũ, stipula* 1. Cor.3.12. *cõsumant. Sed dicit aliqs. Nõ ptinet ad me quãdiu moras habeã, si tñ ad vitã æternã perexero, Nemo hoc dicat, fratres charissimi, qa ille purgatorius ignis durior est, q̃ qcqd pt in hoc seculo pœnarũ videri, aut* Psal.89.4. *cogitari, aut sẽtiri. Et cũ de die iudicii scriptũ sit, q erit dies vnus tãquã mille anni, et mille anni tãquã dies vnus, vnde scit vnusqsq; vtrũ dieb. an mẽsib. an forte ẽt et annis p illũ ignẽ sit trãsiturus. Et qui mõ nec vnũ digitũ suũ in ignẽ vult mittere, timeat necesse est, vel tũc* Chry.ho 60 in c.35. *paruo tpe cũ aĩa & toto corpore cruciari.* Et Chry. in Gen. *Neq; peccata q̃ nobis videnť parua cõtẽptim pręteream*us, *sed quotidie à nobis rõnes reputamus & verborũ & spectationũ, et pęnas de nobisipsis* 1. Cor.11.31. Examen cõscientiæ. *sumamus, vt nos à futuro supplicio liberemus.* Nã pp hoc et Paulus inquit. *Nã si nosipsos iudicauerimus, nõ vtiq; iudicabimur. Ita si nosipsos hic cõdẽnauerimus pp quotidiana peccata, imminuemus supplicĩũ q alibi futurũ ẽ. Qđ si ignaui fuerimus. Qui iudicamur, inqt, à Dño erudimur. Prius igiť nosmetipsos cõdẽnemus magna cũ gratitudine, et nullo sciẽte ĩ tribunali cõsciẽtiæ sedeamus, & sic examinemus nostras ipsorũ cogitationes, & rectã sñiam proferamus, vt mens timẽs magnũ illũ terrorem non patiatur nos amplius decipi, sed impetum refrenet, & præuidens illũ indeceptum oculum præcludat diabolo ingressum.*

VIII. REM. Cõsidera exẽpla Sãctorũ, q seduli fuere in cauendis peccatis venialib. & forte lapsi, grauiter in se ea vidicarũt. Primũ sit Hier ep.27. B. Paulæ Romanæ, quã Hier. Epist. ad Eustochiũ affirmat *leuia peccata ita plaxisse, vt illã grauissimorũ criminũ crederes reã.* Eã quoque dicere solitã, *q inter seculi hoĩes vel leue putatur, vel nihil, hoc ĩ* Theod. sect. 4. *monasteriis grauissimũ delictũ eẽ.* Alterũ sit B. Euseb eremitę de quo Theod in hist. Sãctorũ sic scribit. *Solebat sup quãdã petrã Eusebius, & Ammianus admirabilis, & diuinorum Euangeliorum historiam*

dien

alter quidē legebat, alter verò corū, quæ erāt obſcuriora, explicabat ſententiā. Cū aūt *agricolæ in ſubiecto cāpo terrā colerent, ad hāc contemplationem magnus tractus eſt Euſebius. Cū aūt diuinus Ammianus locū legiſſet Euangelicū, ſciſcitaretur aūt interpretationē, iuſſit magnus Euſebius, vt repeteret lectionē.* Cū is aūt *dixiſſet; iis qui arant forte delectatus, minime exaudiſti, vt eſt veriſimile: ſuis deinceps oculis legem tulit, vt neq; campū illū vnquā intuerentur, neq; cęleſti pulchritudine & chori aſtrorum aſpectu fruerentur: ſed anguſtiſſima vtens ſemita, cuius menſurā aiunt fuiſſe vnius palmi ferente ad oratoriū, extra eā deinceps egredi non eſt paſſus. Dicunt aūt eū pluſquā 40. annis vixiſſe poſt hanc legē. Vt aūt cū animi ſui ſnīa ad hoc quoq; eum traheret aliqua neceſſitas, cū lumbos zona ferrea alligaſſet, & grauiſſimū collare collo impoſuiſſet, aliquo alio ferro coniunxit zonam collari, qui erat collo impoſitus, vt hoc modo inclinatus conaretur aſſidue in terram deſpicere. Has ipſe de ſe exegit pœnas, quod illos eſſet cōtemplatus agricolas.*

Tertium ſit eorum, qui in confeſſione ſacerdoti facta peccata venialia multis cum lacrymis deplorarunt, vt S. Elzarius Comes Ariani in Gallis, S. Maria Oegniacenſis in Belgio, & alij apud Surium in eorundem vitis. Vnde B. Iſidorus in libro de ſummo bono ita ſcripſit. *Quid peccatores de magnis ſceleribus agere debent, quando perfecti leuia quoque delicta quaſi grauiſſima lugent?* 27. Septēbr. 23. Iunij. Iſid. li. 2. c. 19

PERSONARVM ACCEPTIO.

Remedia aduerſus eam.

I Remed. Conſidera, quid Spiritus S. de hoc vitio in diuinis litteris patefecerit. Ac primo quidē declarat, qn̄ acceptione, vel reſpectu perſonarum delinquatur, nempe, cum in adminiſtranda iuſtitia, non ad cauſæ merita, ſed ad perſonam, id eſt, conditionem externā, vt diuitias, potentiam, nobilitatem generis, ſexum, &c. reſpicitur. Sic enim Moyſes ſuos alloquitur. *Audite illos* (ſcilicet Principes) *& quod iuſtum eſt iudicate, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus. Nulla erit diſtantia perſonarum; ita paruum audietis, vt magnum, nec accipietis cuiuſquā perſonā, quia Dei iudicium eſt.* 2. vel improbat, vel prohibet reſpectum perſonarum. Vt in Exodo. *in iudicio non acquieſces plurimorum ſnīæ, vt a vero denies. Pauperis quoque non miſereberis in iudicio.* Et in Leuitico. *Non conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis. Iuſte iudica proximo tuo.* Et in Deuteron. *Non accipies perſonam, nec munera.* Et in Prouerbijs Salomonis. *Accipere perſonam impii non eſt bonum, vt declines a veritate iudicii.* Et. *Qui cognoſcit in iudicio faciem, non bene facit: iſte & pro bucella panis deſerit veritatem.* Et apud Beatum Ioannem ait Chriſtus ipſe. *Nolite iudicare* Deut. 1. 16. Exod. 23. 2. Leuit. 19. 15. Deut. 16. 19. Prou. 18. 5. Prou. 28. 21. Ioan. 7. 24.

dicare ſecundũ faciẽ ſed iuſtũ iudiciũ iudicate, 3. declarat peccatũ eſſe
Mal. 2. 8. graue. Nã apud Malachiã tradit Iudæos ob hoc crimen redditos viles
& contẽptibiles in mundo. *Propter quod, inquit, & ego dedi vos contẽptibiles & humiles cũ populis, ſicut non ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciẽ in lege.* lxx. vertũt. Accipiebatis perſonas in lege. In quæ verba ſic Hier. *inter oĩa peccata Leui, ſiue eorũ qui ex Leui ſunt Sacerdotũ Dei, illud & vltimũ & maximũ ponitur: quare accipiant faciem in lege, vt non cauſas, ſed perſonas conſiderent; iuſtũq; pauperẽ deſpiciẽtes, iniquos diuites ſuſcipiant & honorent.* Ad quos in 81. pſal. dicitur
Iac. 2. 9. *Vſquequo iudicatis iniquitatẽ, & facies peccatorũ ſumitis?* Et mox ad dit. Pleriuſq; *Apoſt.* Iacob hoc peccatũ arguit atq; condẽnat, nẽpe in c. 2. ſuæ ep. dũ ita ſcribit. *Fratres mei, nolite in perſonarũ acceptione habere fidẽ D. N. Ieſu Chriſti gloriæ.* Et ruſum poſt allatũ exẽplũ accipientis perſonam, qui diuitem pro paupere honorabat. *Si*, inquit, *perſonas accipitis, peccatũ operamini redarguti a lege quaſi tranſgreſſores.*

Baſ. hom. 2. II. Remed. Conſidera SS. patrum ſnĩas. Baſ. exponens dictũ Salomonis, iuxta LXX. *Qui reſpexerit plana, miſericordiã inueniet. Ne dicas, inquit, ille diues eſt, & honore dignus, hic pauper, contemno autẽ pauperem. Noli in diſtribuẽdis honorib. reſpectus habere inæquales. Eſt enim diues ſæpe mendax, rapax, libidinoſus, pauper verò iuſtus. Nõ igitur faciem tantum ſpectabis, ſed occulta, penitioraq; conſidera. Eũ honora, qui pretioſa poſſidet. Virtus veræ ſunt. Bel externè quidẽ as habuit, lutũ vero ſub ære fulgente abſconditũ.* Et iterũ *Quemadmodum*
Id hom. 12 *qui ſaggitã tendens ad metã dirigit, nec vltra, nec citra, nec vtrobiq; errando a via propoſita excidet: ita rectus iudex ſactitabit, nec in iudicando perſonã accipiet. Noſcat. n. quod minime ad rẽ faciet. Neq; itẽ prouocatione, aut contentione aget, ſed rectũ ac minime obliquũ proferet iudiciũ. Et ſi duo inciderint iudicãdi, alterũ quidẽ plus æquos habẽs, alterum vero minus dil gentis erit iudicis partes adæquare, tantũq; ab eo qui plus habet demet, quantũ illi, cui iniuria fit, deeſſet videbit. Qui aũt pecunia corruptus, aut propter amicitiã placere ſtudens, ſeu odio cõpulſus vel ẽt potentia perterritis fuerit, nequaquã res iuſte cognoſcere poterit.* S. Hier. ad Celantiã. de inſtõne matrisfamilias. *Nulli te vnquã de*
Hier. ep. 4. *generis nobilitate præponas, neq; obſcuriores quaſq; & humiliore loco natas, te inferiores putes. Neſcit religio noſtra perſonas accipere, nec cõditiones hoĩum ſed aĩos inſpicit ſingulorũ: ſeruũ & nobilẽ de moribus pronunciet. Sola apud Deum libertas eſt, non ſeruire peccatis. Summa*
Mal. 1. 7. *apud Deũ eſt nobilitas, clarũ eſt virtutib.* Et exponens verba Malachiæ. *Offertis ſuper altare meũ panẽ pollutũ. Doctor*, inquit, *Eccleſiæ, qui ſpũalem conficit panẽ & eũ populis diuidit, ſi vel propter humanam gloriã, vel lucra ſeculi, quæ gloriã conſequuntur loquatur in populis, & diuitib. blandiatur, & honoret peccatores, iuxta Iacobum ſuſcipiat eos qui cũ anulis aureis ad ſe veniunt, & pauperes ſanctos repellat, non en*

Dei despicit, & panē polluit doctrinarū, & in ipsum Deū iacit contumelias. S. Amb. lib. altero de officijs *Cum in oībus iniustitia citò offendat, tum maxime in Ecclesia, vbi æquitatē esse oportet, vbi æqualitatē* Amb c. 14.
haberi decet, vt nihil tibi potentior plus vendicet, nihil vsurpet ditior. Siue.n. pauper siue diues, in Christo vnū sunt: nihil sanctior plus sibi arroget: ipsū.n. par est esse humiliorē. Sed nec personā alterius accipiamus in iudicio; gratia absit, cām merita decernant. Nihil sic opinionē, imò fidē grauat, quā si in iudicando potētiori dones cām inferioris, vel pauperē innocentē arguas, diuitē excuses reū culpę. Pronum quippe est genus hoīum fauere honoratoribus ne læsos se putent ne victi doleant. S Augu. Aug. ep. 29.
ad Hier. *Nec sane, quantū arbitror putandū est leue peccatū in personarū acceptione habere fidē D. N. Iesu Christi, si illā distantiā sedendi* Iac 2.
ac standi ad honores Ecclesiasticos referamus. Quis.n. ferat eligi diuitē ad sedē honoris Ecclesiæ contēpto paupere instructiore atque sanctiore? Si aūt de quotidianis confessib. loquitur, quis non hic peccat, si tñ peccat, nisi cū apud seipsum intus ita iudicat, vt ei tanto melior, quanto ditior illo esse videatur? Hoc.n. videtur significasse cū dicit. Nonne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices iniquarū cogitationū? B. Iac 2. 4.
Isid. de summo bono. *Nō est persona in iudicio consideranda, sed causa: Sic.n scriptū est. Non accipias personā in iudicio. Et iterū. Non miseraberis pauperis in iudicio. Qui.n. consanguinitatis, vel amicitiæ fauore; siue inimicitiarū odio iudiciū peruertunt, sine dubio in Christū, qui est veritas & iustitia peccare noscuntur. Iniqui iudices errant in veritate sniæ, dū intendunt in qualitatē personæ, & exulerāt sępe iustos, dū improbè defendunt iniquos.* S. Bern. de Consid. agens de idoneis hoībus ad Curiā admittendis ab Eug Papa. *In talib. inquit, respiciet Spiritus tuus, qui non sunt attrita frontis, sed verecundi, sed timorati, qui præter Dūm timeant nihil, nihil sperent, nisi a Deo; qui admittentiū non manus attendant, sed necessitates. Qui stent viriliter pro afflictis, & iudicēt in æquitate pro mansuetis terræ, &c. qui missi post aurū non eāt, sed Christum sequantur, qui quæstū legationē non æstiment, nec requirāt datum, sed fructum, qui diuites non palpent, sed terreant, pauperes nō grauent, sed foueant; minas Principum non paueant, sed contemnant.*

Isid. l. ... Deut. 16. 19. Exo. 23. 3. Bern. lib. 4.

III. Remed. Considera & explora virium tuarū facultatem, speresne te posse tueri iustitiā contra potentes, diuites, consanguineos, *Pronum.n. est genus hoīum*, vt supra notauit Amb, *fauere honoratiorib.* Amb. 2. offi.
Si non speres, refuge Iudicis secularis vel Ecclesiastici munus, secundum consilium Sapiens, *Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimascas faciem potentis, & ponas scan* Eccl. 7. 6.
dalum in æquitate tua. Et B. Amb. *Sed primum, inquiens, si offensam vereris, non recipias iudicium: si sacerdos es, aut si quispiā alius, non la* Aug. l. ciu.
cessas. Licet tibi silere in negotio duntaxat pecuniario, quamquam sit constantiæ, adesse æquitati. In causa autem Dei, vbi communionis periculum

culum est, et dissimulare peccatum est non leue. Hoc consiliũ secutus
Moyses, qui cũ à Deo mitteretur ad iudicandũ populum Israeliti-
Bas. in 6 Isa. cum, imbecillitatis suę conscius, se excusauit. *Moyses ille*, inquit S.
Bas. *vir Dei magnus, qui cũ oĩbus in reb. obedientẽ sese præberet Dño
tamen qñ ad populum Israeliticum mitteretur, inquit. Obsecro Dñe, a-
lium quem mittas pares. At ex eo ipso, quod excusatione & confessione
imbecillitatis suæ, quasi cum quadam contentione Deo resisteret, Deus
cum dignum esse iudicauit, qui populo præesset suo.* Quamobrem præcla
Eccl. 7. re se habet præceptum illud. *Ne quæras esse iudex, ne aliquo modo non
valeas tollere iniustitiam.* Idem consilium secuti sunt sancti omnes,
quotquot ad Episcopatum, aliasve prælaturas vocati, vt S. Chrysosto-
stomus. S. Ambros. S. Augustinus, S. Gregorius, & alij, sese in latebras
abdiderunt, aut omnino eas respuerunt.

IV. Remed. Considera, si dignitatem vel Magistratũ huiusmodi, in
quo sit periculum crebrius in acceptione personarum deliquendi, iá
susceperis, vices te tenere Domini Dei; Vox siquidem Moysis est.
Deut. 1.16. *Non accipietis cuiusquam personã, quia* Dei *iudiciũ est.* Et regis Iosa-
phat ad iudices in Vrbibus constitutos. *Videte, quid faciatis; non. n.
2. Par. 19.6 hoĩes hoĩs exercetis iudicium, sed Domini, & quodcunq; iudicaueri-
tis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia
cuncta facite.* Quamobrem Iudices in ijsdem diuinis scripturis non
Aug. q. 86 in Exod. semel Dij appellantur vt obseruarunt SS. Patres, vt in Exodo, cum
dicitur. *Diis non detrahes, & Principi populi tui nõ maledices.* quo sen
su inquit Aug. ibidem Moyses constitutus dicitur *Deus Pharaonis.*
Exod 22.28. Et in Psal *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem* Deos diiu
Exod 7.1. Psal. 81.1. *dicat.* Nã mox sequitur. *Usquequo iudicatis iniquitatem, & facies pec
catorum sumitis?* Iam aũt constat Deo in vtroque testõ crebro attri-
bui, quod non sit acceptor personarum, vt in Deut. Sapientia, Eccle
Deut. 10.17. Sap. 6.8. siastico, B Paulo & Petro Apostolo. Quam causam rex Iosaphat in
Eccl. 35.16. suo ad Iudices sermone expressit, nam cum dixisset ideo eos abhorre-
Rom. 2.11. re debere ab acceptione personarum, quod Dei iudicium exercerẽt,
Gal 2.6. Eph. 6.9. ilico subiunxit. *Non est enim apud Dominum Deum nostrum iniqui
Col 3.25. tas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum* Sed subiicuit Spiri-
Act 10.34. 1. Pet. 1.17. tus sanctus cur in Deum non cadat acceptio personarum. *Qui non
accipit personas Principum*, ait Iob, *nec cognouit tyrannum, cum disce-
Iob 34.19. ptaret contra pauperem, Opus. n. manuum eius sunt vniuersi.* Et Sa-
Sap 6 8. piens. *Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur
magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum & magnum ipse fecit, &
æqualiter cura est illi de omnibus.*

V. Remed. Considera oĩbus iudicibus, Principibus, & superiorib.
supremum constitutum esse Iudicem Deum, qui exactam seueram-
que omnium rerum in iudicijs ferendis gestarum rationem sit initu
rus. Nã vt ante dixit Psaltes regius, *Deus, q stetit in synagoga Deorũ, in*

medio

medio Deos diiudicat. hoc est, maior iudex minores, *qui de hoib. iudicandi ptãtem habent*, vt exponit li. 13. in Ezechielẽ B. Hier. vt sensus sit. Quamuis huius mundi iudices, sint quasi Dij quidam, supremus tñ eorum Iudex Deus sedulo attendit, quemadmodum munere sibi cõmisso perfungantur. Hoc monitum vel Remediũ ipsa Sapientia diuina tradidit, cum agit de cauenda in iudicijs personarũ acceptione his verbis, sane pertimescendis. *Audi reges & intelligite, discite iudices finiũ terræ. Præbet aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationũ, quoniã data est a Domino ptãs vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur, quoniã cũ essetis ministri regni illius, non recte iudicastis legẽ iustitiæ, neq. secundũ voluntatẽ Dei ambulastis. Horrende & cito apparebit vobis, quoniã iudiciũ durissimũ his qui præsunt fiet. Exiguo. n. conceditur misericordia, potentes aũt potenter tormẽta patientur.* Quis non horreat ad hoc iudicium, in quo non solũ opera sed ẽt cogitationes ad seuerissimũ examen vocabuntur? Certe sic horruit rex Dauid, vt alicubi dixerit. *Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* H. in ca. 44. Ezech. Sap. 6. 1. Psal. 142 2.

VI. Remed. est S. Bas. in principiũ Prouerbiorũ, dum iudicẽ deterret à respectu personarũ, ita scribentis. *Huic iudici psalmus ait. itaq; si vere iustitiã loquimini, recte iudicate filij hoium. Argumentũ namque iusti, affectus est in iudicando rectitudo. Quod idem in orationis processu innuere videtur, dicens. Pondus magnum & paruum, abominatio apud Deum sunt vtraq;, non æquum circa iudicium ponderum id appellatione prouerbii modo figurãs.* Et. inf. *Qũo igitur ex Salomonis sñia cogitationes iustorũ iudicia sunt viro sapienti, oĩno satagendum erit intra cordis arcana tribunal constituere, rectaq. facere iudicia, mentemque velut in trutina suspendere ad ea quæ conueniunt. Et qñ singula Dei mandata contra aduersantem sibi malitiam corã te iudiciũ experiuntur, da legi diuinæ contra vitiũ victoriã. Iniquũ & æquũ apud te iudicantur. Responde contra concupiscentiã alienorum bonorũ. Da vt vincat virtus. Contumelia & patientia inuicem pugnant, vitupera cõtumeliam, lauda patientiã. Odiũ item & charitas, alterũ procul reiice, alterũ vero, i. charitatem, propriam, familiaremq. tibi redde. Simulatio, & simplicitas, fortitudo & timiditas, iustitia & iniustitia, tẽperantia & intẽperantia iudicantur. Tunc deniq in tuæ mentis recessu iudiciorũ rectitudinẽ ostende. & velut in tribunali tibi ipsi assidere mandatum Dei faciens, monstrate vitiũ abhorrere ac oĩno ab eo esse auersum, virtuti vero fauentẽ. Si. n. in reb. omnib. quas agis, apud te meliora vincere permittas, beatus in die illa fueris, quando Deus occulta hominum iudicabit, vt testatur Euangelium cogitationib. corda simul hominum accusantibus, & defendentibus.* Hucusque Basilius. Bas. hom. 12. Psal. 57. 2. Prou. 20. 10. Prou. 12. 5. Rom. 2. 15.

VII. Remed. Considera exempla vtriusq; testamenti. Et veteri habes

bes prophetas, qui nulla habita ratione personarum, quantumuis potentium, peccata redarguerunt, veritatem defenderunt, disciplinam conseruarunt. Impius rex Achab, cum diceret ad Prophetam Eliam. *Tunc es ille, qui conturbas Israel? respondit Elias Non ergo turbaui Israel, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandatum Domini.*
3. Reg. 18. 17. Elisæus, cum staret coram Ioram rege Israel idololatra, & coram Iosaphat rege Iuda Deum colente, vt pro illis Dominum consuleret, illum constanter redarguit, hunc aũt reueritus est. Ad Ioram. n. dixit. *Quid mibi, & tibi est? Vade ad Prophetas patres tui)* Achab) *& matris tua*(Iezabel.) Et rursum. *Viuit Dominus Deus Israel, in cuius cõspectu sto, quod si non vultum Iosaphat regis Iuda erubescerem, nõ attendissem quidẽ te, nec respexissem.*
4 Reg. 3. 13. Haud secus ceteri Prophetę, Isaias, Ieremias, Nathan, alij non respexerunt Regũ suorũ, legẽ Dei praua ricantium, vt Manassis, Sedechiæ, Dauid. personas, quo minus & peccata eorũ arguerent, & Dei patefacerent cõminationes. Ex nouo testamento vero primũ habemus exemplũ præcursoris Christi Io. Baptistæ, qui Herodis personam non respexit, quo minus ei liberè diceret. *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.*
Marci 6. 17. Luc 3. 19. Deinde Christi Saluatoris, de quo iam olim vaticinatus erat Propheta Isaias, dicens. *Non secundũ visionem oculorũ iudicabit, neq; secundũ auditũ aurium arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ.*
Isa. 11. 3. Nullius siquidẽ personã accepit in iudicio, (inquiunt B. Hier. & Cyrillus eundem locum exponentes,) sed scribis ẽt ac Pharisæis & Iudæorum principib. dixit. *Væ vobis Hypocritæ.* Et. *Auferetur a nobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus.*
Hie. l. 4 cõ Matth. 23. Nec secũdum auditum, vel sermonem corripuit. Illis. n. dicentib. *Magister scimus quia verax es, & viã Dei in veritate doces, & non ad te pertinet de aliquo; neq. n. vides in faciem hoĩum;*
Math 22 sciens malitiam eorũ respondebat. *Quid me tentatis hypocritæ?* Hęc illi. Præterea. B. Apostol. Paulus sic de Christo loquitur. *Omnes filii Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, neq; liber: non est masculus, neque fœmina. Omnes enim vos vnum estis, in Christo Iesu*
Gal. 3. 27. Et rursum. *Vbi non est Gentilis & Iudæus, circumcisio, & præputium, Barbarus, & Scytha, seruus & liber; Sed omnia & in omnib. Christus.*
Col. 3. 11. Deniq. in historia Ecclesiastica innumera habemus exempla, tum Martyrum, tum Sanctissimorum Episcoporum Confessorum Athanasij, Hilarij, Ambrosij, Basilij, Chrysostomi, Thomæ Canturiensis, Stanislai, qui etiam potentissimorum Regum vel Imperatorum vultus vel personas non respexerunt, quo minus honorẽ diuinum, fidei veritatem, & immunitatem Ecclesiasticam constanter vsque ad mortem defenderent.

VIII. Remed. Considera exempla Ethnicorum, qui ẽt a politicæ iustitię recta administratione προσωποληψίαν tanquam pestẽ remouerunt

uerunt. Nam Dione Cassio teste, Traianus Imperator, cum Tribu- Diō in Traiano.
num militum renunciasset strictum ensem in manus eius porrigens dixit. *Cape ferrum hoc, & si quidem recte imperium gessero, pro me; sin aliter contra me hoc vtere.* Et cum mulier quædam aliqn eum rogasset vt se audiret, & ille respondisset. Otium sibi non esse. illa clamans ait. Noli ergo imperare. Quo audito, continuo causæ eius aures de- Pl. i Them.
dit. Themistocles, auctore Plutarcho, cum ab eo Simonides Poeta æquum quid iā postulasset. *Neque tu*, inquit, *bonus poetas esses, si modos & numeros in canendo contemneres: neq; ipse bonus prætor, si gratiam cuiusq; legib. præferrem.* Papinian. teste Spartiano, iussus a Ca- Sp. i Carac.
racalla Imp. occisi fratris Getę facinus in Senatu, & apud populum diluere, recusauit, dicens. *Non tam facile parracidium excusari posse quam fieri.* In his exemplis, nec Traianus, licet Imp. æquitati personam suam pręponderare voluit, nec Themistocles etsi Athenis potētissimus. nec Papinianus etsi iureconsultus disertissimus personam aut magni poetæ, aut Imp. contra iustitiam respexerunt. Verum neq; defuerunt, qui in hoc genere & consanguineorum, fratrum atque filio- Plut. i polit.
rum salutem æquitati posthabuerunt. Nam, vt habet Plutarchus, Procion Athenienſium princeps ne genere quidem Charilio repetundarum dicturo causam adesse sustinuit, inquiens Equidem mihi generum te hoīem iustum, & probum optaui. Quo dicto deserto genero inde se proripuit. Eodem autore Epaminondas Thebanorum Dux Id. in Paral.
filium corona primum imposita securi feriri iussit, quod pręceptorū paternorum immemor cum hoste conflixisset, eumque vicisset. idem Val. li. 5 c. 8
habes in Valerio Max. de Bruto & Torquato, qui ad rectam tenendam iustitiam liberis quoque non pepercerunt. Et de Seleuco & lib. 6. c. 3.
Locrensium Rege, qui cum legem tulisset de adulterio vtroque oculo orbando, filiusque in adulterio deprehensus esset, se vno, filium altero oculo priuant, ne ob acceptionem personæ lex ab ipso lata violaretur.

IX. Remed. est S. Augustini in Tractatu 30. in Ioannem. Expo- Aug. in c. 7. Ioan.
nens enim verba Christi. *Nolite iudicare personaliter, sed rectum iudicium iudicate.* Hoc *vitium*, inquit, *fratres, quod Dominus notauit hoc loco, euadere in hoc seculo magni laboris est, non personaliter iudicare, sed rectum iudicium retinere. Admonuit quidem Dominus iudæos, sed monuit & nos: illos conuicit, & nos instruxit: illos redarguit, nos excitauit.* Et infra. *Quis est qui non iudicat personaliter? Qui diligit æqualiter. Dilectio æqualis facit non acceptari personas: nam cum homines, aduerso modo pro suis gradibus honoramus tunc timendum est, ne personas accipiamus.* Quod remedium ęqualis dilectionis omnium hoc obseruatu facilius est quo magis est consentaneum præcepto Dei mādantis, vt diligamus proximum sicut nosipsos, & nouo mandato Mat. 22 39.
Christo relicto discipulis, vt diligerent inuicem, sicut eos ipse dilexisset. Io. 13 34.

xisset. Ex hac doctrina non obscurè efficitur, non posse iudicē, dum causa diuitis iustitior est, quam pauperis, ēt ex misericordia potius patrocinari pauperi, quam diuiti, quia peccaret non modo cōtra iustitiam secundū merita causæ iudicantem, sed ēt contra charitatem æqualiter omnes diligentem, vt erudiitè idem annotauit Aug. scribēs

Aug. conc. in psalmum 32. *Aliquando, inquit, audis causam inter duos, quorum duorum vnus est diues, & alius pauper, & contingit, vt pauper habeat cām malam, diues aūt bonam. Iam si tu nō es eruditus in regno Dei, videris tibi bene facere, si quasi pauperem miseratus abscondas, & contegas iniquitatem illius, & velis eum iustificare, vt quasi bonā causam habere videatur. Et si reprehensus fueris, quod male iudicasti, respōdes.*

Exod. 23. *Noui, & ego scio, sed pauper erat, misericordia ei debebatur. Ait tibi Deus. Ne accipias personam pauperis in iudicio. Illud est, vbi fallitur (homo) veluti qui vult placere Deo, si personam pauperis in iudicio acciplat, & dicat, faui pauperi. Imò si teneres vtrūq; & misericordiā & iudiciū, placeres Deo. Primo, qualē misericordiā fecisti in eū, cuius iniquitati fauisti? Ecce sacello pepercisti, & cor percussisti; pauper iste iniquus remansit, & tanto iniquior, quanto te quasi hoīem iustū fauere vidit iniquitati suæ. Qualē misericordiā præbuisti ei, quē iniustū fecisti? Ecce crudelior inueniris, quā misericordior. Quid ergo, inquis, facerem? Iudicares primo secundum causam, argueres pauperem, flecteres diuitē. Alius est iudicandi, alius petendi locus. Quando te ille diues videret tenuisse iustitiam, nōn erexisse iniqui pauperis ceruicē, nōne flecteretur ille potens ad misericordiā petenti, qui lætus redditus erat te iudicāte?*

X. Remed. Qn causa, quæ inter diuitē & pauperē agitatur anceps & dubia est, laudabilius est in pauperis partes potius, quam diuitis inclinare, quod Spiritus S in diuinis scripturis non subticuit. nā cum in Deutero. dixisset. *Deus magnus & potens, & terribilis, qui personā*

Deut. 10. 18 *non accipit, nec munera.* mox subiungit. *Facit iudicium pupillo & viduæ, amat peregrinum, & dat ei victū atq; vestium; & vos ergo amate peregrinos, quia ipsi fuistis aduenæ in terra Aegypti* Et cū in psal. dixisset. *Vsquequo iudicatis iniquitatē, & facies peccatorū sumitis?* ad

Psal 81. 3. dit. *iudicate egeno & pupillo: humilem & pauperem iustificate. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.* Vnde & Eccl. *in iudicando esto pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorū; et*

Eccl 4 10 *eris tu velut filius altissimi obediens, & miserebitur tui magis quā mater.* Rationi quoq; id valde consentaneum est. Primo quia pauper diuite miserior est, ac proinde & misericordia atq; subsidio dignior. 2. quia ex parte iudicis laudabilius est potius in animi moderationē, quam in seueritatem, ad commiserationem magis quam in summi iuris acerbitatem propendere. 3. quia natura procliuior est homo in diuitem & potentē, a quo aliquid commodi expectat, quam in egētem qui beneficij cōpensandi facultatem non habet, vt sapienter animad

uertit

tigerit B. Amb. dum ita ratiocinatur. *Quid aũt tibi prodest fauere diuiti, nẽpe in iudicando? An quia citius amantem remuneret? His. n. fauemus frequentius, a quib. referendæ vicẽ speramus gratiæ. Sed eo magis infirmo & inopinos studere conuenit, quia pro eo qui non hẽt, remunerationem speramus a Domino Iesu: qui sub specie conuiuii generalẽ virtutis edidit formam, vt his potius nostra conferamus beneficia, qui nobis ea non possunt representare.* Atq. hac de causa Deus toties expostulat cũ iudæis, quod tam exiguã curã gerant pauperũ, aduenarum, & pupillorũ, quia cõiter a diuitib. opprimebantur, vt apud Ieremiã, dum ita queritur. *Causam viduæ non iudicauerunt, causam pupilli nõ direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt.* Ob eandem & Ethnici Principes sanxerunt qñ subdito lis est cũ Principe, subdito potius fauendũ quam Principi. Vnde Iulius Capitolinus scribit M. Antonium, Philosophum dictũ, in causis cõpendij & questus nunquã fauisse fisco, vt bene annotauit doctissimus Couar. Sebogiensis Eps. Plinius verò laudauit Imp. Traianũ, q eo imperante fas esset cõtra fiscũ iudicare. *Quæ,* inquit, *præcipua gloria tua, sæpius vincitur fiscus: cuius mala causa nunquã est, nisi sub bono Principe.* Hinc Modestinus Iurecõsultus ait. *Non puto delinquere, qui in dubiis quæstionibus contra fiscum facile iudicauerit.* Qua aũt de causa laudabilius est in ancipiti cõtrouersia ẽgẽti potius fauere, quã potẽti, subdito quam Principi, eadẽ laudabilius est in iudicio ferendo fauere potius ijs qui infirmitate naturę ex impetu potius & inuoluntarie, q̃ ex malitia deliquerũt. Deinde ijs qui occasiones labẽdi graues habuerunt, quam qui maleficijs ansas quęsiuerunt: ac et ijs qui cętero quin pacis, & quietis amantes sunt, quam factiosis, qui Resp. facile conturbant.

Amb. 2. off. c. 25. — Luc. 14. — Ier. 5. 25. — Cou l. 1. var. resol. c. 16. — Pl. i Paneg. — L. nõ puto, ff. de iu. fis.

XI. Remed. est detestatio Auaritiæ, & corruptelæ munerum. Vnde Dominus Deus Moysen his verbis monuit. *Prouide de omni plebe viros potentes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, &c. qui iudicent populum omni tempore.* Deinde acceptionem personarum, sæpe cum acceptione munerum coniunxit, eo qui acceptio personarũ, fere fiat ob auaritiã & munera. Vt in Deut. *Non accipies personam, nec munera, quia munera excæcant oculos sapientem, & mutant verba iustorum.* Et apud Salomonẽ. *Qui cognoscit in iudicio faciem, non bene facit: iste & pro bucella panis deserit veritatem.* Et in Isaia, cum Deus dixisset. *Principes tui infideles, socii furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones,* mox addit. *Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos.* Imò vtraque acceptio coniuncta est, cum mentio fit de Deo. Vt cum in Deuteronomio Moyses ait. *Deus magnus, & potens, & terribilis, qui personam non accipit, nec munera.* Et rex Iosaphat. *Non est apud Dominum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum.* Hoc antidotum insinuauit Beatus Ambrosius

Exod. 18. 21. — Deut. 16. 19. — Prou. 28. 21. — Isa. 1. 23. — Deut. 10. 17 — 2. Paral. 19.

nam cũ multa in libris officiorũ contra acceptionẽ pecuniæ, & munerũ disputasset, tandẽ subijcit. *Cæterũ ita incubuerunt mores bonum ad admirationẽ diuitiarũ, vt nemo nisi diues honore dignus putetur. Neque hic recens vsus, sed iã dudũ, quod peius est inoleuit hoc vitiũ humanis mentib. &c. Vetus & antiqua auaritia est. quæ cũ ipsis diuinæ legis capit oraculis, imò propter ipsam reprimendã lex Dei lata est. Propter auaritiã Balac putauit Balaam præmiis posse tentari, vt malediceret populũ Patrum: & vicisset auaritia, nisi Dominus a maledicto eũ abstinere vetuisset.* Et inf. *Feralis auaritia, illecebrosa pecunia, quę habentes contaminat, nõ habentes non iuuat. Esto tamen vt aliquãdo adiuuet pecunia inferiorẽ tamen, & ipsum desiderantẽ, Quid ad eum, qui non desiderat, qui non requirit, qui auxilio eius non indiget, studio non flectitur? Ad summam nouimus quod pecuniæ contemptus iustitiæ forma sit, & ideo auaritiam declinare debemus, & omni studio intendere, ne quid faciamus vnquam aduersus iustitiam.*

Amb. 2 offi. c. 26. Nume. 22. 7. Ib. c. 27.

Vide V. *Auaritia. Munerum corruptela.*

PIGRITIA.

Remedia contra Pigritiam corporalem, & spiritualem.

I Remed. Considera quid Spiritus S. in pigros & ignauos dixerit. Primò. n. describit eorũ mores in Prou. Salomonis. *Vsquequo,* inquiens, *piger dormies, quã surges, è somno tuo?* Et. *Vult & non vult piger, aĩa aũt operantiũ impinguabitur.* Et. *sicut ostium vertitur in cardine suo, sic piger in lectulo suo.* Et. *Abscondit piger manũ sub ascella, nec ad os suũ applicat eã.* 2. docet hoĩb. eos esse exosos. *Sicut acetum dentib.* ait Salomon, *& fumus oculis, sic piger his, qui miserunt eũ in via.* Deinde hĩri viles & ignominia dignos. nã Eccl. ait. *De stercore boũ lapidatus est piger & oĩs qui tetigerit eũ manũ excutiet.* Et Salomon. *Qui congregat in messe, filius sapiens est, qui aũt stertit æstate, filius confusionis.* Et. *Vade ad formicã ò piger, & cõsidera vias eius, & disce sapientiã, quæ cũ non hẽat ducẽ, nec præceptorẽ, nec principẽ parat in æstate cibũ sibi, & cõgregat in messe qđ comedat.* Ad hęc esse egenos, & mẽdicos. *Propter frigus* ait idẽ, *piger arare noluit, mendicabit ergo æstate & non dabitur ei.* Et. *Oĩs piger semper in egestate est.* Præterea esse plurib. vitijs obnoxios. *Per agrũ hoĩs pigri transiui, & ecce totũ repleuerant vrticæ. Scienti bonũ facere,* ait Iac. *& non facienti, peccatũ est illi.* Deniq; esse maledictos, & morte tẽpali & æterna dignos. *Desideria,* inquit Sapiens, *occidunt pigrum. Maledictus* ait Iere. *qui opus Dei facit negligenter. Oĩs arbor,* inquit Christus, *quę non*

Prou. 6. 9. Prou. 13. 4. Prou. 26. 13. Prou. 19. 24. Eccl. 22. 2. Prou. 10. 5. Prou. 6. 6. Prou. 20. 4. Prou. 24. 30. Iac. 4. 17. Prou. 21. 25. Iere. 48. 10. Matth. 3. 10.

non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Et inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores; illic erit fletus & stridor dentiũ. Et. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum. Matt. 25.30. Ioan. 15.2.

II. Rem. Considera quid SS. Patres. B. Ephræm in secundũ Dñi aduentũ. *Ne simus hic negligẽtes, charissimi mei, vt non per infinita secula postmodũ pœnam agere cogamur, vbi nihil proderunt lacrymæ ac gemitus, vbi nõ erit amplius vlla pœña. In studiis atq; laborib. vestris, gaudent & exultãt angeli atq. archangeli; sicut cõtra in torpore ac negligẽtia vestra gaudet inimicus.* G. Naz. orõne de pace. *Hanc a nobis in hac virtute adhibendã esse rõnem censeo, vt nec segniores simus, quã modus postulet, nec rursus acriores & ardentiores, vt nec ob lenitatẽ temere nos quibuslibet aggregemus, nec ob petulantiã ob oĩb. desciscamus. Vt.n. iners est, supina segnities, ita leuitas agrestis & a societate abhorrẽs.* Amb. in ep. ad Ireneũ, agẽs de Lia & Rachel à Laban dimissis cũ Iacob. *Ecce, inquit, primũ, quia ignauus, & inuidus laboriosam & disciplina tenaẽ alienat a se, ac defugit, seseq; cupit separare, quoniã eas oneri sibi & putat se lucrũ fecisse, quod alienauit eas, &c. Nunc audiamus, quõ quæ hẽt virtus non hẽat ignauia. Aiunt. n. Oĩs diuitiæ & gloria, quã tulit Deus patri nostro nobis erit, & filiis nostris. Merito Deo arbitro dicũt esse sublata quia ipse est auctor bonorũ, cuius gratia ignaui exinaniuntur.* Io. Chry. ser. de virtutib. & vitijs. *Satis est mali, hoc ipsum nihil fecisse boni. Sit nobis agricola quidã, nihil porrò peculii nostri dissipet, neq. dolis furto surripiat, tantum ille manus cõpressas tenens domi sedeat, semina nõ spargat, rura nõ scindat, vites nõ colat, & quod præterea ad agriculturã pertineat, nihil prorsus efficiat, nõne ab eo supplicium sumemus? & tñ nihil intulit iniuriæ, nec habemus pĩno, qđ illũ accusare possimus.* Et tractãs dictũ Apost. *oportet hereses esse*, ita scribit. *Quid est, dic sodes, diabolo peius? & tñ licet oẽs machinas in Iob cõuerteret oẽmq. pharetrã in corpus iusti exinaniret, ipsum nõ solũ nõ subuertit, sed clariorẽ fecit. Iudæ aũt, qa negligẽs erat ac deses, neq. Christi cõsuetudo pro fuit. Nã post tot cõsilia, post q. plurimas illas admonitiones mãsit, qualis erat, proditor. Cã aũt est, qa Deus nõ adigit vi, neq. cogit inuitos: ita nobis, si mõ prudentes simus, nocere poterit diabolus at si nõ fuerimus prudẽtes, sed ignaui, et illa quæ prodesse possent nõ proderunt, summãq. interim facimus iacturã. Tantũ malũ est ignauia. Quocirca & iudæis præsentia Christi non solũ non profuit, sed & nocuit, non ob Christũ, sed ob suã ipsorum malitiã & stuporẽ.* S. Bern. in cantica. *Viri sapienti sua vita vinea est, sua mens, sua conscĩa, nil quippe incultum desertumve in se sapiens derelinquet. Stultus non ita cuncta apud eũ neglecta inuenies, cuncta iacentia, cuncta inculta & sordida. Vbi vitis virtutis? vbi botrus boni operis? vbi vinũ lætitiæ spũalis? Per agrum hoĩs pigri transiui, inquit, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrtica, & operuerunt superficiẽ eius spinæ, & mate-* Eph. ser. Naz. orat. 1. Amb. l. 1 ep. 4. Gen. 31. Chry. Bern. ser. 63. Prou. 24.30.

Cc 2 ria

ria lapidum destructa erat. Audis sapientem irridentem stultum, quod bona naturæ, & dona gratię, quę forte per lauacrum regenerationis acceperat, tanquam illam quam plantauit Deus & nō homo primā suam vineam in non vineam negligendo redegit.

Bern ser. 21. III. Reme. Oratio; quod remediū præscribit B.Bern. hoīb. spūal lib qñ sentiunt se obtorpuisse in diuino seruitio. Cū te torpore, inquit in Cantica, acedia vel tædio affici sentis, noli propterea diffidere, aut desistere a studio spūali, sed iuuantis require manū, trahi te obsecrans sponsæ exēplo, donec denuo suscitante gratia factus prōptior, alacriorq; Psal 118. 32. curras, & dicas. Viā mandatorū tuorū cucurri, cū dilatasti cor meū. Causam verò, cur nonnunquā eiusmodi torpor et perfectis obrepat cōmemorat hanc. Quoniā quantæuis perfectionis aīa, quādiu quidem gemit sub corpore mortis huius, & huius seculi nequā retinetur inclusa carcere, vindicta necessitatib. torta scelerib. lentius, segniusque assurgat necesse est ad contēplanda sublimia, nec cāno liberum habet sequi sponsum quocunq; ierit. Hinc lacrymosa vox illa gementis. Infelix ego ho-
Rom. 7. 24. mo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hinc supplex illa pecca-
Psal 141. 8. tio. Educ de carcere animam meā. Dicat proinde, dicat cū gemitu etiam
Cant 1. 3. sponsa. Trahe me post te, quia corpus quod corrumpitur, aggrauat ani-
Sap 9. 15. mam, & deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantem.

IV. Remed. Obrepenti torpori vel somnolentiæ, post imploratum
Eph. paręn. diuinū auxiliū ilico resiste. Est B. Ephręm, qd in parænesi quadā de
23. tom. 2. dit Nouitijs laborē fugientib. Mane, inquiens, surgit frater orōnem facturus in cella sua, Deinde arrepto opere dæmon honestatis inimicus infert ei cogitationem acediæ. & si obueniente acedia resisteret frater, operando & se exercendo, tunc acedia ipsum diuinæ gratiæ auxilio re-
Id. tom. 2. pelleret. Exemplū aūt victorię contra dęmonē in hoc genere narrat in Doctrina varia, de humilitate cōparanda. Frater, inquit, cuida suggerebat cogitationes tpe vigiliæ dicentes. Requiesce hodie, & noli ad vigilans surgere. At ille. Cogita te heri nō surrexisse, & hodie tibi surgendū esse. Et de opere aggrediēdo rursus ei suggerebat. Quiesce hodie, & cras operaberis. Ille q. iterū rñdit. Nequaquā, sed hodie operare, &
Cassi. 10. 25. de crastino Dño curæ erit. Simile exēplū de se refert Cass. in instōnibus monasticis his verbis. Cū incipiēs in eremo commorari Abbati Moysi oīum Sanctorū summo dixisse, me ægritudine acediæ hesterno die grauissime fuisse confectū, nec ab ea potuisse alias liberari, nisi ad abbatē Paulū protinus cucurrissem. ille, nō te, ait, ab ea liberasti, sed magis ei te deditū & subditū præbuisti. Grauius n. te, vt desertorē ac fugitiuū deinceps aduersarius impugnabit, quē de conflictu superatū protinus aufugisse cōspexit, nisi de cætero cōmissa cōgressione nō desertione cellæ vel sōni torpore ingruētes æstus eius ad horā euaporare malueris, sed tolerātia potius et conflictu didiceris triūfare. Vñ exprimēte probatū est acediæ impugnationē nō declinādo fugiendā, sed resistēdo supandā.

V. Re-

V. Remed. **Considera quanta remuneratio parata sit in cœlo strenue laborantib. in vinea Domini.** Est S. Basilij in Regulis breuiorib. Posita.n.interrogatione. Quo piger ad mandatum excitari possit, vt nauus fit? respondet his verbis. *Nempe si ei persuasum sit, vbiq; Dominũ Deum adesse, & oĩa cernere, & commnationem illã verã esse, quæ facta est aduersus pigrum, & similiter contra, spem magnæ mercedis futuræ ab illo, qui per Paulum pollicitus est accepturum vnumquẽque propriam mercedem secundum laborem suum, & quacunq. in hanc sniam scripta sunt ad studium vniuscuiusque, siue patientiam excitandã ad gloriam Dei.* Hoc antidotum non dubium est, quin sit valde efficax. Si.n. huius seculi homines, pro exigua mercede, & quæstu ingentes sæpe labores subeunt, eoque maiores, quo maior quæstus vel remunerationis spes effulget, quanto magis nos parati esse debemus ad laborem aliquem sustinendum pro regno Dei, & felicitate æterna. Quę remuneratio tanta est, vt nihil sint oẽs nostri labores, si cũ illa conferantur. Vnde Apostolus. *Non sunt condignę passiones huius tpis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Et apud B. Athanas. S. Ant. *Nec vniuerso orbi renunciantes dignum aliquid habitaculis possumus compensare cœlestib.* Eusebius Emisenus ad monachos. *Totis licet animi & corporis laborib. desudemus, totis licet obedientiæ viribus exerceamur, nihil tamen condignum merito pro cęlestib. bonis compensare & offerre valeimus.* Aug. *Quanto labore digna est requies quę non habet finem? Si verum vis comparare, & verum iudicare, æterna requies æterno labore recte emitur.* Fulgentius ad Monimum. *Tantum ibi (in cœlo) gratiæ diuinæ retributionis exuberat, vt incomparabiliter atque ineffabiliter omne meritum, quantumuis bonæ & ex Deo datę humanæ voluntatis atque operationis excedat.*

B. as. reg. 37.

Matt. 25. 30. 1 Cor. 3. 8.

Rom. 8. 18. Athan. in eius vita.

Emis. ho. 3.

Aug. i ps. 93 Fulg. li. 1. 10.

VI. Remed. Considera torporem & ignauiam vniuersę naturę, ac imprimis humanæ esse contrariam. *Homo,* inquit B. Iob. *nascitur ad laborem, & auis ad volatum.* *Nihil sine magno* inquit Hier. ad Paulinum, *labore, vita dedit mortalib.* Iupiter apud Ethnicos omnia labore habuit venalia. B. Pau. apud Christianos denuntiat Thessalonicensib. *Si quis non velit operari, nec manducet.* B. Bern. epist. ad Henricum Senonensem Archiepiscopum. *Labor, inquit, & laborare, & voluntaria paupertas, hæc sunt monachorum insignia. Aegyptiorum monasteria,* ait Hier. in ep. ad Rusticum monachum, *hunc morem tenent, vt nullum absque operis labore suscipiant.* Ad operarios & opifices si respicimus, nullus bonus agricola est, nisi gnauus & industrius, & rusticarum rerum studio incensus. Opifices, qui non de multa nocte vigilant, mercator ignauus, miles segnis, nec rem facere, nec aliquid laude dignum exequi possunt. Artium maximarum studia sine vigilantia & labore frustra tractãtur. Solon, apud gręcos, pręcipit, parentẽ à filio nullum vitæ subsidium accipere, qui nullam artẽ filium

Iob 5. 7. 3.

Hier. ep. 15. 2. Thes. 4. 10. Bern. ep. 40.

Hier. ep. 4.

Laer. lib. 4.

 docuisset.

docuisset. Lex Aegyptijs fuit, qua singuli cogebantur nomina apud
Diod. Sicul. præsidem profiteri, & qua arte sustentarentur, ostēdere. Quod si quis mentiretur, aut iniusto quæstu viueret capite plectebatur. Catonis sententia erat. *Homines nihil agendo male agere discere*. Tota laus Ducis belli & Imp. erat in vigilantia & celeritate. Hinc Vespasiani di
Sueton. ctum. *Imperatorem stātem debere mori*. Adhęc labor ipse omnes artes adinuenit, domos ædificat, agros colit & vineas, terram peragrat, mare nauigat, naturam ipsam excolit, litteras tractat, religionem cōseruat, fera & syluestria animalia mansueta reddit, ingeniū acuit, me-
Virg. 1. Georg. moriam perficit, & vt nobilis Poeta ait, *labor improbus omnia vincit.* Demum terra nullo labore culta, nihil nisi spinas & tribulos profert. Aer non commotus corrumpitur. Domus nō habitatę corruunt. Viæ non tritæ syluescunt. Instrumenta Musica, quæ nō pulsantur, destruūtur. Ferrum sine exercitio rubiginem contrahit. Aqua stagnans non
Cass. coll 7. c 6. nisi ranas, bufones, & serpentes gignit. Equus generosus in stabulo quiescens marcescit. *Nulla virtus sine labore perficitur*, ait Abbas Serenus apud Cassianum.

VII. Remed. Considera ignauos & segnes dęmonum dolis & tentationib. maxime esse obnoxios. Quod liquet ex parabola a Chri-
Matt. 13. 25. sto apud Matth. allata de bono semine, in. n. dicitur. *Cum autem dormirent homines venit inimicus & super seminauit zizania in medio tritici*: inimicum aūt illum esse diabolum Christus ipse interpretatur.
Luc. 11. 24. Dormientes autem, qui alij sunt, quam qui segnes sunt in operibus? Et ex alio dicto Christi apud Lucam de more dęmonis. *Cum immundus Spiritus exierit de homine*, nempe iam conuerso, *perambulat per loca inaquosa, quærens requiem*, hoc exequutionem impierū suarum fraudum. *Et non inueniens dicit. reuertar in domum meam vnde exiui*, nam ob peccati consuetudinem sperat se posse redire ad eū, ex quo eiectus est, *Et cum venerit, inuenit eam vacantem*, id est, otiosam & segnem, *scopis mundatam*, leuiter tantum purgatam, quia non serio conuersus fuit. *Tunc assumit septem Spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi.* & noua zizania bono semini superseminat, quæ vix deinceps extra possint. *Nam vt piratæ*, inquit B. Chrysost. de verbis
Chry. ho. 4. Isaiæ, *his potissimum nauibus insidiantur, quas auro & pretiosis mercibus onustas esse intelligunt; ita dæmon his potissimum laqueos obtēdit, quos bono accepto semine spiritualib. diuitijs abundare cognoscit.* Exemplo potest esse Dauid rex & Propheta, qui cum elset vir Dei, & mul
2. Reg. 11. 4. to bono semine excultus, tamen ei diabolus suum libidinis zizaniū otio domi vacanti inseuit, sic prorsus, vt adulterium & homicidium,
Hier. ep. 4. simul vno fere vt ita loquar, halitu perpetrarit. Quare B Hier. monastices & perfectę vitæ studiosum Rusticum his verbis monuit, *aliquid operis facito, vt semper te diabolus inueniat occupatum.*

VIII. Remed. Considera, obrepente corpore & somnolētia; quantum

tum omnes bestię quotidie laborent pro vili aliquo pabulo consequẽdo; quamdiu araneus pro musca, felis pro musculo capiendo ad foramen aduigilet; quantum supra vires formica æstate sudet pro esca hyberna; quod exemplum Salomon ad pudefaciendos ignauos protulit. Aut si illa exempla non arrident, quantum huius seculi homines noctu diuque se fatigent, vt mundo placeant. Idcirco enim Christus Saluator noster apud Lucam villicum iniquitatis laudauit, dixitque *filios huius seculi prudentiores esse filiis lucis in generatione sua*, vt ab ijs vigilantiam & solertiam, non in malo, sed in bono disceremus. Il-lustre huius antidoti exemplum habes in vita S. Pelagię Antiochenę, quam Iacobus diaconus Heliopoleos conscripsit. Pelagia Antiochena meretrix, inquit, adeo contempta per vias ibat, vt nihil in eius vestibus pręter aurum, & gemmas ingenti splendore micantes cerneretur. Ipsi quoque pedes auro & margaritis fulgebant. Stipabant verò eam ingens comptulorum puerorum puellarumque turba. Tāta autem formę eius erat venustas, vt spectatores nullo eius aspectu satiari possent. Episcopi aliquot ei obuiam facti, cum gemitu vultum auerterunt, velut a re execrabili, solus Nonnus egissenus Episcopus oculos in eam diu defixit, aliosque Episcopos ea re obstupefactos rogauit, quid de ea venustate illis videretur? Illis verò silentibus, vultum in genua demisit, sudario tectum, multasque cum longo suspirio lacrymas profudit: erectus vero dixit se mirifice ea venustate delectatum. Quod enim horas, inquit, hæc mulier expendere putanda est, dum se comit & ornat, tota mentis cogitatione in id intenta, vt sua pulchritudine mundi amatoribus placeat? Et nos habentes Patrem omnipotentem in cœlis, Dominum immensę maiestatis, amplissima promittentem pręmia bene operantibus, nihil studemus ornandis miseris animabus nostris, nec sordibus earum expiandis, sed patimur eas supinas iacere, desidiaque marcescere. His dictis apprehensa manu diaconi sui abijt in cubiculum, ibique humi prostratus, nullum plorandi finem faciens cœpit coram Deo suam socordiam detestari dicens, Ecce vnius diei ornatus, quam hęc fœmina corpori suo excolendo adhibet vincit omnem animæ meæ ornatum. Hanc Pelagiam S. Nonnus paulo post, cum forte eius concioni interesset, ad Christum conuertit, sacris aquis abluit, suaque institutione effecit, vt post durissimam actum pœnitentiam in monte Oliueti, vbi ignota in habitu virili vsque ad mortem delituit, in sanctarum numerum ab Ecclesia sit relata.

Prou. 6. 6.

Luc. 16. 8.

Apud Suriū 8 Octob.

IX. Remedium. Considera exempla Sanctorum qui & ipsi manibus strenuè laborarunt, & alios ad idem faciendum sunt cohortati. Primum sit Apostoli Pauli, qui vt est in Actis Apostolicis, Ephesi maiores natu ita allocutus est. *Vigilate memoria retinentes, quoniam per triennium nocte & die non cessaui, cum lachrymis monens vnumquenque* Act. 20. 31.

quenque vestrum. Argentum & aurum, aut vestem nullius concupi: ui. Ipsi scitis, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecũ sunt ministrauerunt manus istæ. Et in priore epistola ad Corinthios, mul-
1. Cor. 9. 15. tis rationib. probat se ex ordinatione et Domini potuisse Euangelij sumptib. viuere, & labore manuum abstinere, sed ob maiorem ædifi-
2. Thess. 3. 8. cationem noluisse. Et in posteriore ad Thessalonicenses cohortans alios ad se imitandum. *Ipsi scitis*, ait, *quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus. Non quasi non habuerimus ptãtem, sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.* II. est
Pallad. c. 10 Abbatis Pambonis apud Palladium in Lausiaca historia. *Pambo*, inquit, *cum esset moriturus in ipsa hora excessus, cum circumstantibus B. presbytero & Ammonio viris inclytis & reliquis fratrib. dicitur hoc dixisse. Ex quo veni in hunc locum solitudinis, & meam ædificaui cellam, & hic habitaui, nullus fuit dies, quo non aliquid operis fecerim meis manib. nec memini me ab aliquo panem gratis datum comedisse; nec me in hanc horã pœnitet alicuius sermonis quem dixerim, & sic ad Deum recedo, vt qui nec pius quidẽ religiosus esse cœperim.* III. Abba-
Cass. li. 10. 24 tis Pauli apud Cass. de instit. monast. *Abbas Paulus probatissimus Patrum, cum in eremo vastiore consistens, quæ Presbyterio nuncupatur, palmarum fructib. & horto modico securus, haberet sufficientem alimoniæ suæ victusque substantiam, nec posset aliquid aliud vnde sustentaretur operis exercere, eo quod ab opidis, & habitabili terra septẽ mansionib. vel eo amplius deserti illius separaretur habitatio, plusq; expeteretur pro mercede vecturæ, quã valere posset pretiũ operis desudati, collectis palmarũ foliis quotidianũ pẽsum velut exinde sustentandus a semetipso iugiter. Cũq; opere totius anni antrũ eius fuisset impletũ id q̃d solicita cura laborauerat singulis annis supposito igne concremabit: in tm̃ probans sine opere manuũ nec in loco posse monachũ perdurare, nec ad perfectionis culmẽ aliquando conscendere.* IV. est Rich. cuiusdam
Cæs li. 12. 47 apud Cæsarium. In *Arnsberga monasterio ordinis Pramonstratensis sicut audiui a quodam sacerdote eiusdẽ congregationis, Scriptor quidam erat, Rich. noĩe, Anglicus natione: hic plurimos libros in eodẽ cænobio manu propria conscripserat, mercedem sui laboris prastolans in cęlis: Hic cũ fuisset defunctus, & in loco notabili sepultus, post viginti annos tumba eius aperta manus eius dextera tam integra & tam viuida est reperta, ac si recenter de corpore aĩato fuisset præcisa. reliqua caro in puluerem redacta fuit. in testimonium tanti miraculi manus eadem vsque hodie in monasterio reseruatur.* V. B. Bern. apud Thomam, Cantipratensem. *Narratur*, inquiens, *de beatissimo Bernardo Clareuallensi*
Cantip. l. 1. Apium. c. 5. *Abbate. quod aliquando in messione segetum fratrem iuuersum viderit, deuote quidem, & vltra vires in agro cum monachis*

this laborantem. Tactus ergo Spiritu sancto intrinsecus B Bernardus, dixit coram omnibus laborantibus. Ei a frater, age quod agis, nullum aliud post hanc vitam purgatorium sustinebis.

Vide V. Acedia. Colloquia otiosa. Curiositas. immortificatio passionum. Inconstantia. Otium. Procrastinatio. Tepiditas.

PRAESVMTIO.

Remedia contra præsumptionum.

I REM. Considera oracula diuini verbi sacris litteris consignata. Verbum enim diuinum reprehendit præsumptionem de misericordia diuina & propriis donis, & ab ea dehortatur. *Ne dixeris,* ait apud Ecclesiasticum, *peccaui, & quid mihi accidit triste? altissimus.n.est patiens redditor. De propitiatio peccato noli esse sine metu, neq; adiicias peccatū super peccatū Et ne dicas. Mis[...] Dñi magna est; multitudinis peccatorū meorū miserebitur. Mi[...]dia.n. & ira ab illo cito proximant.* Et apud Ecclesiasten. *Quia [...]rofertur cito contra malos sñia, absq; timore vllo filii hominum per[...]trāt mala.* Et apud Ieremiā. *Maledictus homo, qui confidit in homine.* Et apud Apostolū. *An diuitias bonitatis Dei & patientiæ, & longanimitatis contēnis? Ignoras, q̄m bonitas Dei de pœnitentia te adducit?* 2. docet Deū esse misericordē & iust[...] præsumentes de se derelinquere. Vt in Psalmis. *Misericordiā & [...]diciū,* ait Dauid, *cantabo tibi Dñe.* Et. *Honor regis iudiciū diligit. Tu parasti directiones, iudiciū & iustitiā in Iacob tu fecisti.* Et in historia Iudith totus populus fidelis sic orat. *Ostendis Domine quoniā non derelinquis præsumentes de te, & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes humilias.* 3. vbique commendat nobis timorem, humilitatem, & diffidentiam nostri. *Beatus homo,* ait Salomon, *qui semper est pauidus.* Et Paulus. *Noli altum sapere sed time.* Et Ecclesiasticus: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus.* Et Salomon. *Qui confidit in corde suo stultus est.*

Eccl. 5. 4.
Eccl. 8. 11.
Ier. 17. 5.
Rom. 2. 4.
Psal. 100. 1.
Psal. 98. 4.
Iud. 6. 15.
Prou. 28. 14
Rom. 11. 20.
Eccli. 3. 25.
Prou. 28. 26.

II. REM. Considera sententias priscorum Patrum. Tertullianus. *Audientes optare intinctionem, non præsumere oportet. Qui n. optat, honorat: qui præsumit, superbit. in illo verecundia, in isto petulantia apparet. ille satagit, hic negligit. ille mereri cupit, at hic vt debitū sibi repromittit: ille sumit, hic inuadit.* Et paulo post. *Præsumptio inuerecundiæ portio est: inflat petitorem, despicit datorem. I taque decipit nonnunquam. Ante enim quam debeat [...], repromittit, quo semper is qui est præstaturus, offenditur.* Cypr. [...] *nobis spiritualis fortitudo collata est, vt prouides, non nos præcip[...] tueatur: vt illos muniat, qui renunciant importunitatibus delictorum, non eos qui se magis importunis delictis immergunt, &c. Sicut Spiritus sanctus iam tunc per Salomonem locutus est, dicens. Amans periculum in ipso periet. Nūquam*

Tert. lib. de pœnit.
Cyp. de singular. cleric.

culum eſt, ět diſſimulare peccatum eſt non leue. Hoc conſiliū ſecutus
Moyſes, qui cū à Deo mitteretur ad iudicandū populum Iſraeliti-
Baſ. in 6 Iſa. cum, imbecillitatis ſuę conſcius, ſe excuſauit. *Moyſes ille*, inquit S.
Baſ. *vir Dei magnus, qui cū oībus in reb. obedientē ſeſe præberet Dño
tamen qñ ad populum Iſraeliticum mitteretur, inquit. Obſecro Dñe, a-
lium quem mittas pares. At ex eo ipſo, quod excuſatione & confeſſione
imbecillitatis ſuæ, quaſi cum quadam contentione* Deo *reſiſteret*, Deus
*cum dignum eſſe iudicauit, qui populo præeſſet ſuo. Quamobrem præcla
Eccl 7. re ſe habet præceptum illud. Ne quæras eſſe iudex, ne aliquo modo non
valeas tollere iniuſtitiam.* Idem conſilium ſecuti ſunt ſancti omnes,
quotquot ad Epiſcopatum, aliaſve prælaturas vocati, vt S. Chryſoſto-
ſtomus. S. Ambroſ. S. Auguſtinus, S. Gregorius, & alij, ſeſe in latebras
abdiderunt, aut omnino eas reſpuerunt.

IV. Remed. Conſidera, ſi dignitatem vel Magiſtratū huiuſmodi, in
quo ſit periculum crebrius in acceptione perſonarum deliquendi, iā
ſuſceperis, vices te tenere Domini Dei; Vox ſiquidem Moyſis eſt.
Deut. 1. 16. *Non accipietis cuiuſquam perſonā, quia* Dei *iudiciū eſt.* Et regis Ioſa-
phat ad iudices in Vrbibus conſtitutos. *Videte, quid faciatis; non. n.
2. Par. 19. 6 hoīes hoīs exercetis iudicium, ſed Domini, & quodcunq; iudicaueri-
tis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia
cuncta facite.* Quamobrem Iudices in iiſdem diuinis ſcripturis non
Aug. q. 86 in Exod. ſemel Dij appellantur vt obſeruarunt SS. Patres, vt in Exodo, cum
dicitur. *Diis non detrahes, &* Principi *populi tui nō maledices.* quo ſen
ſu inquit Aug. ibidem Moyſes conſtitutus dicitur *Deus Pharaonis.*
Exod 22. 28. Et in Pſal *Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem* Deos *diiu
Exod 7. 1. Pſal. 81. 1. dicat.* Nā mox ſequitur. *Vſquequo iudicatis iniquitatem, & facies pec
catorum ſumitis?* Iam aūt conſtat Deo in vtroque teſtō crebro attri-
bui, quod non ſit acceptor perſonarum, vt in Deut. Sapientia, Eccle
Deut. 10. 17. Sap. 6. 8. ſiaſtico, B Paulo & Petro Apoſtolo. Quam cauſam rex Ioſaphat in
Eccl. 35. 16. ſuo ad Iudices ſermone expreſſit, nam cum dixiſſet ideo eos abhorre-
Rom. 2. 11. re debere ab acceptione perſonarum, quod Dei iudicium exercerēt,
Gal 2. 6. ilico ſubiunxit. *Non eſt enim apud Dominum Deum noſtrum iniqui
Eph. 6. 9. tas, nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum* Sed ſubiicuit Spiri-
Col. 3. 25. Act 10. 34. tus ſanctus cur in Deum non cadat acceptio perſonarum. *Qui non
1. Pet. 1. 17. accipit perſonas Principum*, ait Iob, *nec cognouit tyrannum, cum diſce-
Iob 34. 19. ptaret contra pauperem, Opus. n. manuum eius ſunt vniuerſi.* Et Sa-
Sap 6 8. piens. *Non enim ſubtrahet perſonam cuiuſquam Deus, nec verebitur
magnitudinem cuiuſquam, quoniam puſillum & magnum ipſe fecit, &
æqualiter cura eſt illi de omnibus.*

V. Remed. Conſidera oībus iudicibus, Principibus, & ſuperiorib.
ſupremum conſtitutum eſſe Iudicem Deum, qui exactam ſeueram-
que omnium rerum in iudiciis ferendis geſtarum rationem ſit initu-
rus. Nā vt ante dixit pſaltes regius, *Deus, q ſtetit in ſynagoga Deorū, in*

medio

medio Deos diiudicat.hoc est, maior iudex minores, *qui de hoīb. iudicandi ptātem habent*, vt exponit li. 13. in Ezechielē B. Hier. vt sensus sit. Quamuis huius mundi iudices, sint quasi Dij quidam, supremus tñ eorum Iudex Deus sedulo attendit, quemadmodum munere sibi cōmisso persungantur. Hoc monitum vel Remediū ipsa Sapientia diuina tradidit, cum agit de cauenda in iudicijs personarū acceptione his verbis, sane pertimescendis. *Audit reges & intelligite, discite iudices finiū terræ. Præbet aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationū, quoniā data est a Domino ptās vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur, quoniā cū essetis ministri regni illius, non recte iudicastis legē iustitiæ, neq. secundū voluntatē, Dei ambulastis. Horrende & cito apparebit vobis, quoniā iudiciū durissimū his qui præsunt fiet. Exiguo. n. conceditur misericordia, potentes aūt potenter tormēta patientur* Quis non horreat ad hoc iudicium, in quo non solū opera sed et cogitationes ad seuerissimū examen vocabuntur? Certe sic horruit rex Dauid, vt alicubi dixerit. *Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* H. in ca. 44. Ezech. Cap. 6. 1. Psal. 142. 2.

VI. Remed. est S. Bas. in principiū Prouerbiorū, dum iudicē deterret à respectu personarū, ita scribentis. *Huic iudici psalmus ait. itaq; si vere iustitiā loquimini, recte iudicate filij hoīum. Argumentū nam que iusti, affectus est in iudicando rectitudo. Quod idem in orationis processu innuere videtur, dicens. Pondus magnum & paruum, abominatio apud Deum sunt vtraq; non æquum circa iudicium ponderum id appellatione prouerbii modo figurās.* Et inf. *Quo igitur ex Salomonis sniā cogitationes iustorū iudicia sunt viro sapienti, oīno satagendum erit intra cordis arcana tribunal constituere, rectaq. facere iudicia, mentemque velut in trutina suspendere ad ea quæ conueniunt. Et qñ singula Dei mandata contra aduersantem sibi malitiam corā te iudiciū experiuntur, da legi diuinæ contra vitiū victoriā. Iniquū & æquū apud te iudicantur. Responde contra concupiscentiā alienorum bonorū. Da vt vincat virtus. Contumelia & patientia inuicem pugnant: vitupera cōtumeliam, lauda patientiā. Odiū item & charitas: alterū procul reiice, alterū vero, i. charitatem, propriam, familiaremq. tibi redde. Simulatio, & simplicitas, fortitudo & timiditas, iustitia & iniustitia, tēperantia & intēperantia iudicantur. Tunc deniq in tuæ mentis recessu iudiciorū rectitudinē ostende. & velnti in tribunali tibi ipsi assidere mandatum Dei faciens, monstrate vitiū abhorrere ac oīno ab eo esse auersum, virtuti vero fauentē. Si. n. in reb. omnib. quas agis, apud te meliora vincere permittas, beatus in die illa fueris, quando Deus occulta hominum iudicabit, vt testatur Euangelium cogitationib. corda simul hominum accusantibus, & defendentibus.* Hucusque Basilius. Bas. hom. 12 Psal. 57. 2. Prou. 20. 10 Prou. 12. 5. Rom. 2. 15.

VII. Remed. Considera exempla vtriusq; testamenti. Et veteri habes

bes Prophetas, qui nulla habita ratione personarum, quantumuis potentium, peccata redarguerunt, veritatem defenderunt, disciplinam conseruarunt. Impius rex Achab, cum diceret ad Prophetam Eliam. *Tunc es ille, qui conturbas Israel?* respondit Elias *Non ego turbaui Israel, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandatum Domini.*

3. Reg. 18. 17. Elisæus, cum staret coram Ioram rege Israel idololatra, & coram Iosaphat rege Iuda Deum colente, vt pro illis Dominum consuleret, illum constanter redarguit, hunc aũt reueritus est. Ad Ioram. n. dixit. *Quid mihi, & tibi est? Vade ad Prophetas patris tui)* Achab) *& matris tuæ* (Iezabel.) Et rursum. *Viuit Dominus Deus Israel, in cuius cõspectu sto, quod si non vultum Iosaphat regis Iuda erubescerem, nõ attendissem quidẽ te, nec respexissem.*

4. Reg. 3. 13. Haud secus cæteri Prophetę, Isaias, Ieremias, Nathan, alij non respexerunt Regũ suorũ, legẽ Dei præuaricantium, vt Manassis, Sedechiæ, Dauid, personas, quo minus & peccata eorũ arguerent, & Dei patefacerent cõminationes. Ex nouo testamento vero primũ habemus exemplũ præcursoris Christi Io. Baptistæ, qui Herodis personam non respexit, quo minus ei liberè diceret. *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Deinde Christi Saluatoris, de quo iam olim vaticinatus erat Propheta Isaias, dicens. *Non secundũ visionem oculorũ iudicabit, neq; secundũ auditũ aurium arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ.* Nullius siquidẽ personã accepit in iudicio, (inquiunt B. Hier. & Cyrillus eundem locum exponentes,) sed scribis ẽt ac Pharisæis & Iudæorum principib. dixit. *Væ vobis Hypocritæ.* Et. *Auferetur a nobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus.* Nec secũdum auditum, vel sermonem corripuit. Illis. n. dicentib. *Magister scimus quia verax es, & viã Dei in veritate doces, & non ad te pertinet de aliquo; neq. n. vides in faciem hoĩum;* sciens malitiam eorũ respondebat. *Quid me tentatis hypocritæ?* Hęc illi. Præterea. B. Apostol. Paulus sic de Christo loquitur. *Omnes filii Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Non est iudæus, neque Græcus, non est seruus, neq; liber: non est masculus, neque fœmina. Omnes enim vos vnum estis, in Christo Iesu* Et rursum. *Vbi non est Gentilis & iudæus, circumcisio, & præputium, Barbarus, & Scytha, seruus & liber; Sed omnia & in omnib. Christus.* Deniq. in historia Ecclesiastica innumera habemus exempla, tum Martyrum, tum Sanctissimorum Episcoporum Confessorum Athanasij, Hilarij, Ambrosij, Basilij, Chrysostomi, Thomæ Canturiensis, Stanislai, qui etiam potentissimorum Regum vel Imperatorum vultus vel personas non respexerunt, quo minus honorẽ diuinum, fidei veritatem, & immunitatem Ecclesiasticam constanter vsque ad mortem defenderent.

Marci 6. 17. Luc 3. 19. Isa. 11. 3. Hie. l. 4 cõ Matth. 23. Matth 22. Gal. 3. 27. Col. 3. 11.

VIII. Remed. Considera exempla Ethnicorum, qui ẽt a politicæ iustitię recta administratione προσωποληψίαν tanquam pestẽ remouerunt

uerunt. Nam Dione Cassio teste, Traianus Imperator, cum Tribunum militum renunciasset strictum ensem in manus eius porrigens dixit. *Cape ferrum hoc, & si quidem recte imperium gessero, pro me, sin aliter contra me hoc vtere.* Et cum mulier quædam aliquando eum rogasset vt se audiret, & ille respondisset. Otium sibi non esse. illa clamans ait. Noli ergo imperare. Quo audito, continuo causæ eius aures dedit. Themistocles, auctore Plutarcho, cum ab eo Simonides Poeta æquum quiddam postulasset. *Neque tu,* inquit, *bonus poetas esses, si modos & numeros in canendo contemneres: neq; ipse bonus prætor, si gratiam cuiusq; legib. præferrem.* Papinian. teste Spartiano, iussus a Caracalla Imp. occisi fratris Getę facinus in Senatu, & apud populum diluere, recusauit, dicens. *Non tam facile parracidium excusari posse quam fieri.* In his exemplis, nec Traianus, licet Imp. æquitati personam suam pręponderare voluit, nec Themistocles etsi Athenis potētissimus. nec Papinianus etsi iureconsultus disertissimus personam aut magni poetæ, aut Imp. contra iustitiam respexerunt. Verum neq; defuerunt, qui in hoc genere & consanguineorum, fratrum atque filiorum salutem æquitati posthabuerunt. Nam, vt habet Plutarchus, Procion Atheniensium princeps ne genere quidem Charillo repetunda rum dicturo causam adesse sustinuit, inquiens Equidem mihi generum te hoīem iustum, & probum optaui. Quo dicto deserto genero inde se proripuit. Eodem autore Epaminondas Thebanorum Dux filium corona primum imposita securi feriri iussit, quod pręceptorū paternorum immemor cum hoste conflixisset, eumque vicisset. idem habes in Valerio Max. de Bruto & Torquato, qui ad sartam tectam tenendam iustitiam liberis quoque non pepercerunt. Et de Seleuco Locrensium Rege, qui cum legem tulisset de adulterio vtroque oculo orbando, filiusque in adulterio deprehensus esset, se vno, filium altero oculo priuant, ne ob acceptionem personæ lex ab ipso lata violaretur.

Diō in Traiano.

Pl. i Them.

Sp. i Carac.

Plut. i polit.

Id. in Paral.

Val. li. 5. c. 8. & lib. 6. c. 3.

IX. Remed. est S. Augustini in Tractatu 30. in Ioannem. Exponens enim verba Christi. *Nolite iudicare personaliter, sed rectum iudicium iudicate.* Hoc *vitium,* inquit, *fratres, quod Dominus notauit hoc loco, euadere in hoc seculo magni laboris est, non personaliter iudicare, sed rectum iudicium retinere. Admonuit quidem Dominus iudæos, sed monuit & nos: illos conuicit, & nos instruxit: illos redarguit, nos excauit.* Et infra. *Quis est qui non iudicat personaliter? Qui diligit æqualiter. Dilectio ęqualis facit non acceptari personas: nam cum homines, aduerso modo pro suis gradibus bonoramus tunc timendum est, ne personas accipiamus.* Quod remedium ęqualis dilectionis omnium hoc obseruatu facilius est quo magis est consentaneum præcepto Dei mādantis, vt diligamus proximum sicut nosipsos, & nouo mandato Christo relicto discipulis, vt diligerent inuicem, sicut eos ipse dilexisset.

Aug. in c. 7. Ioan.

Matt. 22. 39. Io. 13. 34.

xisset. Ex hac doctrina non obscurè efficitur, non posse iudicē, dum causa diuitis iustitior est, quam pauperis, & ex misericordia potius patrocinari pauperi, quam diuiti, quia peccaret non modo cōtra iustitiam secundū merita causæ iudicantem, sed & contra charitatem æqualiter omnes diligentem, vt erudite idem annotauit Aug. scribēs

Aug.conc.1 in psalmum 32. *Aliquando, inquit, audis causam inter duos, quorum duorum vnus est diues, & alius pauper, & contingit, vt pauper habeat cām malam, diues aūt bonam. Iam si tu nō es eruditus in regno Dei, videris tibi bene facere, si quasi pauperem miseratus abscondas, & contegas iniquitatem illius, & vobis eum iustificare, vt quasi bonā causam habere videatur. Et si reprehensus fueris, quod male iudicasti, respōdes.*

Exod 23.3 *Noui, & ego scio, sed pauper erat, misericordia ei debebatur. Ait tibi Deus. Ne accipias personam pauperis in iudicio. Illud est, vbi fallitur (homo) veluti qui vult placere Deo, si personam pauperis in iudicio accipiat, & dicat, faui pauperi. Imò si teneres vtrūq; & misericordiā & iudiciū, placeres Deo. Primo, qualē misericordiā fecisti in eū, cuius iniquitati fauisti. Ecce sacculo pepercisti, & cor percussisti; pauper iste iniquus remansit, & tanto iniquior, quanto te quasi hoīem iustū fauere vidit iniquitati suæ. Qualē misericordiā præbuisti ei, quē iniustū fecisti? Ecce crudelior inueniris, quā misericordior. Quid ergo, iniquis, facerem? Iudicares primo secundum causam, argueres pauperem, flecteres diuitē. Alius est iudicandi, alius petendi locus. Quando te ille diues videret tenuisse iustitiam, nōn erexisse iniqui pauperis ceruicē, nōne flecteretur ille potens ad misericordiā petenti, qui lætus redditus erat te iudicāte?*

X. Remed. Qñ causa, quæ inter diuitē & pauperē agitatur anceps & dubia est, laudabilius est in pauperis partes potius, quam diuitis inclinare, quod Spiritus S in diuinis scripturis non subticuit. nā cum in Deutero. dixisset. *Deus magnus & potens, & terribilis, qui personā*

Deut.10.18 *non accipit, nec munera.* mox subiungit. *Facit iudicium pupillo & viduæ, amat peregrinum, & dat ei victū atq; vestium; & vos ergo amate peregrinos, quia ipsi fuistis aduenæ in terra Aegypti.* Et cū in psal. dixisset. *Vsquequo iudicatis iniquitatē, & facies peccatorū sumitis?* ad-

Psal 81.3. dit. *iudicate egeno & pupillo: humilem & pauperem iustificate. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.* Vnde & Eccl. *in iudicando esto pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorū; et*

Eccl 4.10 *eris tu velut filius altissimi obediens, & miserebitur tui magis quā mater.* Rationi quoq; id valde consentaneum est. Primo quia pauper diuite miserior est, ac proinde & misericordia atq; subsidio dignior. 2. quia ex parte iudicis laudabilius est potius in animi moderationē, quam in seueritatem, ad commiserationem magis quam in summi iuris acerbitatem propendere. 3. quia natura procliuior est homo in diuitem & potentē, a quo aliquid commodi expectat, quam in egētem qui beneficij cōpensandi facultatem non habet, vt sapienter animad-

uertit

uenit B. Amb. dum ita ratiocinatur. *Quid aũt tibi prodeſt fauere diui ti, nẽpe in iudicando? An quia citius amantem remuneret? His.n. fauemus frequentius, a quib. referendæ vicẽ ſperamus gratiæ. Sed eo magis infirmo & inopinos ſtudere conuenit, quia pro eo qui non hẽt, remu nerationem ſperamus a Domino Ieſu: qui ſub ſpecie conuiuii generalẽ virtutis edidit formam, vt his potius noſtra conferamus beneficia, qui no bis ea non poſſunt repreſentare.* Atq. hac de cauſa Deus toties expoſtu lat cũ iudæis, quod tam exiguã curã gerant pauperũ, aduenarum, & pupillorũ, quia cõiter a diuitib. opprimebantur, vt apud Ieremiã, dum ita queritur. *Cauſam viduæ non iudicauerunt, cauſam pupilli nõ direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt.* Ob eandem & Ethnici Principes ſanxerunt qñ ſubdito lis eſt cũ Principe, ſubdito potius fauendũ quam Principi. Vnde Iulius Capitolinus ſcribit M. Antonium, Philoſophum dictũ, in cauſis cõpendij & quęſtus nunquã fauiſſe fiſco, vt bene annotauit doctiſſimus Couar. Sebogienſis Eps. Plinius verò laudauit Imp. Traianũ, q eo imperante fas eſſet cõtra fiſcũ iudicare. *Quæ*, inquit, *præcipua gloria tua, ſæpius vincitur fiſcus: cuius mala cauſa nunquã eſt, niſi ſub bono Principe.* Hinc Modeſtinus Iũreconſultus ait. *Non puto delinquere, qui in dubiis quæſtionibus contra fiſcum facile iudicauerit.* Qua aũt de cauſa laudabilius eſt in ancipiti cõtrouerſia egẽti potius fauere, quã potẽti, ſubdito quam Principi, eadẽ laudabilius eſt in iudicio ferendo fauere potius ijs qui infirmitate naturę ex impetu potius & inuoluntarie, q̃ ex malitia deliquerũt. Deinde ijs qui occaſiones labẽdi graues habuerunt, quam qui maleficijs anſas quęſiuerunt: ac ẽt ijs qui cętero quin pacis, & quietis amantes ſunt, quam factioſis, qui Reſp. facile conturbant.

Amb. 2. offic. c. 25.

Luc. 14.

Ier. 5. 25.

Cou l. r. var. reſol. c. 15.

Pl. i Paneg.

L. nõ puto, ff. de iu. fiſc.

XI. Remed. eſt deteſtatio Auaritiæ, & corruptelæ munerum. Vnde Dominus Deus Moyſen his verbis monuit. *Prouide de omni plebe viros potentes & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis tribunos, &c. qui iudicent populum omni tempore.* Deinde acceptionem perſonarum, ſæpe cum acceptione munerum coniunxit, eo qui acceptio perſonarũ, fere fiat ob auaritiã & munera. Vt in Deut. *Non accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientem, & mutant verba iuſtorom.* Et apud Salomonẽ. *Qui cognoſcit in iudicio faciem, non benę facit: iſte & pro bucella panis deſerit veritatem.* Et in Iſaia, cum Deus dixiſſet. *Principes tui infideles, ſocii furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones,* mox addit. *Pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad illos.* Imò vtraque acceptio coniuncta eſt, cum mentio fit de Deo. Vt cum in Deuteronomio Moyſes ait. *Deus magnus, & potens, & terribilis, qui perſonam non accipit, neo munera.* Et rex Ioſaphat. *Non eſt apud Dominum noſtrum iniquitas, nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum.* Hoc antidotum inſinuauit Beatus Ambroſius,

Ex od. 18. 21.

Deut. 15. 19.

Prou 28. 21.

Iſa. 1. 23.

Deut. 10. 17

2. Par. 19

nam cū multa in libris officiorū contra acceptionē pecuniæ, & mu
Amb. 1 offi. c. 16. nerū disputasset, tandē subijcit. *Cæterū ita incubuerunt mores hominum
ad admirationē diuitiarū, vt nemo nisi diues honore dignus putetur. Ne
que hic recens vsus, sed iā dudū, quod peius est inoleuit hoc vitiū hu-
Nume. 22 7. manis mentib. &c. Vetus & antiqua auaritia est. quæ cū ipsis diuinæ le
gis cæpit oraculis, imò propter ipsam reprimendā lex Dei lata est. Pro-
pter auaritiā Balac putauit Balaam præmiis posse tentari, vt maledice
ret populū Patrum: & vicisset auaritia, nisi Dominus a maledicto eū
abstinere vetuisset.* Et inf. *Feralis auaritia, illecebrosa pecunia, quę ha-
bentes contaminat, nō habentes non iuuat. Esto tamen vt aliquādo ad
Ib. c. 27. iuuet pecunia inferiorē tamen, & ipsum desiderantē, Quid ad eum, qui
non desiderat, qui non requirit, qui auxilio eius non indiget, studio non
flectitur? Ad summam nouimus quod pecuniæ contemptus iustitiæ
forma sit, & ideo auaritiam declinare debemus, & omni studio inten
dere, ne quid faciamus vnquam aduersus iustitiam.*

Vide V. *Auaritia. Munerum corruptela.*

PIGRITIA.

Remedia contra Pigritiam corporalem, & spiritualem.

I. Remed. Considera quid Spiritus S. in pigros & ignauos dixerit.
Prou. 6 9. Primò. n. describit eorū mores in Prou. Salomoniæ. *Usquequo,*
Prou. 13 4. Prou 16. 13. inquiens, *piger dormies, qñ surges, è somno tuo?* Et. *Vult & non vult*
Prou. 19. 24. *piger, aīa aūt operantiū impinguabitur.* Et. *sicut ostium vertitur in car
dine suo, sic piger in lectulo suo.* Et. *Abscondit piger manū sub ascella,
nec ad os suū applicat eā.* 2. docet hoīb. eos esse exosos. *Sicut acetum
Eccl. 22. 2. Prou. 10 5. dentib.* ait Salomon, *& fumus oculis, sic piger his, qui miserunt eū in
via.* Deinde hīi viles & ignominia dignos. nā Eccl. ait. *De stercore
bonū lapidatus est piger & oīs qui tetigerit eū manū excutiet.* Et Sa-
Prou. 6 6. lomon. *Qui congregati in messe, filius sapiens est, qui aūt stertit æsta
te, filius confusionis.* Et. *Vade ad formicā ò piger, & cōsidera vias eius,
Prou. 20. 4. & disce sapientiā, quæ cū non hēat ducē, nec præceptorē, nec principē
parat in æstate cibū sibi, & cōgregat in messe qđ comedat.* Ad hęc esse
egenos, & mēdicos. *Propter frigus* ait idē, *piger arare noluit, mendica
Prou. 24. 30. Iac. 4 17. bit ergo æstate & non dabitur ei.* Et. *Oīs piger semper in egestate est.*
Præterea esse plurib. vitijs obnoxios. *Per agrū hoīs pigri transiui, &
ecce totū repleuerant vrticæ. Scienti bonū facere,* ait Iac. *& non fa-
Prou. 21 25. Ier. 48. 10. cienti, peccatū est illi.* Deniq; esse maledictos, & morte tpali & æter-
Matth. 3 10 na dignos. *Desideria,* inquit Sapiens, *occidunt pigrum. Maledictus*
ait Iere. *qui opus Dei facit negligenter. Oīs arbor,* inquit Christus, *quę*

non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Et inutilem Matt. 25.13
seruum eiicite in tenebras exteriores; illic erit fletus & stridor dentiū. Ioan. 15.2.
Et Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum.

II. Rem Considera quid SS. Patres. B. Ephræm in secundū Dñi Ephr. to. 1.
aduentū. *Ne simus hic negligētes, charissimi mei, vt non per infinita secula postmodū pœnam agere cogamur, vbi nihil proderunt lacrymæ ac gemitus, vbi nō erit amplius vlla pœña. In studiis atq; laborib. vestris, gaudent & exultāt angeli atq. archangeli; sicut cōtra in torpore ac negligētia vestra gaudet inimicus.* G. Naz. orōne de pace. *Hanc a nobis* Naz. orat. 1.
in hac virtute adhibendā esse rōnem censeo, vt nec segniores simus, quā modus postulet, nec rursus acriores & ardentiores, vt nec ob lenitatē temere nos quibuslibet aggregemus, nec ob petulantiā ob oīb. desciscamus. Vt. n. iners est, supina segnities, ita leuitas agrestis & a societate abhorrēs. Amb. in ep. ad Irenęū, agēs de Lia & Rachel à Laban dimissis cū Iacob. *Ecce, inquit, primū, quia ignauus, & inuidus laboriosam & disciplinæ tena è alienat a se, ac defugit, iēseq; cupit separare, quoniā eas oneri sibi & putat se lu ru fecisse, quod alienauit eas, &c. Nunc audiamus, quo quæ hēt virtus, non hēat ignauia. Aiunt. n. Oēs diuitiæ & gloria, quā tulit Deus patri nostro nobis erit, & filiis nostris. Merito Deo arbitro dicūt esse sublata quia ipse est auctor bonorū, cuius gratia ignaui exuuntur.* Io. Chry. ser. de virtutib. & vitijs. *Satis est mali, hoc ipsum nihil fecisse boni. Sit nobis agricola quidā, nihil porrò peculii nostri dissipet, neq. dolis furto surripiat, tantum ille manus cōpressas tenens domi sedeat, semina nō spargat, rura nō scindat, vites nō colat, & quod præterea ad agriculturā pertineat, nihil prorsus efficiat, nōne ab eo supplicium sumemus? & tñ nihil intulit iniuriæ, nec habemus vnno, qd illū accusare possimus.* Et tractās dictū Apost. *oportet hereses esse, ita scribit. Quid est, dic sodes, diabolo peius? & tñ licet oēs machinas in Iob cōuerteret oēmq. pharetrā in corpus iusti exinaniret, ipsum nō solū nō subuertit, sed clariorē fecit. Iudæ aūt, q a negligēs erat ac deses, neq. Christi cōsuetudo pro fuit. Nā post tot cōsilia, post q. plurimas illas admonitiones mãsit, qualis erat, proditor. Cã aūt est, q a Deus nō adigit vi, neq. cogit inuitos: ita nobis, si nō prudentes simus, nocere poterit diabolus at si nō fuerimus prudētes, sed ignaui, ēt illa quæ prodesse possent nō proderunt, summãq. interim faciemus iacturã. Tantū malū est ignauia. Quocirca & iudæis præsentia Christi non solū non profuit, sed & nocuit, non ob Christū, sed ob suā ipsorum malitiā & stuporē.* S. Bern. Bern. ser. 63.
in cantica. *Viri sapienti sua vita vinea est, sua mens, sua cōsciā, nil qppe incultum desertumve in se sapiens derelinquet. Stultius non ita. cuncta apud eū neglecta inuenies, cuncta iacentia, cuncta inculta & sordida. Vbi vitis virtutis? vbi botrus boni operis? vbi vinū lætitiæ spūalis? Per agrum hoīs pigri transiui, inquit, & per vineam viri stulti, & ecce* Prou. 24.30.
totum repleuerant vrticæ, & operuerunt superficiē eius spinæ, & mace

ria lapidum destructa erat. Audis sapientem irridentem stultum, quod bona naturæ, & dona gratię, quę forte per lauacrum regenerationis acceperat, tanquam illam quam plantauit Deus & nō homo primā suam vineam in non vineam negligendo redegit.

III. Reme. Oratio; quod remediū præscribit B. Bern. hoīb. spūalib qn̄ sentiunt se obtorpuisse in diuino seruitio.
Bern ser. 22. Cū *te torpore*, inquit in Cantica, *acedia vel tædio affici sentis, noli propterea diffidere, aut desistere a studio spūali, sed iuuantis require manū, trahi te obsecrans sponsæ exēplo, donec denuo suscitante gratia factus prōptior, alacriorq; curras, & dicas.*
Psal 118. 32. *Viā mandatorū tuorū cucurri, cū dilatasti cor meū.* Causam verò, cur nonnunquā eiusmodi torpor ét perfectis obrepat cōmemorat hanc. *Quoniā quantæuis perfectionis aīa, quādiu quidem gemit sub corpore mortis huius, & huius seculi nequā retinetur inclusa carcere, vindicta necessitatib. torta scelerib. lentius, segniusque assurgat necesse est ad contēplanda sublimia, nec ōino liberum habet sequi sponsum quocunq; ierit. Hinc lacrymosa vox illa gementis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hinc supplex illa peccatio.*
Rom. 7. 24.
Psal 141. 8. *Educ de carcere animam meā.* Dicat proinde, dicat cū gemitu etiam
Cant 1. 3. *sponsa. Trahe me post te, quia corpus quod corrumpitur, aggrauat ani-*
Sap 9. 15. *mam. & deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantem.*

IV. Remed. Obrepenti torpori vel somnolentiæ, post imploratum
Eph. parçn. 23. tom. 2. diuinū auxiliū ilico resiste. Est B. Ephrem, qd in parænesi quadā dedit Nouitijs laborē fugientib. *Mane*, inquiens, *surgit frater orōnem facturus in cella sua*, Deinde *arrepto opere dæmon honestatis inimicus infert ei cogitationem acediæ. & si obueniente acedia resisteret frater, operando & se exercendo, tunc acedia spūm diuinæ gratiæ auxilio re-*
Id. tom. 2. *pelleret.* Exemplū aūt victorię contra dęmonē in hoc genere narrat. in *Doctrina varia*, de humilitate cōparanda. *Frater*, inquit, *cuida suggerebat cogitationes tpe vigiliæ dicentes. Requiesce hodie, & noli ad vigilans surgere. At ille. Cogita te heri nō surrexisse, & hodie tibi surgendū esse. Et de opere aggrediēdo rursus et suggerebāt. Quiesce hodie, & cras operaberis. Ille q. iterū rn̄dit. Nequaquā, sed hodie operare, &*
Cass. l. 10. 25. *de crastino Dn̄o curæ erit.* Simile exēplū de se refert Cass. in instōnibus monasticis his verbis. *Cū incipiēs in eremo commorari Abbati Moysi cīum Sanctorū summo dixisse, me ægritudine acediæ hesterno die grauissime fuisse confectū, nec ab ea potuisse alias liberari, nisi ad abbatē Paulū protinus cucurrissem. ille, nō te, ait, ab ea liberasti, sed magis ei te deditū & subditū præbuisti. Grauius n. te, vt desertorē ac fugitiuū deinceps aduersarius impugnabit, quē de conflictu superatū protinus aufugisse cōspexit, nisi de cætero cōmissa cōgressione nō desertione cellæ vel sōni torpore ingruētes æstus eius ad horā euaporare malueris, sed tolerātia potius et cōflictu didiceris triūfare. Vn̄ exprimēto probatū est acediæ impugnationē nō declinādo fugiendā, sed resistēdo fugandā.*

V. Re-

V. Remed. Considera quanta remuneratio parata sit in cœlo stre- B. as. reg. 37.
nue laborantib. in vinea Domini. Est S. Basilij in Regulis breuiorib.
Posita.n. interrogatione. Quo piger ad mandatum excitari possit, vt
nauus sit? respondet his verbis. *Nempe si ei persuasum sit, vbiq; Do-*
minũ Deum adesse, & oĩa cernere, & commmationem illã verã esse,
quæ facta est aduersus pigrum, & similiter contra, spem magnæ merce- Matt. 25. 30.
dis futuræ ab illo, qui per Paulum pollicitus est accepturum vnumquẽ- 1. Cor. 3. 8.
que propriam mercedem secundum laborem suum; & quæcunq. in hanc
sñiam scripta sunt ad studium vniuscuiusque, siue patientiam excitandã
ad gloriam Dei. Hoc antidotum non dubium est, quin sit valde effi-
cax. Si. n. huius seculi homines, pro exigua mercede, & quęstu ingen
tes sæpe labores subeunt, eoque maiores, quo maior quæstus vel re-
munerationis spes effulget, quanto magis nos parati esse debemus
ad laborem aliquem sustinendum pro regno Dei, & felicitate ęter
na. Quę remuneratio tanta est, vt nihil sint oẽs nostri labores, si cũ
illa conferantur. Vnde Apostolus. *Non sunt condignę passiones huius* Rom. 8. 18.
tpis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et apud B. Athanas. Athan. in e-
S. Ant. *Nec vniuerso orbi renunciantes dignum aliquid habitaculis pos* ius vita.
sumus compensare cœlestib. Eusebius Emisenus ad monachos. *Totis*
licet animi & corporis laborib. desudemus, totis licet obedientiæ virt- Emis. ho. 3.
bus exerceamur, nihil tamen condignum merito pro cęlestib. bonis com
pensare & offerre valeamus. Aug. *Quanto labore digna est requies quę* Aug. i ps. 193
non habet finem? Si verum vis comparare, & verum iudicare, æterna Fulg. li. 1. 10.
requies æterno labore recte emitur. Fulgentius ad Monimum. *Tantum*
ibi (in cœlo) gratiæ diuinæ retributionis exuberat, vt incomparabiliter
atque ineffabiliter omne meritum, quantumuis bonæ & ex Deo datę hu
manæ voluntatis atque operationis excedat.

VI. Remed. Considera torporem & ignauiam vniuersę naturę, ac
imprimis humanæ esse contrariam. *Homo,* inquit B. Iob. *nascitur ad* Iob 5. 7. 3.
laborem, & auis ad volatum. *Nihil sine magno* inquit Hier. ad Pau-
linum, *labore, vita dedit mortalib.* Iupiter apud Ethnicos omnia la-
bore habuit venalia. B. Pau. apud Christianos denuntiat Thessaloni Hier. ep. 15.
censib. *Si quis non velit operari, nec manducet.* B. Bern. epist. ad Hen- 2. Thes. 4. 10.
ricum Senonensem Archiepiscopum. *Labor,* inquit, *& laborare, &* Bern. ep. 40.
voluntaria paupertas, hæc sunt monachorum insignia. Aegyptiorum
monasteria, ait Hier. in ep. ad Rusticum monachum, *hunc morem te-* Hier. ep. 4.
nent, vt nullum absque operis labore suscipiant. Ad operarios & opifi-
ces si respicimus, nullus bonus agricola est, nisi gnauus & industrius,
& rusticarum rerum studio incensus. Opifices, qui non de multa no
cte vigilant, mercator ignauus, miles segnis, nec rem facere, nec ali-
quid laude dignum exequi possunt. Artium maximarum studia sine
vigilantia & labore frustra tractãtur. Solon, apud gręcos, pręcepit, pa- Laer. lib. 6.
rentẽ à filio nullum vitæ subsidium accipere; qui nullam artẽ filium

 docuisset.

docuisset. Lex Aegyptijs fuit, qua singuli cogebantur nomina apud
Diod. Sicul. præsidem profiteri, & qua arte sustentarentur, ostēdere. Quod si quis mentiretur, aut iniusto quæstu viueret capite plectebatur. Catonis sententia erat. *Homines nihil agendo male agere discere.* Tota laus Ducis belli & Imperat in vigilantia & celeritate. Hinc Vespasiani dictum.
Sueton. *Imperatorem stātem debere mori.* Adhęc labor ipse omnes artes adinuenit, domos ædificat, agros colit & vineas, terram peragrat, mare nauigat, naturam ipsam excolit, litteras tractat, religionem cōseruat, fera & syluestria animalia mansueta reddit, ingeniū acuit, memoriam perficit, & vt nobilis Poeta ait, *labor improbus omnia vincit.*
Virg. 1. Georg. Demum terra nullo labore culta, nihil nisi spinas & tribulos profert. Aer non commotus corrumpitur. Domus nō habitatę corruunt. Viæ non tritæ syluescunt. Instrumenta Musica, quæ nō pulsantur, destruūtur. Ferrum sine exercitio rubiginem contrahit. Aqua stagnans non
Cass. coll 7. c. 6. nisi ranas, bufones, & serpentes gignit. Equus generosus in stabulo quiescens marcescit. *Nulla virtus sine labore perficitur,* ait Abbas Serenus apud Cassianum.

VII. Remed. Considera ignauos & segnes dęmonum dolis & tentationib. maxime esse obnoxios. Quod liquet ex parabola a Christo apud Matth. allata de bono semine, in n. dicitur. *Cum autem dor-*
Matt. 13. 25. *mirent homines venit inimicus & super seminauit zizania in medio tritici:* inimicum aūt illum esse diabolum Christus ipse interpretatur.
Luc. 11. 24. Dormientes autem, qui alij sunt, quam qui segnes sunt in operibus? Et ex alio dicto Christi apud Lucam de more dęmonis. *Cum immundus Spiritus exierit de homine,* nempe iam conuerso, *perambulat per loca inaquosa, quærens requiem,* hoc exequutionem impierū suarum fraudum. *Et non inueniens dicit. reuertar in domum meam vnde exiui,* nam ob peccati consuetudinem sperat seposse redire ad eū, ex quo eiectus est, *Et cum venerit, inuenit eam vacantem,* id est, otiosam & segnem, *scopis mundatam,* leuiter tantum purgatam, quia non serio conuersus fuit. *Tunc assumit septem Spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi.* & noua zizania bono semini superseminat, quæ vix deinceps extra possint. *Nam vt piratæ,* inquit B. Chrysost. de verbis
Chry. ho. 4. Isaiæ, *his potissimum nauibus insidiantur, quas auro & pretiosis mercibus onustas esse intelligunt; ita dæmon his potissimum laqueos obtēdit, quos bono accepto semine spiritualib. diuitiis abundare cognoscit.* Exemplo potest esse Dauid rex & Propheta, qui cum esset vir Dei, & mul
2. Reg. 11. 4. to bono semine excultus, tamen ei diabolus suum libidinis zizaniū otio domi vacanti inseuit, sic prorsus, vt adulterium & homicidium,
Hier. ep. 4. simul vno fere vt ita loquar, halitu perpetrarit. Quare B. Hier. monastices & perfectę vitæ studiosum Rusticum his verbis monuit, *aliquid operis facito, vt semper te diabolus inueniat occupatum.*

VIII. Remed. Considera, obrepente corpore & somnolētia; quantum

rum omnes bestię quotidie laborent pro vili aliquo pabulo consequē do; quamdiu araneus pro musca, felis pro musculo capiendo ad foramen aduigilet; quantum supra vires formica æstate sudet pro esca hyberna; quod exemplum Salomon ad pudefaciendos ignauos protulit. Aut si illa exempla non arrident, quantum huius seculi homines noctu diuque se fatigent, vt mundo placeant. Idcirco enim Christus Saluator noster apud Lucam villicum iniquitatis laudauit, dixitque *filios huius seculi prudentiores esse filiis lucis in generatione sua*, vt ab ijs vigilantiam & solertiam, non in malo, sed in bono disceremus. Illustre huius antidoti exemplum habes in vita S. Pelagię Antiochenę, quam Iacobus diaconus Heliopoleos conscripsit. Pelagia Antiochena meretrix, inquit, adeo contempta per vias ibat, vt nihil in eius vestibus prę̄ter aurum, & gemmas ingenti splendore micantes cerneretur. Ipsi quoque pedes auro & margaritis fulgebant. Stipabant verò eam ingens comptulorum puerorum puellarumque turba. Tāta autem formę eius erat venustas, vt spectatores nullo eius aspectu satiari possent. Episcopi aliquot ei obuiam facti, cum gemitu vultum auerterunt, velut a re execrabili, solus Nonnus egissenus Episcopus oculos in eam diu defixit, aliosque Episcopos ea re obstupefactos rogauit, quid de ea venustate illis videretur? Illis verò silentibus, vultum in genua demisit, sudario tectum, multasque cum longo suspirio lacrymas profudit: erectus vero dixit se mirifice ea venustate delectatum. Quod enim horas, inquit, hæc mulier expendere putanda est, dum se comit & ornat, tota mentis cogitatione in id intenta, vt sua pulchritudine mundi amatoribus placeat. Et nos habentes Patrem omnipotentem in cœlis, Dominum immensę maiestatis, amplissima promittentem prę̄mia bene operantibus, nihil studemus ornandis miseris animabus nostris, nec sordibus earum expiandis, sed patimur eas supinas iacere, desidiaque marcescere. His dictis apprehensa manu diaconi sui abijt in cubiculum, ibique humi prostratus, nullum plorandi finem faciens cœpit coram Deo suam socordiam detestari dicens. Ecce vnius diei ornatus, quam hęc fœmina corpori suo excolendo adhibet vincit omnem animæ meæ ornatum. Hanc Pelagiam S. Nonnus paulo post, cum forte eius concioni interesset, ad Christum conuertit, sacris aquis abluit, suaque institutione effecit, vt post durissimam actum pœnitentiam in monte Oliueti, vbi ignota in habitu virili vsque ad mortem delituit, in sanctarum numerum ab Ecclesia sit relata.

Prou. 6. 6.

Luc. 15. 8.

Apud Suriū 8 Octob.

¶ X. Remedium. Considera exempla Sanctorum qui & ipsi manibus strenuè laborarunt, & alios ad idem faciendum sunt cohortati. Primum sit Apostoli Pauli, qui vt est in Actis Apostolicis, Ephesi maiores natu ita allocutus est. *Vigilate memoria retinentes, quoniam per triennium nocte & die non cessaui, cum lachrymis monens vnumquenque* Act. 20. 31.

quenque vestrum. Argentum & aurum, aut vestem nullius concupiui. Ipsi scitis, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecũ sunt ministrauerunt manus istæ. Et in priore epistola ad Corinthios, mul-
1. Cor. 9. 15. tis rationib. probat se ex ordinatione ẽt Domini potuisse Euangelij sumptib. viuere, & labore manuum abstinere, sed ob maiorem ædifi-
2. Thess. 3. 8. cationem noluisse. Et in posteriore ad Thessalonicenses cohortans alios ad se imitandum. *Ipsi scitis, ait, quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus. Non quasi non habuerimus ptãtem, sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.* II. est
Pallad. c. 10 Abbatis Pambonis apud Palladium in Lausiaca historia. *Pambo,* inquit, *cum esset moriturus in ipsa hora excessus, eum circumstantibus B. presbytero & Ammonio viris inclytis & reliquis fratrib. dicitur hoc dixisse.* Ex *quo veni in hunc locum solitudinis, & meam ædificaui cellam, & hic habitaui, nullus fuit dies, quo non aliquid operis fecerim meis manib. nec memini me ab aliquo panem gratis datum comedisse; nec me in hanc horã pœnitet alicuius sermonis quem dixerim, & sic ad Deum recedo, vt qui nec pius quidẽ religiosus esse cœperim.* III. Abba-
Cass. li. 10. 24 tis Pauli apud Cass. de instit. monast. *Abbas Paulus probatissimus Patrum, cum in eremo vastiore consistens, quæ Presbyterio nuncupatur, palmarum fructib. & horto modico securus, haberet sufficientem alimoniæ suæ victusque substantiam, nec posset aliquid aliud vnde sustentaretur operis exercere, eo quod ab opidis, & habitabili terra septẽ mansionib. vel eo amplius deserti illius separaretur habitatio, plusq; expeteretur pro mercede vecturæ, quã valere posset pretiũ operis desudati, collectis palmarũ foliis quotidianũ pẽsum velut exinde sustentandus a semetipso iugiter. Cũq; opere totius anni antrũ eius fuisset impletũ id quod solicita cura laborauerat singulis annis supposito igne concremabit: in tm̃ probans sine opere manuũ nec in loco posse monachũ perdurare, nec ad perfectionis culmẽ aliquando conscendere.* IV. est Rich. cuiusdam
Cæs. li. 12. 47 apud Cæsarium. *In Arnsberga monasterio ordinis Pramonstratensis sicut audiui a quodam sacerdote eiusdẽ congregationis, Scriptor quidam erat, Rich. noĩe, Anglicus natione: hic plurimos libros in eodẽ cœnobio manu propria conscripserat, mercedem sui laboris præstolans in cœlis:* Hic *cũ fuisset defunctus, & in loco notabili sepultus, post viginti annos tumba eius aperta manus eius dextera tam integra & tam viuida est reperta, ac si recenter de corpore aĩato fuisset præcisa. reliqua caro in puluerem redacta fuit. in testimonium tanti miraculi manus eadem vsque hodie in monasterio reseruatur.* V. B. Bern. apud Thomam, Cantipratensem. *Narratur,* inquiens, *de beatissimo Bernardo Clareuallensi*
Cantip. l. 1. Apium. c. 5. *Abbate. quod aliquando in messione segetum fratrem iouuersum viderit, deuote quidem, & vltra vires in agro cum mona-*

chis

chis laborantem. Tactus ergo Spiritu sancto intrinsecus B. Bernardus, dixit coram omnibus laborantibus. Ei a frater, age quod agit, nullum aliud post hanc vitam purgatorium sustinebis.

Vide V. *Acedia. Colloquia otiosa. Curiositas. Immortificatio passionum. Inconstantia. Otium. Procrastinatio. Tepiditas.*

P R AE S V M T I O.

Remedia contra præsumptionum.

I. REM. Considera oracula diuini verbi sacris litteris consignata. Verbum enim diuinum reprehendit præsumptionem de misericordia diuina & propriis donis, & ab ea dehortatur. *Ne dixeris,* ait apud Ecclesiasticum, *peccaui, & quid mihi accidit triste? altissimus.n.est patiens redditor. De propitiatio peccato noli esse sine metu, neq; adiicias peccatũ super peccatũ Et ne dicas. Miseratio Dñi magna est; multitudinis peccatorũ meorũ miserebitur. Misericordia.n. & ira ab illo cito proximant.* Et apud Ecclesiasten. *Quia non profertur cito contra malos sñia, absq; timore vllo filii hominum perpetrãt mala.* Et apud Ieremiã. *Maledictus homo, qui confidit in homine.* Et apud Apostolũ: *An diuitias bonitatis Dei & patientiæ, & longanimitatis contẽnis? Ignoras, q̃m bonitas* Dei de pœnitentia te adducit? 2. docet Deũ esse misericordẽ & iustũ, ac præsumentes de se derelinquere. Vt in Psalmis. *Misericordiã & iudiciũ,* ait Dauid, *cantabo tibi Dñe.* Et. *Honor regis iudiciũ diligit. Tu parasti directiones, iudiciũ & iustitiã in Iacob tu fecisti.* Et in historia Iudith totus populus fidelis sic orat. *Ostendit Domine quoniã non derelinquis præsumentes de te, & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes humilias.* 3. vbique commendat nobis timorem, humilitatem, & diffidentiam nostri. *Beatus homo,* ait Salomon, *qui semper est pauidus.* Et Paulus. *Noli altum sapere sed time.* Et Ecclesiasticus: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus.* Et Salomon. *Qui confidit in corde suo stultus est.*

Eccl. 5. 4.
Eccl. 8. 11.
Ier. 17. 5.
Rom. 2. 4.
Psal. 100. 1.
Psal. 98. 4.
Iud. 6. 15.
Prou. 28. 14.
Rom. 11. 20.
Eccli. 3. 25.
Prou. 28. 26.

II. REM. Considera sententias priscorum Patrum. Tertullianus. *Audientes optare intinctionem, non præsumere oportet. Qui.n. optat, honorat: qui præsumit, superbit. in illo verecundia, in isto petulantia apparet. ille satagit, hic negligit. ille mereri cupit, at hic vt debitũ sibi repromittit: ille sumit, hic inuadit.* Et paulo post. *Præsumptio inuerecundiæ portio est: inflat petitorem, despicit datorem. Itaque decipit nonnunquam. Ante enim quam debeat* [illegible]*, repromittit, quo semper is qui est præstaturus, offenditur.* Cypr. [illegible] *nobis spiritualis fortitudo collata est, vt prouides, non nos præcip*[illegible] *tueatur: vt illos muniat, qui renunciant importunitatibus delictorum, non eos qui se magis importunis delictis immergunt, &c. Sicut Spiritus sanctus iam tunc per Salomonem locutus est, dicens. Amans periculum in ipso periet. Nũquam*

Tert. lib. de pœnit.
Cyp. de singular. clericorum.

Eccli.3.27. *quam nisi precipitatus exercitus cecidit, qui auidus facere, Ducis vel Imperatoris sui dispositiones irrupit. Multo magis per perituram erogat fortitudinem, qui sine armis doctrinę magistri spiritus presūpserit triū phare, cū dicat. Vę qui per præsumptionē suā aliquid faciunt*. Hiero.
Hier ep 8 ad Demetriadē, de virginitate seruanda. *Bonū est obedire maioribus, parere perfectis, & post regulas Scripturarū vitę suæ tramitē ab aliis discere, nec præceptore vti pessimo, scilicet presumptione sua*. Et in Da
Id in c.4. niele ad verba. forsan Deus delictis tuis, &c. *Cū beatus Daniel prescius futurorū de sñia Dei dubitet, rē temerariā faciunt, qui audacter peccatoribus indulgentiā pollicentur*. Aug. de Trinitate. *Duo sunt quę*
Aug. in lib 2. c. 1. *in errore hominū difficillimè tolerantur: presumptio priusquā veritas pateat: & cum iā patuerit, præsumptæ defensio falsitatis. A quib. duob. vitiis nimis inimicis inuentioni veritatis, & tractationi diuinorū sāctorumq; librorū, si me Deus defenderit, &c.* Et in psalmos. *Videte,*
Id. in Ps 58. *vtrum de vlla re præsumendū sit homini, quando nec de iustitia præsumendū est. Iā videte, vbi iaceant præsumentes de diuitiis, de virib. corporis, de nobilitate generis, de dignitate seculi: si quis de ipsa iustitia tanquam sua præsumpserit, cœdit*. Et in Ioannē. *Et vtroq; homines periclitantur, & sperando & desperando, contrariis reb. contrariis affectionib. Sperando qui decipitur? Qui dicit. bonus est Deus, misericors est Deus, faciam* ꝙ *mihi placet*, ꝙ *libet, laxem habenas cupiditatib. meis, impleā desideria aīæ meæ Quare hoc? quia misericors est Deus, bonus est Deus, mansuetus est Deus Spe isti periclitantur. Desperatione aūt, qui cū inciderint in grauia peccata, putantes sibi non posse iam ignosci pœnitentib. & statuentes se ad damnationē sine dubio destinatos, dicunt apud semetipsos. Iā dānandi sumus, &c. Metuendū est, ne te occidat spes, & cū multū speras de misericordia incidas in iudiciū, &c.* Greg. in Moralib. *Neq; ita iustitiā timeat peccator, vt nulla spei consolatione conualescat; neq; ita cōfidat de misericordia, vt adhibere vulnerib. suis dignæ pœnitētiæ negligat medicinā, sed quē psumit sibi piè placere, sp̄ē cogitet & districte iudicare*. Et in libros Regū. *O quā ti sūt adhuc imitatores Heli, qui cū minārē sibi oīpotētē Deū, quotidie de sacro eloqo sentiūt, et in hoīb. displicere trepidāt, & diuinæ indignationis minas incurrere nō formidāt, & dū inimicitias hominum velut implacabiles metuūt, de Dei misericordia ī peccādo confidunt. Sed inordinata fiducia apud oīpotētē Deū vindictę locū habere pōt, indulgētię verò obtinere non potest*. Bern. in sermone de ligno, fœno & stipula. *Nusquam est securitas, nec in cœlo, nec in paradiso, nec in mundo: nam de cœlo angelus, de paradiso Adam, de schola Christi Iudas excidit. Non locus homines, sed homines locum sanctificant*.

Id. tract. 33

Greg lib 33 c. 15.

Id in cap. 3 lib. 1.

III. REM. est Timor Domini. Deus. n. misericordiā suā, non peccantib. aut præsumentibus, sed timentib. eum promisit, iuxta illud.
Psal. 102. *Corroborauit misericordiam suam super omnes timentes se. Quomodo*

miseretur

misereutur pater filiorum, misertus est Dño timentib. se, Et iterũ Nõ est inopia timentib. eũ. Vnde Tertull. in libr. de cultu feminarũ. [illegible] præsumit, minus veretur, minus præcauet, plus periclitatur. Timor [illegible]ndamentũ salutis est: presumptio impedimentũ timoris. Vtilius erg[illegible] si speremus nos posse delinquere, sperando.n. timebimus, timẽdo cauebimus, cauendo salui erimus. contra, si præsumamus, neq; timendo, neq; cauẽdo, difficile salui erimus. Qui securus agit, non est solicitus, nõ possidet tutã & firmã securitatẽ. At qui solicitus est, is verè poterit esse securus. Hoc antidotũ præscripsit B. Greg. Gregoriæ cubiculariæ Augustæ, quæ optabat suorũ peccatorũ remissionẽ ipsi reuelari, dum ita respondet. Rẽ & difficilẽ, ẽt & inutilẽ postulasti. Difficilẽ quidem, quia ego indignus sum, cui reuelatio fieri debeat: inutilẽ [illegible]ro, quia secura de peccatis tuis fieri non debes, nisi cũ iam in die vi[illegible] tuæ vltimo plangere eadẽ peccata minimè valebis. Quę dies, quousq; veniat, semper suspecta, semper trepida metuere culpas debes, atq; eas quotidianis fletib. lauare. Certe Paulus Apostolus iã ad tertiũ cœlũ ascenderat: in paradisum quoq; ductus fuerat, arcana verba audierat, quæ homini loqui nõ liceret. & tñ adhuc trepidãs dicebat. Castigo corpus meũ, & seruituti subiicio, ne forte aliis prædicãs ipse reprobus efficiar. Adhuc timet qui iã ad cœlũ ducitur. & iã timere non vult, qui adhuc in terra conuersatur? Perpende dulcissima filia, quia mater negligẽtię solet esse securitas. Habere ergo in hac vita non debes securitatẽ, per q̃ negligẽs reddaris Scriptũ est.n. Beatus vir, qui sẽper est pauidus. Et rursus scriptũ est. Seruite Dño in timore, et exultate ei cum tremore.

Phil. 38. [illegible] — 2. Cor. 12. 4. — 1. Cor. 9. 27. — Prou. 28. 14. — Psal. 2. 11.

IV. REM. Humilitas. Vnde Cypr. de singularitate Clericorũ. Vtilius est infirmum se homo cognoscat, vt fortis existat, quam fortis videri velit, & infirmus emergat. De quare presumptores obiurgat Apostolus dicẽs. Si quis putat se aliquid esse, cũ nihil sit, seipsum implanat Pro certo implanator proprius suam animam decipit, qui non cauendo contraria noxiis reb. semetipse commiserit Et Aug. de sermo. Domini in monte. Quid ergo dicit. Beati pauperes Spiritu qm̃ ipsorum est regnum cęlorũ. Legimus scriptum de appetitione rerum temporaliũ. Omnia vanitas, & presumptio Spiritus. Præsumptio autem Spiritus audaciam & superbiam significat Vulgo ẽt magnos Spiritus superbi habere dicuntur, et recte, quandoquidem Spiritus ẽt ventus vocatur. Vnde scriptũ est. Ignis, grande, nix, glacies, Spiritus procellarũ. Qui verò nesciat superbos inflatos dici, tanquã vento distentos? Vnde est ẽt illud Apostoli. Scientia inflat, charitas verò ædificat. Quapropter recte hic intelliguntur pauperes Spiritu, humiles et timentes Deum, id est, non habentes inflantem Spiritum. Nec aliunde omnino incipere oportuit beatitudinem, siquidem peruentura est ad summam sapientiã. Initiũ aũt sapientiæ timor Dñi. Quoniã et econtrario, initium oĩs peccati superbia scribitur. Vnde B. Bern. exponẽs psalmũ. Qui habitat in ad-

Cypr. — Gal. 6. 3. — Aug. li. 1. c. 2. — Eccli. 6. 9. — Psal. 148. 8. — 1. Cor. 8. 1. — Eccli. 1. 16. — Psal. 110. 10. — Eccli. 10. 15. — Bern. ser. 11.

iutorio,

lutorio, docet proximum lapsum in voraginem præsumptionis prouenire ex defectu humilitatis. *Nolo*, inquiens, *ignorare vos fratres, quonā modo descendatur, imò cadatur in illas. Primus.n.gradus descē sionis huius, dissimulatio est propriæ infirmitatis, iniquitatis, inutilitatis cū sibi parcens, sibi blādiens, sibi persuadēs homo se aliqd esse, cū*
Gal 6.3. *nihil sit, iā ipse se seducit. Secūdus gradus, ignorātia sui. Ubi n. i primo gradu inutilia sibi cōsuerit perizomata foliorū, quid superest, nisi vt vulnera testa non videat, præsertim cum ad hoc solum texerit, ne videret. Ex hoc tandem fit, vt etiam alio reuelante, vulnera non esse contendat conuersus in verba militiæ ad excusandas excusationes in peccatis. Atque hic quidem tertius gradus est admodum vicinus, imò cōtiguus præsumptioni. Quid enim mali iam attitare vereatur, qui præsumit & defensare?* Huc pertinet diffidentia sui, quæ est, primus quasi humilitatis actus, de qua integrum libellum scripsit Franciscus Arias Societatis nostræ Theologus, lectu dignissimum.

Aug. in Psal. 85. V.REM. præsumptio, vel confidentia in solo Deo. Est S. Aug. dū exponit verba illa Psalmi. Inclina Dñe aurē tuā & exaudi me, qm̄ egenus & inops ego sum. *Videte*, inquit, *quia meritum exaudationis suæ, i quo exaudiretur in eo posuit, vt diceret. Qm̄ egenus & inops ego sum. Obserua, ne non sis egenus & inops: si non fueris, non exaudieris. Quicquid est circa te, vel in te, vnde possit præsumere, abiice à te, & tota præsūptio tua* Deus *sit: illius indigēs esto, vt in ipso īpleaaris. Quicquid.n.aliud habueris sine ipso latius, inanis eris.* Exēpl'ū huius præ-
Id. hom 31. sūptionis illustre cōmemorat S. Aug. in lib. 50. homiliarū de Dauid qui cū Goliath prouocasset populū Israeliticū ad monomachiam, *ausus est nō præsumens*, inqt, *de virib. suis, sed in nomine Dei sui procedere aduersus eū. Nec rex Saul abnuit. Intellexit cū videret audentē puerū, aliquid in eo diuinitatis esse, nel illū tenera ætate sine diuino instinctu talia posse præsumere. Libenter accepit, pcessit aduersus Goliā. In virib. ergo, qui erāt in ea parte, vnde pcedebat Dauid, nō erat præsūptio nisi de Deo: in illis. aūt tota spes in vnius hōis virib. Sed qd est homo, nisi q in isto psalmo cecinit. Homo vanitati assimulatus est, dies*
Psal. 143.4. *eius velut vmbra prætereūt.* B. Greg. quoq; hāc præsūptionē de solo
Gregor. 22. moral. c. 10. Deo laudauit, cū exposuit verba illa Iob. *Et osculatus sū manū meā, ore meo. Sancti*, inquit, *viri sciūt post primi parētis lapsū de corruptibili stirpe se editos, & nō virtute propria, sed præueniēte superna gratia ad meliora se vota vel opera cōmutatos, & qcquid sibi mali inesse cognoscūt, de mortali ppagine sētiūt meritū: qcqd vero in se boni inspiciūt, immortalis gratiæ cognoscūt donū, &c. Beati ergo Iob, qa sic bona q̄ operatus est, narrat vt tn̄ hæc suæ operationi nō tribuat, sed ad auctoris laudē recurrat, manū suā ore suo osculatū fuisse se denegat: ac si parēter dicat. Ego mea opa tāquā mea nō pfero, qa auctoris sui gratiā negare cōmetiē, qsquis sibi tribuit q operatur. Vnde & protinus*

tinus subdit. Quę est iniquitas maxima, & negatio contra Deũ altissimũ. Liquet etenim, qa illũ negat, cuius despecta gratia sibi vires boni operis arrogat. Qđ rectè quoq; & iniquitas maxima vocatur: qm̃ omne peccatũ, ꝙ ex infirmitate est, spem nequaquã perdit, quia a superno iudice veniam requirit. Præsumptio autem virtutis propriæ tanto grauius in desperatione est, quanto longius ob humilitate.

VI. REM. Pœnitentia non dilata est contra præsumptionem de misericordia diuina, quę est peccatum [illegible] spiritũ sanctũ. Ecclesiasticus ait. Ne dicas. Miseratio Dñi magn[illegible] &c. non tardes conuerti ad Dominum, et ne differas de die in diem [illegible] nto. n. veniet ira illius & in tempore vindictę disperdet te. Aug. in [illegible] 50. homiliarũ. Si quis positus in vltima necessitate ægritudinis suę voluerit accipere pœnitẽtiam & accipit, & mox reconciliabitur, & hinc vadit, fateor vobis, non illi negamus quod petit, sed non præsumimus, quia bene hinc exit. Agens pœnitentiã & reconciliatus cum sanus est, & postea bene viuens, securus hinc exit. Agens pœnitentiã ad vltimũ, & reconciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus Et infra. Vis te dubio liberare, vis ꝙ incertũ est euadere? age pœnitentiã dũ sanus es, & inuenerit te nouissimus dies, curre vt reconciliaris: si sic agis, securus es. Fulgẽtius de fide ad Petrũ diaconũ. Nullus hominũ dẽt sub spe misericordiæ Dei in suis diutius remanere peccatis, cũ ẽt in ipso corpore nemo velit sub spe futuræ salutis diutius ægrotare. Talis. n. qui ab iniquitatib. suis recedere neglĩgũt & sibi de Deo indulgentiã repromittũt, nõnũquã ita præueniũtur repẽtino Dei furore, vt nec cõuersionis tẽpus, nec beneficiũ remissionis inueniãt. iõ vnũquẽq; nostrũ sacra scriptura benignè p̃monet. Ne tardaueris cõuerti ad Deũ, etc. Dicit ẽt B. Dauid. Hodie si vocẽ eius audieritis nolite obdurare corda vestra. Greg. i primũ Regũ. De oĩpotẽtis Dei misericordia ordinatè cõfidit, q hoc ꝙ peccãdo deliquit, pœnitẽdo corrigit. B. Isid. de sũmo bono. Qui vult de remissione peccatorũ securus esse in hora mortis, faciat pœnitentiã cũ sanus est, & tunc iniquitatem suam plangat. Sed qui male vixit, & pœnitentiã in hora mortis agit, certũ est, ꝙ in summo versetur periculo. Quemadmodũ. n. eius damnatio est incerta, si salus illius est dubia.

VII. REM. Considera scopum & finem omnium tentationũ diaboli esse, vt sub spe protectionis diuinæ peccatorũ periculis se obijciat peccator, & ideo Christum quoq; hac præsumptione tentauit dicens. Si filius Dei es, mitte te deorsum. Angelis enim suis mandauit de te, & in manib. tollent te, ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuum. Proponens nẽpe exemplum diuinę misericordiæ & patrocinij, cum ait, Angelis suis mandauit de te, vt ex eo præsumeret se præcipitare deorsum. Verè diabolica vox est. Mitte te deorsum, inquit Ambr. in Lucam, quæ mentem hominis de gradu altiori meritorum præcipitare contendit. Simul etiam infirmitatem suam diabolus cum malitia designat,

Eccl. 5. b.
Aug. ho 41.
Fulg. c. 3.
Eccli. 5. 4.
Psalm 94. 8.
Greg in ca. 3 lib. 1.
Isi. l. 2. c. 13.
Matth 4. 6.
Psal. 90. 11.
Amb. l. 4. c. 4

Chry. ho 3. *designat, quia nemini pō nocere, nisi ipse se miserit*. Similiter Chrys. opere imperfecto in Matthæū *Dicit, mitte te: quia diabolus hortari*
Bern ser. 11 *pōt, cogere non pōt.* Et B. Bern. in Psalmū. *Qui habitat.* dum exponit verba illa. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnib. viis tuis. *Non dixit in precipitiis, inquit, sed in viis tuis. Qualis via hæc, de pinnaculo templi mittere se deorsum? Hæc est via Luciferi cadentis de cœlo.* Et ibidem. *Vię dæmonū presumptio & obstinatio Scire vultis vnde id sciam? Considerate illorum principem, qualis ille est, tales & domestici eius. Considerate viarum ipsius principia, si nō ma-*
Isa. 14. 13. *nifestè in immanissimam statim presumptionem prosilierit, dicens. Se debo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis: similis ero altissimo. Quam temeraria, quamq; horrenda presumptio? Propter præsumptionē stare non potuerunt.* Et infra. *Fuge homo presumptionē, ne gaudeat de te inimicus tuus. Nempe in his vitiis maximè gaudet, in seipso expertus, quam difficile possis ab hac tanta voragine respirare.*

Vide V. *Amor sui. Gloria vana. Illusiones spirituales. Immodestia. Indiscretio. Iudiciū proprium. Iudicium temerarium. Superbia.*

PROCRASTINATIO.

Remedia contra procrastinationem.

Eccli. 5. 4. I REM. Considera monita diuina in sacris scripturis. Vt in Ecclesiastico. *Ne dixeris, peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus. n. est patiens redditor. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne*
Eccli. 17. 18. *differas de die in diem. Subito. n. veniet ira illius.* Et. *Non demoreris ī*
Eccli. 21. 1. *errore impiorū. ante mortē confitere. à mortuo quasi nihil perit confessio* Et. *Fili, peccasti? nox adiicias iterum: sed & de pristinis deprecare, vt tibi demittantur.* Et apud Apostolum. *Ecce nunc tēpus acceptabi-*
2. Cor. 6. 2. *le, ecce nūc dies salutis.* Et. *Adhortamini vosmetipsos p singulos dies*
Heb. 3. 13. *donec Hodie cognominatur, vt nō obdureturqs ex vobis fallacia peccati.* Sic. n. loquitur psaltes regius. *Hodie si vocē eius audieritis, nolite*
Psal. 94. 8. *obdurare corda vestra.* Et in Apoc. Deus ipse *Ecce sto ad ostiū et pul*
Apoc. 3. 20. *so: si quid audierit vocē meā, & aperuerit mihi ianuā, intrabo ad illū.*
Basil. orat. 4. II. REM. Considera monita SS. Patrum. Basil. oratione de Pœnitentia. *Suscipiamus tandem aliqn curā animarū nostrarū ò fratres, mereamus ob stultitiā vitæ antegresse, decertemus p futuris, nec amplius in hac socordia perstemus, nec præsens sp per negligentiā amittēdo, in crastinum vero & consequens initium actionis differendo, reuocati ab eo, qui reposcit animas nostras, nec bonis operibus præparati à gaudio sponsi excludamur, frustra tum pessime actam vitam lugebi-*
Naz. *mus, cū nihil amplius hoc pœnitentibus proderit.* Greg. Nazian. in sanctum baptisma. *Quod si hodiernum diem semper prateriens salutem in posterū reiicias, tacitis nimirū dilationib. à pestifero. Spiritu deceptus,*

ptus, vt illius conſuetudo fert dicetis. Da mihi id, quod nunc fluit tẽporis futurum Deo: mihi ætatis florem, Deo ſenectutẽ, mihi voluptates, Deo corpus effœtum, nullisq; vſib. aptum, quanto miſer in periculo verſaberis, quot, quãq; inopinati rerũ caſus te abripient? Ambr. lib. 1. Pœnitentia. Eos qui pœnitentiam differunt, ſatis ipſe Dominus admonuit, dicens. Pœnitentiã agite, appropinquauit. n. regnũ cælorũ. Neſcimus, qua hora für veniat, neſcimus an proxima nocte à nobis repoſcatur anima. Adam poſt culpã ſtatim de paradiſo Deus eiecit, non diſtulit, ſed ſtatim ſeparauit à deliciis, vt ageret pœnitentiã. Statim tunicã veſtiuit pelliceã, nõ ſericã. Quid. n. quod differas? An plura peccata cõmittas? Ergo quia Deus bonus eſt, tũ tu malus, & diuitias bonitatis eius & patientiæ contẽnis? ſed bonitas Dñi magis ad pœnitentiã te dẽt adducere. Chryſ. de Pœnitentia ad populũ Antioch. Deus rurſũ præuaricatos venia dignos efficit, & pœnas ſtatim non infert, vt per oĩa nos trahat ad pœnitentiã. Multũ peccaſti, iã deſiſte, & in cõtrariũ reuertere. Deo age gratias, quod te nõ in mediis rapuit peccatis. Noli et aliũ quærere terminũ, vt male opereris. Noli dicas. Erit tẽpus, cũ ſit opus cõuerti. Multi dũ aliena vſurpant, interea rapti ſunt, & migrauere imparati. Aug. de ſalutarib. documẽtis. Ne de miſericordia Dñi tm ſecuri exiſtamus, vt peccatis peccata augeamus, neq; dicamus, donec viget ætas noſtræ carnis cõcupiſcẽtias noſtras exerceamus, et poſtremo in ſenectute malorũ noſtrorũ pœnitẽtiã agamus: pius eſt. n. Dñs & miſericors, nec vltra facinorũ recordabitur. Ne q̃ſo taliter cogitemus, qa ſũma ſtultitia eſt hæc cogitare, cũ & impiũ ſit talẽ licentiã à Deo poſtulare quẽpiã velle, cuius initiũ eſt, nos ſeparare à Deo. A deo, inquam, talia ne cogitemus, cũ neſciamus, qua die morituri ſimus. Greg. in Euangelia. Tunc, i. in extremo die iudicii, regni ianua lugẽtib. clauditur, q̃ modo quotidie pœnitentib. aperitur. Erit nãq; & tunc pœnitẽtia, ſed fructuoſa iã non erit, quia nequaquã tunc veniã inuenit, qui modo aptũ veniæ tẽpus perdit. Hinc etenim Paulus dicit. Ecce nũc tẽpus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Hinc Propheta ait. Quærite Dominum dũ inueniri põt, inuocate eũ, dũ prope eſt, &c. Hinc eſt, quod per Salomonẽ Dominus dicit. Vocaui & renuiſti: extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſilium meũ, & increpationes meas neglexiſtis. Ego quoque in interitu veſtro ridebo & ſubſannabo, cũ vobis id quod timebatis aduenerit, cũ irruerit repentina calamitas. Alcimus Auitus libro quinto de tranſitu maris rubri.

Amb. lib. 1. c. 1.
Matth. 4. 17
Gen. 3. 24.
Rom. 2. 4.
Chry. ho. 80
Greg. ho. 12
2. Cor. 6. 2.
Iſa. 55. 6.
Prou. 1. 24.
Auitus c. 30

O ſi compunctas humana ſuperbia mentes
Ante obitum mutare, nec expectare ſuprema
Fata velit, quando infelix infelicior eſſet?
Pœnitet ambiguẽ, quem ſero pœnitet. ergo
Præſentis ſpatium nobis dum creditur æui
Dum patulum cunctis Chriſti clementia ſeſe

Præbet,

Præbet, præteritæ plangamus crimina vitæ,
Pœniteatque olim negligenter temporis acti,
Dum licet, & sano ingenioque animoque valemus.
Nam qui peccatum moriens dimittere, & ipsa
In serum tempus differt admissa fateri.
Non tam dimittit, quam dimittatur ab illis.

III ITEM. Considera, quam incertũ sit tẽpus mortis. Christus n. Matt.24.43. Dñs ... no illud confert furi, apud Matthæum. *Si sciret*, inquit, *Paterf... as qua hora fur venturus esset, vigilaret vtiq; & non sineret perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati, quia qua nescitis hora filius hominis venturus est.* Et Paulus. *Sicut fur in nocte ita veniet*; 1.Thess.5.2. 2.Pet.3.10. Itẽ Petrus. *Adueniet dies Domini vt fur*. 2 Dominus cõfert laqueo. Luc.21.35. *Attendite*, ait apud Lucam, *ne superueniat in vos repẽtina dies illa, tanquam laqueus enim superueniet in omnes*. Vnde Ecclesiastes, Eccl.9.12. *Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis ex templo superuenerit*. 3. declarat illud exemplo diluuij. Matt.24.37. *Sicut*, inquit, *in diebus Noe, ita erit & aduentus filii hominis. Sicut n. erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes vsque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcã, & nõ cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes, ita erit, & aduentus filii hominis* Hinc B. Aug. Aug.in Psa.114. *Verum quidem dicis, quod Deus pœnitẽtia tuæ indulgentiã promisit: sed huic dilationi tuæ diẽ crastinũ non promisit*. Et in Ioannẽ. Id tract.33. Ioan.8. *Rectè dicis in corde tuo, quando me correxero, Deus mihi omnia peccata mea dimittet. Negare non possumus, quod correctis atq; conuersis indulgentiã Deus promisit: nã in quo propheta mihi legis, quã promisit correctio indulgentiã non mihi legis, quia promisit tibi Deus longã vitã*. Et infra. *Propter illos, qui desperatione periclitantur, Dominus proposuit indulgentiæ portũ. pp illos qui spe periclitãtur, et dilationib. illuduntur, fecit diẽ mortis incertũ. Qñ veniat vltimus dies, nescit. Ingratus es, qa hodiernũ habes, in quo corrigaris*. Idẽ habet S. Greg.ho.12 Greg. in Euangelia. *Si sciret*, inquit, *quisque de præsenti seculo quo tẽpore exiret, aliud tẽpus voluptatibus, atq; aliud pœnitentiæ aptare potuisset: sed qui pœnitenti veniam spopondit, peccanti diẽ crastinũ non promisit. Semper ergo extremum diem debemus metuere, quem nũquã possumus præuidere. Ecce hunc ipsum diem, de quo loquimur, ad inducias conuersionis accepimus*. Vnde Seneca ad Lucilium. Sen.ep.26. *Incertum est, quo te loco mors expectet. itaque tu illam omni loco expecta*.

IV. REM. Considera dicta Patrũ parũ fidentiũ pœnitẽtiæ dilatæ Aug.ho.41. in vitæ finẽ, qñ coacta nõ voluntaria videtur. Aug. in lib. 5o. homiliarũ. *Agens penitentiã, & reconciliatus, cũ sanus est, et postea bene viuẽs, securus hinc exit. Agẽs pœnitentiã ad vltimũ, et recõciliatus, si securus hinc exit, ego nõ sũ securus. Vñ securus sũ dico et do securitatem:*

tem: unde non sum securus pnīam dare possum, securitatē dare non possum. Et inf. Debeo illud planius exponere, ne me aliquis male intellexisse intelligat. Nunquid dico, dānabitur? non dico. Sed dico ēt, liberabitur? non. Et quid dicis mihi? nescio. Nō præsumo, nō promitto, nescio. Vis te dubio liberare? vis qd incertū est euadere? Age pnīam dū sanus es, qñ peccare potuisti, &c. Si aūt vis agere pnīam ipsam tunc, qñ peccare non potes, peccata te dimiserunt, nō tu illa. Sed unde scis, inquis, ne forte Deus dimittat mihi? Verū dicis. Unde? nescio. illud scio, hoc nescio. Nā ideo tibi do pnīam, quia nescio. Nā si scirē tibi nihil prodesse, nō tibi darē. Itē si scirē tibi prodesse, nō te admonerē, nō te terrerē. Duę res sunt. Aut ignoscitur tibi, aut nō cognoscitur. Qui horū tibi futurum sit, nescio; ergo tene certū, dimitte incertū. Et in sermonib. de Tpe. *Datur quidē ēt in extremis pnīa, quia non pōt denegari, sed auctores tamen esse nō possumus, quod qui sic petierit, mereatur absolui. Quō n. pnīam agere possit, qui nulla iā pro se opera satisfactionis operari pōt? Et ideo pnīa, quæ ab infirmo petitur infirma est. Pnīa, quæ a moriente tantū petitur, timeo ne ipsa moriatur.* Saluianus ad Ecclesiā Cath. *Propheta dicens de regē, peccata tua in misericordiis redime, & forsan propitiabitur Deus delictis tuis, hoc ipsum, quod dicit. forsitan, spem indicat, non fiduciā pollicetur. Ex quo intelligi pōt, quā difficile iā in supremis positi peccatores qualibet munificētia ad perfectā intelligentiā peruenire possit, qñ Propheta ipse, qui suadet propitiatione Dei inquirēdā, promittere tñ non ausus est promerendam: dat consiliū de actu, & tñ dubitat de effectu. Hortatorem se agendi, non impetrandi auctorem facit. Quare ita? Quia oēs, s. peccatores debent pro se vel in supremis cuncta tentare, etsi nō possunt ulla præsumere. Si n Regi Propheta ille per solā bonorū operū largitatē absolutā indulgentiā non promittit, intelligere peccator non acta errorū pnīa pōt, quanta ei & quā larga munificentia opus est, qui vult a Domino obtinere per serā deuotionē, quod non pōt usurpare per legē.* B. Bern. in sermonib. paruis. *Multiplicatæ sunt infirmitates eorū, postea accelerauerunt. Quid dissimulant hoīes in vita sua agere pnīam & extrema de cōfessione præsumūt? Quo sub unius horæ articulo reuocari posse æstimant oīa aīæ membra, cuius concupiscentia & desidera per totū mundū sparsa sunt? &c. Si bene memini in toto canone scripturarū unū latronē inuenies sic saluatū. Noli ergo huic tā periculosæ expectationi credere temetipsum. Et quidē Spiritus nō modo ubi vult, sed quādo vult spirat: nec ei difficile est de subito perfectā dare contritionē cordis, quā vix multo tpe alii consequuntur: sed unde scis, quod tunc tibi ita subuenire velit, quē tu interim sic repellis? Benignus est quidem Spiritus sapientiæ, sed non liberabit maledictū a labiis suis. Audi quis ille sit, Maledictus, qui peccat in spe.*

Ecc. ser. 57.
Saluian lib. 2 in fi.
Dan 4 24.
Bern. ser. 38.
Psal. 15. 4.
Ioan. 3 8.

V. Remed. Considera causas, cur procrastinatio emendationis vitæ non solum vana, sed ēt valde periculosa sit. Prima est, qa, qui toto

vitæ cursu. Immemor fuit Dei, eiusq; monita & pcepta cōtempsit, meretur vt, vt & ipse obliuioni vicissim à Deo tradatur, atq; cōtēnatur. *Væ qui spernis* ait apud Isaiā, *nōne & ipse sperneris?* Et apud Ezech. *Auferetur zelus meus à te, & quiescā, nec irascar amplius, eo q nō fueris recordata dierū adolescētiæ tuæ.* Nō irascar, i. nō te castigabo vt emēderis. Et in Psalmis de qbusdā dr. *Dimisit eos secundū desideria cordis ipsorū in adinuētionib. suis.* Vnde Aug. in serm. de sanctis. *Veniet illis* (peccatorib.) *dies nouissima, veniet dies iudicii, qñ eis nec pœnitentiā licebit agere, nec bonis operib. se ab æterna morte poterūt redimere, qa pcutitur ēt hac aīaduersione peccator, vt moriēs obliuiscatur sui, q dū viueret, oblitus est Dei.* Et Greg. dū exponit verba Iob. *Obliuiscatur eius misericordia. Oīpotens,* inqt, *Dei misericordia obliuisci[tur] q oīpotētis Dei iustitiæ fuerit oblitus, qa qsqs eum nūc iust[e] [n]o timet, postea inuenire nō valet misericordē.* II cā est, quia quo qs diutius in peccato pseuerat, hoc grauius delinquit diuināq; in se irā magis accēdit, ac pinde & minus se idulgētiā dignū ostendit, quo diutius vixerit. Hinc Apostolus ad Romanos. *An diuitias bonitatis eius, et patiētiæ, & lōganimitatis cōtēnis, ignorās, qm benignitas Dei ad pœnitētiā te adducit? Secūdū āt duritiā tuā, & impœnitēs cor thesaurizas tibi irā in die iræ.* Et in eadē verba Grego. lib 25. Moral. *Peccatorū tāto seqtur districtior snīa, quāto peccāti ei magna est patiētia pro[r]ogata, qa diuina seueritas eo iniquū acrius punit, quo diutius ptulit. Sæpe verò euenit, vt dū peccatores supna clemēs ā expectat in maiorē cordis cæcitatē psiliāt. Vn scriptū est. An ignoras, quia benignitas dei ad pœnitētiā te adducit? Tu āt,* & c. III. Cā est, quia ex pcrastinatione tādē in peccandi consuetudinē venitur, q difficillimè expugnatur. Vnde Ierem. *Si mutare pt Æthiops pellē suam, aut pardus varietates suas, et vos poteritis benefacere, cū didiceritis malū.* Et B. Iob. *Ossa eius implebūtur vitiis adolescētiæ eius, & cū eo ī puluere dormiēt.* Et Salomō. *Prouerbiū est: adolescēs iuxta vita suā, etiā cū senuerit, nō recedet ab ea.* Difficultatē hāc prolixè Aug. declarauit in narratione suæ cōuersionis Nā in lib 8. Confessionū, cū primis capitib. docuisset se exēplo Victorini recens cōuersi vehemēter cōmotū ad mutanda turpē vitā tandē c. 5 ait. *Sed voluntas vetus pugnabat contra nouā. Ex voluntate peruersa facta est libido, & dū seruitur libidini, facta est consuetudo, & dū cōsuetudini non resistitur, facta est necessitas. Differens dicebā modo, ecce modo, sine paululū sed modo & modo, non habebat modū.* Deinde cap. 8. exponit, quantam pugnā habuerit in se vincendo. *Fremebā mecū,* inquiens, *q nō parerē tibi Deus.* Et cap. 9. *Imperat animus, & nō obsequitur corpus.* Et c, 10. *nolebā, & volebam, et dissidebā à meipso.* Et cap. 12. *Sub fisco strani me flens. quādiu quādiu? cras & cras. quare non modo, quare nō hac hora finis turpitudinis meæ? Audio vocem.* Tolle lege, tolle lege. Legit codicem

Margin notes: Isa 33. a. — Ezec 16 43 — Psal 80 13. — Aug. ser 10. — Iob 14 20 — Gregor 16. mor c 38 — Rom. 2. 4. — Greg. c. 2. — Ier. 13. 23. — Iob 20 11. — Prou. 22 6. — Aug l 8 con fe.

codicem B. Pauli, & tandem conuertitur. IV. Cã est, quia neque senectus, neque tempus mortis idoneum est ad verã pœnitentiã agendam. Non senectus, quia Ecclesiastes. Memẽto, inquit, creatoris tui in dieb. iuuentutis tuę, antequã veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni, de quibus dicas, non mihi placent. Et S. Basil. oratione de pœnitentia. Quid facis ò homo cum multũ valeas in agendo, iuuentutẽ tuã in peccatis traducis, vbi verò labore fracta fuerint instrumẽta, tunc ipsa ad Deũ adducis, cum iã illorũ nullus sit vsus, sed necessario labant ac torpent ob longi tẽporis tabẽ. Temperantia in senectute nõ est temperantia, sed potius incontinentiæ quædã impotentia. Dũ vires ac robur suppetit, ratione dominare peccatorũ virtus est, declinare à malo & facere bonũ. Si vitiò ętatis cessas à peccatis, imbecillitati hoc est acceptũ ferendum. Ambr. in psal. 118. Quid põt habere laudis, si effæ tũ corpus voluptatib. & iã senectutis gelu frigidũ ad sera devotionis officia deposito iã segnior vigore conuertat? Non est corona, nisi vbi fuerit difficilimis luctu certaminis, ad quã rari cõtingere possunt, nec oẽs qui ingressi fuerint studiũ, peruenire Et paulo post. Hieremias dicit. Et bonũ est viro, qui graue portauerit iugũ à iuuentute, sedebit singulariter, & silebit, quia tulit iugũ verbi. Qui.n. à iuuentute iugũ portauerit, & habenis maturi moderaminis teneriora volens colla subdiderit, sedebit singulariter remotus à strepitu interpellantiũ passionũ. Addo Sen. in lib. de breuitate vitæ ita differentẽ de studio virtutis non protogando in senectã. Non pudet te rel. quias vitæ tibi reseruare, & id solũ tẽpus bonę menti destinare, quod in nullã rẽ conferri possit? Quam serum est, tunc viuere incipere, cum desinendũ est? Neq; tẽpus mortis idoneũ est. Quid.n. expectas, inquit loco citato Basilius, vt te tũ febris ad pœnitentiã vocet, cũ neq; salutaria verba amplius proloqui, neque quidquã aurib. accipere poteris? cũ in ipso capite morb. inhabitet, non manus ad cœlũ amplius tollere, nõ in pedes exigit nõ genu flectere, cũ precatio erit habenda, nõ cõmode doceri, non certo cõfiteri, non redire in gratiã cũ Deo, non renunciare inimicitiis, & fortassis neq; intelligentia & aão cõprehendere mysteria diuina poteris, si quidẽ præsentes ambigant, an acceperis beneficiũ, an aliquẽ sensum eorũ, quæ fiunt, habeas. Quod si certo & aperte gratiã susceperis, tunc talentũ quidẽ habes, quæstũ verò nõ affers. Et inf. Quis tũ te pœnitẽtię, ex perturbatione mẽte captũ ac stupidũ cõmonefaciet? tui mœrore cõficiũtur, alieni spernũt atq; nihili pẽdũt. amicus ẽt ad monendũ tardus est, timẽs ne te magis perturbet. Quod si medicus sanitatẽ promittẽdo te decipiat, tu de sanitate nõ desperas, eo quod natura vitę sis cupidus. Mors impẽdet, et qui abducũt vrgent. Quis te amabo, auxiliet, ac ex tãtis malis eripiet? Deus sinẽ ille, quẽ contẽpsisti? at hic minimè preces tuas audiet, cum et tu ipsũ nõ exaudieris. Nemo te inanib. verbis circũueniat: iminebit.n. tibi subita pnicies, et mors pcella ĩ star aderit. Angelus mœstus et hor-

Eccl. 12. 1.
Basil. orat. 4.
Amb. ser. 19
Thren. 3. 27.
Seneca.

ridus uiolẽter abducẽs ac trahẽs aĩam tuã pẽtorũ uinculis cõſtrictã, etc.

VI. REM. Conſidera exẽpla eorũ, qui cũ ſalutis diſpendio vitæ emendationẽ procraſtinarunt. Primũ ſit, ꝙ cõmemorauit pro concione B. Greg de procraſtinatione agens. *Quidam*, inquiens, *vir nobilis in Valeria ꝓuincia nomine Chriſaurius fuit, vir valde idoneus, ſed tm̃ plenus vitiis quantũ rebus, ſuperbia tumidus, carnis ſuę voluptatib. ſubditus, in acquirendis rebus auaritiæ facib. accenſus. Sed cum tot malis Dñs ſinẽ ponere decreuiſſet, ſicut à religioſo quodã viro, qui nunc ſupereſt, propinquo illius didici, corporis languore percuſſus eſt. Qui ad extremũ veniens, eadẽ hora, qua iã de corpore erat exiturus, apertis oculis vidit tetros et nigerrimos ſpiritus corã ſe aſſiſtere, et vehementer imminere, vt ad inferni clauſtra ſe raperẽt. Cœpit tremere, palleſcere, ſudare, & magnis vocib. inducias petere, filiũq; ſuũ noĩe Maximũ, quẽ ipſe iã monachus monachũ vidi, nimiis & turbatis clamorib. vocare dicens. Maxime curre: Maxime curre nunq̃ aliq̃d tibi mali feci. in tuã fidẽ me ſuſcipe. Turbatus mox Maximus affuit, lugens & perſtrepens familia cõuenit. Ipſi malignos ſpiritus videre nõ poterant, ſed eorũ præſentiã in confuſione, in pallore ac tremore illius, q trahebatur, videbãt. Iacebat in ſiniſtro latere, aſpectũ eorũ ferre non poterat, vertebaẽ ad parietẽ, ibi aderant. Cũq; cõſtrictus nimis relaxari ſe iã poſſe deſperaret, cępit magnis vocibus clamare, dicẽs. Inducias vel vſq; mane; inducias vel vſq; mane. Sed cũ hæc clamaret, in ipſis ſuis vocib. de habitaculo ſuæ carnis euulſus eſt. Nos, ergo fratres cariſſimi nũc ſolicitè iſta cogitemus, ne nobis ĩ vacuũ tẽpora pereãt, et tũc q̃ramus ad bene agẽdũ viuere, cũ iã cõpellimur de corpore exire.* Huc uſq; Greg. Iã ſit Bedæ in hiſto. Eccleſiaſtica de gẽte Angelorũ. *Noui fratrẽ quẽdã poſitũ in monaſterio nob: li ſed ignobiliter viuẽtẽ. Corripiebaẽ q dẽ ſedulo à fratrib. ac maiorib. loci: & quis eos audire noluiſſet, tolerabaẽ tñ lõganimiter ob neceſſitatẽ operũ ipſius exteriorũ, (Erat. n. fabrili arte ſingularis) ſeruiebat ãt multũ ebrietati, et ceteris vitæ remiſſioris illecebris, magiſq; in officina die noctuq; reſidere q̃ ad pſallendũ atq; orandũ in Eccleſia audiẽdũq; cũ fratrib. verbũ vitæ cõcurrere cõſueuerat. Vñ pcuſſus lãguore, atq; ad extrema pductus uocauit fratres, & multũ mœrẽs ac dãno ſimilis cępit narrare, q a videret inferos apertos, & Sathan demerſũ in profundis tartari. Cayphã quoq; cũ ceteris, q occiderũt Dñm, iuxta cũ flãmis vltricib. traditũ. In quorũ vicino, inq̃t, heu miſero mihi locũ conſpicio ęternę perditionis eſſe præparatũ. Audiẽtes hæc fratres diligẽter cœperũt exhortari, ut pœnitẽtiã ageret. Reſpõdit ille diſperãs. Nõ eſt mihi tẽpus mutãdi uitã, cũ ipſe uiderim iudiciũ meum iam eſſe cõpletum. Talia dicens ſine uiatico obiit ſalutis, & corpus eius in ultimis eſt monaſterii locis humatum: neque aliqui pro eo miſſas facere, uel pſalmos cantare, uel ſaltem orare præſumebant.* Et infra. *Factum eſt hoc nuper in prouincia*

Greg ho 12. in Euang.

Bed libr. 5. cap. 15.

Bernic.

Perniciorũ, ac longè diffamatũ multos ad agendã, & non differendam scelerũ suorũ pœnitudinẽ procurauit. Tertiũ sit ex epist. Petri Damiani Card. *In Perusino monasterio, inquit, sancti videlicet Saluatoris, cui nuper & ipse præfui, monachus paulo ante fuerat, noĩe Cunizo, astutus nimis secularib. contentionib. vehemẽter intẽtus. Hic dũ & in immutandis Abbatib. & fratrib. perturbandis æstuans nõ quiesceret, ad hoc vsq. peruenit, vt diaboli ad superandos æmulos patrociniũ quæreret & eius ditioni, se ẽt corporaliter manciparet, cui iñ seductor Spũs exigendi ante promisit, quòd tertio die priusquã moreretur suũ exitũ sibi nunciaret. Credit infelix, & diu postmodũ viuens, ita sub hac decepto ria securitate permansit. Tandẽ in ægritudinẽ lapso adest fideiussor iniquus, & post fuĩmũ, sicut spopõderat, obitũ innotescit protinus ad uoca tis ille fratrib. cũcta hęc, quæ cũ nequissimo pcp gerat Spũs, per ordinẽ narrat, cũq; illi instarẽt, dicẽtes: Esto confessus, age pniã, repente ille obdormiuit; & sine pulsantib. sine clamantib. excitari non poterat. Si vero vel illi tõticescerẽt, vel aliud quid præter pniam loqui vellent, mox ille expergefactus vnicẽ loquebatur. Sed rursus audito noĩe pnĩe protinus obrigescebat insensibili sopore correptus, donec horrendę morti traditus ad eũ, cui deuotionẽ fecerat, sit deuolutus postmodũ vero per plures noctes nigra canũ turba nõ cessauit sepultura eius assistere, & quasi depositum custodire, ita vt non minimo vid ntes horrore concuterentur.* P. Damia. in 3 tom Bibl. s. Pet.

Vide V. Acedia. Consuetudo praua. Desperatio. Immortificatio passionum. Inconstantia. præsumptio. Tepiditas. Voluntas propria.

PROPRIETAS RELIGIOSORVM.

Remedia contra Propriet. Religios.

I. Rem. Considera sacrarũ literarum sñias. Primo. n. laudant, & consulunt voluntariam paupertatem religiosorum, quę consistit in abdicatione proprietatis. *Beati,* inquit Christus Apostolus, *pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Pauperes enim spiritu, hoc loco vocari voluntarie pauperes docent S. patres. Et ad adolescentem prædiuitem ait. *Si vis perfectius esse, vade, vende omnia que habes, & da pauperibus, & habes thesaurum in cęlo.* Quę verba ẽt de consilio voluntariæ paupertatis, qualem religiosi profitentur S. patres intellexere, nominatim B. Augustinus & S. Bernardus in declaratione super verba. *Ecce nos reliquimus omnia. Hæc sunt verba,* inquit Bern. *quæ contemptum mundi in vniuerso mundo & volũtariam persuasere paupertatẽ, sunt quę Monachis claustra replẽt, deserta Anachoris.* 2. docent, qui voluntariam illam paupertatem, vel abdicationem proprietatis sint secuti, & primo quidem secuti sunt omnes Apostoli, qui in psona Petri oẽs exclamãt. *Ecce nos relinquimus oĩa, & se* Matth. 5. 3. H & Beda, ibid. amb in ca. 5. Luc. 3. Ibid. ser. in hæc verba. Et alij. Matt. 19. 21. Aug. ep 78. q 4 & in ps. 109 conc. 3. Bern. Matt 19. 27.

cuti sumus te, quid ergo erit nobis? Quorũ factũ probans Christus, illico respondit. *Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cũ sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & vos sup sedes duodecim iudicãtes duodecim trib. Israel, &c.* Deinde
Act. 4. 32. primitiuæ Ecclesiæ Christiani, Nã apud B. Lucam in Actis sic legimus. *Multitudinis aũt credentiũ erat cor vnũ & aĩa vna: nec quisquã eorũ q̃ possidebat aliquid suũ esse dicebat, sed erãt illis oĩa cõia.* Ex quibus verbis Religionũ fundatores oẽs occasionẽ acceperunt cõdendi regulã de non vsurpando proprio. Vnde Possidius de August ita
Possid. in vita c. 5. scribit. *Factus presbyter Monasteriũ intra Ecclesiam mox instituit, & cum Dei seruis viuere cępit secundum modum & regulam sub sanctis Apostolis constitutam; maximè, vt nemo quidquam proprium in illa societate haberet, sed eis essent omnia communia.*

Basil. initio. II. REM. Considera SS. Patrum testimonia S. Basilius in sermone de institutione monachorũ. *Conuenit, vt quẽadmodũ qui balneum ingrediuntur vestimentis se oĩb. denudant: ita & qui colendæ pietatis cã ad solitariã vitã accedunt, omni rerũ vitæ huius materia exuti, genus vitę, quod est secũdũ Philosophiã ingrediantur. in hoc aũt illud caput est, varias animi affectiones vitiosas, quib. aĩa infici solet, à se segregare. Deinde oportet, vt pecunia sua omni se spoliet. Quoties igitur plures inuenti fuerint qui eodẽ sibi proposito fine vitã vna inter se agere decreuerint, hoc cũ primis firmiter tenere debent, vt cunctorũ vna oĩno*
1. Cor. 12. 13 *ment sit & voluntas vna, & vt iuxta legem quam sanctè Apostolus, oĩs quę in vnũ conuenerit multitudo, corpus vnũ efficiatur ex dissimilibus inter se mẽbris coagmentatũ.* Hoc aũt nullo modo aliter legitimè confici põt, nisi apud eos illud probè stabilitũ teneatur, vt nihil quicquã suũ cuiusquã esse præcisè & peculiariter dicatur, nõ vestimẽtũ, non vas, non aliud quippiã eorũ, quæ ad societatẽ vitæ cõducũt, eare, vt singula hæc vtilitati cõi, nõ aũt priuato sibi vendicãtis cõmodo
Hier. i Philone. *seruiant.* S. Hier. in Catalogo scriptorũ Ecclesiasticorũ. *Philo Iudæus, inquit, librũ de prima Marci Euangelistæ apud Alexandriã scribens Ecclesia, in nostrorũ laude versatus est: non solum eos ibi, sed in multis quoq; prouinciis esse memorans, & habitacula eorũ dicens esse*
Act. 4. 32. *monasteria.* Ex quo apparet talẽ primũ Christo credentiũ fuisse ecclesiã, quales nunc Monachi esse nituntur & cupiunt, vt nihil cuiusquã propriũ sit, nullus inter eos diues, nullus pauper, patrimonia egentibus diuiduntur, orõni vacatur & psalmis, doctrinę quoq; & continentię,
Hier. ep. 1. *quales & Lucas refert primũ Hierosolymæ fuisse credentes.* Et ad Heliodorũ de laude vitæ solitariæ. Nõ *fateatur fraudẽ idololatriam esse*
Act. 5. 1. *sed similis eorũ, qui in Actib. Apostolorũ ex patrimonio suo partem*
Luc. 14. 33. Matth. 4. 20 *pretii reseruãtes præsenti periere vindicta. Aĩaduerte frater, nõ tibi licet de tuis quidquã habere rebus. Oĩs, inquit, Dñs, qui nõ renũciauerit cunctis quæ possidet, non põt meus esse discipulus. Cur timido animo*

Chri-

Chriſtianus es? reſpice Petro relictũ rete: reſpice ſurgentẽ de telonео publicanũ ſtatim Apoſtolũ. Filius hoĩs non hẽt, vbi caput reclinet, &c. cũ derelicta malitia te caſtraſti pp regnũ cœlorũ, quid aliud quam perfectã ſecutus es vitã? Perfectus autem ſeruus Chriſti, nihil præter Chriſtũ hẽt, aut ſi quid præter Chriſtũ hẽt, perfectus non eſt. B. Chryſ. Luc. 9. 18. / Chryſ. lib. 3.
contra vitæ monaſticæ vituperatores. *Qui in monaſteriis degunt cõuerſationũ planè cœleſtẽ elegerunt, nihilque deterius Angelis affecti ſunt: nullus ibi paupertatem exprobat, nullus diuitiis honeſtior eſt. Inde id quod oĩa peruertit, & perturbat Meũ & Tuũ penitus eliminatum eſt. Cuncta quippe illis cõia ſunt, menſa, domus, indumenta, & quod ſanè mirabilius eſt, vnus et idemq; animus oĩb. eſt. oẽs eadẽ nobilitate ſunt nobiles, oẽs eadẽ ſeruitute ſerui, eadẽ libertate liberi, vi [illegible] cibus diuitię, quę vere diuitię ſunt. vna gloria, quæ verè gloria eſt. Ibi velut quadã ex regula & libra cuncta diligentiſſimè ſunt ordinata. Nulla ibi inæqualitas, cæterũ ordo ſũmus & moderatio, & ineffabilis concordiæ ſeruandæ diligentia, iugisq; ac perpetuæ lætitię materia. Quo circa oẽs cũcta patiuntur & faciunt, vt vna lętentur & gaudeant.* [illegible] hẽt homil. 32. in Gen. & hom. 7. in Acta Apoſtolorũ. Ioa. Caſſ. Caſſ. [illegible]
de inſtitutis renunciantiũ, vel nouitiorũ. *Ambiens, inquit, qui intra cœnobii recipi diſciplinã, diligentia sũma perquiritur, ne de priſtinis facultatib. ſuis inhæſerit ei vel vnius nũmi contagio. Sciunt. n. eum ſub monaſterii diſciplina diuturnũ eſſe nõ poſſe, ſed nec humilitatis quidẽ, aut obedientiæ apprehenſurũ eſſe virtutẽ, nec illa cœnobii paupertate ac diſtrictione contentũ fore, ſi in conſcientia eius pecunię quãtulacunq; latuerit.* Et infra. *Illã ſane virtutẽ inter cæteras monachorũ in-* [illegible] c. 3.
ſtitutiones vel cõmemorare ſuperfluũ puto, quod ſcilicet nulli [illegible], nulli peculiarẽ ſportellã liceat poſſidere, nec tale aliquid, quod velut propriũ retinens ſuo debeat cõire ſignaculo. Quos ita nouimus ex parte nudos exiſtere, vt præter collobiũ, maforte, caligas melotẽ ac pſiathiũ, nihil amplius habeãt: cũ in aliis quoq; monaſteriis in qb. aliqua remiſſius indulgentur, hanc regulã videamus ſtrictiſſimè nũc vſq; ſeruari, vt ne verbo quidẽ audeat qs dicere aliquid ſuũ, magnũq; ſit crimẽ ex ore monachi proceſſiſſe, codicẽ meũ, tabulas meas, graphiũ meũ, tunicã meã, caligas meas, proq; hoc digna pœnitentia ſatisfacturus ſit, ſi caſu aliquo per ſubreptionẽ uel ignorantiã huiuſmodi uerbũ de ore eius effugerit. S. Greg. in epiſt. ad Ioanẽ ſubdiaconũ Rauẽnæ. *Hoc* Greg. l. 10. ep. 22.
prędicto fratri & coepiſcopo Mariniano oĩno dicere ſtude, ut peculiaritatẽ à quatuor aut quinq; monaſterii monachis, in quib. corrigi hactenus minimè potuit. ſtudioſiſſimè cõpeſcat, & hoc ipſum monaſterium à tali peſte mundare feſtinet: quia ſi illic peculiaritas à monachis habetur, nec concordia, nec charitas in congregatione eadẽ poterit pmanere. Quid eſt aũt habitus monachi, niſi contẽptus mũdi? Quomodo igitur mundum deſpiciunt, qui in monaſterio poſiti aurum quęrunt?

III. REM. Conſidera oẽs religioſorũ ordinũ **Fundatores** in regu-
lis ſuis inprimis cauiſſe, ne quis propriũ aliquid poſſideret. Primus
Baſil c. 25. fit S. Baſil. qui in libro de monachorũ inſtitutis à Ruffino in latinũ
conuerſo, ita ſcribit. *Interrogatio. S. dẽt habere aliquid propriũ, qui in-*
ter fratres eſt? Reſp *Hic contrarius eſt illi teſtimonio, ꝙ in Actib.*
Act. 4. 32. *Apoſtolorũ de illis, qui credebãt primitus ſcriptũ eſt. ibi. n. ait, q̃a nemo*
ex eis quicq̃ ſuũ propriũ dicebat eſſe. ſed erãt illis oĩa cõia. Si qs ergo
propriũ ſibi eſſe dicat aliquid, ſine dubio alienũ ſe facit ab electis, et à
charitate Christi qui docuit verbo & opere cõpleuit, & qui aĩam ſuã
poſuit pro amicis ſuis. Si ergo ipſe aĩam ſuã poſuit pro amicis ſuis, quo
nos ẽt ea, q̃ extra aĩam ſunt propriã vendicamus. Et in ſerm. de Aſce-
ſi hoc eſt initiũ. *Monachũ oportet cũ primis nihil ĩ vita, ꝙ iuris ſui*
Id quæſt. q. *propriũ ſit poſſidet.* Et in quęſtionib. breuioribus. *In ſocietate fratrũ*
85 & 87. *nihil priuatim haberi dẽt. Qui. n. dicit ſuũ aliquid eſſe, is ſeipſũ alienũ*
reddit ab Eccleſia Dei & charitate Dñi. Et infra. *Dare aut accipere*
nõ eſt cuiuslibet, ſed eius cui de cõi ſñia delatũ eſt munus diſpenſan-
Aug. reg. c. *di.* II. eſt B. Aug. in cuius Regula hoc eſt initiũ. *Primũ pp ꝙ in vnũ*
1. & ep. 109. *eſtis congregati, vt vnanimes habitetis in domo, & ſit vobis aĩa vna*
& cor vnũ in Deo. Et non dicatis aliquid propriũ, ſed ſint vobis cĩa
cõia. Quæ extrema verba ſic exponit Hugo de S. Victore ordinis
S. Aug. canonicus regularis. *Non debemus aliquid habere proprium,*
aut quidquã dicere meũ, ſed noſtrum, vt dicatur noſtra cappa, noſtra
tunica, noſtra domus, & in ceteris ſimiliter. Oĩa. n in cõi debemus ha-
Id c. 27. *bere, & oĩa cõi nomine appellare.* Cum hac regula conuenit, ꝙ po-
ſtea prohibet, vt non liceat cuiquã veſtẽ ẽt à parentib. oblatam oc-
cultè accipere, vel ſibi retinere, & addit. *Quid ſi aliquis rem ſibi col-*
latã celauerit, furti iudicio condẽnetur. In quæ verba. Hugo. *Frater,*
inquit, *qui rẽ ſibi collatã cælauerit Iudę traditoris locũ tenet in Eccle-*
ſia ſancta, qui fur erat, & latro, & loculos habens, & ea quæ mittebã-
Reg. Benec. *tur Dño aſportabat & abſcõdebat.* III. eſt B. Bened. in cuius Regula
c. 33. hæc ſunt verba. *Præcipuè hoc vitiũ radicitus amputandũ eſt de mo-*
naſterio, ne quis præſumat aliquid dare, aut accipere ſine iuſione Abba-
tis, neq; aliquid habere propriũ, nullã oĩno rẽ, neq; codicẽ, neq; tabulas,
neq; graphiũ, ſed nihil oĩno, quippe quib. nec corpora ſua, nec voluntatẽ
Act. 4. 32. *licet habere in propria poteſtate. Oĩaq; ſint omnib. cõia, vt ſcriptũ eſt,*
nec quiſquã ſuũ aliquid eſſe dicat, vel pręſumat. Qđ ſi quiſquã huic
nequiſſimo vitio deprehenſus fuerit delectari, admoneatur ſemel & ite-
Reg Franc. *rũ. Si non emendauerit, correptioni ſubiaceat.* IV. eſt S. Franciſcus qui
c. 1. regulã ſuã ſic exorditur. *Regula & vita* Minorum *fratrum hęc eſt. ſ.*
Dñi noſtri Ieſu Christi ſanctum Euangelium *obſeruare, viuendo in*
Ibid c. 4. *obedientia, ſine proprio, & in caſtitate.* Et infra. *Præcipio firmiter*
fratribus vniuerſis, vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant
c. 6. *per ſe, vel per interpoſitam perſonam.* Et iterum. *Fratres nihil ſibi*
appro-

*approprient, nec domũ, nec locũ, nec aliquã rem Sed tanquam peregri-
ni & aduenę in hoc ſeculo, in paupertate & humilitate Domino ſeruiẽ
tes, vadant pro eleemoſynis confidenter* Deinde Formula faciendi pro
feſſionẽ hęc eſt. *Ego frater N. voueo & promitto Deo oĩpotenti, &c.
toto tpe vitæ meæ ſeruare Regulam fratrum Minorum per Dominũ
Papam Honorium confirmatam viuendo in obedientia, ſine proprio, &
in caſtitate.* V. ſit P.B.P. Ignatius Societatis Ieſu Fundator, qui in Cõ
ſtitutionib. Societatis ita ſcripſit. *Ut experiri incipiant ſanctæ pauperta* 3.p.c.1.ſect.
tis virtutem doceantur omnes, quod nulla re tanquam propria vti de- 7.&8.
beant Et poſt paulo. *intelligent etiam, quod mutuo dare vel accipere,
vel diſpenſare quicquam de iis, quæ domi ſunt, minime poſſunt, niſi ſupe
rior conſcius conſenſum præſtiterit.* Idem habent Regulæ aliorũ reli
gioſorum, quos magno numero allatis eorum verbis citat Ioan. Tri Trit.h.c.5.
themius in libello de Proprietate monachorum.

I V. Remed. Conſidera, quã grauiter ipſi ſummi Pontifices Rom. C.cũ ad mo
aĩaduerti voluerint in Proprietarios, nam Innoc iij. vt eſt in Decre naſterĩ, de
talib. ita loquitur. *Prohibemus diſtricte in virtute ſanctæ obedientiæ* ſtatu mona.
*ſub obteſtatione diuini iudicii, ne quis monachorũ proprium aliquo mo
do poſſideat; ſed ſi quis aliquid hẽt propriũ totũ in continenti reſignet.
Si vero poſt hoc proprietatem aliquã habere deprehenſus quis fuerit, re
gulari monitione præmiſſa de monaſterio expellatur: nec recipiatur vl-
terius, niſi pœniteat ſecundũ monaſticã diſciplinam. Quod ſi proprietas
apud quenquam reperta fuerit, ipſa cũ eo in ſignũ perditionis extra mo-
naſteriũ in ſterquilinio ſubterretur, ſecundũ quod B. Greg. Papa in libro
dialogorũ feciſſe legitur. Unde ſi quicquã alicui fuerit ſpãliter deſtina-* G.li.4.c.55
*tũ, nõ præſumat illud accipere, ſed Abbati, vel priori, aut Cellario aſſi
gnetur.* ibidẽ & Alex. iij ita imperat. *Monachus, qui peculiũ habue-* C.monach.
rit, niſi ab Abbate fuerit ei pro iniuncta adminiſtratione permiſſum à de ſta.mon.
*cõione remoueatur altaris. Et qui in extremis cũ peculio inuentus fue
rit, & digne nõ pœnituerit nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres reci
piat ſepulturã. Abbas aũt qui diligenter iſta nõ curauerit, officii ſui ia
cturã ſe nouerit incurſurũ.* Si verò monachus dicat, ſe quicquid pro- C.cũ ad mo
prium hẽt, habere cũ Abbatis fuit facultate, audiat, qd Vicarius Chri naſterium.
ſti de hac re decreuerit in iiſdẽ decretalib. *Nec æſtimet*, inquit, *Ab
bas, quod ſuper habenda proprietate poſſit cũ aliquo monacho diſpenſa-
re, quia abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis adeo annexa
eſt regulæ monachali, vt cõtra eã nec ſummus Pontifex poſſit licentiam
indulgere.* Concilium quoque Trid. ſeſſ. 25. decreuit. *Quod ſi quis* ſi- C.Trid c.2.
ue inferior, ſiue ſuperior religionis, de proprietate vſurpata vel per-
miſſa *conuictus fuerit, is biennio actiua, & paſſiua voce priuata ſit, at
que etiam iuxta ſuę regulæ & Ordinis conſtitutiones puniatur.*

V. Remed. Conſidera exempla eorũm qui ob vſurpatam proprieta
tem poſt volũtariȩ paupertatis promiſſionem grauiſſime puniti ſunt.

Tria

Caß.li.4.in-ſt.c.14. 4 Reg.5.27. Tria commemorat Io.Caß. ſecundû genera proprietariorũ. Nã *Giezi, inquit, quæ ne antea quidẽ poßederat volens acquirere, non modo gratiã prophetiæ nõ meruit poſſidere, quã per ſucceſſionẽ velut hereditariã a ſuo habuit magiſtro ſuſcipere, verũ ẽt ècontrario æterna lepra S. Eliſæi maledictione perfunditur. Iudas aũt volens reſumere pecunias, quas antea Chriſtũ ſecutus, abiecerat, nõ ſolũ ad proditionẽ Dñi lapſus,*

Matt.26.15. *Apoſtolatus perdidit gradũ, ſed ẽt vitã ipſam cõi exitu finire non meruit, cumq; biothanati morte conclusit. Ananias vero & Saphira reſeruantes partẽ quandã ex his quæ poſſederant Apoſtolico ore morte*

Act.5.1. *mulctantur.* Quod aũt id factũ ſit ab vtroq; poſt factã ad voluntaria paupertate ſponſionẽ docet his verbis S. Baſ. in ſerm. de inſtitutionibus monachorũ. *Licebat enim Ananiæ poſſeſſiunculã ſuã Deo non*

Baſil. *polliceri ac vouere, ſed poſtquã humanæ gloriæ cupiditate inductus, quid in bonis hẽbat per profeſſionẽ Deo conſecrauit, quo videlicet egregio iſtiuſmodi facto hominum de ſe admirationẽ excitaret, de pretio aũt callidè neſcio quid poſtea interuerterit, eiuſmodi aduerſum ſe indignationẽ Dei prouocauit, cuius Petrus miniſter fuit, vt nec ad pœnitentiam aditum inuenire potuerit.* Quartũ exemplũ profert B. Hier. ex Nitriæ partib. *Quidã,*

Hier ep 22. *ait, ex fratrib. parcior magis, quã auarior, & neſciens triginta argenteis Dñm venditum, centũ ſolidos, quos lina texendo acquiſierat, moriens dereliquit. Initum eſt inter monachos conſilium, (nam in eodẽ loco circiter quinque millia diuiſis cellulis habitabant) quid facto opus eſſet: alii pauperib. diſtribuendos eſſe dicebant, alii dandos Eccleſiæ nonnulli parentib. remittendos. Macharius vero & Pambo, & Iſidorus, & cæteri, quos Patres vocant, ſancto in eis loquente ſpũ, decreuerunt in fodiendos eſſe cu eodẽ, dicentes. Pecunia tua tecũ ſit in perditionẽ. Nec hoc*

Act.8.20. *crudeliter quiſquã putet factũ: tãtus cunctos p totã Aegyptũ terror inuaſit, vt vnũ ſolidũ dimiſiſſe ſit crĩ.* Quintũ eſt in ſermonib. ad fratres

Aug.ſer.5. in eremo B. Aug. adſcriptis. *Anno, inquit, duodecimo & amplius Ianuarius noſter, qui columna obedientiæ & paupertatis inter nos videbatur, vt vidiſtis, & audiſtis, male vixit, & male moritur. Quare, vel quõ male vixit, niſi quia, quod ſuum non erat ſecretè tenuit? Quõ ẽt male moritur, niſi quia in fine ſe non cognouit, & obſtinatus in ſuo ſenſu nobis ignorantib. teſtm̃ fecit, & filium, quẽ habebat in ſeculo, ditauit? O vtinam ſaltẽ in fine hoc nobis dixiſſet, vt orantib. nobis veniam impetraſſet; ſed nec cõfeſſus fuit, nec eũ feciſſe pœnituit: propterea de meis non eſt, necdum viueret erat. Ligate igitur manus cadaueris eius, ponentes in panno ligatos centum, & vndecim ſiclos, quos in pariete cellulæ retinebat, flentes & dicentes* Pecunia tua tecum ſit in perditionẽ. *Nõ enim licet nobis ſeruis Dei eã collocare, vel ponere in victu, vel in veſtitu, vel in opere monaſterii, quia pretium damnationis eſt.* Sextũ exẽ

Gr.1.c.4.55. plum eſt B. Greg. in dialogis. *Quidam, inquit, monachus, iuſſus nomine medicinali arte fuerat imbutus, qui mihi in eodẽ monaſterio conſtituto*

ſedulè

sedule obsequi, atq. in assiduis ægritudinib. meis excubare consueuerat. Hic itaq; languore corporis præuentus ad extremũ deductus est. Cui in ipsa sua molestia frater germanus noĩe Copiosus seruiebat, qui ipse quoque nunc in hac vrbe per eandẽ medicinæ artem temporalis vitæ stipendia sectatur. Sed prædictus Iustus, cũ iã se ad extremũ peruenisse cognouisset eidẽ Copioso fratri suo, quod occultatos tres aureos haberet, innotuit. Quod nimirũ fratrib. non potuit cœlari, sed subtiliter indagantes, atq. illius oĩa medicamenta perscrutantes, eosdẽ tres aureos inuenerunt absconsos in medicamine. Quod mox vt mihi nunciatũ est, tantũ malum de fratre, qui nobiscũ cõiter vixerat, æquanimiter ferre non valui; quippe quia eiusdẽ mei monasterii semper regula fuerat, vt cuncti fratres ita cõiter viuerent, quatenus eis singulis nulla habere propria liceret. Tũc nimio mœrore percussus cogitare cœpi, vel quid ad purgationem morientis facerẽ, vel quid ad exemplũ viuentib fratrib. prouiderem. Pretioso igitur eiusdẽ monasterii Præposito ad me accersito dixi. Vide, vt nullus ex fratrib. se ad eũ morientẽ iungat, nec sermonẽ consolationis ex cuiuslibet eorũ ore percipiat, sed cũ in morte cõstitutus fratres exquisierit, ei frater suus carnalis dicat, quia pp aureos, quos occultatos habuit, a cunctis fratrib abominatus sit, vt saltẽ in morte de culpa sua mentẽ ipsius amaritudo transuerberet, atq. a peccato, quod perpetrauit, purget. Cũ vero mortuus fuerit, corpus illius cũ fratrũ corporib. non ponatur, sed quolibet in sterquilinio fossam facite, & in ea corpus eius proiicite, ibiq; super Act 8. 10. *eũ tres aureos, quos reliquit, iactate, omnes simul clamantes. Pecunia tua tecũ sit in perditionẽ, & sic cũ terra operite. In quib. vtriusq; reb. vnũ volui morienti, alterũ vero volui prodesse fratrib. viuentib. vt & illũ amaritudo mortis a culpa solubilẽ faceret, & istos auaritiæ tanta dãnatio terreret, & a culpa prohiberet; quod ita factũ est. Nã cũ idem monachus peruenisset ad mortẽ, atq; anxie se quæreret cõmendare fratrib. & nullus è fratribus ei applicari & loqui dignaretur, ei carnalis frater, cur ab oĩb. fratrib. esset abominatus, indicauit. Qui protinus de reatu suo vehementer ingemuit, atq; in ipsa sua tristitia è corpore exiuit, qui ita sepultus est, vt dixeram. Sed frater oẽs ex eadẽ eius sñia conturbati, cœperunt singuli extrema quæque & vilia, & quæ eis habere regulariter semper licuerat, ad medium proferre vehementerque formidare ne quid apud eos esset, vnde reprehendi potuissent.* Deinde subiicit quõ eidem pretioso mandarit, vt continuis diebus sacrificium Missę pro Iusto fieret, quibus peractis per visionem ipse defunctus patefecit se ex Purgatoriis pœnis liberatum.

VI. Remed. Considera, quibus de causis S. Patres vitium Proprietatis in Religiosis, non solum verbis sint abominati. (nam Basilius, Cassianus, & Hugo Victorinus conferunt cum furto Iudæ proditoris, Beatus Benedictus vocet nequissimum vitium, Sanctus Gregorius monasteriorum pestem) verumetiam pœna tam infami castigarint.

Basil.c.33. Brint, Bas. aliquot recitat causas in constõnib. monasticis. Pietatis cul
I.c.ult. tor, inquit, nisi ab oī priuata rerum possessione liber sit, primū quidem
societatis exactā disciplinā priuata possessione corrūpit; tum ēt ipse ma
II. gnopere de se indicio est, vt qui Deū perpetuo iis alimenta suppeditarū
diffidat, qui in noīe ipsius congregati sint, neq; illud audiuerit, quod dr̄
Psal.36.25. a Propheta. Iunior fui, etenim senui, & nō vidi iustū derelictū, nec semē
eius quærens panes, vel eos nimirū, qui intelligētia percipiuntur, pruden
Matt.18.20. tia. s. vel qui sensu, quib. corpus alitur. Nā si vbi duo vel tres congrega
ti sunt in noīe Christi ibi ipse in medio illorū est, multo certe verisi-
milius ibi idē esse credendus est, vbi multo frequētior hōium multitu
III. do sit. Porrò incōmodum, quod ex istiusmodi possessione nascitur, neq
quā hic tm̄ sistit, sed vlterius ēt progreditur. Etenim qui propriū aliquid
habere studet, is sine dubio nihil aliud, quā destructionē ac diffectionē à
cæteris meditatur. Nā cui hoc in āīo non est, quid ast tandē, quid ipse
seorsim velit? eū id certū fiat Christi beneficio seruos ipsius in necess
sariarū rerū copia assidue versari. Proinde perspicuū est, qui talis sit,
eū de præcidendo, ac morte afficiēda cæta fere meditari, qui exiguis obo
lis salutē suā prodere paratus sit, & alter Iudas efficiatur, nēpe qui a
furto exorditur, (Furtū.n. est priuata possessio) & in proditionē desi-
IV. nat; q̄n vt ille Dn̄m, sic iste ēt veritatis verbū prodit. Alibi & aliā rō-
In reg. breu. nem assignat. quia, inquit, qui dicit suū aliquid esse, is seipsum alienū
q.85. reddit ab Ecclesia Dei, & charitate Dn̄i qui quidē & verbo & re do
cuit ponendā esse aīam pro amicis, ne dum res externas. S. Benedictus,
Reg.c.33. cum in regula iubet, vt monachus nihil oīno tanquā propriū sibi
V. vendicet, aut pro libito aliquid det vel accipiat illā cām reddit, quia
nec corpus suum, nec voluntatem ei licet habere in sua potestate. Verum
acutius grauitatis huius vitij cām perspexisse vr̄ Io. Cass. in instōni-
Cass.l.7.in stit.c.5.7. bus monasticis, quam & fusius persecutus est. Nulli vilis, inquiens,
despectiuúq; videatur hic morb qui sicut pōt perfacile declinari, ita si
quempiam possederit, ad sanitatis remedia vix peruenire concedit. Re-
VI. ceptaculum naq; est vitiorū, malorūque oīum radix, & inextricabilis
1.Tim.6.10. nequitiæ fomes efficitur, dicente Apostolo, radix oīum malorum est phi
lagyria, i. amor pecuniæ. Hæc igitur cum remissam, tepidamq; possederit
monachi mentem, primitus eū in exigua summa solicitans, iustos quos-
dam & velut rationabiles ei colores, ob quos vel reseruare sibi aliquid
pecuniæ debeat, vel parare describit. Nam & ea quæ præbentur in mo-
nasterio, queritur non esse sufficientia, & sano, robustoque corpore vix
posse tolerari, &c. Si propriam aliquid non fecerit, quo cura corpori æ-
gro valeat adhiberi, miserè esse moriendum. Postremo nec diu posse in
eodem monasterio commorari, & nisi parauerit, sibi viatici sumptus,
non posse, cum voluerit, transmigrare. Itaque cum huiuscemodi cogita-
tionibus laqueauerit mentem, qualiter vnum saltem denarium acqui-
rere possit excogitat; Tunc peculiare opus, quod exerceat Abbate inscio
solicita

solicita mente perquirit. Quod vendens clam, & optato tandem potitus nummo, qualiter eum duplicet, acrius, vehementiusq; torquetur, ponat, cui ve illū credat ambiguus. Cū pecuniæ incremento de... cupiditatis augetur Tum vita longæua promittitur, senectus ... infirmitates diuersæ atq; prolixæ, quæ nisi maior summa in iuuentute fuerit præparata, tolerari in senecta non possint. Et inf. *Tal b.igitur ... cessionis profectib. in deterius crescens nullā deinceps humilitatis, nullā charitatis, nullā obedientiæ, non dicā virtutē, sed de vmbrā quidem virtutis retinere contentus indignatur ad oīa, & ad singula opera murmurat, atq; suspirat, &c.* Deinde *occasiones, quib. offendi vel irasci debeat studiose perquirit, ne leuiter motus de cœnobii disciplina videatur exire. Nec solus tamen transmigrare contentus, nec tanquā suo vitio deseruisse credatur, quantos potuerit susurrationib. clandestinus deprauare non desinit.* Et post. *Agitur itaque facib. pecuniarum suarum magis ac magis accensus: quæ possessę nunquam monachum, vel in monasterio residere, vel viuere sub regulæ institutione permittunt.* 8. 9. 10.

VII. Remed Da operā in posterū, vt non solū non propriū aliqđ vsurpes, vel rem exigui licet pretij citra superioris consensum alijs des, vel accipias, verum ēt vt radicitus ex aīo tuo cupiditatē omnium rerum tpaliū, ēt vilissimarum exstirpes. Est antidotum eiusdē Cassiani libro paulo ante citato. De Phylagyriæ vel proprietatis vitio, *hæc erit,* inquit, *summa victoria, triumphusq. perpetuus, vt quemadmodū dr̄, nec minuto quidē nummo conscia monachi polluatur. Impossibile nāq. est eū qui victus in exigua stipe, concupiscentiæ semel in corde suo radicē susceperit, non maioris desiderii protinus incendio conflagrari. Tamdiu nāque miles Christi, victor ac securus, cunctaq; cupiditatis impugnatione erit externus, donec initia concupiscētiæ huius hic nequissimus Spiritus in eius corde non seuerit. Quapropter cū in cunctis generib. vitiorū, generaliter serpētis caput oporteat seruari, in hoc præcipue diligentius cōuenit præcaueri. Qđ si fuerit intromissū, sua materia conualescēs, ipsum sibimet vehemētiora suscitabit incēdia. Ideoq; non solū pecuniarū est cauenda possessio, verū ēt voluntas ipsa ab aīo penitus extrudenda. Nō enim tā effectus Philargyriæ vitādus est, quā affectus ipsius radicitus amputādus. nihil. n. proderit pecunias non habere, si volūtas in nobis fuerit possidēdi.* Et mox subdit. *Possibile namq. est ēt non habentē pecunias nequaquā Philargyrię morbo carere, nihilq; ei prodesse beneficiū nudatis, quia cupiditatis vitiū resecare non valuit, paupertatis bono, nō virtutis merito delectatus, & necessitatis onere, non sine cordis languore contentus.* Et inferius. *Respice Iudam Apost. numero deputatū, quid ... noluit serpentis huius caput lethale conterere, qualiter eū suo veneno peremerit, & concupiscentię laqueis irretitum, ad quantū obrupti præcipitii crimē impegerit, vt redemptorē mundi, & humanę salutis auctorē triginta argenteis persuaserit vendere. Uniuersas enim diuitiarum moles* C. 6. l. 7 c. 2 c. 22. 23.

les cupiditatis huius rabies exupat. Et rursus. *Deniq; Princeps Apostolorū his eruditus exēplis, sciens habentē quippiā cupiditatis frena nō*
Act 5. *posse moderari, nec finē eius in parua summa magnave cōsistere, sed in sola virtute nuditatis, Anam & Saphirā, quia sibi quippiā de sua facultate seruauerant morte mulctauit, vt interitū quē ille vltro sibi pro reatu Dominicæ proditionis intulerat, hi pro mendacio cupiditatis exciperēt.* Et paulo post. *Hæc est igitur de philargyria perfecta victoria,*
c.18. *vt paruissimæ cuiuslibet stipis in corde nostro residere nō sinamus igniculū, certi quod restingui ēdi eum non habebimus vlterius facultatem si quantulamcunque scintullæ huius in nobis materiā fouerimus. Quā virtutem non alias retinere valebimus illabatā nisi in mente iterata consistentes secundū Apost. habētes victū & vestitū, his contēti fuerimus.*
c. 9. 1. Tim. 6
Vide V. *Auaritia. Consuetudo praua. Impatientia in paupertate. Inobedientia Tentatio.*

PVDOR NOXIVS.

Remedia contra Pudor. Noxium.

I Reme. Considera Spiritus S. monita in vtroq; testā. In veteri monet, vt pudorem vel confusionem noxium, hoc est, quę secum affert peccatum, (quo, s. dicendo vel faciendo quod æquitas postulat trahimur) fugias; velem verò & honestū, qui homini gratiā & gloriam apud Deum conciliat, vt quo aliquem pudet male agere, ample-
Ecc. 4. 24 25 ctaris. Sic enim loquitur sapiens. *Pro aīa tua, ne confundaris dicere verum.* id est, non pudeat te veritatem confiteri ēt cum periculo vitę. *Est.n confusio,* addit, *adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam.* Deinde prioris confusionis noxiæ 4. subijcit exem
V. 26. 27. 28. 29. 30. pla, vt si quis, reuēritus alicuius potentiam, mentiatur; si prætermittat, quos debet corripere; si negligat inductum, cum spes est promouendæ salutis, erudire; si nolit peccata confiteri. *Non confundari,* in-
Cap. 22. 25. quiens, *confiteri peccata tua* Et alibi. *Amicum salutare non confun-*
Cap. 42. v. 1. 2. 3. 4. 5. *dar, a facie illius non me abscondā.* Et iterū. *Et ne pro his oīb. confundaris, & ne accipias personā, vt delinquas. De lege altissimi, & testā, et de iudicio iustificare impiū, de verbo sociorum & viatorum, & de datione hæreditatis amicorū, & de æqualitate staterę & ponderū, de corruptione emptionis & negotiatorum.* Quib. verbis monet sapiens, ne quis pudore sinat se auocari ab obseruatione præcepti diuini, vel à iusta sñia in iudicio ferenda, vel ab hæreditate secundum æquitatem distribuenda, vel ab emptione venditioneq; iusta. In Nouo verò testamento per os Christi saluatoris non leuem comminatur pœnam pu
Marci 8. 38. dori noxio. *Qui me confessus fuerit,* ait apud Marcum, *& verba mea in generatione ista adultera & peccatrice, & filius hoīs confundetur eum,*

eum, cũ venerit in gloria Patris sui cum angelis sanctis. Et apud Lucam *Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua, & patris, & Sanctorum angelorũ.* Luc. 9. 26.
Deinde per os B. Pauli hortatur Timotheum Epm, vt hunc pudorẽ horreat, dicens. *Noli erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum eius.* Et rursum. *Solicite curat teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilẽ.* Idq; suo exemplo. *Promptũ est,* inquiẽs, *ad Romanos, & vobis, qui Romæ estis, Euangelizare Non enim erubesco Euangelium* Atque familiæ Onesiphori, de qua ita scribit. *Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refrigerauit, et catenam meam non erubuit* Denique & B. Petrus nos ab hoc inutili pudore deterret. *Nemo,* inquiens, *vestrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Christianus, non erubescat; glorificet autem Deum in isto nomine.* 2. Tim. 1. 8. 2. Tim. 2. 15. Rom. 1. 14. 2. Tim. 1. 16. 1. Pet. 4. 15.

II Remed Considera sñias priscorum patrũ. Tertullianus in Scorpiaco. *Plus est autem, quod Christus & confusionem comminatur. Qui me confusus fuerit coram hominib. & ego confundar eum coram patre meo, qui in cælis est. Sciebat enim a confusione vel maxime formari negationem, mentis statum in fronte consistere, priorem esse pudoris quã corporis plagam.* Et in libro de pœnitentia agens de ijs quos pudet patefacere peccata in confessione sacramentali. *Plerosque,* inquit, *hoc opus, vt publicationem sui, aut suffugere, aut de die in diem in differre, præsumo, pudoris magis memores, quam salutis; velut illi qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione conscientiam medentium vitant, & ita cum erubescentia sua pereunt. Intolerandum, s. pudori, Domino offenso satisfacere, saluti prodactæ reformari.* B. Cypr. de lapsis, *Christus in præceptis suis dicit. Qui confusus me fuerit, confundet eum filius hominis. Et Christianum se putat, qui Christianus esse, aut confunditur, aut veretur? Quomodo potest esse cum Christo, qui ad Christum pertinere, aut erubescit, aut metuit?* S. Amb. ad Valentinianum Imperatorem. *Non erubesco cum toto orbe longæua conuerti. Verum certe est, quia nulla ætas ad perdiscendum sera est. Erubescat senectus, quæ emendare se non potest. Non annorum canities est laudanda, sed morum. Nullus pudor est, ad meliora transire.* S. Hier. in Ecclesiasten, agens de confessione sacerdoti facienda. *Si enim,* inquit, *ægrotus erubescat vulnus medico confiteri, quod ignorat, medicina non curat.* D. Aug. ad Vincentium, quem pudebat corrigere errorem. *Quid adhuc dubitas tenere quod sentis, nisi quia id quod non sentis, vel aliquando sensisse, vel aliud defendisse confunderis, & dum erubescis corrigere errorem, non erubescis permanere in errore, quod vtique potius erubescendum fuit? Hoc est illud, quod scriptura non tacuit. Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam, & gloriam. Confusio adducit peccatum, cum erubescit quisque prauã mutare* Tert in Gnosticos. Marc. 8. 38. Cyp ser 5. Amb lib 5. ep 31. Hie. ad c. 10. Aug ep. 48.

Eccl.4.24. tare sniam, ne aut inconstãs putetur, aut diu erralle seipso indice teneatur. Confusio aũt adducit gratiã & gloriã, cũ erubescit quisque de propria iniquitate, & pœnitẽdo in melius cõmutatur; quod te facere piget il
Gal 2.18. la perniciosa confusione superatũ, ne tibi ab hoĩb. nescientib. quid loquatur obiiciatur illa Apostolica sniã. Si.n. quia destruxi, hæc eadẽ iterum
Greg ho..o ædifico, præuaricatorẽ meipsum constituo. B. Greg. in Ezechielẽ. Sicut verecundia laudabilis est in malo, ita reprehensibilis est in bono. Eru
Eccl 4 24. bescere.n. malũ sapiẽtiæ est: bonũ vero erubescere, fatuitis. Vnde scriptũ est. Est confusio adducens peccatũ; & est confusio adducens gloriam. Qui.n. erubescit pœnitẽdo mala quæ fecit, ad vitę libertatẽ peruenit. Qui vero erubescit bona facere, à statu rectitudinis cadit, atq; damnationẽ tendit, sicut per redemptorẽ dicitur. Qui me erubuerit, & meos sermo-
Luc 9 26. nes, hunc filius hoĩs erubescet, cũ venerit in maiestate sua. S. Bern. ad
Bern.c 12. milites tẽpli exponens eundẽ locũ Sapientis. Bonus pudor est, inquit, quo peccasse, aut certe peccare confunderis. Huiusmodi proculdubio pudor fugat opprobriũ, parat gloriã, &c. Quod si quispiã confiteri cõfunditur, id quoq; vnde cõpungitur talis pudor peccatũ adducit, & gloriã de conscĩa perdit, qñ malũ, quod ex profundo cordis cõpunctio conatur expellere pudor ineptus obruso labiorum ostio, non permittit exire.

I II. Remed. Considera exempla sanctorum, qui noxio pudori locũ
Heb 11. 24. nullum dederunt. Primum sit Moysis, de quo Apostolus. Fide Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis magis eligens affligi cum populo Dei, quam tpalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Aegyptiorum impropriũ Christi. Vn
Amb ser 8 de Amb. scribens in psal. 118. Moyses, ait, noluit rex esse, cũ posset, sed
Et ep 36 ad Sabinum. opprobriũ Christi thesaurus Aegypti arbitratus est præferendum, sed fugiendo potentiã, potentior factus est. Factus est.n. in Deum regi Pharaoni, ho . est, regi terribilis, quem rex timeret. Et tu si vis, inquã Deus, peccatorib. esse terrori, regibus reuerentia, &c. cõtemne quæ seculi sunt & Dominicæ passionis approbrium contende omnibus præferre diuitiis. opprobrium dico, quod illis videatur opprobriũ, hoc est, Iudæus scandalum, gentibus stultitia, nobis autem virtus Dei atque sapientia. Sed hoc Pharao opprobrium putans, hoc est, inopiam, ignobilitatẽ, contume
2. Reg. 6 14. lia, maluit diaboli esse, quam Dei portio. I I. est Dauidis regis, qui omni pudore contempto non dubitauit ante arcam Domini ephod lineo accinctus, vt est in Sacra Regum historia totis viribus saltare, quod cum coniux eius Michol filia regis Saul tanquam scurrile factum ei exprobasset, respondit. Ante Dominũ, qui elegit me potius quam patrem tuum, & quam oẽm domum eius, vilior fiam plus quam factus sum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis de quib. locuta es, & gloriosior apparebo. Et mox subiicitur. Igitur Michol filiæ Saul non est natus filius vsque in diem mortis suæ. Vnde concludit Ambr. loco ante citato. Euidens itaque exemplum, quo & Propheta,

qui

qui et percutiebat in organis, et saltauit ante arcam Domini iustificatus est, et illa quæ reprehendit eũ sterilitate dãnata est. Et B. Greg. in lib. 27. moral. *Ecce,* inquit, *quẽ Dominus cunctis singulariter prætulit, se se sub Domino, et exæquando minimis et abiecta exhibendo contẽnit. Non ptãs regni ad memoriam reducitur, non subiectorum oculis saltando vilescere metuit, non se honore prælatũ cæteris, ante eius arcã, qui honorem dederat, recognoscit. Coram Deo egit vilia vel extrema, vt illa ex humilitate solidaret, quę coram hoĩb. gesserat fortia. Quid de eius factis ab aliis sentiatur ignoro, ego Dauid plus saltantem stupeo, quã pugnantem.* Pugnando *quippe hostes subdidit; saltando aũt coram Domino semetipsum vicit.* II. exemplũ est Prophetarum, qui non veriti sunt Domino obedire in materia summæ confessionis. Nam Isaias iussus est nudus incedere. Ita enim scribit ipse. *In tẽpore illo locutus est Dominus in manu Isaię filii amos dicens. Vade et solue saccum de lumbis tuis, et calceamenta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit sic vadens nudus, et discalceatus.* Ac Origines quidem contra Celsum testatur eum per triennium integrum nudipedem ambulasse. 2. Ieremias iussus est primo se præcingere lumbari lineo, ireque ad Euphratem & ibi illud abscondere in foramine petræ, donec computresceret; putrefactum vero rursus effodere & populo ostentare. Deinde iussus est a senioribus accipere lagunculam testeam, eamq; frangere in oculis virorum ipsum comitantium. Tum gestare e collo catenam ligneã & alia vincula, quod & fecit, licet à populo irrideretur. 3. Ezechiel iussus est sartaginem ferream inter se & ciuitatẽ ponere, & dormire in latere sinistro 390. dies, in dextro vero 40. Deinde iussus est comedere panem subcineritium opertum stercore humano, & cum illud deprecaretur saltem bouino. Tertio gladio acuto radere pilos capitis & barbæ, vnamq; eorum partem igni cõburrere in medio ciuitatis; alterã gladio concidere in eius circuitu, tertiã vero dispergere in ventum, & paruũ numerũ ex eadẽ ligare in summitate sui palli, & rursum eos in ignem proijcere. Quę oĩa licet ridicula videre possent, hoĩemque pudefacere, tamen fecit. Eodem pertinent, quæ Apostolus de veteris testamenti sancti scribit. *Alii,* inquiens, *ludibria et verbera experti, insuper et vincula et carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus.* IV. exemplum sit Christi Domini, cuius vita secundum mundi iudicium videri potest plena confusionis, non noxiæ, sed salutáris. Natus. n. est in loco vilissimo, nempe stabulo inter bestias, & depositus in præsepio adoratus ab infimo genere hominum, nempe pastoribus nocte super gregem vigilantibus. educatus ab egenis parentibus in summa rerũ inopia, sic vt iã adultus vixerit ex aliena liberalitate, testatusq; sit se nec hře, vbi caput suũ reclinare posset. Nõ erubuit publice detractis

E c vestibus

Greg. l. 27.
Isa. 20. 2.
Orig. lib. 5.
Ier. 13. 1.
Ier. 19. 1.
Ier. 27. 1.
Ezech. c. 4.
Ezech. 5. 1.
Heb. 11. 36.
Luc. 2. 16.
Matth. 8. 20.
Matth. 3. 16.

Matt 4 5. vestibus in Iordane baptismum à B. Io. recipere. Permisit vt ab ipso Satana in pinnaculum templi & in montem excelsum deferretur.
Ioan. 12. 15. Asino quasi triumphans Hierosolymam acclamantibus pueris inuectus est; cum infamibus hominib. publicanis & meretricib. conMatth 4 18. uersari non detrectauit, rudes & pauperes piscatores in discipulos adsciuit; contumelijs multis a scribis & pharisæis affectus, ac tandē captus, consputus, velatus, flagellatus, spinis coronatus, per ludibrium
Matt 26 67 veste purpurea & alba indutus, & velut rex flexo poplite salutatus, ac demum in medio latronū, velut mortaliū deterrimus, cruci suffi-
Heb 12 2. xus. Vt merito B. Pau. prę cæteris iam dictis exemplis hoc admirandum de contempta confessione exemplū Christi nobis proponat, dicens. *Aspicientes in Auctorem fidei & consummatorē Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucē, confusione contēpta, atq; in dextera Dei sedet recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatorib. aduersum semetipsum contradictionē.* V. exemplū sit Apostolorū, qui insistentes magistri sui vestigijs libenter oīs generis contumelias, & ludibria post acceptam Spiritus S. gratiam sustinuere. Nam cū ob prædicationem Euangelij cęsi fuissent, *ibant*, inquit B. Lucas in historia Apostolica, *gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt*
Act. 5 41. *pro noīe Iesu contumeliam pati.* Idem scribit B. Paulus de eorum imitatorib. primis Christianis, dum ait ad Hebræos. *Rememoramini pri-*
Heb. 10. 32. *stinos dies, in quib. illuminati magnum certamen sustinuistis passionū & in altero quidem opprobriis & tribulationib. spectaculum facti, in altero aūt socii taliter conuersantium effecti. Nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. cognoscē*
1. Cor. 1. 23. *tes vos habere meliorem & manentem substantiam.* Scribit & de se, *Nos*, inquiens, *prædicamus Christum crucifixum, iudæis quidem scandalum, gentib. aūt stultitiam, ipsis aūt vocatis iudæis atq; Græcis Chri-*
Ib 4 9. *stum Dei virtutem, & Dei sapientiam, quia quod stultū est Dei, sapientius est hoīb. & quod infirmum est Dei, fortius est hoīb.* Et rursus. *Puto, quod Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hoīb. Nos stulti propter Christum, &c. purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc.* Quin nec gloriari ac exultare dubitat
2. Cor. 12 9. in his irrisionibus, & probris. *Libenter*, inquit, in posteriore ad Cor. *gloriabor in infirmitatib. meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Pro-*
Gal. 6. 14. *pter quod placeo mihi in infirmitatib. meis, in contumeliis, &c.* Et ad Galatas. *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce D. N. Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Eodem pertinent exempla innumerabilium Martyrum & Confessorum similes confusiones pro Christo & veritate passorum.

IV. Remed. Considera causam, cur Sancti nullo pudore, vel cōfusione absterriti sint a prędicatione Euangelij, vel confessione verę fidei,

dei, vel veritatis defensione, vel obseruatione diuinorum mandatorum, aliorumve bonorum operum, nempe qua ob oculos positã habebant copiosam remunerationem in cęlis paratam, & in scripturis sacris promissam. Vt apud Matthęum, dum Christus ait. *Beati estis, cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me: gaudete, quoniã merces vestra copiosa est in cœlis.* Et apud Paulum ita scribentẽ. *Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum glorię pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ. n. videntur, temporalia sunt; quæ autem non videntur, æterna sunt.* Signanter hoc antidotum notauit idem Apostolus cum in alijs, tum in exemplo supra allato de Moyse. nã cum dixisset, Moysen maiores diuitias æstimasse thesauro Aegyptiorum improperium Christi, mox addit. *Aspiciebat. n. in remunerationem.* Deinde cũ causam reddere vellet, cur Primi Christiani, cum gaudio opprobrijs & tribulationib. spectaculum facti essent, & rapinam bonorum suorum sustinuissent, subiunxit; *cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia. n. vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes reportetis promissionem.* Imò docet & Iesum Christum *proposito sibi gaudio sustinuisse crucem confusione cõtempta, atq; in dextra sedis Dei sedere.* Quod. n. illud fuit gaudium, nisi fęlicitatis æternæ, quod confusionem ignominiosæ mortis secundum humanitatem promeruit, teste eodem Apostolo in ep. ad Philippenses? nam cum ibi dixisset. *Humiliauit semetipsum factus obediens vsq. ad mortem, mortem autẽ crucis.* statim addit. *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.* Quem locum tractãs B. Aug. in Io. *Humilitas,* inquit, *charitatis est meritum, claritatis humilitatis est prœmium, sed hoc factum est in forma serui.* Et commentarius Ambrosij. *Quid,* inquit, *& quantum humilitas mereatur, hic ostenditur.*

Matth. 5. 11. · 2. Cor. 4. 16. · Heb. 11. 26. · Heb. 10. 34. · Heb. 12. 2. · Philip. 2. 8. · A tract. 104. in Io. · Amb. in ep. ad Philip.

V. Remed. Considera & aliam causam, cur sancti dictam confusionem contempserint, pripri contrariam, nempe quia reformidarunt confusionem æternam in die iudicij extremi futuram, quam item differre Christus comminatus est apud Lucam & Marcum supra citatos. *Qui me confusus fuerit,* inquiens, *& verba mea, & filius hominis confundetur eum, cum venerit in gloria Patris sui cum Angelis.* Ad quam confusionem respexit Salomon, cum in Prouerbiorum initio sic loquentem inducit Dei filium. *Quia vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, aduenerit. Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingrueret, quando*

Marc. 8. 38. · Prou. 1. 24.

venerit super tribulatione et angustia. Et Ier. *Idcirco qui persequuntur*
Ier.20.11. *me, cadent et infirmi erunt: quia non intellexerunt opprobrium sempiter*
c.23.40. *num, quod nunquam debetur.* Et iterum. *Dabo vos in opprobrium sem-*
piternum, et in ignominiam æternam, quæ nunquam obliuione delebitur.
Tanta vero tunc cõfusio est futura eorum, qui exiguam confusionẽ
pro defensione veritatis, & diuinorum mandatorũ obseruatione in
hac vitã sustinere noluerunt, vt teste Isaia Propheta ingressuri sint
Isa.2.21. *scissuras petrarum et in cauernas saxorum a facie formidinis Domini,*
Iohel 10.8. *et a gloria maiestatis eius.* dicturiq. perhibẽte Iohele propheta, B. Lu-
Luc 23.30. ca, & B Io. in Apoc. *montib. Operite nos, et collib. Cadite super nos, et*
Apoc 6.16. *abscondite nos a facie sedentis super thronum, et ab ira Agni. Quanta,*
Aphr.to 1. inquit B. Ephr. in serm. de patiẽtia & cõsummatione seculi, *eos cõfu*
sio coram iusto iudice tunc apprehendet, nullã habentes excusationis
suæ viã? quanta eos, cũ ad sinistram Regis segregabuntur, verecundia
corripiet? quantæ in eos tenebræ irruent, quãdo in ira sua loquetur ad eos
et in furore suo cõturbabit ipsos, dicens. Discedite a me maledicti in ignẽ
æternum, qui præparatus est diabolo et angelis! Hoc antidoto impul-
Matt 25.41 sus quondam est celeberrimus apud Roma. Rhetor M. Victorinus,
(qui & statutũ in foro meruit) vt post conuersionẽ suã ad Christi fi-
dẽ oĩ posthabito pudore publice in Ecclesia Cathecumenum se pro
Aug l 8 c 2 fessus sit. quod cõmemorat Aug. in lib. Confessionũ his verbis. *Lege*
bat sanctã scripturã, oẽsque Christianas litteras inuestigabat studio-
sissime et perscrutabatur, et dicebat Simpliciano non palã, sed secretius
et familiarius. Noueris me iam esse Christianũ. Et respondebat ille. Nõ
credã, nec deputabo te inter Christianos, nisi in Ecclesia Christi te vide
ro. Ille aũt irridebat eũ, dicens. Ergone parietes faciunt Christianos? Et
hoc sæpe dicebat, iam esse Christianũ, et Simplicianus illud sæpe respõ
debat, et sæpe ab illo parietũ irrisio repetebatur. Amicos. n. suos vere-
batur offendere superbos dæmonicolas. Sed postquã legendo et inhiãdo
auxit firmitatẽ, timuitq; negari a Christo corã angelis sanctis, si eũ ti-
meret corã hoĩb. confiteri, reusq; sibi magni criminis apparuit, erubescendo
de sacramentis humilitatis verbi tui, et non erubescendo de sacris sacri
legiis superborũ dæmoniorũ, quæ imitator superb. acceperat, depuduit
vanitati, et erubuit veritati. Subitoq; et inopinatus ait Simpliciano, vt
ipse narrabat. Eamus in Ecclesiã, Christianus volo fieri. At ille non ca
piens se lætitia perrexit cum eo. Vbi aũt imbutus est primis instructio-
num sacramentis, non multo post etiam nomen dedit, vt per baptismũ
regeneraretur, mirante Roma, gaudente Ecclesia.

VI. Remed. Considera, pudorem salutarem, vel confessiones pro
Christo, vel veritate perpessas, vti & cæteras afflictiones, habẽdas lo
co gemmarũ, aliorumq; pretiosorum lapillorum; quia illis imprimis
Eccl 4.25. promeremur gratiã, & gloriam, hoc est, conteximus coronã vitæ æter
næ. Qua de causa Ecclesiast. sup. allegatus dixit. *Est cõfusio adducens*
gloriam

gloriã & gratiã. 2. Christus Saluator vocauit beatos, adiuncta promissione copiosæ mercedis, qui contumelias & maledicta hoium patienter sustinuerint. Similiter & B. Pet. *Si quid patimini propter iustitiã, inquit, beati.* & B. Iacob. *Beatus vir, qui suffert tẽtationem, quoniã cum probatus fuerit, accipiet coronã vitæ.* 3. B. Paulus testatur et leuem & momentaneã tribulationẽ, cuiusmodi est irrisio verbis facta æternũ gloriæ pondus in sublimitate operari in nobis. 4. Ecclesia in summa veneratione habuit huc vsq; et instra passionis Christi vel aliorũ Martyrũ, quib. illis aliqua illata est contumelia: atq. imprimis crucẽ Christi, clauos, & spinas, quib. nihil in tota Christi passione cõtemptius, ignominiosius, & quod iudicio mundi maiorẽ afferret cõfusionẽ. Quare B. Chrys. non puduit de D. Pauli catenis ferreis, qb. vinctus fuit ita scribere & ad populum Antiochenum loqui. *Paulus vinctus Iesus Christi, inquit* (Apostolus initio ep. ad Philemonem) *& Timotheus frater, Magnum Pauli oraculum, non principatus & honoris nomen, sed vincula & catenæ. Vere magnum ipsum & splendida alia multa faciunt, in cœlum rapi tertiũ, in paradisum deferri, verba audire ineffabilia, sed horũ nihil posuit, sed pro oĩb. catenã: hæc. n. magis, quã illa, illustrẽ reddebat & splendidũ. Non ita rex diademate gloriatur, vt ille vinculis delectabatur; & valde congrue. Diadema nempe solum coronato capti ornatũ affert. catena vero & ornatũ multo maiorẽ & tutelã. Corona sæpe regia innumeros allexit insidiatores, & in tyrannidis concupiscentiã incitauit. Catena vero, cũ sit pugna cõtra dæmones, illorũ repellit insidias.* Et paulo post. *Qualia vero erant vincula quæ tm vinctis gloriæ tulerunt?* Nõne è ferro *fabricata erant? E ferro quidẽ fabricata, sed multã habebũt spiritus gratiã efflorentẽ, quoniã propter Christũ illis Paulus circũdatus erat. O miraculũ. serui vincti sunt, Dñs crucifixus, & prædicatio quotidie crescit, & per quæ opera putabatur probiberi, per hæc accẽsa est. Et crux & vincula, quæ esse videbantur abominatio, nũc salutis signa sunt facta. Et quolibet auro ferrũ illud nobis pretiosius erat, nõ propter naturã propriã, sed propter causam dictã* Et multo post *indici*, in Actis Apostolorũ, *dixit. Optarẽ te vtiq; fieri Christianũ absq; vinculis his. Dixit, absq; vinculis his, nõ ipse vincula recusans, absit. sed illius condescẽdẽs infirmitati, quoniã ipse sic illa diligebat, vt ambitiosa mulier monialia sua. Vnde hoc manifestũ: Gaudeo in passionib. meis, inqt.* Et. *Libẽter gloriabor in infirmitatib. meis, in cõtumeliis, &c. sic vbiq. gloriatur in tribulationib Paul. & ea re nimirũ delectatur. Et merito. Nã hoc est, qđ maxime Christi virtutẽ demõstrat, & per illa Apost. oĩa mala vicerũt.* Deniq. ipsi impij in extremo iudicii die fatebuntur oĩb. piis irrisiones & sannas ab ipsis perpessas cessisse in summã gloriã. Nã ita loquuntur apud Sapientem, *præ angustia spiritus gemẽtes. Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperii. Nos insensati vitam il-*

Mat. 5.
1. Pet. 3. Iac. 1.
2 Cor. 4.
Chry. ho. 16
Act. 26. 29. Rex Agrip.
Sap. 5. 1.

torum æstimabamus insaniam, et finem illorum sine honore; ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est. Ergo errauimus a via veritatis, etc.

VII. Rem. est orõ, vel diuini auxilij inuocatio, maxime qñ periculũ est, ne pudori noxio succũbas. Hoc reliquit nobis propheta regius Dauid. Nã cũ in persona Christi in ps. 68. dixisset. *Quoniã propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciẽ meã. Et posui vestimentum meũ ciliciũ, et factus sum illis in parabolã. Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta: et in me psallabant, qui bibebant vinũ*; mox subiecit. *Ego vero orõnem meã ad te Dñe*. In quæ verba B.

Aug. conc. 1. in psal 68. Aug. *Qñ. n. malediceris, et quid agas nõ hẽs, qñ tibi iactãtur opprobria et quõ corrigas eũ, a quo iactãtur, nõ inuenis, nihil tibi restat, nisi orare. Sed memẽto pro ipso orare.* Hoc antidotũ & Christus Dñs, impediẽte sua passione, q̃ plena fuit opprobriorũ cõtumeliarũ, & illusionũ, vsurpauit, cũ in horto tertio cũ lacrymis Patrẽ cęlestem orauit, &

Matth. 26. 41 Apostolis ipsum tradidit, dicens. *Vigilate, et orate, vt non intretis in tentationem*, imo & quotidianę Dominicæ orationi includi voluit,

Matth. 6. 13. cum dicimus. *Et ne nos inducas in tentationem.*

Vide V. *Amor sui. Gloria vana. Immortificatio passionum. Pusillanimitas. Timor humanus. Tristitia.*

PVSILLANIMITAS.

Remedia contra Pusillanimitatem.

I. Remed. Cõsidera snĩas diuinæ scripturæ de Pusillanimitate, & virtute ei cõtraria, fortitudine & longanimitate. Primo. n. dehortatur nos S. scriptura a pusillanimitate. *Noli esse pusillanimis*, inquit

Eccl. 7. 9 Eccl. *in aĩo tuo*. Et Isaias. *Dicite pusillanimis, confortamini, et nolite ti-*

Isa. 35. 4 / 1. Thess. 5. 14 *mere*, & Apost. ad Thessal. *consolamini pusillanimes*. Deinde hortatur

Psal. 30. 25 / Eph. 6. 10. ad animi fortitudinẽ. *Viriliter agite*, ait rex Dauid, *et confortetur cor vestrum, oẽs qui speratis in Dñm*, Et B. Paul. *Fratres confortamini in*

1. Ioan. 2. 14 *Dño, et in potentia virtutis eius* Et S. Io. *Scribo vobis iuuenes, quoniã fortes facti estis, et verbum Dei manet in vobis, et vicistis malignum.*

II. Rem. Cõsidera SS. Patrũ Hier. *post pacẽ sequitur longanimitas,*

Hier. in ep. ad Galat. 5. *siue patientia, quia vtroque modo* μακροθυμίαν *possumus interpretari. Huic contraria est pusillanimitas, de qua scribitur. Pusillanimis vehementer insipiens; qui vera patiens est, et vniuersa sustentat vir patiẽs.*

Amb. 1. offi. cap. 36. Amb. *Reuera iure ea fortitudo vocatur, qñ vnusquisq; seipsum vincit irã continet, nullis illecebris emollitur atq. inflectitur, non aduersis perturbatur, non extollitur secundis et quasi vento quodã variarũ rerũ circũfertur mutatione. Quid aũt excelsius, et magnificentius, quam exercere mentẽ, afficere carnẽ et in seruitutẽ redigere, vt obediat imperio, consi-*

lijs.

liis obtēperet, vt in adeundis laborib. impigre exequatur propositum ai ac voluntatē. Aug. ad paulinū. Ois qō, quæ agentes quærentesq; conturbat hōies, qualis ego sum, illa est, quoniā modo viuendū sit, vel inter eos, vel propter eos, qui nondū vincere moriendo nouerunt. Plerunq. n. videtur nobis, quod nisi eis aliquantulū congruamus ad ea ipsa, vnde il los extrahi cupimus, nihil cū eis salubriter agere poterimus; qd cū faci mus, taliū delectatio subrepit, & nobis, vt sæpe ēt loqui vana delectet, aurēq. præbere loquentib. nec arridere tm̄, sed ē risu vinci ac solui. Et inf. Qui in his oīb. timor, mi Pauline sancte hō Dei? quis tremor? quæ te nebræ? nonne putamus de his esse dictū. Timor & tremor venerūt super me, & contexerunt me tenebræ. Ecce elongaui fugiens, & mansi in de serto. Veruntū in deserto ipso fortassis expertus est, quod edungit, Ex pectabā eū, qui saluū me fecit a pusillanimitate & tēpestate. Quid? ip sa diuina eloquia, nonne palpātur potius a nobis, quā tractātur? nōne in multis & dicere quid sentias, periculosissimū, & nō dicere, laboriosissi mū, & aliud quā sentis dicere perniciosissimū est. Et post alia cōcludit. Quis mihi dabit pēnas sicut colūbæ, & volabo, & requiescā? siue qa pe ricula, in quib. quisq. versatur grauiora sunt quā inexperta, siue qa reue ra ita est, quælibet pusillanimitas, tēpestasq. deserti mihi videtur minus esse moleva, quā ea, quæ vel patimur, vel timemus in turbis. Grego. in moralib. Sunt nōnulli, qui cū cœlestia appetūt, atq. huius mūdi noxia fa cta derelinquūt, ab inchoatione sua quotidie incōstātię pusillanimitate deficiūt. Quib hos nisi arbustis reliqs similes dixerim, q nequaquā tales superius surgūt, quales inferius oriuntur? Hi qppe ad cōuersionē venie tes, nō tales, quales cęperūt, perseuerāt, & quasi more arborū inchoa tione vasti sunt, sed tenues crescūt, q̄ paulisper p argumēta tporū pa tiuntur detrimēta virtutū. Sensim quippe in eis desideria superna lan guescūt. Et in pastorali. Aliter admonēdi sunt proterui, atq; aliter pu sillanimes. Illi. n. dū valde de se præsumūt exprobādo cęteros dedignā tur; isti aūt dū nimis infirmitatis suæ sunt cōscii plerunq. in desperatio nē cadūt. Illi singulariter summa ęstimāt cūcta quæ agūt: isti vehemē ter despecta putāt esse quæ faciūt, & idcirco in disperatione frangūtur. S. Bern. ad Abb S. Nicasij. Nec immerito his, quos in anxietate positos videmus amicis nostris cōpatimur, quib. vtlq. dū exitū ignoramus, defe ctū metuimus, quoniā quidē sicut sanctis et electis tribulatio operatur patientiam, patientia probationē, probatio spem. spes aūt non confundit sic damnandis et reprobis tribulatio parit ē contrario pusillanimitatē, pusillanimitas probationē, perturbatio desperationē, et illa interimit. B. Isaac de mundi contēptu. Pusillanimitas mater est cruciatus: patiētia vero mater est consolationis. Quādo vult Deus aliquē amplius tribula ri, permittit ēt venire ad manus pusillanimitatis. Hec aūt in eo parat potentiā acediæ, in qua gestat suffocationē aīæ, quæ est gustatio gehēnę et ex hac superinducitur spiritus excessus, ex quod nascuntur plurimæ

Aug. ep. 150

Psalm. 54. 6

Gr. lib. 6. 26

3. p. admo. 8

Bern. epi 31

Isaac presb. cap. 41

tentationes, s. confusio, furor, blasphemia, fatua culpatio, peruersæ cogitationes, & de terra in terram transmigratio, & his similia.

III. Remed. est Humilitas, vel agnitio propriç imbecillitas. Est B. Greg. ad Cyriacũ Epm Constantinopolitanũ, qui cũ imparem se sentiret tanto oneri sustinendo, ita rñdet. *Qui vobis aïarum nũc cura cõmissa est, valde gaudeo. Quia vero ad hoc opus, ad quod perducti estis, infirmos vos esse dicitis, scimus, quia prima virtus est cognitio infirmitatis, atq. ex eo colligimus posse vos bene susceptũ ministeriũ implere, qa vos videmus infirmitatẽ propriã ex humilitate cognoscere. Oẽs n. infirmi sumus, sed ille est infirmior, q suã nõ valet cõsiderare infirmitatẽ. Vos vero beatiss. fratres ideo fortes estis, quia de fortitudine propria diffidẽtes, in oĩpotẽtis Dei virtute cõfiditis.* Idẽ remediũ præscribit loco iã citato B. Isaac. *Vna*, inquit, *est oĩum eorũ, quę ex pusillanimitate sequuntur medicina, per quã qs statim in aĩa inuenit consolationes, nẽpe, humilitas cordis, &c. Nã secundũ mensurã humilitatis tuę, datur tibi & patiẽtis in aduersitatib. tuis, & secundũ patientiam tuam alleuiatur grauitas tribulationis tuæ, & consolatiouẽ obtinebis.*

Gr. l. 6. ep. 4

IV. Remed. Firma spes & fiducia in auxilio diuino. *Fidelis. n. est Deus*, inquit Apost. *qui neminẽ patitur tentari super id qđ põt.* Ille dixit apud Isaiã. *Ego, ego ipse consolabor vos.* Et in psãl. *Quoniã in me sperauit, liberabo eum, protegam cũ, quoniã cognouit nomen meũ, cum ipso sum in tribulatioue: eripiã eũ & glorificabo eũ.* Et ibid. *intellectum tibi dabo & instruã te in via hac, qua gradieris, firmabo super te oculos meos.* Et Christus apud Matth. *Venite ad me oẽs qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Hoc antidotũ præscribit B. Bern. Abbati S. Nicasij mærentis de discessu Drogonis e cœnobio. *Ne ergo*, inquit, *hæc te tam horrenda tẽpestas, quod Deus auertat, demergat tẽpestas aquæ; ne huius tam tremẽdæ abyssi absorbeat profundũ, neve vrgeat super te tam inexplebilis puteus os suũ, solicite studeat humilis prudentia tua nõ vinci a malo, sed vincere in bono malũ. Vincens aũt spem tuã in Deo fortiter figendo, & rei finẽ longanimiter expectãdo.* Et Io. Cass. cum ex mẽte Abbatis Serapionis agit de certamine contra oĩa vitia. *impossibile*, inquit, *est de qualibet passione triumphũ quem piam promereri, priusquam intellexerit industria vel labore proprio victoriam certaminis semet obtinere non posse.* Et multo post. *Quamobrem certos nos esse conuenit, tam ipsis rerum experientiis, quam innumeris scripturæ testimonii eruditos nostris nos viribus nisi Dei solius auxilio fulciamur, tantos hostes* (vitiorum) *superare non posse, & ad ipsum quotidie summam victoriæ nostræ referre debere.*

1. Cor. 10. 13
Isa. 51. 12.
Psal. 90. 14.
Psal. 31. 8.
Matt. 11. 28.
Bern. l. cit.
Cass. coll. 5
c. 14. & 15.

V. Remed. Exclusio oĩum anxiarũ cogitationũ & phantasmatum, quæ creare & fouere solent animi pusillanimitatẽ. Est B. Grego. in moralib. *in tentationib. ait, deprehensus tenebras meroris incidere qui in trãquillitate de te alta senseras, ĩ pturbatione quoq. deterius cogitatio*

Greg. l. 7. c. 7

num

num caligine te cõfundas. Eodem spectat oratio Cyp in lib. de prouidentia. *Est maximæ pusillanimitatis, eorum gratia, quæ necdũ contigerunt, incertũq; est, an euentura sint mœrore iã nos ac dolore cõficere.* Chry. lib 1.
Pro sananda aũt aliena pusillanimitate hoc antidotũ suggerit idẽ Greg. *Pusillanimes, inquiens, aptius ad iter bene agendi reducimus, si quędã bona illorũ ex latere requiramus, vt dũ in eis alia reprehendendo corripimus, alia amplectendo laudemus, quatenus eorũ teneritudinẽ laus audita nutriat, quã culpa increpata castigat. Plerunq; autẽ vtilius apud illos proficimus, si & eorũ bene gesta memoramus. Et si qua ab eis inordinatè gesta sunt, nõ iã tanquã ppetrata corripimus, sed quasi adhuc ne ppetrari debeãt prohibemus; vt & illa q̃ approbamus illatus fauor augeat, & contra ea q̃ reprehendimus magis apud pusillanimes exhortatio verecũda cõualescat. Vñ Paulus cũ Thessalonicẽses in accepta prædicatione pdurantes, quasi de vicino mũdi termino quadã cognoscere pusillanimitate turbatos, prius in eis, q̃ fortia pspicit, laudat, & cautè monendo postmodũ, quæ infirma sũt roborat. Ait .n. Gratias agere debemus Deo semper pro vobis fratres, ita ut dignũ est, qm̃ supercrescit fides vestra, & abundat charitas vniuscuiusq; vestrũ inuicem, &c.* Atque hoc antidotum ipse Gregorius in cõsolando Cyriaco Constantinopolitano antistite, de quo supra, seruauit. Grego 3. p. pastor. admon 8. 2. Thes. 1.

VI. REM. Præuisio omnium periculorum, quę incidere possent, & animi contra ea obfirmatio. Est S. Amb in libris officiorũ. *Hoc diligentiæ est, vt quis ita se comparet, illud ingenii si quis potest vigore mentis prauidere, quæ futura sunt, & tanquã ante oculos locare, quid possit accidere, & quid agere debeat, si ita acciderit, definire.* Et paulo post. *Vt in bello in prouisus hostis vix sustinetur, & si imparatos inueniat, facile opprimit, ita animũ mala inexplorata plus frangunt. In his ergo duob. illa est animi excellentia, vt primũ animus tuus bonis exercitatus cogitationib. mundo corde q verũ et honestum est videat. Beati. n. mundo corde, quia ipsi ẽt Deum videbunt, atq; id q honestũ est solum bonũ indicet. Deinde nullis perturbetur occupationib. nullis cupiditatib. fluctuet, &c. Deinde vt si quid acciderit aduersi, idq; graue & acerbũ putetur, ita feras, vt nihil preter naturã accidisse putes, cũ legeris. Nudus sum natus, nudus exibo. Quæ Dñs dedit, Dñs abstulit. Sic Dño placuit ita factum est. Sit nomen Dñi Benedictũ.* Hoc remediũ aduersus pusillanimitatem præscripsit inter Ethnicos & Seneca in libro de animi tranquillitate. *Nisi,* inquit, *quicquid fieri põt pro futuro, habeas, das in te vires rebus aduersis, quas infregit, quisquis prior vidit.* Et. *Quicquid fieri potest, quasi futurum prospiciendo, malorum omnium impetus molliet, qui ad præparatos expectantesq; nihil afferũt noui.* Et. *Sero animus ad periculorum patientiam post pericula instruitur. Non putaui hoc futurum: nunquam hic euẽtum credidissem. Quaic autem non? Quod regnum est, cui nõ sit parata ruina? &c.* Amb. l. 1 offic. 38. Math 5. 8. Iob. 1. 21. Sen. c. 11.

VII. REM.

VII. REM. Perfugium ad Patrem ſpiritualem, ſi aduertas te alieno indigere auxilio ad ſuperandam puſillanimitatem. Apoſtolus enim in epiſtola ad Galatas omnes, qui ſpirituales ſunt hortatur, vt in hoc genere officium charitatis præſtent. *Fratres*, inquit, *ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris.* Quo loco S. Aug. *Nihil ſit probat ſpiritualem virum, quam peccati alieno tractatio, cum liberationem eius potius, quam inſultationē, potiuſque auxilia, quam conuitia meditatur, & quantum facultas tribuitur ſuſcipit.* B. Pauli monito conſentit B Greg. in Paſtorali. *Tales ſeſe*, inquit, *qui præſunt exhibeant, quib. ſubiecti occulta quoq; ſua pādere non erubeſcant, vt cū tentationū fluctus paruuli tolerant, ad paſtoris mentem quaſi ad ſinum matris recurrāt; & hoc quod ſe inquinari pulſantis culpæ ſordib. præuident, exhortationis eius ſolatio, et lachrymis orationis lauent.* Remedium hoc præſcribit B. Aug. in epiſtol. ad Paulinum, & S. Baſil. in oratione de renunciatione & abdicatione.

Galat 6.1.

Grego. 2. p cap. 2.

Aug. ep. 250

VIII. REM. Conſideratio illuſtrium exemplorū, hoc eſt, ſanctorum fortitudinis & conſtantiæ laude illuſtriū, qui omnem puſillanimitatem ab animo ſuo excluſerūt, vt fuit S. Iob, pueri Machabæi, Paulus, Stephanus, S. Agnes, Laurentius, quorū robur eleganter deſcribit B. Ambr. libro primo officiorum à capite 35. vſque ad 41 & alii innumerabiles Cōfeſſores & Martyres, quorū res geſtæ exſtāt.

Vide V. *Conſcientia ſcrupuloſa. Deſolatio ſpiritualis. Illuſiones ſpirituales. Immortificatio paſſionum. Impatientia in aduerſis. Inconſtantia. Timor humanus. Triſtitia.*

R

RECIDIVA PECCATORVM.

Remedium aduerſus Recidiuam.



Rimum Remedium. Conſidera ſacrorum Bibliorum ſententias à Spiritu ſancto dictatas: è quibus primo illa occurrit Salomonis. *Sicut canis, qui reuertitur ad vomitum ſuum: ſic imprudens qui iterat ſtultitiam ſuam.* Quam B Petrus in altera epiſtola detorſit in eos, qui agnita ſemel veritate in priſtinos errores relapſi erant, dicens, *Contigit enim eis illud veri prouerbii. Canis reuerſus ad ſuum vomitum &, ſus lota in volutabro luti.* Ieremias in Dei perſona his verbis

Prou 26.11. 2. Pet. 2.22.

Ier. 2.35.

verbis alloquitur populũ Iudaicũ. *Ecce ego iudicio contendã tecum, eo quod dixeris. Non peccaui. Quamuis facta es nimis, iterãs vias tuas?* Et Christus apud B. Matth. *Cum immundus Spiritus exierit ab hoĩe, ambulat per loca arida, quærens requiẽ, et non inuenit. Tunc dicit. reuertar in domũ meã, vnde exiui. Et veniens inuenit eã vacantẽ, scopis mundatã et ornatã. Tunc vadit et assumit septẽ alios spiritus secũ nequiores se, et intrante habitãt ibi, et fiunt nouissima hoĩs illius peiora priorib.* Et apud Io. dixit paralytico. *Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Et mulieri in adulterio deprehensæ. *Vade, et iã amplius noli peccare.* Deinde Apostolus ad Hebr. ita scribit. *impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt ẽt donum cœleste, etc. et prolapsi sunt, rursus renouari ad pniam.* Et paulo post. *Terra.n. sæpe venientẽ super se bibens imbrem et generans herbã opportunã illis, a quib. colitur, accipit benedictionem a Deo, proferens autem spinas ac tribulos, reproba est, et maledicto proxima.* Matth. 12. 43 Luc. 11. 24 Io. 5. 14 Io. 8. 11 Heb. 6. 4

II. Remed. Considera SS. Patrũ pronunciata. B. Cyp. lib. de disciplina & habitu Virginũ. *Sospitantis Domini verba sunt, et docẽtis curãtis pariter et monẽtis. Ecce, inquit, sanus factus es, iã noli peccare, ne quid tibi deterius fiat, Dat viuendi moẽ, dat innocẽtiæ legẽ, postquã contulit sanitatẽ, nec habenis liberis et solutis vagari postmodum patitur, sed ipsis potius, quib. sanatus fuerat, mãcipato cõminatur, quod sit, f. minor culpa deliquisse ante, cũ necdũ nosces disciplinã Dei, nulla sit venia vltra delinquere, postquã Deũ nosse cepisti.* Nullã aũt veniã, vt bene monet Pamelius in scholiis, peccantib. relinquit? quia satisfactionẽ longã requirit. S. Hier. ad Furiã. *Egessisti acescentes et morbidos cibos, releuasti æstuantẽ stomachũ. quid vis rursum ingerere, quod tibi noxium fuit? Canis reuertens ad vomitũ, et suis lota ad volutabrum luti. Bruta quoq. aĩalia, et vagæ aues in easdẽ pedicas, retiaq non incidũt.* D. Cyp. in Matth. exponens verba illa. Tunc assumit septẽ alios Spiritus. *Hec, inquit, non ad ipsos solum, verum ẽt ad nos dicta credamus. Nam si diuina luce illuminati, et a prima delictorũ miseria erepti, rursus ad eandem malignitatẽ reuertimur, grauior punitio nos profecto expectabit: ideo Christus paralyticum quoq. admonebat, dicens. Sanus iã factus es, noli ergo amplius peccare, ne quid peius tibi eueniat. Sed quid peius, inquies, illi accidere poterat, qui 38. annos ægrotus iacuit? Multa profecto peiora, et grauiora diuturno illo morbo possent excogitari; Vtinamq. tot totaq. nobis accidãt, quot quantaq. pati possumus. Magna.n. punitionũ apud Deũ copia est, licet per ineffabilẽ eius misericordiã iusta eius ira clementer mitigetur, quod ad Hierusalem per Ezechielem dicit* Aug. lib. 50. hom. *Qui iam mortuus est carne, desinat peccare, vt iam non hominum desideriis, sed voluntate Dei reliquum in carne viuat. Sufficit enim præteritum tempus voluntates gentium consummasse in libidinibus, et voluntatibus, et comessationibus, potatione.* Io. 5. 14 Hier. ep. 10 Chry. ho. 44 Matth. 12 Io. n. 1 Ezech. 16. Aug. ho. 20.

lethali, idq; ex triplici capite. Et primo ex parte Dei. Nam vt probat Cyp.lib. 1. e. 27 & 28.
B. Cyp. ad Quirinum. *In Βασιλειῶν primo dicitur. Si delinquendo peccet vir aduersus virum, orabunt pro eo Dominum; si autem in Deum peccet homo, quis orabit pro eo?* Et *in Paralipomenon. Deus vobiscũ* 1. Reg. 2. 25.
est, dum estis vos cũ ipso, si dereliqueritis eũ, derelinquet vos. Et *Pau-* 2. Par. 15. 2.
lus in epistola ad Corinthios prima. Nescitis, quia templũ Dei estis, 1. Cor. 3. 17.
& spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templũ Dei violauerit, disperdet illum Deus. Hæc ille. His testimoniis consentit illud Ecclesiasti- Eccli. 34. 31.
ci, *Iterum eadẽ peccans, quid proficit humiliando se? Orationẽ eius quis exaudiet?* Et illud Dei apud Ieremiam. *Quis miserebitur tui Ierusa-* Ier. 15. 5.
lem, aut quis ibit ad rogandũ pro pace tua? tu.n. me dereliquisti, dicit Dñs, retrorsum abiisti. Causa aũt huius periculi ex parte Dei est. Ingratitudo, quę aggrauat peccata eorũ qui eodem sæpius relabuntur. Cum.n. iuxta Christi dictum. *Cui plus dimittitur, plus diligit*; profe- Luc. 7. 47.
cto, cui plus dimittitur, si offendere pergat, plus per ingratitudinẽ peccat. Quod & illa parabola apud Matthæũ docuit, quia cõseruus, cui Dñs roganti decem millia talenta remiserat, statim conseruum propter centum denarios in carcerẽ coniecit. Vbi Dominus eidem Matt. 18. 32.
ob summam ingratitudinem hoc facto demonstratã dicit. *Serue nequã omne debitũ dimisi tibi, qm̃ rogasti me; nonne ergo oportuit et te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus Dominus eius tradidit eum tortorib. quoadusq; redderet vniuersũ debitũ.* Secundo, periculosa est Recidiua ex parte Dęmonis. Sicut.n. Magistratus captiuũ incuria custodũ è carcere forte elapsũ, summo studio connititur in vincula retrahere, retractumq; atctius vigilãtiusque custodit, sic dæmon peccatorũ semel è seruitute sua per sacrã exomologesin elapsum & acrius persequitur, & captum vigilantius custodit, grauiusq; infestat. Vnde apud B. Matthæum semel ex homine egressus, non inuenta requie dicit. *Reuertar in domũ meã vnde exiui. Deinde assumit septem alios spiritus secũ nequiores se, et in-* Matt. 12. 43
trantes habitant ibi, hoc est, maiori vigilantia in eo custodiendo vtitur, ne resipiscat, & ideo *nouissima hominis illius*, vt ibi subiungit Christus, *fiunt peiora prioribus*. Eodẽ pertinet, quod de relapsis scribit B. Petrus Apostolus *A quo*, inquiens, *quis superatus est, huius et* 2. Pet. 2. 20.
seruus est. Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi his rursus implicati superãtur, facta sunt eis posteriora deteriora priorib. Melius.n. erat illis non cognoscere viã iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Tertio demum periculosa est ex parte peccatoris. Primo, quia ex crebriore lapsu praui gignũtur habitus, ipsaq; consuetudo. Quod expertus in adolescẽtia Aug. Aug. 8. con-
in lib. Confessionum ita scripsit. *Velle meum tenebat inimicus, &* fes. c. 5.
inde mihi catenam fecerat, & constrinxerat me. Quippe ex voluntate

peruersa

peruersa facta est libido, & dum seruitur libidini, facta est consuetudo, & dum cõsuetudini non resistitur facta est necessitas. Vnde fit, vt cum cæteris peccatoribus tantum incumbat onus expugnãdi tres hostes, carnẽ, mundũ & dæmonũ, huic quartus quoq; expugnãdus veniat, nẽpe inueterata consuetudo. Quæ hoc expugnatur ægrius, quo mentem peccatoris quasi sopore grauius opprimit, vt minus antidotum admittat. Quemadmodũ enim qui iuxta fabros ferrarios habitant, longo tempore ictibus malleorum assuefacti nihil molestiæ percipiunt, sic peccator post diuturnũ consuetudinẽ, nullo sensu malorum, quę in peccato sunt, commouetur *Sicut in pestilentibus*
Basi hom 9 *locis*, inquit B. Basil. *sensim attractus aer latentem corporibus morbum inijcit, sic in praua consuetudine maxima nobis mala hauriantur, etiã si statim incommodum non sentiatur.* II. periculosa est, quia peccatũ,
G li 25 c. 12 teste, B. Greg. in Moralibus, ꝙ *pœnitentia non diluit ipso suo pondere mox ad aliud trahit. Iusto enim iudicio omnipotens Deus cor peccantis obnubilat, & vt præcedentis peccati merito ẽt in alijs cadat.* Vnde
H li 7. c. 22 auctore B. Hier. in Ezechielẽ, *In Zacharia* scribitur, *Iniquitas sedere*
Zach 5. *talentũ plumbi. Et in* Exodi cantico dicitur. *Dimersi sunt quasi plum-*
Exod 15. *bum in aqua violentissima. Graui enim pondere peccatorum preme-*
Psal 37. *bantur, & loqui poterant. Quasi onus graue grauatæ sunt super me.* Quo oneris vel ponderis lapsu, si sæpius iteretur, tandem anima di labitur in contemptum, & ex contemptu in desperationem, hoc
Prou 18 3. est, ipsam inferorum portam. *Impius enim*, inquit Salomon, *cum in profundum venerit peccatorum contemnit.*

IV. REM. Considera exempla eorum, qui diuinitus ob crebriores lapsus puniti fuere. Primum est Pharaonis regis Aegypti, q post
Exo. 15. 8 promissa & fœdera de populo Dei dimittendo, frequentius violata
Chry ho 44 tandem cum vniuerso suo exercitu mari rubri fluctibus obrutus miserrimè periit. Vnde B. Greg. in Matthęum. *Pharao si confestim prima percussione fuisset admonitus, neque posteriores plagas habuisset, neque tandem cum eo tantus exercitus demersus perisset. Hæc iõ dico, qui non ignoro multos etiam nunc in Pharaonis impietate viuere, & luto ac lateribus sibi obnoxios affligere. Qui non in rubro mari demergentur, sed in ignis pelagos in quo ignei fluctus montium instar*
2. Reg 12 8. *erigentur.* Secundum sit Dauidis regis Israel, quem cum Dominus
1. Reg. 24. 9. primum in vxore Vriæ peccantem solo pueri ex ea nati interitu castigauisset, postea repetito in numeratione populi grauiore lapsu
3. Re. 22 29. multorum millium nece percussit. Tertium est regis Achabi, qui
3. Re. 22 34. cum prius ob sublatam vineam Naboth ab Elia Propheta grauiter increpatus fuisset, & pœnitentia acta veniam à Domino obtinuisset, postea tamen in pristinam impietatem relapsus, eo quod Prophetam Michæam in carcerem compegisset, flagrantis belli tempore nutu diuino è vita sublatus est. Addam exemplum recentius

tius à S.Bonau.in vitá S.Francisci Seraphici descriptum.Canonicus quidam post vitam diuturno tempore turpiter, & libidinosè actam in grauem ægritudinem prolapsus fuerat. Eum S. Franciscus lecto affixum adijt,& postquam salutari Crucis signo consignasset, pristinę valetudini restituit,hominemque sedulo commonuit,vt deinceps a fęda illa viuendi consuetudine abstineret, nec ad vomitũ aliquando rediret. At ille piæ admonitionis oblitus,ad veteres impuditię sordes redijt, & cum in ædibus cuiusdam canonici forte cœnasset, tota ædium structura subito ruente,solus repentina morte,cæteris conuiuis illæsis,extinctis est. Bonau c.31

V.Remed est Pœnitentia.Pro qua hæc tria tene Sacramenta.Primum est,vt quoties cadis,resurgas: *Septies enim*,ait Sapiens, *cadet iustus,& resurget*.Et Dominus apud Ieremiam. *Nunquid qui cadit, non resurget?* Et apud Ezechielem. *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis,quæ operatus est,& c vita viuet,& nõ morietur.* Et Christus apud Matth.*Pœnitentiam agite,appropinquauit.n.regnũ cęlorum*;S.Chry.in psal. 50.*Nolo excusationes mihi afferas,nolo ignauiam prætendas.Peccasti? pœnitere, millies peccasti?millies pœnitere. hæc assidue infundo medicamenta.* B.Aug in ser.Tempore.*Nemo post centum peccata,nec post mille crimina de misericordia diuina desperet.* B.Leo ad Theodorum. *Misericordiæ Dei, nec mensuras possumus ponere,nec tempora definire,apud quem nullus patitur veniæ moras vera conuersio,dicente Spiritu Dei per Prophetam.Cum conuersus ingemueris,tunc saluus eris.* I I.Documentum est, vt quoties cadis, cito resurgas.Primo,quia nascis quamdiu sis victurus.Vnde Eccl.*Nõ tardes,inquit,conuerti ad Dominum,nec differas de die in dię.Subito.n. venit ira eius,& in tempore vindictæ disperdet te.* Vnde B.Aug.*Verũ quidem dicis,quod Deus pœnitentiæ tuæ indulgentiã promisit,sed huic dilationi tuæ crastinum non promisit.* Secundo,quia,etsi viuas diutius tamen procrastinatione ipsa in dies magis magisq; iram Dei prouocas iuxta illud Apostoli. *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis,ignorans,quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam,& impœnitẽs cor thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicii Dei.* I I I. Documentum est,vt nunquam desperes,etiamsi in atrocissima crimina lapsus fueris,& sæpissimè relapsus. Nam Spiritus sancti apud Ezechielem vox est. *Impietas impii non nocebit ei,in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua.* Et Isaiam.*Si fuerint peccata vestra vt coccinum quasi nix dealbabuntur.* Et in psal. *Miserator,& misericors Dominus,patiens,& multum misericors.Suauis Dominus vniuersis,& miserationes eius super omnia opera eius.* B.Io.Chry.ad Theodorum lapsum. *Caue dicas,iis tantum veniæ locum concedi,qui modicè deliquerunt.Nam finge,si lubet,aliquem vniuersa malitia redundantẽ,*

Prou 14 16. Ier 8 4. Ezech 18 21 Matth 4.17. Chrys ho 2. A sermo.58. Leo ep 91. Ps.30.iux 70 Eccl.5 11. A.in ps 114. Rom 2 4. Ezech 33 12 Is.1 18. Psal.144 8. Chry.ep 5.

& pæ-

& patrarit omnia, quæ a regno excludunt, is vt demus non sit extra fidem, sed fidelis aliquando fuerit, acceptusque Deo, *postea vero factus scortator, adulter, mollis, pœdico, fur, ebrius, calumniator, aliaque id genus flagitia sedulo committat, equidem illi non ero desperandi autor etiamsi perseuerasset in his flagitiis ad extremam vsque senectam.* Et infra *Tanta est* Dei *humanitas, & erga nos amor, vt nunquam auersetur pœnitentiam syncere factam, imo si quis ad malitiæ fines olim pene trasit, illinc eum ad virtutis viam reducere conatur, & suscipit redeuntem, & suauiter amplectitur, nihilque non facit, quo in pristinam dignitatem reformet. Quodque est maioris facilitatis argumentum, etiamsi non omnem præsefert pœnitentiam, breuem illam & exiguo tempore factam non abnuit, sed magna mercede compensat.* Et rursus. *Quamdiu enim hic sumus, etiamsi peccamus decies millies, semper erit spei locus, omnia dabitur abluere scelera dignam exhibentibus pœnitentiam.* Etenim *non est cur alibi speremus pœnitentiam in inferno constituti, quo in loco pharmacum hoc infirmum est. Unde diabolus oẽm, quod aiunt, lapidem mouet, quo in nobis alte radicem agat cogitatio desperationis, quoniam nouit, quamlibet exiguum pœnituerimus, nullo id facto factu ros irremuneratos a* Deo. Cum Chrys. conspiret B. Aug. in hęc verba scribens. *Sed forte cogitat aliquis tam grauia se admisisse peccata, vt iã Dei misericordiam promereri non possit. Absit hoc a sensibus omniũ peccatorum.* O *homo, quicunque illam peccatorum multitudinem attẽdis, cur & omnipotentiam cœlestis medici non attendis? Cum.n. Deus velit misereri, quia bonus est, & possit, quia omnipotens est, ipse cõtra se diuinæ pietatis ianuam claudit, qui* Deum *sibi misereri, aut non velle, aut non posse credit, eumque aut bonum, aut omnipotentem esse diffidit.* Et rursus. *Donec sumus in hac vita; quantacunque nobis acciderint peccata, possibile est omnia ablui per pœnitentiam.* Et S. Basi. in regulis breuiorib. *Si fieri potest, inquit, vt multitudo miserationum Dei numeretur, & magnitudo misericordiæ vlla mensura comprehendatur, collata cum magnitudine peccatorum, adhibeatur sane si libet, desperatio. Si autem hæc & magnitudine possunt, & numero definiri. (misericordia autem Dei & miserationes, neque magnitudine vlla possunt, neque numero circumscribit) sine dubio non est, cur desperatio adhibẽda sit: sed agnoscenda misericordia Dei, & commissa peccata detestanda, quorum condonatio proposita est in sanguine* Christi, *sicut scriptum est.*

Aug. ser. 58. Temp.

Id. serm. 181.

Bas. q. 13.

Vide V. *Consuetudo praua. Contemptus. Desperatio. Ingratitudo. Peccatum. Procrastinatio.*

SIMO-

S

SIMONIA.

Remedia contra Simoniam.



PRimum Remedium. Confidera, si quid in diuinis scripturis de Simoniaca labe patefactum sit; qua infecti sunt, qui exemplo Simonis Magi rem spũalem, vt gratiã, Sacramentũ Ordinis, vel Eccl. beneficium pecunia emũt vel vendunt. Patefecit vero Christus Saluator tum verbis, tum factis, id non esse faciendum. Verbis quidem, cum apud B. Matth. Apostolis mandauit, vt prædicandi, miraculaq; patrandi munus nullo accepto pretio obirent. *Gratis, inquiens, accepistis, gratis date.* Factis vero cum apud eundem, & B. Io. secundo oẽs vendentes & ementes tẽplo eiecit, mensasq; numulariorũ & Cathedras vendentium colũbas euertit. Vtrumq. n. locum S. Patres de Simoniaca emptione & venditione exposuerunt. Deinde in Actis Apost. de Simone, primo huius vitij autore & parente, ita scribit B. Lucas. *Vir quidam noie Simon, qui ante fuerat in ciuitate magis, seducens gentẽ Samariæ, dicens se esse aliquẽ magnum, cui auscultabant oẽs a minimo vsq; ad maximum, dicentes Hic est virtus Dei, quæ vocatur magna.* Et paulo post. *Quum vidisset aũt Simon, quia per impositionẽ manus Apostolorum daretur Spiritus S obtulit eis pecuniam, dicens. Date & mihi & mihi hanc potestatem, vt cuicunque imposuero manus, accipiat Spiritum S. Petrus aũt dixit ad eum. Pecunia tua tecum sit in perditionẽ, quoniam donũ Dei existimasti pecunia possideri. Non est tibi pars, neque sors in sermone isto; cor. n. tuum non est rectum coram Deo. Pœnitẽ itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle. n. amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. Respondens autem Simon dixit. Precamini vos pro me ad Dominum, vt nihil veniat super me horum, quæ dixistis.*

Match 10. 8.
Math. 21. 12
Ioan 2. 14.
Hilar Hier. & Theo. in c. 21 Matt. Amb in c 19 Luc.
Aug trac. 10 in Ioan.
Gr. l. 4. epi 5. 51.
Act. 8 9.

II. Remed. Confidera S. Patrum sñias. B. Cyp. his verbis conqueritur. *Etiam in sinũ sacerdotum ambitio dormit, ibi sub vmbra recubat, in secreto calami, se fraudulenter occultat. Simon Apostolorum tpibus venalem putans Spiritum sanctum donis aggreditur, & tentat emere ptãtem, per quã plura lucretur. Hæc sacrilegij forma per oĩa officia, gradusq; discurrit, & nihil intentatum ambitio prætermittit. Nec dubitet quisquam diaboli hæc esse negotia, & nundinatores eius, quicunq; hæc exercent commercia, nec quicquam huiusmodi, nisi præmissa apostasia, donari.* S. Bas. ad Episcopos suæ curæ commissos. *Feruntur quidam ex vobis ab illis qui ordinantur accipere pecuniã, idq; quod pecus est pietatis*

Cyp. de ieiu. & tenet.
Act. 8 18.
Bas. f. ep. 76.

 tis

tis nomine palliare. Duplo namq; puniendus venit, qui prætextu boni ꝙ malum est facit, cum ꝙ operatur quod bonum non est, tum quod ad perficiendū peccatū, bono vt dī, vltur cooper:tio. Hæc si ita habent, *posthac non fiant, sed emendentur, alioqui necessario dicetur ad accipientem pecunias, qđ ab Apostolis ad eū dictū est, qui pecuniā dare*
Act 8 20. Simon. *volebat, vt cōmunicationē emeret Spiritus sancti videlicet. Argentū tuū tecū sit ad perditionē. Leuius.n. deliquit, qui propter inexperientiā emere volebat. quā qui iam donū Dei vendit. Auctio namq; est. Et si, quod gratis accepisti, vendideris, tanquā Satanæ venundatus Dei gratia priuaberis.* Cauponis.n. ritu q̄stū reb. spiritualib. infers & Ecclesiæ, vbi corpus nobis & sanguinem Christi concreditū habemus. S.
Ambr. ca. 19. lib. 9. Matth. 10. 8. Amb. in Luc. *Admonet dominici forma baptismatis, qñ descēdit Spiritus sanctus in colūbæ typo, electorū de tēplo huiusmodi mercatorum in Ecclesia Dei consortiū eos habere nō posse, qui sancti Spiritus gratiā nundinentur. Gratis, inquit, accepistis, gratis date. Deniq; Simoni, qui sanctificandi munus pretio in se putauit posse conferri, respōdit Petrus. Pecunia, inquit, tua tecū sit in interitū, qm̄ gratiā Dei putas te*
Chry ho. 38 in Matth. 21. *pecunia consequi posse: non est tibi pars, neq; sors in hac fide.* Chrys. in opere imperfecto. *Quotidie ingreditur Iesus in tēplū suū, i. in sāctā Ecclesiam, & eiicit oēs vendentes gratiā Dei de Ecclesia, Episcopos, presbyteros, diaconos, omnesq; Ecclesiasticos, nec non & laicos, quia vnius criminis habentur pariter Dei dona vendentes & ementes, quia scriptū est. Gratis accepistis gratis date. Colūbas quoq; vendentiū cathedras euertit, ut quod honor sacerdotalis dēt ab eis auferri doceret, q̄*
Hier. in c. 21 Matth. *pro terrena mercede opus Dei faciendū existimant.* Eadē hēt B. Hier. lib. 3. in Mattheū, & addit. *Obserua propter auaritiā sacerdotum altaria Dei numulariorū mensas appellari. Cathedrasq; vendentiū columbas euertere, q̄ vendunt gratiam Spiritus sancti, & oīa faciunt, ut subiectos populos deuorent.* S. Aug. Tract. 10. in Ioan. *Qui vendunt co-*
Aug. in c. 2. Ioan. *lūbas, fratres? Qui dicunt, nos damus Spiritū sanctū. Quare.n. hoc dicunt, & quo pretio vendunt? pretium honoris sui accipiunt. Accipiunt pretiū cathedras tēporales, vt videantur ipsi vendere colūbas. Caueāt à flagello de funiculis. Colūba non est venalis, gratis datur, quia gratia vocatur.* D. Greg. Castorio Notario. *Nulla sit in hac electione (Epi-*
G. li. 4 ep. 23 *scopi) venalitas, ne dū præmia appetūt, discretionē electionis amittāt: & illum dignum ad hoc esse arbitrentur officium, qui nō meritis, sed datione placuerit. Specialiter.n. & absolute cognoscāt, q̄ nō solū indignus ē sacerdotio, sed et aliis ꝑfecto culpis erit obnoxius, q̄sqs Dei donū pretii p̄sūpserit venalitate mercari. Non itaq; largus præmii, sed dignus meritis eligatur: nam & electum & eligentes par pœna: respiciet si sacerdotii sinceritatem mente sacrilega violare tentauerint.*

4 III. REM. Considera, quam graue & abominabile sit crimen Simoniæ: siquidē S. Patres in Simonis Magi facto supra cōmemorato

quatuor

quatuor notarunt flagitia. I. Auaritiæ, quæ, teste Apostolo, est *idolorum seruitus. Quum n. Simon*, inquit Epiphanius in Panario, *nō haberet rectum cor, neq; cogitationem rectam, sed turpi lucro, & studio pecuniarum intentus esset, & à prauo proposito suo nusquā decederet, offerebat pecunias Petro Apostolo, vt daret ipsi potestatē exhibendi Spiritū sanctum per manuum impositionem, ita rōne secū inita, quod vellet dare multis pro modica pecunia, atq; sic per exhibitionē Spiritus multas pecunias cumulare ac lucrari.* Et B. Aug. in Ioā. *Simon ille iō volebat emere Spiritum sanctum, q̄a vendere volebat Spiritū sanctum: & putabat Apostolos mercatores tales esse, quales Dn̄s de templo flagello eiecit, talis. n. ipse erat, & q̄ vendere emere volebat: de illis erant, qui columbas vēdebant: etenim in columba apparuit Spiritus sanctus.* II. est Ambitionis, q̄ præter S. Cypr. loco supra citato notauit B. Greg. *Talis*, inquit, *erat Simon Magus ab Apostolis baptizatus, sed postea ab Apostolorum principe propter nefandæ venalitatis ambitionē reprobatus. Unde & dictum est ei. Non est tibi pars ī sermone isto. Dum. n. Spiritus sancti gratiā pretio cōparere voluit à doctrina Christi miser se alienauit.* Et rursus S. Aug. in Psal. *Qm̄ Simō ille magus in mirabilib. ingredi volebat super se, propterea plus illum delectauit potentia Apostolorum, q̄ iustitia Christianorum, vbi vidit per manus impositionē Apostolorum, & per orōnes eorū Deum dare Spiritū sanctum.* III. flagitium ē sacrilegii, quia ut D. Petrus ei obiecit, donum Dei existimauit pecunia possideri posse, hoc est, re profana sacratissimā, imò rē omnino cum pecuniæ mercede pugnantē, nempe diuinā gratiā. Vnde B. Amb. quendā Episcopum, qui pecunia Episcopatum emerat, sic alloquitur. *Dic mihi paulisper frater Episcope, cum das pecuniā, quid accepisti? Gratiā episcopalem accepi. Ergo interrogo te: hæc gratia cur tali vocabulo nuncupatur? respōdetis. cur inquis? Ut reor, pro eo, quod gratis datur, iō gratia vocitatur. Ergo si gratia gratis datur, et auro nō æstimatur, à te cur gratia pecuniis cōparatur?* IV. est Hæreseos, quia diserte dicit B. Petrus eū existimasse donū Dei pecunia posse possideri, q̄ opinatio, si pertinax sit, hæretica est. Deinde subiecit. *Non est tibi pars, neq; sors in fide ista*, vt legit B. Amb. & Aug. nec dissentit textus Syriacus. Tū cām addidit. *Cor. n. tuum non est rectū corā Deo, puram enim conscientiā fidei* nō habuit, vt in libro altero de Pœnitentia exposuit Ambr. Ac B. quidem Greg. cum Tertull. indicat hanc hæresin Simoniacam omnium fuisse primam in Ecclesia. *Hæc est*, inquit, *hæresis, quæ ipsa nascentis Ecclesiæ rudimenta tentauit, & ante alias hæreses prima apparuit. Cuius erroris vesania, licet extunc damnata fuerit, postea tamen in Ecclesia germine pestifero pullulauit.* Et in epistola ad Clotharium regē Francorum. *Peruenit ad nos, quod sacri illic ordines cum datione pecuniæ conferantur. Et vehementer affligimur, si ad Dei dona non meritis*

Act. 8. 17. Eph. 5. 5. Epip. hær. 21 A. tract. 10 ina. cap. Cyp. de iei n. G. in 4. Psal. pœnit. A. in Ps. 130 A. de dignit. sacerd. c. 5 Amb. in 19 Luc. Aug. tract. 6. in Ioan. A. c. 9. Tertullia. de præscrip. G. in 4. Psal. pœnit. Id. lib. 9. ep. 55.

acceditur, sed præmiis prosilitur. Et quia hæc Simoniaca hæresis prima in Ecclesia surgēs Apostolica est auctoritate dānata, petimus, vt congregari Synodū faciatis, &c. Has ob causas Paschalis Papa apud Gratianū Simoniacos hac censura perculit. *Patet,* inquiens, *Simoniacos veluti primos & præcipuos hæreticos ab oībus fidelib. respuendos, & si cōmoniti nō resipuerint, ab exteris ēt potestatib. opprimēdos; cū etiam crimina ad comparationem Simoniacæ hæresis quasi pro nihilo reputantur.*

opatet 1. q. 7. IV. Remed. Consideratio determinos Simoniaca labis effectus vel fructus. Primò n. extrema fœditate aīam hoīs conspurcat, quā describit in lib. de dignitate sacerdotali B. Amb. his verbis, dū agit de Epo Simoniacè ordinato: *Oculis quidē carnalib. videtur quasi Eps magnus, & diuinis obtutib. videtur leprosus magnus. Per pecuniā acquisiuit indebitū ordinē, & Deum perdidit in interiori hoīe. Caro suscepit dignitatem, & aīa perdidit honestatē. Caro ancilla domina facta est aīæ, & aīa, quæ erat Domina, facta est famula carni. Caro dominatur populis, & aīa seruit dæmoni. Carni sacerdotium cōparauit, & aīæ detrimētum parauit. Quod dedit cū ordinaretur Episcopus, aurum fuit, & quod perdidit, aīa fuit. Cum aliū ordinaret, quod accepit, pecunia fuit, & quod dedit, lepra fuit. Hæc sunt mercimonia iniquorū in perniciē eorū. Et quid prodest hoī huiusmodi, si totum mundū lucretur, & aīæ detrimentum patiatur? Aut quā dabit homo comutationem pro aīa sua?* Et inf. *Ecce ad quæ mala voluitur deiectus ordo, ecce ad quæ probra sunt prolapsi sacerdotes, qui audire meruerunt a iudice mundi. Vos estis lux huius mūdi.*

Amb. c. 5.

Matt 16.26.
Math 5 14

Gal 7. ep 110 Secundo hæc labes sua cōtagione plures solet inficere, ac minimum duos. Vnde B. Greg. quibusdam Epis ita scribit. *Tū exerit adhuc nequitiæ (Simoniacæ) prauitas vires suas. Nā cogit vendere, quos decipit vt emerēt. Et dū non attenditur, quod diuina voce præcipitur, Gratis accepistis, gratis date; agitur vt crescat, & geminata fiat in vno eodēq; delicti contagio, emētis, s. & vendentis.* Et alibi Castorio *Non largus præmiis, sed dignus meritis, (in Epm) eligatur. Nā & electū & eligētes par pœna respicit, si sacerdotii sinceritatē mente sacrilega violare tentauerint.* Tertio vniuersum Ordinem Eccl. in summum adducit contemptum, & à fundamentis euertit. Vnde idem meterito ita scribit ad Brunichildē Francorū Reginā. *Illud oīno execrabile, & esse grauissimum detestamur, quod sacri illic Ordines per Simoniacā hæresim, quæ prima contra Ecclesiā orta, & districta maledictione dānata est, conferantur. Hic igitur, vt sacerdotii dignitas in despectu, & sanctus sit honor in crimine. Perit vtiq; reuerentia, adimitur disciplina, quia qui culpas debuit emendare committit, & nefaria ambitione honorabilis sacerdotii ducitur in deprauatione cēsura. Nā quis denuo veneretur, quod venditur? aut quis non vile putet esse, quod emitur? Unde valde contristor, & terræ illic condoleo, quia dum spiritum sanctum quem per manus impositionem omnipotens Deus hominibus largiri dignatur, diuino munere*

Math 10.8

Ep. 13 lib 4

Id. ep. 113 l 7

ere habere despiciunt, sed præmiis assequuntur, sacerdotiũ illuc subsi-lere diu nõ arbitror. Nã vbi dona supernę gratiæ venialia iudican-tur, ad Dei seruitiũ nõ vita quęrit. sed magis contra Deũ pecuniæ ve-rantur. Et ad Ioannẽ Episcopũ Corinthiorũ. *Peruenit,* inquit, *ad os, quod in illis partib. nullus ad sacrũ Ordinẽ sine cõmodi datione per-eniat. Quod si ita est, flens di o, gemens denuntio, quia cũ sacerdota s Ordo intus cecidit, foris quoq; diu stare non poterit. Scimus quippe ex uangelio, quid redẽptor noster p semetipsũ fecerit, quia ingressus tem ũ cathedras vendentiũ colũbas euertit. Colũbas.n. vendere, est de sã o spiritu, quẽ Deus omnipotens consubstantialẽ sibi per impositionẽ anuum hominib. tribuit, cõmodum tẽporale percipere. Ex quo, vt præ xi, malo, iã innuitur quid sequitur: quia qui in templo Dei columbis endere præsumpserunt, horum Deo iudice cathedræ ceciderunt.* Id. ep. 55 l. 4. Matt. 21 12. Ioan. 2. 13.

V. REM. Considera quã graues pęnæ in simoniacos primum ab postolis, deinde à sũmis Pontificibus, Episcoporũq; plurimis con liis partim Oecumenicis, partim prouincialib. sint decretæ. Ac A-postolorũ quidẽ coriphæus B. Petrus primum Simoniæ parentem inatione æterna dignum pronunciauit, cũ dixit. *Pecunia tua tecũ in perditionẽ,* vt interpretatus est post B. Gregorium, Venerabilis eda. *Imprecatio,* inquit Beda, *& maledictio est prędidentis diuinã de mone sententiã, & huius reprobationẽ, atq; æternã perditionẽ.* De-de & fulmine excõicationis à fidelium cœtu, coi per baptismũ iã sertus erat, eum separauit, cum ait. *Non est tibi pars, neque sors in rmone isto,* vel in fide ista Nã Apostoli oẽs postea canonem con-derunt his verbis. *Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus p cunias hanc obtinuerit dignitatẽ, deiiciatur & ipse & ordinator, et communione modis oĩb. abscindatur, sicut Simon magus à Petro.* Apo olorum exemplum vniuersa deinceps secuta est Ecclesia. *Hanc ne-adissimã prauitatẽ,* inquit Magnus Greg. *sancta vniuersalis cũ toto dã t Ecclesia.* Ita dãnauit Synodus Oecumenica Chalcedonensis, & nodus quæ dr̃ sexta. Ita aliæ generales quę Ecclesiã vniuersalem præsentarũt. Ita variis sanctionib. Romani antistites Omnes aũt nę quas in Simoniacos fulminarunt, numerãtur ferè sex. Prima de, qua dixi, Excõicationis latæ sñiæ. 2. suspensionis ab ordine p noniam suscepto. 3. Restitutio pretii dati, & spiritualis rei resigna cũ potest resignari. 4. infamia. 5. inhabilitas ad beneficium Simo icè acceptũ. 6 priuatio omnium beneficiorum etiam iure acqui orum & ad omnia inhabilitas. De quibus multa inuenies apud atianum in decreto, Decretalibus, & Extrauagantibus. Act. 8. 20. G. 1. 4. mor. cap. 8. Bed. in Act. Can. 27. G. ep. 55 l. 4.

VI. REM. Considera exempla eorũ, qui ob res sacras emptas ditas ũc diuinitus olim in veteris uel noui testamẽti scriptura pu i legũtur. Primũ producit B. Hier. ad Euagriũ, & in Traditionib. braicis, de Esau, qui ius primogeniturę, i. Sacerdotii, vili cibo tẽ Hi. ep. 126 & Trad. c. 27. & 49.

Gen. 25. 3 ticulæ vendidit. Heb.n. *tradunt*, inquit, *quod vsq. ad Sacerdotiũ Aaron oẽs primogeniti ex stirpe Noe, cuius series & ordo describitur, fuerint sacerdotes & Deo victimas immolarint, & hęc esse primogenita,*
Heb. 12. 16. *quæ Esau fratri suo vendiderit* Iacob. Qua de causa Apost. Iesu in ep. ad Hebræos Esau *profanum*, i. sacrilegum appellauit, dicens. *Ne quis fornicator, aut profanus, vt* Esau, *qui propter vnã escam vendidit primitiua sua. Scitote.n quoniã & postea cupiens hæreditare benedictionem reprobatus est: non.n. inuenit pœnitẽ locum quanquã cũ lacrymis inquisisset, eam.* i. benedictionem. Vnde non solũ propheta Malachias,
Mal. 1. 2. verum ẽt B. Paulus ad Rom. Esau proponit velut typum spũalem omnium reproborum, sicut Iacob electorum, iuxta Dei oraculũ. *Iacob dilexi. Esau aũt odio habui. Duo fratres erant*, scribit B. Aug. in e-
Rom 9. 13. narratione psal. 46 *Esau & Iacob, in vtero matris ambo confligebant, & de conflictu viscera materna quatiebãtur, & ibi cum duo essent, ele*
Gen. 25. 23. *ctus est minor, & præpositus est maiori, & dictũ est. Duo populi sunt in vtero tuo, & maior seruiet minori. Per oẽs gentes maior, per oẽs gentes minor. Sed minor in bonis Christianis, electis, piis, fidelib. maior in superbis, indignis, peccatorib. contumacib. sua peccata defendentib. magis, quam confitentib. qualis ẽt ipse populus iudæorum fuit, ignorans Dei iustitiam, & suã volens constituere.* Alterum exẽplum procedit B. Am-
A. c. 5. brol. in lib. nuper citato de dignitate Sacerdotali, de Giezi Elisæi prophetæ famulo lepro diuinitus percusso, quod à Naaman Syro, quem
4 Reg. 5. 14. magister eius miraculose à morbo lepræ sanarat, munera accepisset, de quo in quarti Regũ libri historia. Licet, inquiens, *tam coarctet nos libelli huius prolixitas, solicitudo tñ fraterni nos retardat amoris illorũ præcipue sacerdotũ, qui mentis tẽpore hebetati sacerdotalẽ diffamãt honorẽ & Giezi sectantes & Simonis sñiam sancti Epatus gratiã pecuniis coemerunt, nequaquam timentes se lepram cum Giezi a sancto suscepisse* Elisæo. *Quibus cum ista dixerimus, sufficere debuit suã compa-*
Et Hb. 4. c. 4 *rando lepram possidere.* Et alibi in Lucã ita loquitur. *Cito turpem sequitur lepra mercedem, & pecunia corpus animumq. male quæsita cõmaculat. Accepisti, (inquit Elisæus) pecuniam, & possidebis ex ea agrum, & vineas, & oliueta, & greges, & lepra Naaman adhærebit tibi & semini tuo vsq; in sempiternũ. Vides, quia facto auctoris successio damnatur hæredis.* Inexpiabilis *est.n. venditi culpa ministerii, & gratię vindicta celestis transit ad posteros.* Tertium sit Iudæ proditoris, quod in medium afferunt B. Cypr. S. Bas. & B. Cyrillus Hierosolymitanus, Is
Cyp. de ieiu. enim non reformidauit ipsum sanctum sanctorum triginta argen-
Bas. ep. 76. teis vendere. *Iudas ille proditor*, inquit Cyp. *venditurus magistrũ præ*
Cyr. cate. 16
Matt. 26. 16. *taxatum pretium a principib. exegit sacerdotum. Quid mihi, inquit, vultis dare & ego eum vobis tradam? vsque ad mortem Domini amor lucri se ingerit, nec vitæ Saluatoris quæstus desiderium parcit. etiam in sinu sacerdotũ ambitio dormit, &c.* Et Bas. *Propter auaritiam ista fiunt*, id

est,

est, post manuum impositionem pecunia accipitur. *Auaritia vero malorum omnium radix est, & idololatria vocatur. Ne velitis igitur modicæ pecuniæ gratia idola Christo præferre, neque Iudam sectantes quæstus gratia secundo illum prodere, qui semel pro nobis crucis est affixus. Alioqui & ipsi agri & manus eorū, qui hosce fructus metūt, Achel dama vocabuntur.* Cuiusmodi aūt interitus fuerit Iudæ exponit B. Lucas in Actis Apostolicis. *Et hic quidem, inquiens, possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt oīa viscera eius.* Papias S. Io. discipulus, apud Oecumenū, asserit rupto laqueo superuixisse, ac postea crepuisse curru cōpressum, cū corpore inflatus progredi non posset, capite oculisq; tumuisse, vermes è corpore cū sanie scaturijsse, & demū ex mortui cadauere tam tetrum odorē exhalasse, vt locus, in quo decessit, non nisi obturatis narib. præteriri posset. Postremū sit Simonis Magi, cuius miserrimū exitū B. Petrus sua imprecatione nō obscurè præsagijsse vr; descripserunt aūt ex Patrib. quamplurimi. Adscribam tm̄ verba B. Maximi Turinensis Epi. *Cum inquit, Simon se Christum diceret, & tanquā filium ad Patrem assereret volando se posse conscendere, atq; elatus subito magicis artib. volare cœpisset tunc Petrus, fixis genib. precatus est Dominū, & precatione sancta vicit magi. am leuitatem. Prior. n. ascendit in cœlum ad Dominum oratio, quam volatus, & ante peruenit iusta petitio, quam iniqua præsumptio. Ante Petrus in terris obtinuit quod petebat, quam Simon perueniret ad cœlestia, quo tendebat. Tunc igitur Petrus velut victum illum de sublimi aere deposuit & quodam præcipitio in saxo elidens eius crura confregit. Et hoc in opprobrium facti illius, vt qui paulo ante volare tentauerat, subito ambulare non posset; & qui pennas assumpserat, plantas amitteret.*

Act. 1. 18.

Oecum. in c. 1. Act.

Act. 8. 19.

To. 3. Amb. hom 66.

VII. Ram. Cōsidera exēpla Simoniacorū, qui ob Epatus, aliasve dignitates Eccl. pretio cōparatas vel distractas puniri leguntur in historia Eccl. Describā hic terna tm̄ exēpla ex vndecimo tomo Annaliū Cæsaris Baronij. Primū sumptū est ex Vvilhelmo Malmesburiēsi de gestis Regū Angliæ. *Tpe, inqt, Patris* (Hēricus ij Imp.) *a quodā clerico fistulā tulerat argenteā, qua pueri ludo aquā iaculatur, pactus Epatum, cum foret Imp. adultus repenti pollicitū impigre dederat. Nec multo post aspera valetudine correptus decubuit, morbo crescente, triduo exsensus & mutus iacuit, cū in solo pectore vitalis halitus palpitaret. Nec aliud vitæ indiciū erat, q̄ q manu ad nares apposita, quātulus cūq. sentiebat anhelitus.* Epi pn̄tes *triduano indicto ieiunio, lacrymis & votis pro vita regis superos pulsabāt. Quib. vt credi fas est, remediis conualescēs, accitū Epm, quē iniuste fecerat, sāa Concilij deposuit, professus se toto triduo dæmones infestos vidisse flammā in se p fistulā iaculātes adeo pertinacē, vt noster ignis in cōparatione illius iocus putetur, & nihil calere. Iuuenem inter hæc semiustulatū latum aduentasse*

Baron. ad ann. 1047. vvilh. lib 2. c 13.

ferentem immensæ magnitudinis calicē aureū aqua plenū, cuius visione, & laticis aspergine delinitū extinctis ardorib. in sanitatē euasisse. Ephebū illū beatū fuisse Laurentiū, cuius Ecclesiæ tectū lōga carie dissolutū cōpaginauit, & pter alia xenia calice aureo honorificauit. Idē refert Vincētius Bellouacēsis in speculo historiali. Alterū sumptū est ex Nicolao Aragonio Cardinali q colligēs res gestas Romanorū Pōtificū ita scribit. *Residentib in synodo Lugdunēsi Archiepiscopis, Episcopis, & aliarū Ecclesiarū Prælatis Archiepiscopus quidā, vir literatus et eloquēs accusatus est de crimine Simoniæ. Qui sequēti nocte oēs suos accusatores pecunia corrupit, & sibi amicos fecit. Mane āt facto redīēs ad Synodū audacter dixit. Vbi sūt, q me accusant? exeat in publicū qcūq; me voluerit dānare. Tūc ob mutescētib. cūctis* (Archidiaconus Hildebrādus, quē à latere suo Pōtifex ī Franciā miserat) *tanq̄ vir discretus et sapiēs cōuertēs se ad illū, dixit. Credisne ò Archiepiscope Spiritū sanctū cū Patre & Filio vnā eē substātiā Deitatis? quo respōdente, Credo: addidit Archidiaconus. Dei gloria Patri, & filio, & Spiritui sancto. Tūc ille, Gloria Patri & filio, expeditè dicebat, sed Spiritū Sāctū nullatenus pferre poterat. Quē cum frequēter inchoaret, & nihil proficeret, vidēs se p diuinū iudiciū oīno cōfusū, procidit ad pedes Archidiaconi, et cōfessus est proprio ore se Simoniacū eē. Postq̄ vero à sacerdotali & Episcopali officio est depositus, Gloria Patri & filio et spiritui sācto libera & clara voce decantauit.* Qd *factū simoniacos in tm pterruit, q̄ præter alios Prælatos Ecclesiarū viginti septē, Episcopi 45. Simoniacos se eße cōfessi sunt, & suis honorib. absq; vlla alia accusatione renūciauerūt* Hæc ibi. Petrus Damiani eādē historiā breuiter recitās, addit tā hūc, q̄ quinq; alios Episcopos, ab eodē Hildebrādo tūc fuisse Apostolica autoritate depositos. Tertiū ab eodē Cardinale Baronio sūptū est ex Glabro Historico de Henrico II. Imperatore, qūo crimē Simoniæ occultè & ignorāter admisū in se vindicarit. *Cōtigit, inqt, tūc tpis, vt Abbas cuiusdā monasterii honestæ possessionis equū valde optimū præsētaret quatenus ī loco sibi cōmisso ipsius* (Imperatoris) *amicitiā cōciliaret. Fuerat āt idē equus, ignorāte Abbate cuidā militi clā sublatus, sibiq; pretio vœnūdatus. At Imperator gratāter illū suscipiēs, suimet euectioni mācipauit. Quodā igit die eidē equo insidēs iter agebat: obuiā fit ei miles, cui præfatus equus furtim subdatus fuerat: qui imprudēter aggrediēs Imperatorē, in hmōi prupit verba. Tu, inqens, ò Rex, q censurā dēt tenere totius iustitiæ, equū mō fraudulēter abstructū cernevis posidere. Cui illico Rex tale ptulit respōsū. Si tuus, inqt, est equus, vt ais, accipe illū cū sessore, et educ tecū, quo melius optas, et habeas vtrūq; quousq; psolutionē furti accipias. Miles existimās sibi illudi hę verbat serpēs. At rex cōpulit eu, ut manu iniecta duceret vtrūq; in suum dñiū. Aspiciētes vero, qa circūstabāt īgēti admiratione stupuerunt.* Ita

V. lib. 25. ca. 19.

Bar. anno 1055.

Dam. lib 1. ep. 9. ad Nicol. II. Pap. B. āno Christi 1047.

Ita nēpe voluit suo exēplo admonere sibi subditos Impator, magno sui periculo possideri alienū, crimen a; Simoniæ, in ipsoquo; Principe vindicandū; obidq; sic questus est. *Quæ grates referēdæ sunt illi viro, qui me tā subdolè in hanc impulit captionē? Qui dū ab vniuersis horribiliter detestaretur, ait Rex, adducite illū, vt secundū illusionē, quā in me gessit, in eo vindicetur.* Ita quidē fremens Imperator, tñ in seipsum, qui munus accepisset in Abbatiæ inuestitute, maluit pœnā illā conuertere, priuans seipsum eiusdē Abbatiæ collatione, pergit.n. Glaber. *Dumq. præfatus Abbas accersitus fuisset, ait ei. Depone baculū regiminis pastoralis, quē credis largitione mortalis hōis debere gestari. Quem cum a se proiecisset, suscipiens illū* Rex, *imposuit dextræ imaginis Saluatoris. Vade, inquiens Abbati, & suscipe illū de manu omnipotentis Regis, nec vltra pro eo debitor sis alicuius mortalis, sed libere vtere eo, vt decet culmen tanti nominis.* Hucusque ille.

VIII. Rem. Cū propter auaritiā, vt B. Bas. alijq; Patres monuerūt hoc crimen Simoniæ præcipue incurratur, firmiter apud aīum tuū decerne, te nullā in illa re remunerationē quæsiturū. Hoc remediū præscripsit B. Greg. in Euangelicis homilijs. *Sunt, inquiens, nōnulli, qui quidē nummorū præmia ex ordinatione nō accipiūt, & tñ sacros ordines pro humana gratia largiuntur, atq. de largitate eadē laudis solummodo retributionē quærunt. Hi nimirū, q gratis acceptū est, gratis nō tribuunt, quia de impēso officio sanctitatis nummū expectunt fauores. Vnde bene cū iustū virū describeret Propheta, ait. Qui excutit manus suas ab oī munere. Neq. n. dicit, qui excutit manus suas a munere, sed adiunxit, ab oī, quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus a manu, aliud munus a lingua. Munus quippe ab obsequio, est subiectio vi debit impēsa. munus a manus, pecunia est. munus a lingua, fauor. Qui ergo sacros ordines tribuit, tūc ab oī munere manus excutit, qñ in diuinis reb non solū nullam pecuniam, sed etia humanam gratiam non requirit.* G. hom 4. Isa. 33 15.

IX. Rem. Cū vero & superbia, honorūq; cupiditas cū Simone Mago multos stimulet ad aucupādos pecunia Ēpatus, aliasq; Prælaturas Ecclesiasticas, alio antidoto opus habes, nempe Humilitatis, & gloriæ humanæ contēptus. Id tradit B. Aug. in Psal. 130. Namcum dixisset Simonem Magū ideo deliquisse, quod voluerit ingredi in mirabilib. super se, plusq; delectatū fuisse potentia Apostolorū, quā iustitia, quod visibiliter darent Spiritū S. subijcit hęc verba. *Si, fratres, vnusquisq; quod pōt, iuste egerit, & in eo quod alius plus potest (nēpe miraculū faciendo) non inuiderit, sed congratulatus fuerit, tanquam in vno corpore cū eo constitutus, pertinet ad eū vox ista psalmi. Domine non est exaltatum cor meum, neq. in altum elati sunt oculi mei, neq; ingressus sum in magnis, neque in mirabilibus super me. Quod enim excessit vires meas, ait, non quæsiui, non ibi me extendi, nolui ibi magnificari. Nā ista exaltatio de abundātia gratiarū quā sit timēda, ne qs de* Aug. Psal 30.

de

dono Dei superbiat, sed magis seruet humilitatẽ & faciat, quod scriptũ est. Quanto magnus es, tanto humilia te in oĩb. & coram Deo inuenies gratia. Probat deinde hoc antidotũ suum exemplo Apostolorũ. Apostoli, ait, dixerũt Domino, cũ missi essent a Domino. Ecce Domine in nõie tuo et dæmonia nobis subiecta sunt. Vidit Dñs, quod tentaret eos superbia ex potentia miraculorũ, & ille qui medicus venerat sanare tumores nostros, & ferre infirmitates nostras, cõtinuo ait. Nolite in hoc gaudere, quia demonia vobis subiecta sunt, sed gaudete, q̃a noĩa vestra scripta sunt in cælo Non oẽs Christiani boni demones eiiciunt, oĩum tamẽ nõie scripta sunt in cælo. Nõ eos voluit gaudere ex eo, quod propriũ habebant, sed ex eo, quod cũ cæteris salutẽ tenebant. Inde voluit gaudere Apostolos, vnde gaudes & tu. Intendat charitas vestra. Nullus fidelis hẽt spem, si nomen eius non est scriptũ in cęlo. Oĩum fideliũ, qui diligũt Christum, qui ambulant viã eius humiliter, quã ipse docuit humilis, nomina scripta sunt in cælo. Cuiusuis contẽptabilis in Ecclesia, qui credit in Christum, & diligit Christum, & amat pacem Christi, nomen scriptum est in cęlo, cuiuslibet quem contemnis. Sic Augustinus.

Vide V. Ambitio. Auaritia. Munerũ corruptela. Superbia. Vsura.

SOCIETAS PRAVA.

Remedia contra prauam Societatem.

Prou. 1. 10. I Remed. Considera testimonia diuinę scripturę. Primo. n. dissuadet consortiũ malorũ. *Fili mi*, inquit Salomõ, *si te lactauerint peccatores, ne acquiescas, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum a semitis*

Eccl. 7. 2. Ecc. 13. 1. 20. *eorũ* Et Eccl. *Discede ab iniquo, & deficient mala abs te*. Et. *Oĩs homo simili sui sociabitur. Si cõicabit lupus agno aliquando, sic peccator iusto. Quæ cõicatio sancto homini ad canem?* Et. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo induet superbiam*. Et B.

1. Cor. 5. 6. 2. Cor. 6. 14. Paulus. *Modicum fermentum totam massam corrumpit*. Et. *Quę participatio iustitię cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial?* Et. *Denunciamus vobis fratres in*

2. Thess. 3. 6 *nomine D. N. Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate*. Deinde hortatur ad consortium bonorum. *Cum sancto*, ait rex Dauid, *sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum*

Psal. 17. 26. *electo electus eris, & cum peruerso peruerteris*. Et Salomon. *Qui cum sapientibus graditur sapiens erit: amicus stultorum similis efficitur*. Et

Prou. 13. 20 Eccl. 37. 15. Syracides. *Cum viro sancto assiduus esto, quemcunque cognoueris obseruatum timore* Dei

II Remed. Considera SS. Patrum dicta. Basi. in regulis fusius disputatis. *Promiscue vitam agere cum iis, qui securi perfectam illam Domini*

Basi. q. 6. *preceptorũ obseruationem contemnunt perniciosum esse ipse Salomon* docet

docet. Sic.n.est apud ipsum, Noli amicus esse hoi iracundo, neq; habita-ueris cũ viro furioso, ne forte discas vias eius, & sumas laqueos aiæ. Et item illud. *Exite de medio eorũ, & separamini*, nimirũ eodẽ pertinet. Et in hom. Quod Deus nõ sit auctor malorũ. *Reuera noxiæ sunt amicitiæ, quæ cum malitia contrahuntur. Nã ea est amicitiæ huius lex, & vis, vt per similitudinem malitiã coniunctis indat. Quambrem recte prouerbiũ dicit. Corrũpunt bonos mores colloquia praua. Vt.n. in pestilentib. locis sensim attractus aer latentẽ corporib. morbũ inijcit: sic in praua consuetudine ac conuersatione maxima nobis mala hauriuntur, etiãsi statim incõmodum non sentiatur.* Greg. Thaumaturcus in Eccl. *Qui cõturbernii necessitudine iuncti sunt, & prosperi successus voluptatẽ sibi inuicẽ conduplicant, & rerum præter voluntatũ fluentium tempestatẽ leniunt: adeo, vt & diu mutua libertate splendescant, & aoctu honestate & grauitate fulgeant. Contra, qui vitam ab omni hoĩum societate semotam ducit, horrendam quandã vitam traducit, nõ intelligens eum temere, ac periculosè sibi consulere, qui multo hoĩes mutuo præsiduo circumseptos adortus fuerit, ac pręterea funem triplici nexu contextũ haud quaquã facile perfingi solere.* Amb. ad Irænæũ. *Noxiæ sunt conuersationes cum insipientib. & inficiunt sobriã mentẽ, ac decolorant; quia sicut adhærens sancto sanctus eris, ita cum peruerso peruersus eris. Frequenter.n. accidit, vt quis contra propositũ suum intemperantẽ audiens, cum velit ipse continentiæ disciplinã tenere, fuco insipientiæ coloretur, meritoq; contrariæ sibi sunt, & repugnantes, disciplina atq. insolẽtia.* Hier. ad Furiã, de viduitate seruanda. *Iuuenum fuge consortia. comatulos, cõptos, atq; lasciuos, domus tua tecta non videant. Cantor pellatur vt noxius. Fidicinas & psaltrias, & istiusmodi chorũ diaboli, quasi mortifera Sireuarũ carmina, proturba ex ædib. tuis, &c. Sanctarũ viduarũ societatẽ appete.* Et in ep. ad Damasum Papã, tractans verba illa Isaię. In medio qooq; populi immunda labia habentis habito. *Isaias*, inquit, *qui cõpunctus est, & se miserum contestatur, purgatione dignus efficitur. Populus vero non solũ non agens pniam sed ne sciens quidem, quia labia habebat immunda, purgationis remediũ non meredium non meretur. Prouidendũ igitur sub hoc exemplo, non solũ vt ipsi simus iusti, sed ne cũ peccatorib. moremur, quia hoc in peccati ac miserię parte ducit propheta.* Bern. de conuersatione S. Pauli. *Agnoscite dilectissimi & expauescite consortia eorum, qui salutem impediunt animarũ. Horrendum penitus sacrilegium, quod & ipsorum videtur excedere facinus qui Domino maiestatis manus sacrilegas iniecerunt.*

Prou. 22. 24. — Isa. 52. 11. — Id. homi. 9. — Gr. Neocæs. in 1. 4. — Amb. li. 1. epist. 4. — Hie. ep. 142. — Isa. 6. — Bern. ser. 1.

I II. Remed. Dã operam vt si inter malos viuas, quã primum, si fieri põt, te ab illis separes: si vero degas inter bonos nequaquã te malis adiungas, tum quia Spiritus sanctus consulit & mandat locis scripturæ iam citatis, tum quia in luculentum salutis discrimen te cõijcies. *Qui autem amat periculum*, ait Sapiens, *peribit in illo.* Hiero. in banc

Eccl. 3. 27. — Hier. in c. 3 Ezech.

rem affert exēpla duorū maximorū Prophetarū, Ezechielis & Moy sis, qui separata a populo Israel peccatore domicilia habuerunt. *Scriptum est*, inquit, de Ezechiele. *Ego erā in medio transmigrationis iuxta fluuium Chobar. Separata.n. erat Prophetæ conuersatio. & iniquorū offendebatur aspectu.* Hoc idē faciebat & *Moyses, procul a castris multitudinis figens tabernaculū.* Ea de causa in veteri testā Deus noluit filios Israel coniugia, vel fœdera inire cū vicinis gentib ne

Exo.34.16. ab eis peruerterentur. *Non accipies*, mandāt in Exodo, *vxorē de filiab.* 1.Cor.6.14. *eorū filiis tuis ne fornicari faciant filios tuos in Deos suos.* Et. *Caue ne vnquā cū habitatorib. terræ illius iungas amicitias, quæ sint tibi in ruinā* In nouo vero idē vetuit Apost. Christianis. *Nolite*, inquiens, *iugū ducere cū infidelib. Quæ.n. participatio iustitiæ cū iniquitate?* Et Ecclesia Christi eadē de cā inhibuit matrimonia cū hæreticis. Immo

Luc.14.26. Christus voluit ēt filios a parentib. & amicos ab amicis separari, cū ex cōmoratione periculū est salutis. *Si quis venit ad me, ait & nō odit*

Hier.ep.11. *patrē suum & matrē & vxorē, & filios, & fratres & sorores, adhuc autem & aiam suā nō pōt meus esse discipulus.* Hier. ad Gerontiam, de monogamia. *Si scādalizat, inquit Apost. esca fratrem in æternū carnē nō māducabo. Dicamus & nos. Si scādalizat soror, vel frater, nō vnū & alterū, sed totā Ecclesiā, nec sororē videbo, nec fratrem. Melius est rē familiarē minui, quā salutē aiæ perire. Melius est amitte*

Id.ed.1 *re, quod velimus, nolimus, aliqñ periturū est. Melius est sponte dimittere, quā amittere, pro quo oīa dimittēda sunt* Eodē spectāt illa eiusdē ad Heliodorū, de laude vitæ solitariæ. *Recordare tyrocinii tui diē, quo Christo in baptismate cōsepultus in sacramēti verba iurasti, pro noīe eius nō te patri parciturū esse, nō matri. Ecce aduersarius in pectore tuo Christū conatur occidere. Licet paruulus ex collo pēdeat nepos: licet sparso crine & scissis vestib. vbera, quib te nutrierat, mater ostendat, licet in limine pater iaceat, per calcatū perge patrē, siccis oculis ad vexillū crucis euola. Solum pietatis genus est in hac re esse crudelem.*

1.Cor.5.10. IV. Rem. Si nō potes facile defugere Societatē malorū, vt si habitantes in ditione hæretica, (sicut tpe Apost. pauci Christiani, nō poterāt defugere cohabitationē gentiliū, de quib. B. Paul. dicit. *(alioquin debueratis de hoc mūdo exisse)* fac ex necessitate virtutē, hoc est, ita vitā instituas tuā, vt nō solū nemini sis offendiculū verū ēt p̄clarō virtutis exēplo: multis sis *Christi bonus odor Deo*, vt loqtur Apost. *vitæ*

2.Cor.2.15. Philip.2.15 *in vitā, & sine reprehēsione in medio nationis prauæ, & peruersæ degas inter quos lucetis*, ait ad Phil. *sicut luminaria in mūdo verbū vitæ cōtinētes.* *Habētes*, inquit B. Pet. *cōuersationē inter gētes bonā, vt in eo,*

1.Pet.2.12. *quod detrectāt de vobis tanquā de malefactorib. ex bonis operib. vos cōsiderātes glorificēt Deū in die visitationis.* Vnde triplex potes capere

Gr.in cant. hom.9. capere solatiū. Primū, qd inter malos inculpate viuēdo cōijcere potes te numerandū inter perfecte bonos. *Neq.n. perfecte bonis*, inquit B. Greg.

malis bonus. Hinc B. Iob. addit, *de semetipso asserit dicens. Frater fui draconũ & socius struthionũ.* Hinc Paulus Apost. discipulis dicit. *In medio nationis praua, inter quos lucetis, &c. Tolerandi ergo vbiq; sunt proximi, quia Abel fieri non valet, quē Cain malitia nõ exercet.* Et ad Theocristã patritiã. *Pensate quæso,* inquit, *vbi erit patientia, si deest, quod toleretur?* Ego *Abel esse non suspicor, qui Cain nõ habuerit. Boni si sine malis fuerint, perfectiesse boni non possunt, quia minime purgantur. Ipse aũt malorum societas purgatio bonorum est.* Alterum solatiũ est, quod a condito orbe semper mali mixti bonis ad eos exercendos fuerint. *Tres in arca,* ait ibid. Greg. *filii Noe fuerunt. Vnus irrisor patris extitit. Duos Abrahã filios habuit, sed tũ carnalis eius filius est repromissionis filiũ persecutus. Duos Isaac filios habuit, sed vnus qui Spiritalis extitit ante minas carnalis fratris fugit. Duodecim filios* Iacob habuit, *sed vnũ, qui rectius viuebat vndecim in Aegypto vẽdiderũt.* Ad dit exéplũ Dauidis, Iob, Ezechielis, Loth, 12 Apost &c. Tertiũ est, ꝙ inter malos viuẽ do pie, plus possis apud Deũ mereri. *Neq; n. valde laudabile est,* ait idẽ Greg. *bonũ esse cũ bonis, sed bonũ esse cũ malis. Sicut enim grauioris culpæ inter bonos bonum non esse: ita immensi preconij est, bonum et inter malos extitisse. Hinc Petrus magnis laud. b.* Loth extulit, *quia bonum inter reprobos inuenit dicens. Et iustum Loth oppressum a nefandorum iniusta conuersatione eripuit.*

Iob 30. 29. Phil 2. 15.

Gre. 1. 7 ep 39

ibid.

Gre. 1. mor. c. 1.

2. Pet 2. 7.

V. Remed. 1. Delectũ habe in bonis socijs eligendis. ac primo eiusmodi elige, quorũ contubernio non infameris, vt monet Nepotianũ Hier. & nerũ Geront ã his verbis. *Fuge personas, in quib. põt malę cõuersationis esse suspicio, ne paratũ habeas illud e triuio. Sufficit mihi cõscientia mea, non curo quid de me loquantur hoĩes.* Et certe *Apostolus prouideb it bona non tm̃ corã Deo, sed & corã hoĩb. ne per illũ nomẽ Dei blasphemetur in gentib.* 2. delige potius seniores & sapientiores, ꝙ iuniores. Ita suadet Amb. in officiorũ libris. *Sequitur,* inquit, *conuersationis electio vt adiungamur probatissimis quibusq; senioribus. Nanq; vt æqualiũ vsus dulcior, ita senũ tutior est, qui magisterio quidã & ductu vitæ colorat mores adolescentiũ, & velut murice probitatis inficit. Nã que si hi qui sunt ignari locorũ cũ solertib. viarũ iter adoriri gestiunt, quãto magis adolescẽtes cũ senib. debẽt nouũ sibi iter vitæ aggredi, quo minus errare possint, & à vero tramite virtutis deflectere? nihil n. pulchrius, quã eosdẽ & magistros vitæ & testes habere.* Et rursum. *Adolescentib. quoq; vtile vt claros & sapiẽtes viros sequãtur: quoniã qui congreditur sapientib. sapiẽs est, qui aũt cohæret imprudẽtib. imprudens agnoscitur. Et ad instructionẽ itaq; bonis iungi plurimũ proficit, & ad probitatis testimoniũ. Ostendũt n. adolescẽtes se imitatores esse quib. adhæserint, & ea conualescit opinio, qđ ab his viuẽdi acceperint similitudinẽ, cũ quib. conuersandi hauserint cupiditatẽ.* Hũc delectũ probauit quondã sapientissimus Orientis Imp. Bas. cum ad Leonẽ filium cogno-

Hier ep. 2.

Rom. 12. 17.

Amb. l. 1. c. 43.

Bas. F. c. 1. par. 2. nitoria.

gnomẽto Philosophum ita scripsit. *Vtere medicis animorum assiduè, vt ipse animo valeas; ab eis enim discere poteris, quas res expetere, & a quib. abstinere debeas; quibuscum hominib. assuescere, & a quorum cõsuetudine abhorrere, & quomodo vitam totam dispẽsare oporteat, vt ne in frequentes morbos incidas. Si hanc institeris viã, ad solidæ germaneq. virtutis vero limites breui peruenire poteris.* 3. Si iuniorum consuetu dinẽ effugere non possis, vt si in ludo litterario verseris, adiunge te ijs, quos cognoueris esse probatissimos, vt fere solent esse, qui nomen Sodalitati Partheniæ Annunciatæ, vel alij congregationi piæ dederunt. Vt sit, q̃m in nullo hoĩum cœtu desunt qui lupum sub ouina pelle tegant, generatim vnum illud documentum tenẽdum est, quod alicubi Plutarchus auctor licet Ethnicus præscribit. *Vna, inquit, cauendi insidias occulte malorum ratio est, quod in promptu semper habẽdum memoria. Cum animi nostri pars vna veritati atq; honestati dedit a rationi rectę obtemperet, altera bruta sit, falsi appetens, incertisq; obnoxia motibus, amicum semper meliori parti se accommodare consiliũ atq; monitorem, instar medici sanitatem augentis atque conseruantis: adulatorẽ, (is est perniciosus sodalis) brutæ, & cupiditatib. addictæ parti se applicare, eamq. prauis voluptatib. submittendis scabere ac titillare, & a rectę rationis obsequio auertere.* Particulatim aũt loquendo, cõgruenter huic monito, eos tantum adscisce in tuum contubernium, qui a flagitijs retrahant, & ad virtutis studiũ accendant verbo & exẽplo: atq; idcirco velut pestes fuge, qui a litterarijs exercitationib. a cõcionib. a piorum librorum lectione, ab ineunda piorum sodalitate, a frequentatione Sacramentorum, a visitatione templorũ abstinerent, qui tabernas, conuiuia, nocturnas emansiones è domo, mulierum amicitias, saltationes, aucupia, & eiusmodi alia cum iactura studiorũ suorum, imò & salutis, amant, & complectuntur.

P. de discri. adulat. & amici.

VI. Remed. Considera, quot quantaque mala pariat praua societas. Filij Seth, vt constat ex Genesi, boni erant, sed postquam coniugia inierunt cum filijs Cain, tantis se inquinarunt sceleribus, vt totum orbem Deus illuuione deleuerit. Loth a pia Abraham societate is diuulsus quanta pertulit incommoda? A barbaris raptus est facultates eius Sodomis accensæ sunt. inebriatus stuprum duabus filiabus intulit. Propheta quidam sanctus a Deo in Samariam missus, vt est in tertio Regum, cum altare, in quo impius Hieroboam thus adolerat, per medium secuisset, & arefactam eiusdem manum restituisset, tamen quia in reditu Societate Pseudoprophetæ in sumendo cibo vsus est, a leone occisus est. Iosaphat quoque rex, quia cum rege impio Acbab fœdera amicitiæ inijt, diuinam reprehensionem incurrit. Sanctus Petrus Apostolus, si mulatque Societatem reliquorum Apostolorum deseruit, & in domo Cayphę impijs militibus se aggregauit Dominũ tertio negauit. Adolescens ille quem Sanctus Ioannes Euangelista

Gen. 4. & 7.

Gen. 19.

3. Reg. 13.

2. Par. 19.

Matt. 26. 70.

Episcopo cuidam commendarat tanquam suum depositum, teste Eusebio Cæsariensi, consuetudine peruersorum sodalium non latro modo, sed princeps latronum factus est. Gordiana Gregorij magni amita, vti ipse deplorat in libro dialogorum, licet sanctissimo sororũ suarum Tharsillæ & Aemilianæ exemplo frueretur, tamen quia æquo gaudebat puellarum laicarum, & huic mundo addictarum consuetudine, a moribus sororum miserè seducta est. Aug. denique in lib Confessionum fatetur ad furtum pomorum, se non pellectum, nisi vt placeret socijs malis. *Quem fructum, inquit, habui miser aliquando in iis, quę nunc recolens erubesco, maxime in illo furto: in quo ipsum furtum amaui, nihil aliud, cum & ipsum esset nihil, & eo ipso ego misero? Et tamen solus id non fecissem, sic recordor animum tunc meum solus omnino id non fecissem. Ergo amaui ibi etiam consortium eorum cum quibus id feci.* Et infra. *Ecce est coram te Deus meus viua recordatio animæ meæ. Solus non facerem furtum illud, in quo non libebat id quod furabar, quod me solum facere prorsus non liberet, nec facerem. O nimis inimica amicitia, seductio mentis inuestigabilis ex ludo & ioco nocendi auiditas, & alieni damni appetitus, nulla lucri mei, nulla vlciscendi libidine, sed cum dicitur. Eamus, faciamus, & pudet non esse impudentē. Quis aperit tortuosissimam istam & implicatissimam nodositatem? Fœda est, nolo in eam intendere, nolo eam videre.* Euf. l. 3. c. 33 Gr. 4. dial. c. 16. & ho. 38. in Euangi. Aug. l. 2 c. 8 & 9.

VIII. Remedium. Considera quot, quantaque bona pariat bonorum societas. Quę agnoscens regius Propheta in Psalmis exclamauit. *Ecce quam bonum, & quam iucundum est habitare fratres in vnum.* Quemadmodum, inquit Beatus Basilius in Gordianum Martyrem, *suauia aromatum odoramenta proprium quiddam per aerem continentem spirant, quibus præsentes recreantur ita vir bonus toti sibi commorantium contubernio salutaris & iucundus est.* Luculentā certe Christi Domini promissionem apud Diuum Matthæum habes. *Vbi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* De quo dicto disserens Beatus Basilius in Constitutionibus monasticis. *Si hoc, inquit, Dominus promisit, vbi duo vel tres fuerint congregati, multo verisimilius est idem facturum, vbi frequentior hominum piorum multitudo congregata fuerit.* Quod autem bonum non habeant qui in medio sui habent, in quo sunt omnia bona? Completa est ad oculum reipsa hęc promissio mox post Christi resurrectionem. nā cum duo discipuli in Emaus proficiscentur interuenit eorum colloquio Christus. cumque omnes Apostoli semel atque iterū licet ianuis clausis vna essent, continuo in medio eorū constitit Christus dicens. *Pax vobis.* In Pentecoste vero cum 120. in vnc loco consedissent omnes repleti sunt Spiritu sancto. Quare non dubium est, quod tunc visibiliter actum est, in pijs hominū cœtib. in nomine Christi coactis, nunc spiritualiter agi. Multas alias vtilitates societatis bonorū persequitur. Psal. 132. 1. Bas. hom. Matt. 18. 20. Bas. c. 35. Luc. 24. 15. Io. 36. Act. 2. 4.

Bas.q 7. quitur B. Bas. in regulis fusius disputatis, cum demonstrat vitam cœnobiticam solitaria multo esse tutiorem, & salubriorem. Et post eũ
Hier. ep 4. Hier. ad Rusticum monachum, & Cassianus in collationib. Quantũ
Cass. col. 19 c. 6. vero conuersatione cum senioribus fructum iuuenibus conciliarit, aliquot exemplis declarat Amb. *Inde, inquiens, tantus Iesus Naue, quod eum non solum erudiuit ad literis scientiam Moysi copula, verum etiã sanctificauit ad gratiam. Moyses cum Deo loquebatur: Iesus pariter*
Amb. 1 offi c. 20. *nube sacra tegebatur, &c. Vnde factum est, vt qui fuerat socius conuersa-*
Deut. 31 7. *tionis, fieret successor potestatis. Et post. Omitto, quod Abrahæ adhæsit Loth adolescentulus etiam proficiscenti, ne forte hoc propinquitatis ma-*
Gen. 13. 7 *gis fuisse existimetur, & necessariæ potius, quam voluntariæ adiunctionis. Quid de Elia atq. Elisæo loquamur? Licet enim non expresse Elisæũ iuuenem scriptura significarit, aduertimus tamen, & colligimus iunio-*
3 Reg. 19 19 *rem fuisse. In actibus Apostolorum Barnabas Marcum assumpsit.*
Act. 12 15 b *Paulus Silam, Paulus Timotheum, Paulus Titum Sed illis superiorib.*
Act. 15. 27.
Act. 16 3. *videmus diuisa officia, vt seniores consilio præualerent, iuniores mini-*
Gal. 2 1. *sterio.* Demum proborum contubernium aliquando & malis profuit Nam vt est in Genesi. *Benedixit Domui Aegyptii propter Iesoph*
Gen. 39 5. *& multiplicauit tam in ædibus, quam in agris cunctam eius substantiam.* Saul quoque cum malus esset, & Dauidem persequeretur, tamen vbi ad cuneum prophetarum venit, *factus est etiam super eum Spiritus Domini, & ambulabat ingrediens, & prophetabat cum cete-*
1. Reg. 19 23 *ris coram Samuele, & cecinit nudus tota die & nocte Vnde & exiuit prouerbium. Num & Saul inter prophetas?* Elisæus item propheta, rogatus ab impio rege Ioram, vt Deũ pro se deprecaretur contra Moab,
4. Reg. 3. 14. respondit. *Viuit Dominus exercituum, in cuius conspectu sto, quod si nõ vultum Iosaphat regis Iuda erubescerem, non attẽdissem quidem te, nec respexissem.* Ita ob societatem pij regis Iosaphat rex impius Ioram seruatus est. Seruata esset & Sodoma ab excidio precibus patriarchæ
Genes. 18. 32 Abraham, si vel decem iusti in ea reperti fuissent vt liquet ex capite 18. Geneseos. Aug. adhuc Manichæus, vt primum societatem cũ Epi-
Aug. l. 5. cõ. scopo Mediolanensi Ambrosio *orbi terræ tum in optimis,* vt ipse lo-
fess. c. 13. quitur, *noto, pioque Dei cultore inire* cœpit, initium quoque fecit emer-
Eccl. 3. c. 6. & 8. gendi ab erroribus, fœdisque moribus. Sacris vero baptismi aquis ab Ambrosio tandem ablutũ, societatis ante initæ beneficio secuti sunt mox Alipius & Euodius.

Vide V. *Choreæ. Colloquia otiosa. Consuetudo praua.* Exemplum malum. *Familiaritas nimia.* Immodestia. *Immortificatio passionum.*

SPE

SPECTACVLA ILLICITA.

Remedia contra Spectacula illicita.

I Remed. Considera, quãuis expresse in diuinis litteris nihil sit de spectaculis, ea tamẽ Spiritus S. oracula pugnare cũ spectaculis illicitis, quib. impij hoĩum cętus, vanitates huius mundi, scurilitates & fœdæ voluptates passim improbantur & dãnantur, quibusq; fęlices prædicãtur, qui ab ijs abstinuerint. Tertul. producit illud Regij Psaltis. *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorũ, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.* B. Amb. vero illud eiusdẽ. *Beatus vir, qui nõ respexit in vanitates, & insanias falsas* Et. *Auerte oculos meos, ne videãt vanitatẽ.* Chrys. apud Apost. *Fornicatio aũt, & oĩs immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquiũ, aut scurrilitas, quę ad rẽ non pertinet.* Et. *Gaudete in Domino semper, iterũ dico gaudete*, nõ in diabolo. Tert. de spect. c. 3. Psal. 1. c. Amb. ĩ psal. psal. 39. 5. psal. 39. 37. Chry. ho. 6. & 18 ĩ Mat. Eph. 5. 3. Phil. 4. 4.

II. Remed. Considera, quã acri censura spectacula vetita perstringantur ab antiquis Patrib. B. Theophilus Antiochenus ad Autolycũ. *Nec monomachias nec cętera spectacula spectare, ne oculi nostri inquinentur, & aures nostræ audiant profana, quæ ibi decantantur, carmina, nempe dum Tyestis tragica facinora cõmemorat, & Terei liberos deuoratos recitant. Nec fas nobis est audire adulteria Deorũ, hoĩumque, quæ suaui verborũ modulantur mercede, & præmiis inducti celebrant. Verum absit, absit, inquã, a Christianis, penes quos modestia & temperantia florent, continentia viget, &c.* Clemens Alex. in Pędagogo. *Prohibeantur spectacula & acromata, quæ nequitia, verbisq; obscęnis temere profusis vana sunt. Quod. n. turpe factũ non ostenditur in Theatris?* Tertul. de Corona militis. *Circa voluptates spectaculorũ infamata cõditio est, ab iis, qui natura quidem Dei oĩa sentiunt, ex quib. spectacula instruantur, scia aũt deficiunt. Illud quoque intellige, oĩa a diabolo esse mutuata.* Cyp. de spectaculis. *Scriptura oĩa spectaculorum genera damnauit, quando idololatriam sustulit, ludorum oĩum matrem; vnde hæc vanitatis & leuitatis monstra venerunt. Quod. n. spectaculum sine idololatria? quis ludus sine sacrificio? quod certamen non consecratum mortuo? Quid inter hęc Christianus fidelis facit, si idololatriam fugit, quid loquitur? qui iam sanctus sit rebus criminosis voluptatem capit? Quis contra Deum superstitiones probat, quas amat, dum spectat? Cęterum sciat hæc omnia inuenta dęmoniorum esse, non Dei.* B. Amb. exponens illud Psalmi. Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. *Vanitas*, inquit, *est illa, quam cernis in theatralibus ludis. Pantomimum aspicis, vanitas est. luctatores aspicis, vanitas est, quia cernis eos de viridi luctantes corona. Illi. n. veri sunt luctatores, qui aduersum huius seculi luctantur illecebras. Non capiat oculos tuos palestras membrorum. Equos curren-* Theop. li. 3. Clem. l. 3. c. 11. Tertul. c. 6. Cyp. A in ps. in t.

Chryf.ho.6. *tes aspicis, vanitas est, quia vane currunt, qui ascendentem saluare non possunt.* S. Chryf. in Matth. *Non est nostrum assidue ridere, resolui cachinnis, molliri deliciis, sed eorum potius, & earum, quæ spectantur in theatris, quæ in lupanaribus inquinantur, eorum qui ad hoc sunt facti, parasitorum, & adulatorum. Non est, inquam, hoc eorum, qui ad æternum regnum vocati sunt, quique in cœlesti illa ciuitate conscripti: non est spiritalia arma gestantium, quod certe proprium est diabolo militantiũ. Ille enim est, qui & in artem iocos, lucosq. digessit, vt per hęc ad se traheret milites Christi, virtutisq. eorum neruos faceret molliores: propterea in*

H. in vit. *vrbib. etiam theatra construxit.* B. Hier. agens de B. Hilarione. *Credēs, ait, in Dominum Iesum, non Circi furorib. non arenæ sanguine, non theatri luxuria delectabatur, sed tota illi voluntas erat in congregatione Ec-*

A. c. 2. & 3. *clesiæ.* S. Aug. lib. 3 Confessionum. *Rapiebant me spectacula theatrica plena imaginib. miseriarum mearum, & fomit. bus ignis mei. Quid est, quod homo ibi vult dolere, cum spectat luctuosa atque tragica, quæ tamen pati ipse nollet? Et tamen pati vult ex eis dolorem spectator, & dolor ipse est voluntas eius. Quid. n. est, nisi miserabilis insania? Nam eo magis eis mouetur quisq., quo minus a talib. affectib. sanus est, quanquã cum ipse patitur, miseria: cum aliis compatitur, misericordia dici solet.*

Bern. c. in. B. Bern. de conuersione ad Clericos. *Cæterum*, inquit, *spectacula vana rogo, quid corpori præstant, quidve animę conferre videntur? At certe nihil in homine, cui curiositas prosit, inuenies. Friuola prorsus, & inanis ac nugatoria consolatio, & nescio quid illi durius imprecer, quã vt semper habeat, quod requirat, qui iucundæ quietis pacem fugitans, curiosa inquietudine delectatur.*

III. Remed. Considera, quam indigna hoĩe Christiano agantur in

Cyp. li. 2. ep. theatris. Ea describit B. Cyp. ad Donatum. *Paratur*, inquit, *gladiatorius ludus, vt libidinem crudelium luminum sanguis oblectet. Homo occiditur in hoĩs voluptatem, & vt quis possit occidere, peritia est, vsus est, ars est, scelus non tantum geritur, sed & docetur. Quid potest inhumanius, quid acerbius dici? disciplina est, vt perimere quis possit, & gloria est, quod perimit.* Et inf. *Deinde morum quanta labes, quæ probrorũ fomenta, quæ alimenta vitiorum histrionicis gestib. inquinari: videre contra fœdus iusque nascendi patientiam incestæ turpitudinis elaboratam. Euirantur mares, honor omnis, & vigor sexus eneruati corporis dedecore mollitur, plusque illi placet, quisquis virum in feminam magis fregerit in laudem crescite ex crimine, & peritior quo turpior iudicatur, etc. Exprimunt impudicam Venerem, adulterum Martem, Iouem illũ suum*

Chry. ho. 38. *non magis regno, quam vitiis principem.* Et B. Chryf. in Matth. *Cuncta simpliciter, quæ ibi fiunt, turpissima sunt, verba, vestitus, tonsura, incessus, voces cantus, modulationes, oculorum euersiones ac motus, tibiæ, fistulæ, & ipsa fabularum argumenta, omnia, inquam, turpi lasciuia plena sunt. Non enim ignoramus, quot ibi fornicationes peragantur, quot*

adulte-

adulteriis matrimonia maculentur, quot viri muliebria patiantur, quot iuuenes effeminentur, cuncta iniquitatis summæ, cuncta prodigiorum, cuncta impudentiæ plena sunt. Quas ob res non cachinnis diffluere ridẽtes, sed lacrymis gemere ac dolere oportet. Et Saluianus de Prouidentia. *Quicquid immundicitiarũ est, hoc exercetur in theatris, quicquid luxuriarum, in palestris. Quicquid immoderationis in Circis. Quicquid furoris, in caueis. Alibi est impudicitia, alibi lasciuia. alibi intemperantia, alibi insania. Vbiq. dęmon, imò per singula lud. crorum loca vniuersa dæmoniũ monstra* Hæc Saluianus. Qua de causa B. Chrys. in hom. quadam populo Antiocheno persuadere conatus est, satius est in carcere versari, qua in theatro. *Vis, inquit, carceres & theatra perquiramus: Ille quidem tribulationis, hic autem voluptatis locus est. Illic Philosophia multum, postquam. n. timor & tristitia quasi quidam ignis in hominis animum inciderit, & duritiam emolierit, tunc humilis fit & exorabilior, ac ad omnia patiens. in theatro autem omni a contraria, risus, ineptitudo, diabolicus fastus, temporis impendium, adulterii meditatio, fornicationis, gymnasium, intemperantię schala, risus, materia, inhonestatis exempla. At in carcere non ita, sed humilitas supplicatio, secularium contemptus, & tanquam infanti pędagogus adest timor ad omnia congrua eum dirigens.* Salu. lib. 6. Chry. ho. 61.

IV. Remedium. Considera nòn solum spectacula ista a Patribus iam descripta, & ab Ethnicis primum excogitata, sed etiam quæuis alia histrionica, & turpia, magica, derisoria, satyrica, quæ hodieque in vsu sunt apud quosdam, esse legibus æque politicis atque Ecclesiasticis iam olim prohibita. Sinodi Constantinopolitanæ sextæ in Trullo verba sunt. 5. Cõst. c. 51.

Probibet omnino hæc sancta Synodus vniuersalis eos, qui dicuntur, mimos, & eorum spectacula. Deinde venationum quoque spectationes, easque quæ fiunt in scęna saltationes perfici. Qui secus fecerit, si sit clericus, deponatur: si laicus segregetur. Et Concilium Laodicęnum, de clericis. *Non oportet*, inquit, *ministros altaris, vel quoslibet clericos spectaculis aliquibus quæ aut in nuptiis, aut in scęnis exhibentur interesse, sed antequam thymelici ingrediantur, eos debere de conuiuio, & abire.* c. nõ oportet, de cons. d. 5.

Alibi Histriones, qui artem illam exercent, vtpote impœnitentes, a sacrosancta corporis Dominici communione pelluntur. Qui canon sumptus est ex Cypriano, qui Histrionem quendam Christianum, licet ipse histrioniam non exerceret, sed alios tantum doceret, a communione excludi voluit. *Puto*, inquiens, *nec maiestati diuinæ, nec Euangelicæ disciplinæ congruere, vt pudor, & honor Ecclesiæ tam turpi, & infami contagione fœdetur.* Constant. Magnus, primus Christianus Imperator sustulit ludum Venatorium, quo cum bestijs depugnabatur a seruis ad bestias damnatis. c. p dilectione de cons. d 5. Cip. l. 1. ep. 1. l. ad bestias. 31. Cod.

Gg 2 Hono-

Th. l. eth. hist. c. 1. Honorius vero & Arcadius gladiatorium, teste B. Theodoreto & Nicephoro, cum monachum quendam Thelemachum cōtra hos ludos declamentem populus Rom. temere lapidasset. Iustinianus quoq; Imperator in Authentica, *interdicimus*, vitio & crimini adscribit, interesse spectaculorum ludis. Idem mulieres scenicas, quæ in spectaculis publicis se exhibent, pronunciant infames.

Nic. l. 7. 46. Iust. de epis. & cler. L. Imperialis 23 de nu. li. 5. C. ar. 4.

V. Remed. Considera eadem spectacula ne Ethnicis, quidem, siue Principibus, siue Philosophis, semper fuit probata Nam, teste Suetonio Octauius Augustus muliebrem sextum ab spectaculis athletarum submouit. P. Sempronius Sophus, vt est lib. 5. Codicis, tit. 17. coniugem repudij nota affecit, quod se ignorante ausa fuisset ludos theatricos spectare. Tiberius Cęsar, auctore Dione Cassio, histriones Roma exturbauit atteq; ea interdixit, quia & mulieres ignominia afficerentur, & turbas darent. *Scipio Nasica, vt refert B. Aug. sine vlla sententiarum discripantia vir optimus, caueam Theatri Senatum cōstruere molientem ab hac: dispōne & cupiditate compescuit. persuasitq; oratione grauissima, ne Græcam luxuriā virilib. patriæ moribus paterentur obrepere, & ad virtutem labefactandam, eneruandamq; Romanam peregrinæ consentire nequitiæ: tantumque auctoritate valuit, vt eius verbis commota Senatoria prouidentia, etiam subsellia, quibus ad horā congestis in ludorū spectaculo iam vti ciuitas caperat, deinceps prohiberēt apponi.* M. T. Cicero quoq; eodem teste, Roscium Amerinum cū laudaret, *histrionem ita peritum dixit, vt solus esset dignus, qui in scenā deberet intrare: ita virum bonum, vt solus esset dignus, qui eo non deberet accedere, apertissime ostendens illam scenam esse tam turpem, vt tanto minus ibi esse homo debeat, quanto fuerit magis vir bonus.* Valerius Maximus item Plutarchus & alij, agentes de Floralib. ludis i. turpissimis, scribunt tales fuisse, vt præsente Catone Minore Actores agere noluerint. Laudatur & Alcibiades, qui propter versus quosdam Eupolin Comędium in mare iussit demergi cum hoc dicto. *Tu me in scena sæpe mersisti Eupoli, ego te semel in mari.* Seneca ad Lucilium. *Nihil est tam damnosum bonis moribus, quam in aliquo spectaculo desidere. Tunc enim per voluptatem facilius vitia surrepunt.* Barbari, ait B. Chrysostom. *ipsi, cum de theatralibus his ludis, & importuna delectatione fabularum audissent, dixisse feruntur verba omnibus Philosophiæ institutis dignissima. Prudenter enim Romanos dixerunt, quasi liberis atque vxoribus careant, tales sibi excogitasse voluptates. Quibus verbis ostendebant nihil vxore modesta, nihil liberis esse posse suauius.*

S. 1 oct. c. 44. L. cōsensu. §. vir quoque. Dio l. 57. hi. A l. 1. de ciu. 31. Liu. li. 48. A l. 1. de ciu. Euang. c. 31. Sen. ep. 7. Chry. ho. 38 in Matth.

VI. Remed. Considerā omnes ludos fœdos, & vanos è diametro pugnare cum prima noīs Christiani professione in baptismo facta, dū renunciamus diabolo, & pōpis eius. *Cum aquam, ingressi, inquit,* Tert. *Christianā fidē in legis suę verba profitemur, renunciasse nos diabolo,*

Tert. de spect. c. 4.

bolo, & pope, & angelis eius ore nostro contestamur. Quid erit summũ ac præcipuũ, in quo diabolus, & pompæ & angeli eius censeantur, quã idololatria? igitur si ex idololatria vniuersã spectaculorũ paraturã constare cõstiterit, indubitate præiudicatũ erit etiã ad spectacula pertinere renuntiationis nostræ testimoniũ in lauacro, &c. Pergit deinde singulorũ origines ostẽdere. Et Cyp. Impudẽter in Ecclesia dæmonia exorcizat, quorũ voluptates in spectaculis laudat, & cũ semel illi renũcians recisa sit res oĩs in baptismate, dũ post Christũ ad diaboli spectaculũ vadit, Christo tanquã diabolo renũciat. Idololatria, vt iã dixi, ludorũ oĩum mater est; quæ vt ad se Christi fideles veniãt, blãditur illis per oculorũ, & auriũ voluptatẽ. Diabolus artifex, qui idolatriam per se nudã sciebat horreri, spectaculis miscuit, vt per voluptatẽ posset amari. Clarius Saluianus. In spectaculis quædã apostatio fidei est a symbolis ipsius, & cœlestib. Sacris lethalis præuaricatio. Quæ est.n. in Baptismo salutari Christianorũ prima cõfessio? Quæ e.s.nisi vt renũciare se diabolo, ac põpis eius atq. spectaculis & operib. protestẽtur? Nã spectacula & põpæ etiã iuxta nostrã professionẽ opera sunt diaboli. Quo igitur, o Christiane, spectacula post baptismũ sequeris, quę opus eẽ diaboli cõfiteris? Renũciasti semel diabolo, & spectaculis eius ac per hoc necesse est, pudẽs & sciẽs, dũ ad spectacula remeas, ad diabolũ redire te cognoscas. Vtriq. n. rei simul renũciasti, & vnũ vtrũq. esse dixisti. Si ad vnũ reuerteris, ad vtrũq. remeasti. Abrenuncio.n. inquis, diabolo, põpis, spectaculis et operib. eius. Et quid postea? Credo, inquis, in Deũ Patrẽ oĩpotentẽ, & in Iesũ Christũ filiũ eius. Ergo primũ renuntiatur diabolo, vt credat Deo: quia qui nõ renũciat diabolo nõ credit Deo, & ideo qui reuertitur ad diabolũ, relinquit Deũ. Diabolus aũt est in spectaculis, põpis suis, ac per hoc, cũ redimus ad spectaculũ, relinquimus fidẽ Christo. Hoc itaq; modo oĩa Symboli sacra soluuntur, et totũ quod in Symbolo sequitur, labefactatur & inquinatur Nihil.n. sequens stat, si principale non steterit. Dic mihi tu Christiane, quomodo tenere te sequentia Symboli putas, cuius principia perdisti? Cyp. de spec. al. lib. 5. de Prouid.

VII. Remed. Considera, eadẽ spectacula prorsus aduersari Christianæ religionis perfectioni, quæ in hoc cõsistit, vt nihil fędũ ad aĩum & mẽtẽ, per dom oculorũ, auriumve sensum admittamus. Vnde Tertul. lib. citato: Similiter impudicitiã oẽm amoliri iubemur. Hoc igitur modo etiã a theatro separamur, quod priuatũ consistoriũ impudicitię, vbi nihil probatur, quam quod alibi non probatur. Et paulo post. Quod si nobis oĩs impudicitia execranda est, cur liceat audire, quæ loqui nõ licet? Cum et scurrilitatem & omne vanum verbũ iudicatũ a Deo sciamus, cur æquè liceat videre, quæ facere flagitium est? cur quæ ore prolata cõmunicant hominem, ea per oculos & aures admissa non videantur hominem communicare? cum spiritui appareant aures & oculi, nec possit mundus præstari, cuius apparitores inquinantur? Et B. Cyp. Ad oĩb. ad spectaculum conuenitur, commune dedecus delectat videlicet, vel recognoscere Tert. de spec. ca. c. 17. Cyp. de spec.

gnoscere otia vel discere, &c. Quid inter hæc Christianus fidelis faciat, cui vitia nō licet nec cogitare? qui oblectatur simulacris libidinis, vt in deposita verecūdia audacior fiat ad cri.? Discit facere dū cō suescit videre. Quā aūt in theatris multæ & variæ se offerāt occasiones grauiter & mēte, & lingua & oculis & aurib. delinquēdi fuse describit Saluianus. *Talia sunt, quæ istic fiunt,* inquit, *vt ea non solū dicere, sed et recordari aliquis sine pollutione nō possit. Aliæ quippe crīa singulas sibi ferme in nobis vendicant portiones, vt cogitationes sordidæ aios; vt impudici aspectus oculos; vt auditus improbi aures; ita vt cū ex his vnū aliqd errauerit, reliqua possint carere peccatis. in theatris vero nihil horū reatu vacat, qa & cōcupiscentiis aīus, & auditu aures, & aspectu oculi polluūtur. Quę quidē oīa tā flagitiosa sunt, vt ēt explicare ea quisquam atq; eloqui saluo pudore nō valeat, &c. Nōnulla quippe ēt maxima scelera incolumi honestate referuntur, & notari, & argui possunt, vt homicidiū, latrociniū, adulteriū sacrilegiū, cæteraq; in hūc modū. Sola theatrorū sunt impuritates, quæ honestè nō possunt vel accusari: ita noua in arguenda harū turpitudinē probrositate res euenit argueti: vt cū absq; dubio honestus sit, qui accusare ea velit, honestate tū integra ea loqui, & accusare non possit. Alia quoq; mala oīa agentes polluūt, non videntes, vel audiētes. Si quidē etsi blasphemū quendā audias, sacrilegio non pollueris, quia mente dissentis. Et si interuenias latrocinio, nō inquinaris actu, quia abhorres a[illegible]. Solæ spectaculum impuritates sunt, quę vnū admodū faciunt & abentiū & aspicientiū crimen. Nā dum spectātes hęc cōprobant, ac libenter vident, oēs ea visu, audituq; agunt, vt vere in eos Apostolicum illud peculiariter cadat, quia digni sunt morte, non solum faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus.*

Salu. l. cit. | Rom 1. 30.

VIII. Remed. Considera in quantū salutis discrimē, hō alioquin ad vitia procliuis, & cito ad scelus auditū, vt loquitur Cyp *assuescens,* se conijciat, si ludos eiusmodi spectauerit. Conijcit n. se in periculū cōmittendi adulterij; quod vt B. Chrys. probaret populo, quē ob spectacula a Sacra mensa arcebat, ita locutus est. *Quod si auetis adulterii modū cognoscere, non mea verba vobis referā, sed illius, qui de tota hoīs vita iudicaturus est. Qui viderit, inquit, mulierē ad concupiscendā illam, iā mœchatus est ea in corde suo. Quod si mulier sponte, ac forte in foro obuia, & neglectus culta sæpenumero curiosius intuentē cępit ipso aspectu vultus, isti qui nō simpliciter, neq; fortuito, sed studio & tanto studio, vt Ecclesiā quoq; contēnant, & hac gratia pergunt illuc, ac totū ibi desidentes diē in facies fœminarū nobiliū defixos habent oculos: qua fronte poterint dicere, quod eas nō viderint ad concupiscendū? vbi verba quoq; accedūt fracta, lasciuaq; vbi cautiones meretriciæ, vbi vobis vehementer ad voluptatē incitantes, vbi stibio picti oculi, vbi coloribus tinctę genæ, vbi totius corporis habitus fucorū impostura plenus est, aliaq; insuper multa lenocinia ad fallēdos mescādosq; intuentes instructa. Accedunt*

Spec. de spec. &c. | Chry ho 5. de Dauid & Saul. | Matt. 5. 28.

cedunt huc irritamẽta per fistulas, ac tibias, aliaq. huius generis modulatio in fraudẽ illiciens, mentisq. robur emolliens. Et rursus alibi respõdens exceptioni quorundã. *Sed ego, inquit, turpia hec, & incentiua voluptatum, nec dixi, nec cecini vnquã, dicis. Et quanã vtilitas est, si cum non dicas, libenter audis? imo vero vnde ad ipsum planũ facies, quod nõ dicas? cũ libenter hęc cũ risu audias, & ad percipiendũ magno cursu cõtendas? Dic mihi oro, cũ blasphemantes audis, gaudes aut exultas, aut potius perhorrescis, & aures obstruis? nõ dubito quin perhorrescas. Quãobrẽ? quia videlicet nunquã tu blasphemare soleas; pariter ergo in turpiloquia et facito, si persuadere nobis omno vis non libenter turpissima te verba proferre; tũc tibi credimus, cũ nec audire quidẽ perspeximus. Nã si vix quæ longe ab huiscemodi cantib. remota est aĩa, castimoniæ honestatem amplectitur, quõ continenter viuere poterit, q. a in his viuit? An ignoratis procliuiores nos esse ad vitia? Cũ igitur ẽt arte & studio ad ea curramus, quõ fornacẽ æterni ignis effugiemus?* Verũ, quia nõ desunt, qui rñdeant, se ad oculum quidẽ & aures, non tñ ad aĩum admittere huiusmodi spectacula, ijs, quoq; alibi ita occurrit idem Chrys. *Audiant, inquit, curiosi, qui pulchritudines considerant alienas, audiãt, qui spectaculis insaniunt in theatris, qui ad excusandas excusationes in peccatis dicũt. Spectamus quidẽ, sed nihil nocemur. Dauid talis ac tantus læsus est, & tu te putas non posse lædi? Ille nocumentũ passus est, qui tantã habebat spiritus gratiã, & te quõ credere potero sine vulnere euasisse? Et ille quidẽ in solario domus suæ, tu aũt in theatro, vbi & locus cõdemnat aĩam sapientis, in quo cum tanta sint præcipitia, tanta corruptelæ, quõ possum tibi credere, quod a talibus bestiis vulneratus non sis? Nũquid lapideus es, aut ferreus? igni coniungeris, & non ardebis?* Exemplũ huius rei illustre habes apud B. Aug. in Confessionum libris de Alipio eius contubernali, qui licet abhorreret a spectaculis, ac inuitus a familiaribus semel ad ludum gladiatorium pertractus esset, tamen vna spectatione sic fascinatus est, vt sine theatris postea vitam sibi acerbam duceret. *Spectauit, inquit, clamauit, exarsit, abstulit inde secũ insaniam, qua stimularetur videre, non tantum cum illis, sed etiam præ illis, a quibus erat adductus.*

Chry. ho. 6. in psal. 50.

A. lib. 1. c. 8.

IX. Remedium. Considera, esto omne periculum lapsus absit, multa tamen alia absterrere te merito ab illis Ludis debet. Primo, quod non absit publicum scandalum, ac proinde nec peccandi periculum. *Qui enim scandalizauerit, inquit Christus, vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo a scandalis.* Tertullianus quidem inde probat manifestum esse scandalum, quod suo æuo ex repudio spectaculorum agnoscerentur Christiani. *Illi, inquit, iam nobis renuncient, an liceat Christianis specta ulo vti? Atquin hinc vel maxime intelligunt factum Christianum, de repudio spectaculorũ.* Itaq.

Matth. 18. 6.

Tert. de spectac. c. 24.

negat manifeste, qui per quod agnoscitur, tollit. Quid aũt spei superest in huiusmodi hoĩe? nemo in castra hostiũ transit, nisi protectis suis, iusis de-
Chry. ho. 38. stitutis signis & sacris principiis sui, nisi pactus simul perire. S. Chry. de hoc scandalo ita scribit in Matt. Etsi tu quadã excelsi aĩ robore, nihil inde tibi mali contraxisti, attamen quoniã alios imbecilliores exemplo tui spectaculorũ studiosos fecisti, qũo non ipsi cõmisisti, qui tãm cõm nẽ
Id hom 7. di aliis præbuisti? Et alibi. Si hęc aspiciendo nil pateris, culpæ nihilominus teneris obnoxius, factus, s. scandalũ cæterorum, & taliũ adhortatio voluptatũ, tuamq; faciem ipse confundis, aĩamq; cũ facie. Secundo absterrere te dẽt, ꝙ spectatores potius quã actores germana sint cã spectaculorũ, quia si nulli spectandi cupiditate enecentur, nulla etiã spectula exhiberentur, si nihil mercedis histrionib. solueretur, tota
Chrys ho. 6. periret histrionia. Qui. n. inquit aureũ os, laudant ista spectacula, ipsi
in Matth. histrionib. persuadent, vt ea exhibeant, & ideo ipsi potius propter hæc merentur subire suppliciũ; Si. n. nullus esset talium spectator ac fautor, nec essent quidẽ, qui aut dicere illa, aut agere curarent. Qñ vero nos cernunt & artes proprias, & ipsa exercendi quotidiani operis loca, & illũ quẽ ex his paratis quæstum, & prorsus oĩa simul vanissimi illius spectaculi amore deserere, auditore & illi ad hęc intentione rapiuntur, studiũ que hic maius impediunt. Et hęc dico, non vt illos à crĩe vindicare, sed vt vos discatis initiũ & caput iniquitatis huius vos esse potissimũ, qui totã prorsus diem in tam ridicula, tamq; perniciosa voluptate consumetis.
A tract. 100. Qđ aũt non leue delictũ sit histrionib. dare mercedẽ, audi Aug. in Io.
c. 15. ita scribentẽ. Donare res suas histrionib. vitiũ est immane non virtus. Qui. n. venatori (histrioni) donat, non homini donat, inquit in psalmũ 102. sed arti nequissimæ. Nam si homo tantum esset, & venatar non esset, non donares; honoras in eo vitiũ, non naturam. Tertium, quod absterrere te dẽt est, iactura tpis, quam facis, vacando spectaculis. Nul-
1. Cor 7. 29. lus. n. inter Christianos est, cui non dictum sit. Tempus breue est. Et:
Gal 6. 10. Dum tempus habemus, operemur bonum. Vnde Chrys. in loco sępe ci-
Chry. ho 38. in Matt. tato. Sed ego, inquies, ostendam multis nihil huiusmodi ludos obfuisse, imò vero, inquit, maxime nocet, quod frustra, & incassum tempus consumis, & scandalum aliis offers: Hæc de malis culpę, quæ oriuntur ex spectaculis, nunc de malis pœnæ.

X Remed. Considera mala pœnę, tam spũalia, quã tpalia, quę consecuta sunt ex spectaculis. Spũalia recenset duo Tertullianus his ver-
T. li. de spec. c. 26. bis, dum agit de Christianis eorũ Ludorũ spectatorib. Cur ergo, inquiens, non eiusmodi ẽt dæmoniis penetrabiles fiant? Nam & exemplum accidit, Domino teste, eius mulieris, quæ theatrum adiit, & inde cũ dæmonio rediit. Itaq; in exorcismo oneraretur immundus Spiritus, quod ausus esset fidelem aggredi, constanter & iustissime quidẽ inquit feci, in meo eam inueni. Constat & alii linteũ in somnis ostensum eius diei nocte, qua tragœdum audierat, cũ exprobratione noĩato tragędo, nec

ultra

vltra quintũ diem eam mulierẽ in seculo fuisse. Qui vtiq; & alia documenta cessarunt de his, qui cũ diabolo apud spectacula conuando a Domino exciderunt. Nemo.n. põt duob. Dominis seruire. Subijcit deinde. (Matt 6 c 27) *Quid facies in illo suffragiorũ impiorũ æstuario deprehensus, nõ quasi aliquid illic pati possis ab hoĩb. nemo te cognoscit Christianũ, sed recogita, quid de te fiat in cœlo. Dubitas.n. illo momento, quo in diaboli Ecclesia fueris, oẽs Angelos prospicere de cœlo, & singulos denotare, qs blasphemiã dixerit, quis audierit, quis linguã, quis aures diabolo aduersus Deũ administrauerit?* Tẽporalia vero mala describit B. Chry. (hry ho. 38 in Matth.) *Unde credis, inquit, nuptiarũ insidiatores proficisci? nõne ab huiusmodi sciẽs? Vnde illos, qui domos, ac thalamos aliorum effodiunt? nõne ab orchestra illa? Annon hinc vxorib. viri molestissimi, & viris mulieres contemnendæ fiũt: &c. Imò, quis nõ adulter modo factus est: Nã si possem noĩe oẽs appellare, cito tibi ostenderẽ. Quot quasi captiuos scorta inde abduxerunt, quot aũt ab vxorib. abstraxerunt, aut ad legitimũ oĩno thorum peruenire non dimiserunt? Quid igitur, inquis, an leges oẽs euertemus, quib. hęc cõstituta sunt? imò vero his theatralib. ludis euersis, non leges, sed iniquitatẽ euertetis, ac oẽm ciuitatis pestẽ extinguetis. Hinc.n. seditiones excitãtur, hinc tumultus oriuntur. Qui.n. his ludis alũtur, oẽs vocẽ ventris cã collocant, qui dicere, facere, oĩa promptissimi sunt, hi maxime solent rumorib. populos inflammare, & tumultũ in ciuitates imittere. Otiosa n. iuuẽtus impudẽter educata oĩ ferocissima bestia imanior est. Malefici aũt nõne a theatralib. ludis multi constituũtur? Nã vt vniuersum populũ ad hęc possint inflãmare, vt trepudiãtes suas consequãtur voluptates, vt modestas mulieres meretricib. cõmixtas corrumpãt, ad tm̃ maleficii genus perueniũt, vt nec ab ossib quidẽ mortuorũ abstineant. Quid dicã, qđ ad diabolicas has sodalitates innumeras multi cõsumant pecunias? Quid de lasciuia, qđ de aliis malis: Animaduertis te illũ esse, qui vniuersum vitã hoĩum euertis, cũ adhęc cæteros horteris, nõ me, qui huiuscemodi oẽs ludos omittendos censeo.* Multo plura sui æui mala enumerat Saluianus, putatq; vniuersam Galliã, Serdiniã, Siciliã (Salu. l. 7. de Prouid.) ob hãc spectaculorũ turpitudinẽ & insaniã Barbarorũ irruptione castigatã, nobilissimas Germaniæ vrbes Coloniã, Maguntiã, Treuerim crudelissime deletas, Vandalosq; cõem orbis perniciem in ipsam vsque Africam penetrasse. *Circũsonabant, ait, armis muros Cartaginis populi barbarũ, & Ecclesia Carthaginensis insaniebat in Circis, luxuriabatur in theatris. Alii foris iugulabantur, alii intus fornicabantur: pars plebis erat foris captiua hostium, pars intus captiua vitiorum.*

XI. Remed. Considera iniuria à quibusdã politicis obtẽdi, imprudenter populo Christiano eripi Spectaculorũ voluptates & gaudia. Nã primò cõstat professionis Christianę esse ĩ hac vita potius luctui & lacrymis, q̃ voluptati operã dare, idq. prudenter, quia luctui huius vitæ succedũt gaudia ęterna, voluptati vero gẽtiliũ successerũt ęterna

suppli-

Tert. de spect. c. 28. Ioan 16. supplicia. Vnde Tertul. *Vicib. disposita res est: nunc illi (gentiles) lætantur, nos cõfl ctamur. Seculũ, inquit, gaudebit, vos tristes eritis. Lugeamus ergo, dũ ethnici gaudent, vt cũ lugere cœperint gaudeamus, ne pariter nũc gaudẽtes, tũc quoq; pariter lugeamus. Delicatus es, Christiane, si & in seculo voluptatẽ cõcupiscis.* Deinde si q̃ris voluptates quæras nõ vanas, sed salutare, si gaudia, nõ in diabolo sed in Dño.

Philip 3.1. 3. SPECT. Christian. *Gaudete*, inquit Apostolus, *in Dño hẽt Christianus*, inquit B. Cypr. *spectacula meliora, si velit, hẽt veras & profuturas voluptates, si se recollegerit, & vt omittã illa, q̃ nõdũ cõtẽplari põt hẽt istã mundi pulchritudinẽ, q̃ videat, atq; miretur: Solis ortũ aspiciat, rursus occasũ mutuis vicib. dies noctesq; reuocantẽ, globũ lunæ, tẽporũ cursus incrementis suis, decrementisq; signãtẽ, astrorũ micantiũ choros, & à sũmo de sũma mobilitate fulgẽtes, anni totius p vices mẽbra diuisa, et dies ipsos cũ noctib. per horarũ spatia digestos, & terræ molẽ libratã cũ montib. & proflua flumina cũ suis fontib. extẽsa maria cũ suis fluctib. atq; littorib. interim cõstantẽ pariter sũma cõspiratione, nexibusq; cõcordiæ extẽsũ aerẽ mediũ, tenuitate sua cũcta vegetãtẽ, nũc imbres cõtractis nubib. profundentẽ, nũc serenitatẽ refecta raritate reuocãtẽ, & in oĩb. istis incolas proprios, ĩ aere auẽ, in aquis piscẽ, & in terra hominem, hæc, inquã, & alia opera diuina, sint Christianis fidelibus spectacula. Quod theatrũ humanis manib extructũ istis operib. poterit cõparari?*

A. in Ps. 118 serm. 5. Haud secus B. Amb. *Sicubi*, inquit, *populares cognoueris plausus, auerte oculos tuos ab his, inflecte, deprime, et serua eos, ut erigas meliorib. Erige ad cœlũ, vel nocte stellarũ monilia, orbẽ lunæ decorũ, vel die solẽ aspice Specta mare, terrã circũspice, vt opere facta diuino oĩs creatura te pascat. Quæ formarũ gratia in ipsis bestiis? Quãtus decor ĩ hominib. Quãta in auib. pulchritudo? Hæc vide, & nõ introibit mors per fenestras oculorũ tuorũ.*

11. Alterũ spectaculũ Christiano hoĩe dignum proponit idẽ Cypr. dũ ita loco citato pergit. *Scripturis inquã sacris ĩcũbat Christianus fidelis, ibi inueniet cõdigna fide spectacula. Videbit instituẽtẽ Deũ mũdũ suũ, & cũ ceteris aĩalib. hoĩs illã admirabilem fabricã, melioreq; facientẽ, spectabit mũdũ ĩ deliciis suis, iusta naufragia, piorũ præmia, impiorũq; supplicia: maria populo siccata, et de petra rursus populo maria porrecta, spectabit de cœlo descẽdẽtes messes. non ex arcis, indispiciet flumina trãsitus siccos refrœnatis aquarũ agminib. exhibẽtia. Videbit ĩ q̃busdã ignẽ cũ fide luctãtẽ: religione sup ratas feras, & ĩ mãsuetudinẽ cõuersas, ĩtuebitur et aĩas ab ipsa morte reuocatas, et ĩ his cũ tã maius videbit spectaculũ, diabolũ illũ, q totũ detriũphauerat mũdũ, sub pedib. Christi iacẽtẽ. Quã hoc decorũ, spectaculũ fratres? q tã iucũdũ? quã necessariũ? intueri semper spẽ suã, et oculos aperire ad salutẽ suã. Hoc est spectaculũ, q vĩ ẽt luminib. amissis: hoc est spectaculũ, q nõ exhibet Prætor, aut Consul, sed qui est solus, & ante oĩa, & super oĩa, imò ex quo oĩa, Pater Dñi nostri Iesu Christi.*

Ai. Tertiũ ſpectaculũ ob oculos ponit s. Aug. in libris de Symbolo ad Catechumenos. Fugite, inquit, dilectiſſimi ſpectacula, fugite caueas turpiſſimas diaboli, ne vos vincula teneant maligni. Sed ſi oblectãdus eſt animus, & ſpectare delectat, exhibet vobis sãcta mater Ecleſia venerãda hæc ſalubria ſpectacula, quæ et mẽte veſtras oblectẽt ſua delectatione, & in vobis nõ corrũpãt, ſed cuſtodiant fidẽ. Amator eſt quiſpiã Circi? qd delectat in circo aurigas videre certãtes, populos inſana furia anhelãtes, quẽlibet celerẽ præcedentẽ, aduerſarii ſui equũ frãgantẽ: iſta eſt oĩs delectatio, clamare, qa vicit, quẽ diabolus vicit. Vide ecõtra nostra sãcta, ſana, ſuauiſſima ſpectacula. Intuere in libro Actuũ Apoſtolorũ claudũ ex vtero matris nũquã ambulantẽ, quem Petrus fecit curren tẽ. Vide ſubito ſanũ, quẽ antea intuebaris infirmũ. Et ſi in te eſt ſanitas mẽtis, ſi in te fulget rõ a q'atis, ac delectatio ſalutis, vide qd debeas expectare: Vide vbi debeas exclamare, illic vbi eq ſani frãgũtur, an hic, vbi hoĩes fracti ſaluãtur? Sed ſi te põpa illa, figura ea equorũ, cõpoſitio curruũ, ornatus, et aurigæ ſuperſtitiis equos regẽtis, vincere cupiẽtis: ſi hæc te, vt dixi, põpa delectat, nec hãc tibi denegauit, q põpis diaboli renũciare præcepit. Habemus et nos ſpiritalẽ noſtrũ aurigã sãctũ Prophetã Eliã, qui quadrigæ igneæ ſuper impoſitus tm̃ cucurrit, vt metas prehẽderet cęli. Et inf. Illic intuẽtur ſpectatores propoſitũ neſcio quẽ cõflictũ Deũ, & Iouẽ & adulterãtẽ et tonãtẽ, hic reſpicimus verũ Deũ Chriſtũ caſtitatẽ docentẽ, ĩmũditiã deſtruentẽ, ſalubria prædicãtẽ. Illic fingitur, q idẽ Iouis Iunonẽ habeat ſororẽ & coniugẽ, hic prædicamus sãctã Mariã, matrẽ ſimul & Virginẽ. Illic ſtupor ingeritur viſui ex vſu hominẽ videre in fune ambulãtẽ: hic magnũ miraculũ, Petrũ mare pedib. trãſeũtẽ. Illic per inimicã turpitudinẽ caſtitas violatur, hic per caſtã Suſannã, caſtumq; Ioſeph libido cõprimitur, mors cõteritur, Deus amatur, caſtitas exaltatur. Et rurſus alibi. Spectare vis? eſto ſpectaculũ. Ne deficias, vide præcedentẽ & dicentẽ. Spectaculũ facti ſumus huic mũdo, et Angelis & hoĩbus. Angelis laudãtib. hoĩb. opprobrãtib immò & Angelis laudãtib. et vituperãtib. quia et apud Angelos sũt sãcti Angeli, qb. bene viuẽdo placemus, & ſunt præuaricatores Angeli, qb. bñ viuẽdo diſplicemus. Et ĩter hoĩes sũt sãcti viri, qb. placeat vita noſtra, sũt neqſſimi hoĩes, q irridẽt bonã vitã noſtram. Et hęc & hęc arma sũt, illa dextra, illa ſiniſtra, vtraq; tñ arma sũt. In his vtriſq; armis cõfligo cũ diabolo, vtriſq; eũ ferio, pſperis, ſi nõ corrũpor, aduerſis, ſi nũ frãgor. Addo Quartũ & poſtremũ ſpectaculũ Tertul. in hunc modũ ſcribẽtis in nouiſſimo Iudicii extremi ſpectaculo. Superſunt alia ſpectacula, ille vltimus et perpetuus iudicii dies, ille nationib ĩ'peratus, ille diuerſus, cũ tãta ſeculi vetuſtas, & tot eius natiuitates vno igni haurientur. Quę tũc ſpectaculi latitudo? qd admirar? qd rideã, vbi gaudeã, vbi exultẽ tot ac tãtos Reges, q ĩ cœlũ recepti nũtiabãtur, cũ ipſo Ioue et ipſis ſuis teſtib. intimis

117. Aug. li 1. 2. & 3.

Act. 3. 8.

4 Reg. 2.

Lib. in Pſ 58. & 39. 1. Cor 4 9.

IV. Tert. de ſpec.

in imis tenebris cõgemiſcẽtes:itẽ Præſides, pſecutores Dñici nõis, ſæuiõrib. q̃ ipſi flãmis ſæuierũt, inſultatib. cõtra Chriſtianis, liqueſcẽtes: quos præterea ſapiẽtes illos Philoſophos corã diſcipulis ſuis vna cõflagrãtib. erubeſcẽtes, quib. nihil ad Deũ pertinere ſuadebãt. q b aĩas, aut nullas, aut nõ in priſtina corpora redituras adfirmabãt, ẽt poetas, nõ ad Rhadamãti, nec ad Minois, ſed ad inopinati Chriſti tribunal palpitãtes? Tũc magis tragœdi audiẽdi, magis, ſ. vocales in ſua propria calamitate Tunc hiſtriones cognoſcẽdi ſolutiores multo p ignẽ: tũc ſpectãdus auriga inflãmea rota totus rubẽs; tũc xyſtici contẽplãdi, nõ in gymnaſiis, ſed in igne iaculati, niſi qđ nec tũc quidẽ illos velim viſos, vt qui malim ad eos potius conſpectũ inſatiabilẽ cõferre, qui in Dñm deſæuierũt. Hic eſt ille (dicã) fabri, aut quæſtuarii filius, Sabbathi deſtructor, Samaritanes, & dęmoniũ hẽs. Hic eſt, quẽ a Iuda redemiſtis, hic eſt ille arũdine & colaphis diuerberatus, ſputamẽtis dedecoratus, felle & aceto potatus. Hic eſt, quẽ clã diſcẽtes ſubripuerũt, vt reſurrexiſſe dicatur, vel hortulanus detraxit, ne lactucæ ſuæ frequẽtia cõmeantiũ læderentur. Vt talia ſpectes, vt talib. exultes, quis tibi Prætor, aut Conſul, aut Quæſtor, aut ſacerdos de ſua liberalitate præſtabit? Et tamen hæc iam quodammodo habemus per fidem Spiritu imaginante repreſentata. Cæterum qualia illa ſunt, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs aſcẽderũt? Credo, circo & vtraque vauea, & omni ſtadio gratiora.

Ironię vena. (margin)

Vide V. *Blaſphemia. Choreæ Colloquia otioſa. Curioſitas.* Exemplum *malum. Immodeſtia. Linguæ abuſus. Luxuria. Luſus aleæ. Otium. Societas praua. Voluptas carnalis.*

S V P E R B I A.

Remedia contra Superbiam.

I Remed. Cõſidera qd ſit tradat diuina ſcriptura de ſuperbia. Tradit aũt primo eã eſſe Deo exoſam, & oĩum peccatorũ originẽ. Vt in Prou. Salomonis. *Sex, inquit, ſunt, quæ odit Dñs, & ſeptimũ deteſtatur aĩa eius. Oculos ſublimes, linguã mendacẽ, &c.* Et. *Arrogantiam & ſuperbiã ego deteſtor.* Et. *Abominatio Dñi eſt oĩs arrogãs* Et in Eccleſ. *Odibilis corã Deo eſt, & hoĩb. ſuperbia.* Et *initiũ oĩs peccati eſt ſuperbia.* Et apud B. Iac. & Pet. *Deus ſuperbis reſiſtit, humilib. ãt dat gratiã.* 2. tradit eã grauiter puniri a Deo. B. Iob dictũ eſt *Oẽm arrogantẽ humilia.* Eccl. vero. *Radices gentiũ ſuperbarũ areſecit Deus, & plãtauit humiles ex ipſis gẽtib. Quid ergo ſuperbis terra & cinis?* Et Iſaiæ. *Dies Dñi ſup oẽm ſuperbũ & excelſum, & arrogantẽ, & humiliabitur.* Et Sophoniæ. *Viſitabo ſup oẽm, q arrogãter ingreditur.* Et Chriſti apud Matth. *Qui ſe exaltauerit, humiliabitur.* 3. dehortatur a ſuperbia, & prouocat ad ſectandã humilitatẽ. Vt apud Tobiã. *Superbiã nun-*

(margin: Prou. 6. 16. Prou. 8. 13. Prou. 16. 7. Eccl. 10. 7. Iac. 4. 6. 1. Pet. 5. 5. Iob 40. 6. Eccl. 10. 18. Iſa. 2. 11. Soph. 1. 9. Matt. 23. 12. Tob. 4. 14.)

unquā in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas; in ipsa.n.initium sumpsit omnis perditio. Et in Ecclesiastico. *Quanto magnus es, humilia te in omnib & corā Deo inuenies gratiā.* Et apud Matthæū. *Dicite à me,* ait Christus ipse, *quia mitis sum & humilis corde.* Eccl 3.20. Matt. 11.29.

II. Remed. Cōsidera quid S. Patres de ea scribant. B Cyp. ad Corneliū. *Ille qui p̄sumit & contumax est, vir sui iactans, nihil omnino proficiet, q dilatauit tanq̄ infernus aīam suam, &c. Exaltatio & inflatio, & arrogans ac superba iactatio nō de Christi magisterio, q humilitatē docet, sed de Antichristi spiritu nascitur, cui exprobat p prophetā Dn̄s. Tu aūt dixisti in aīo tuo in cęlū ascendā, super stellas* Dei *ponā sedē meam, &c.* Basilius in admonitione ad filiū spiritualē. *Vir humilis, Deo ē similis: supbus aūt cum sit Deo odibilis, diabolo similis est. Humilis licet in habitu videatur vilissimus, gloriosus est in virtutib. Superb. aūt, et si decorus videatur aspectu, tn̄ inutilē eum manifestant opera ipsius, & p incessum & motus dignoscitur eius superbia, & ex verbis publicatur eius leuitas. Cupit sēper laudari ab hominib. & vtilib. à quib. est alienus, se p̄dicari gestit. Non se patitur cuiq̄ esse subiectū, sed semper primatū cupit, & ad maiorē gradū emergere: & quod ex meritis non pōt, ambiēdo festinat obtinere. Ambulat sēper tumēs, vt vter vacuus, et vt nauis gubernatore destituta fluctib. iactatur huc illuc.* Chry. in Matthæum. *Nihil certe arrogantia atq; superbia peius, q̄ mentis quoq; vires naturæ hominib. ... sas ita diluciat, at amētes ex prudentia, ac aīo stolidos efficere videatur. Nā si qs cū statura cubitum nō supeet, instar mentiū, imò altiorē se putet, ac iō se quasi montes excessurus erigat, nullū aliud argumentū suę insaniæ quæremas. Sic cū inflatū videris hoīem, qui in honorē se certis arbitretur, coutēniq; opinetur, si ceteris hominib. conferatur, nullū iā aliud signū vecordiæ homibis exquiras. Tāto quippe ridiculosior his est, qui natura insaniunt, quanto ipse sponte hunc sibi morbū intecit: nec hic re solum miser, verum ēt quia in miseriæ fundum se detrusit, vt nihil sentiat. Qn̄.n.is, peccata sua, vt oportet, cognoscet? Qn̄ nimiū se delinquere sentiet? Certe quasi vile mancipiū, & miserū, captiuū diabolus eū abduxit, agitatq; verberib. & mille contumeliis, quocunq; velit.* Ambr. in sermonibus. *Ad imperiū cælorum nō puenitur superbia diuitis, præfectura; sed humilitate, pauperie, lenitate. Arcta.n. & angusta uia est quę ducit ad regnū. Quisquis ergo honorib. inflatus fuerit, & auri thesauris dilatatus, tanq̄ onustū & impeditū animal per angustū regni iter transire nō poterit. Simul ēt ut se existimat peruenisse, sarcinā eius exigua porta nō capiēs, repcusso limine retrorsū redire cogit. Tā.n. est angusta diuiti porta celestis, quā est camelo acus foramen exiguum.* Et in psalmū 118. *Scriptura dicit, Dn̄s superbis resistit. Tāquā sua contumeliæ propulsator veluti quoddā suscepit aduersus superbiā speciale certū: tāquā dicat. Meus iste aduersarius ē, qui me lacessit, mibi debetur ista congressio.* Hier. ad Antoniū. *Scriptura ait. Superbis Deus resistit, humili-*

Cyp. lib 1. ep 3. Isa.14.13. Basil. Cry. ho.59. Amb. ser.103 Matt.7.14. Id. ser.7. Iac 4.6. Hier ep 45.

humilib. dat grãm. Vide frater, quale malum sit, quod aduersarium hẽt Deũ. Ob qđ in Euãgelio, & Pharisæus arrogãs spernitur, & humilis pu- Luc. 18. 14 *blicanus auditur.* Et ad Fabiolã de 40. mãsionib. *Nihil, vt crebro diximus tã periculosum est, quàm gloriæ cupiditas, & iactãtia, & animus* Id mans. 41. conscientiæ virtutũ tumens. Aug. li. 14. de ciuitate Dei. *Initiũ oĩs pecca-* Aug. c. 13. *ti superbia. Quid est aũt superbia, nisi peruersæ celsitudinis appetitus? Peruersa. n. celsitudo est, deserto eo, cui debet animus inhærere principio sibi quodãmodo fieri atq; esse principiũ. Hoc fit, cũ sibi nimis placet. Sic verò ita placet, cũ ab illo bono immutabili deficit, qđ ei magis placere debuit, quàm ipse sibi.* Et paulo post. *Vnde supb: sđ in scripturas sãctas* 2. Pet. 2. 10. *alio nõie appellãtur, sibi placẽtes.* Et rursũ. *Ideo adeo dicere, supbis esse vtile, cadere in aliqđ apertũ, manifestũq; peccatũ, vnde sibi displiceant,* Matt. 26. 75. *qui iã sibi placẽdo ceciderat. Salubrius. n. Petr⁹ sibi displicuit, qñ fleuit, quàm sibi placuit, qñ præsũpsit.* Hoc dicit et sacer psalmus. *Imple facies* Psal. 82. 17 *eorũ ignominia, & quærent nomẽ tuuũ Dñe.* Greg. li. 31. Moraliũ. *Ra-* Greg. c. 31. *dix cuncti mali superbia est, de qua scriptura attestante dicitur. Initiũ* Eccli. 10. 7. *omnis peccati est superbia. Primæ aũt eius soboles, septem nimirũ principalia vitia de hæc virulẽta radice proferuntur: s. inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, ventris ingluuies, luxuria. Sed habent contra nos hæc singula exercitũ suum. Nam de inani gloria inobediẽtia, iactãtia, hypocrisis, contentiones, pertinaciæ, discordiæ: et nouitatũ præsumptiones oriuntur.* B. Prosper de vita cõtemplatiua. *Initium, inquit scriptura, non* Prosp. lib. 3. ca. 2. *alicuius, sed omnis peccati superbia, vt euidenter ostenderet, quod ipsa sit peccatorum omnium causa: quoniam non solum peccatũ est ipsa, sed etiam nullum peccatum fieri potuit, potest, aut poterit sine ipsa: si quidẽ nihil aliud omne peccatũ, nisi Dei cõtẽptus est, quo eius pcepta calcãtur.*

III. Reme. I. cõsidera superbiã inter peccata esse & primũ & oĩum grauissimũ ẽm doctrinã priscorũ Patrũ. Amb. ad Demetriadẽ. *Inter* Amb. li. 10. ep. 84. *omnes lapsus hominũ, inter omnia cõmissa peccantiũ nulla est grauior, quàm superborum ruina, maximè cũ ipsa elatio in Dei tẽdit iniuriã.* Et in psal. 118. *Maximũ peccatũ in homine superbia est, qñ quidẽ inde* Id. serm. 7. *manauit nostri origo delicti. Hoc telo nos primũ diabolus vulnerauit et & perculit. Nã nisi homo serpentis persuasione deceptus, sicut Deus esse voluisset, & c. nunq̃ feralis culpæ ad nos trãsisset hæreditas. Quid igitur hoc peccato põt esse deterius, quod a Dei capit iniuria?* Chry. ad populũ Antioc. *Magnũ est elationis malũ, stultũ esse melius est, q̃ insolen-* Chry. hom. 39. *tẽ. Illic enim stultitia tãtũ est, mẽtisq; tarditas: hic aũt stultitia peior est, & fatuitas cũ furore. Stultus sibimetipsi malum est: elatus & aliis pe-* Aug. libr. 2. c. 8. *stis. Ex amentia hoc vicium nascitur. Non potest esse superbus, qui fatuus non sit. Stultitia verò plenus est superbus.* Aug. contra Academicos. *Superbiæ vitio nihil immanius.* Et li. 4. de Trinitate. *Nullũ vitiũ est, cui magis diuina lege resistitur, & in quod magis accipiat dominiũ* Id. lib. 3. ca. 23. *diius ille superbissimus Spiritus.* Et de doct. Christiana. *Nulla fere est.*

pagina sanctorū librorū, in qua nō sonet, quod Deus superbis resistit. Et in Psalm. 58. *Oĩa vitia in male factis timēda sunt, superbia in bene factis plus metuēda est.* Et in 93. cū dixisset Phariseū superbū fuisse in bonis factis, publicanū vero humilē in malis factis. *Videte, inquit, fratres: magis placuit Deo humilitas in malis factis, quam superbia in bonis factis. Sic odit Deus superbos; & ideo sic conclusit. Amen dico vobis, descendit publicanus magis, quam pharisęus.* Cass. lib. 12. instõnum. *Tantum est malum superbiæ, vt non angelū, non alias virtutes contrarias, sed ipsum Deum aduersarium habere mereatur.* Grego. 14. moral. *Quia redemptor noster corda regit humilium, & Leuiathan Rex dicitur superborū, aperte cognoscimus, quod euidentissimū reproborū signū superbia est, at contra humilitas electorū.* Quod aūt hac cōsideratione mederi possis superbiæ morbo, inde liquet, quod S. Bas. questione posita, quomodo sanari possit superbus, respondet. *Si fidem habeat sententiæ illius, qui dixit. Dominus superbis resistit.* Luc. 18. 14. Cass. c. 7. Greg. c. 13. Bas. reg. br. q. 35. Iac 4. 6.

IV. Remed. Considera quā grauiter a Deo punita sit superbia. Primo in Lucifero, eiusq; fęderatis socijs. de quo apud Isaiā. *Quo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terrā, qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo. In cęlū conscendā, super astra Dei exaltabo solium meū, sedebo in monte testamenti, in laterib. aquilonis; ascendam super latitudinē nubiū; similis ero altissimo. Verum tñ ad infernū detraheris in profundū laci.* Quo exemplo morbum superbię sanabit in Apostolorum cordib. Christus. Cum. n. illi apud Lucam aĩo elati gauderent, quod *spiritus mali eis subiicicerentur*, illico respondit. *Videbam Satanam, sicut fulgur de cælo cadentē: in hoc nolite gaudere, quia spiritus subiiciuntur vobis.* 2. in exstructorib. turris Babel. Gen. 11. 3. in Core, Dathan, & Abiron. Num. 16. 4. in rege Saul. 1. Reg. 15. 5. in Senacherib. Isa. 37. 6. in Nabūgdonozore. Daniel is 4. 7. in Holopherne. Iudith 6. 8. in Aman, Ester 4. 9. in Antiocho. 5. Machab. 9. 10. in Herode. Actorum 12. His addi potest apostata Christianorum Iulianus, qui cum lethali vulnere, incerto auctore, telo diuinitus directo percussus in Perside ad fluminis ripam iaceret, tametsi ob spretā Christi religionem mori se confiteretur, & a Nazareno victum agnoscesceret, consilio tamen cum Sacerdotib. sacrilegis inito se clam in fluuium præcipitare voluit, vt diuinitus raptus videretur. Verum cum suo duce satana in tartara præceps actus est, atqua impletum psalmi vaticinium. *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit.* Isa. 14. 13. Luc. 10. 13. Nic. l. 10. 35. Psal. 73. 23.

V. Remed. Cōsidera deterrimos superbiæ effectus & mores. Chry. ad pop. Antioch. *Nullum malū par elationi. Hoīem reddit dæmonem blasphemum, contumeliosum, periurum, cupidum cædium & homicidiorum. Elatus semper in doloribus viuit, semper indignatur, semper mæret, nihil est quod eius possit explere libidinem. Sicut. n. auari, quanto plura acceperunt, tanto pluribus egent: sic superbi, quanto maiori funguntur* Chry. ho. 43

honore,

Amb.c.16. bonore, tanto plus cõcupiſcũt. Amb.li. de Noe,& arca. *Superbia ſe extollit in hac terrena fragiliq; ſubſtãtia, & immemor diuinorũ humana deſpiciẽs ipſum arrogãtis viri babitũ inceſſumq; deformat, quales deſcribit Iſaias Iudæ filias oculorũ micãtes nutib. & alta ſe ceruice iactãtes.*
Iſa.3.16. *Sunt n. huiuſmodi erigẽtes ſupercilia, inflato corde, elato pectore, ceruice reſupina: quæ ſolũ quidẽ veſtigiis pedũ perſtringãt, toto aũt ſe librẽt corpore, & mani ſuſpẽdãt ex amine; in priora greſſu procedãt, ad poſteriora veritatẽ reclinãtes: cęlũ ſpectẽt, terrã aũt faſtidiãt, tanquã ceruicis dolore ſuffixi, vt eã inclinare nõ poſſint.* Gr. in Moralib. *Alia vitia eas*
G.l.34.c.18 *ſolũ modo virtutes impetũt, quib ipſa deſtruũtur Superbia aũt, q̃ vitiorũ radicẽ diximus, nequaquã vnius virtutis extinctione cõtenta cõtra cũcta aiæ mẽbra ſe erigit, & quaſi generalis ac peſtifer morb. corpus oẽ corrũpit, &c. Quiſquis eius tyrannidẽ in ſe captiua mente ſuſceperit, hoc primũ dãnũ patitur, q̃ clauſo cordis oculo iudicii æquitatẽ pdit. Nã quæ ab aliis bene gerũtur diſplicẽt, & ſola ei quæ ipſe vel praue egerit placẽt. Sp aliena opera deſpicit. ſp miratur, quæ ipſe facit.* Et inferius. *Cũcta ſuperb i apud ſe cogitatione tumẽtib ineſt clamor in locutione, amaritudo in ſilẽtio, diſſolutio in bilaritate, furor in triſtitia, inboneſtas in*
cap 20. *actione, boneſtas in imaginatione, erectio in inceſſu, rã. or in rñſione Horũ mẽs ſp eſt ad arrogãdas cõtumelias valida, ad tolerãdas infirma ad. obediendũ pigra, ad laceſſandos vero alios importuna.* Caſ.lib.12.inſtitũ. nũ monaſticarũ, de morib. monachi ſuperbiſic loquitur. *Quiſquis ſuperbiæ morbo fuerit occupatus, nõ ſolũ nullã ſubiectionis aut obedientię regulã cuſtodire dignatur, verũ ne ipsã aurib. quidẽ ſuis doctrinã perfectionis admittit, tantũq; concreſcit in corde eius ſpũalis verbi faſtidiũ, vt cũ forte talis fuerit oborta collatio, vno in loco ſtare neſciat eius obtutus, ſed huc illucq; circũferatur intuitus.* Et inf. *Dũ pro conſcia ſua totũ cõtra ſe ſuſpicatur eſſe prolatũ, vebemẽtiori cordi obſtinatione obdu ratur: iræ quoq; ſtimulis acrius inſtigatur, deinde poſt hęc excelſa vox, ſermo rigidus, amara et turbulẽta rñſione inceſſus erectus ac mobilis, lingua facilis, procax loquela, nec vnquam taciturnitatis amica, &c.*

V. Remed. Cõſideratio vitæ Chriſti, &maxime paſſionis *vniuerſam*
Caſſ.c.17. *namq; Dñi diſpenſationẽ*, inquit Baſ.in hom. de humilitate, *ad humilitatẽ nos inſtruere deprehẽdimus. Cũ infans eſſet, mox in ſpelũca, nec lecto, ſed preſepi imponitur. Deinde in domicilio fabri & matris paupercula enutritur, ſubditus matri & illius ſpõſo. Docetur audiẽs quorũ nõ egebat; interrogãs vero, & interrogãdo admirabilẽ declarabat ſapiẽtiã. Sub*
Baſ.ho 23. *ditur Io & baptiſmũ ſuſcipit a ſeruo Dñs. Nemini aduerſariorũ reſiſtit neq; inenarrabilẽ ſuã ptãtẽ i quẽquã vibrat, ſed quaſi potẽtiorib. cedit, & ptãti tẽporariæ potẽtiã, q̃ illa hẽbat pmittit principib. Sacerdotũ i forma rei ſiſtit, ad pſidẽ ducit, & iudiciũ illius ſuſtinet. Et cũ poſſet calũniatores ſuos arguere, ſilẽtio tolerat illorũ calũnias. Cõſpuit a ſeruis ac vileſſimis pueris. Morti traditur, eiq; boĩum iudic. turpiſſima. Ita boĩem*

omnia

ta ab ipsa natiuitate ad mortē vsq; exercuerūt. Aug. li. 8. de Trin. *Hoc* Aug c 5.
nobis prodest credere, & firmū atq; inconcussum retinere, s. humilitatē,
qua Christus natus est Deus ex fœmina, & a mortalib. per tantas contu
melias perductus ad mortē, summū esse medicamentū, quo superbiæ no-
stræ sanaretur tumor, & altū sacramentū, quo peccati vinculū soluere
tur. Greg. li. 34 moraliū, & ad Io. Constantinopolitanū Epm. *Cētra hu* Gr. c. 21 & li. 4. ep. 38.
ius languoris (superbiæ) *pestē audiamus cuſtlamus cuncti, quod magi-*
stra veritas docet, dicens. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Matt. 11. 29.
Ad hoc namq. vnigenitus Dei filius formam infirmitatis nostræ susce-
pit, ad hoc inuisibilis, non solū visibilis, sed ēt despectus apparuit, ad hoc
contumeliarum ludibria, irrisionum opprobria, passionūq. tormenta tole
rauit, vt superbū non esse hoīem doceret humilis Deus. Quanta ergo hu
militatis virtus est, propter quam solam veraciter edocendā, is qui sine
æstimatione magnus est, vsque ad passionum factus est paruus?

VI. Remed. Considera vanitatē opū, honorū, donorūq; corporis,
& animi, quæ solēt præbere occasionē superbiæ. Chry. ad pop. Antio Chry. ho. 43
chenū disputans, qua rōne mederi possimus morbo superbiæ. *Cogi-*
ta, inquit, gehennā, cogita multo meliores te, cogita præsentia, ipsam hu-
manā naturā, quā nihil sit homo. Cū videris in foro mortuū efferri, or-
phanos sequentes filios, vxorem viduā plangentē, plurantes seruos, ami-
cos mœrentes, præsentiū rerū vanitatem cogita, & quod ab vmbra, som-
nisque nihil differunt. Sed non vis hoc? cogita prædiuitates in bellis te-
merè pereuntes, magnatū & illustriū domos considera, nūc solo prostra
tas. cōsidera quantū potuerint, & nunc ne eorū quidē memoria remanet.
Per singulos.n. dies, si velis, horū exēpla reperies magistratuū successio
nes, proscriptiones diuitū. Multi tyranni considerunt humi. nō existi-
matus aūt gestauit diadema. Hęc nonne quotidie fiūt? Nōne nostra rotę
cuidā similia sunt? &c. Exēpla si velis, vbiq. reperies. Si vero nihil horū
velis, pēsat naturā nostrā, ex quib. cōstat, & quo desinit. Cogita cū dor-
mis, quo sis dignus; nōne vel minima bestia te posset interimere? Et rur
sum alibi ad eandē. *Fortis es, & altū sapis, nōne ppea magis humilia-*
ri dēs? Quare sapis altū in re vilissima? Nā & leo te est audacior, &
aper fortior, nec es adeo sculex. At & latrones, & fures, & gladiato- Id. hom. 39.
res, & serui tui fortiores sunt: hoc igit laudē dignū? Sed pulcher es &
speciosus. Cornicū ostētatio nō es pauone pulchrior, neq; pp florē, neq. pp
alas. Verū & cygnus valde pulcher est, & aliæ aues multæ, quib. si fue
ris cōparatus, aspicies te q. nihil. Freqūēter aūt & viles pueris, & innu
ptę virgines, & meritorię mulieres, & molles viri gloriā hanc habue-
rūt. At es locuples. vnde? qd possidēs? aurū argētū, lapides pretiosos hæc
est, & latronū, & metalla scrutātiū gloria. Sed ornaris & comeris. Ve-
rū & equos cōptos videre licet, apud Persas quoq. camelos, hoīum verò
scenicos oēs. Nō cōfunderis in his alta sapiēs, in qb. bruta tecū sociātur,
& serui, & homicidæ, & molles, & latrones & fures? Sed pp vocē altū

sapis. Cygno, luscinia ve nunquã tu suauius canere poteris. At in artis varietate. Et qd ape in hoc sapiẽtius? Quis phygio, qs pictor, qs geome ter huius opera poterit? Sed in vestis subtilitate. Verũ hic aranea tibi præstãt. At in pedũ velocitate, rursum primas ferũt bruta, lepus & ca prea. Sed acutẽ cernis, tñ nõ sicut dorcas, nec vt aquila. At aud tũ hẽs acutũ, sed asinus acutiorẽ. Atolfactũ? Verũ canis te pcedere nõ finit, etc. Vides quãtũ nobis verũ examinatio cõferat. Oĩb. hoĩb. altiora sapiẽs ẽt
Aug. ić. 388. *brutis vilior inuẽtus est.* Et multo post. *Vnde igit, ò hõ dignus es bru tis imperare. Et rõne. Sed nõ inest supbo; cũ.n. ea nõ vt dẽt vtatẽt illis peior est.* Aug. in sniis a B. Prospero collectis. *dimittis flores, & maiorũ nobilitate iactas, & exultas de patria, & pulchritudine corporis, & ho norib. q tibi ab hoĩb. deferũtur? respice teipsũ, q mortalis es, & q terra & in terrã ibis. Circũspice eos, q ante te similib. splendorib. fulsere. Vbi sunt, quos ambiebãt ciuiũ potẽtatus? Vbi insuperabiles Impatores? Vbi, qui cũnctus disponebãt & festa? Vbi equorũ splẽdidi inuectores? exercituũ duces? satrapæ, tyrãni? Nõ oĩa puluis? nõ oĩa fauilla? nõ i pau cis ossib eorũ vitę memoria est. Respice sepulchra, & vide qs seruus, qs Dñs, qs pauper qs diues? Discerne, si potes vinctũ a Rege, fortẽ a de*
Bern. ser. 36
bili, pulchrũ a deformi. Memor itaq. naturæ, nõ extollaris aliqñ. Me
1. Cor. 28. *mor aũt eris, si teipsũ respexeris.* Bern. in Cantica. *Qui se inquit Apost. putat aliquid scire, nondũ scit, quõ oporteat eũ scire. Vides qm nõ probat multa scientẽ, si sciendi modũ nescierit? Sunt nãq; qui scire volũt eo si ne trã vt sciãt, & turpis curiositas est. Et sunt qui scire volũt vt scian-*
Persi. Sat. 1. *tur ipsi, & turpis vanitas est. Qui profecto nõ euadẽt sub sannantẽ Satyricũ, ei qui huiusmodi est decantantẽ Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. Et sunt item, qui scire volunt vt sciam suam vendãt, ver bi causa pro pecunia, pro honorib. & turpis quæstus est. Sed sunt quoq;, qui scire volunt vt ædificent, & charitas est. Et itẽ, qui scire volunt, vt*
Mal. 1 io. 10. *ædificentur, & prudentia est. Horum oĩum soli vltimi duo nõ inueniun*
Iac. 4. 17 *tur in abusione scientiæ, quippe qui ad hoc volunt intelligere, vt bene fa ciant. Deniq; intellectus bonus oĩbus facientibus eum, reliqui omnes au diant Scienti qonum, & non facienti, peccatum est ei.*

VII. Remed. Cõsidera prẽstantiã virtutis humilitatis, quæ ẽ diame
Hier. ep 14. tro pugnat cũ superbia, & est antidotũ efficacissimũ ad sanandũ mor bum superbiæ, si mente nõ solũ pura, sed verbo quoq & factis præ
Eccl. 3. 20. stetur. Hier. ad Celantiã. *Nihil hẽas humilitate præstantius, nihil ama bilius. Hæc est.n. precipua conseruatrix, & quasi custos quædã virtu tum oĩum; nihilq; est, quod nos ita & hoĩb. gratos & Deo faciat, quã*
Is. 66. 2. *si vitæ merito magni, humilitate infimi simus. Propter quod scriptura dicit. Quãto magnus es, humilia te in oĩb. & coram Deo inuenies gra tiã. Et Dominus loquitur per prophetã. Super quẽ alium requiescã, nisi super humilem & quietũ, & trementũ verba mea? Verumtamẽ humi litatẽ sequere, nõ quæ ostenditur & simulatur gestu corporis, aut fracta*

voce

voce verborũ, sed quæ puro affectu cordis exprimitur. Multo deformior est illa superbia, quæ sub quibusdã humilitatis signis latet. Nescio.n. ãno torpiora sunt vitia, quæ virtutũ specie cęlantur. Aug. ad Dioscorũ. Aug. ep. 56.
Nisi humilitas oĩa, quæcunq. bene facimus, & præcesserit, & comitetur, & consecuta fuerit, & proposita, quã intueamur, & apposita, cui adhæreamus, & imposita qua reprimamur, iã nobis de aliquo bono facto gaudentib: totũ extorquet de manu superbia; vitia quippe cętera in peccatis, superbia vero ẽt in recte factis timẽda est, ne illa quæ laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cupiditate amittantur. Itaq; sicut Rhetor ille nobilissimus, cũ interrogatus esset, quid ei primũ videretur in eloquẽtiæ præceptis obseruari oportere, pronunciationẽ dr̃ respondisse, cũ quæreretur quid secũdo, eandẽ pronunciationẽ: quid tertio nihil aliud, quã pronunciationẽ dixisse. sic si interrogares, & quotiens interrogares de præceptis Christianæ religionis, nihil me aliud respondere nisi humilitatem liberet. Demo Rhet.
Qũo aũt practice & in particulari factis ipsis humilitas illa declarãda sit accurate docet B. Bas. *Oĩno vera memor esto paramia. Superbis inquit, resistit Deus, humilib. vero dat gratiã. In promptu habe dictũ illud Dñi: Quisquis seipsum humiliauerit, exaltabitur. & qui seipsum exaltauerit, humiliabit, &c. Si qñ te præsens bene factũ nonnihil elatũ reddit ad memoriã reuoces, qd olim mali feceris & cessabit in se nata illa aĩ inflatio. Et si quẽquã in præsentiarũ delinquere videris, ne hoc solũ in illo spectes, sed cogita simul, quæ recte vel fecerit olim vel nunc quoq. faciat, & deprehendes sæpenumero talẽ, si singula, inquisieris, nec particulas quasdã tantũ scrutatus fueris, te esse meliorẽ. Neque Deus.n. hoĩem particulariter examinat. Nã ego inq̃, & opera, & cogitationes ipsorũ cõiunctim producturus venio. Et cũ Iosaphat regẽ aliqñ pp peccatũ recẽs cõmissũ reprehẽderet, simul & recte factorũ mentionẽ fecit, dicẽs. Verũ tamẽ & actus duidã boni inuẽti sunt in te. Et inf. Qñ igitur pacto ad salutarẽ hãc aĩ humilitatẽ pnitiosa superbiæ elatione relicta descẽdimus? Si ppetuo studiũ modestiæ exerceamus, &c. Vide ne in sermone arrogãtiã vsurpes sophisticã, neq. dictionẽ ostẽtes superbã sed in oĩb. splẽdori, ac magnificẽtiæ detrahas, comis erga amicũ, mãsuetus erga domesticũ, patiẽs erga temerarios, humanus erga humiles, patnus afflictis, inuisens in dolore cõstitutos: in sũma, nẽminẽ cõtẽnẽs. Suauis in appellatione, alacer in rñsione, dexter, & expositus vniuersis, neq. tua ipsius celebrãs encomia, neq. alios q faciãt subornãs, neq. inhonestã de pximo famã admittẽs, & virtutes tuas ac prrogatiuas, q̃tũ fieri põt obtegẽs, peccatũ vero gr̃a teipsũ accusãs, nec expectãs vt ab aliis reprehẽdare, vt idẽ facias q iustus, q in princ. sermonis seipsũ accusat; & sis qualis erat Iob, quẽ nõ puduit vrbis tumultuationẽ ppriã cõtra se depdicare ruinã. Ne sis icrepãdo molestus ac seuerus, neq. statim, aut cũ aĩ cõmotione quẽquã reprehẽdas (respice.n. hoc contumaciã quãdam.) Neque propter modica delicta condemnes aliquem, quasi rigidus iuris* Bas. ho. 20. de humilit. Iac. 4. 6. Matt. 23. 12. 2. Paral. 19. prou. 18. 17.

exactor, sed eos, qui delinquerũt, cõplectare, & spiritualiter instruas, quẽ admodũ admonet Apostolus, cõsiderãs teipsũ, ne tu tenteris. Et tantũ studii impẽdas ne apud homines gloriosus habeare, quãtũ impẽdũt alii, vt glorificẽtur, siquidẽ Christi memor fueris. Qui mercedẽ apud Deũ amittit, dicit, si spõte apud homines cupias illustris haberi, & bonũ ad hoc facias, ut cõspicuus sis hominib. Abstulerũt. n. inquit, mercedẽ suã. At Prælatus es aliis & comitatur te homines, & glorificãt? Per esto subiectis, nõ tãq̃ dominãs in cleris, vt Apostol. inquit, neq; secularib. Principibus te cõformes. Qui nãq; primus esse cupit, eiũ hominũ seruũ esse iubet Christus. Ber. ad ogeriũ canon. regul. Humilitas, ad q̃ vtiq; ducit humiliatio, totius est spiritualis fabricæ fundamẽtũ. Si quidẽ humiliatio uia est ad humilitatẽ, sicut patiẽtia ad pacẽ, sicut lectio ad sciẽtiã. Si virtutẽ appetis humilitatis, viã non refugias humiliationis. Nã si nõ poteris humiliari, nõ poteris ad humilitatẽ prouehi. Terret me Apostolus, qui et ipse territus dicit. Parco aũt, ne quis me existimet supra id qđ videt in me, aut audit aliquid ex me. Quam pulchrè dixit. Parco. Nõ parcit sibi arrogans, non parcit sibi superbus, non cupidus vanę gloriæ, & iactator actuũ suorũ, qui vel sibi arrogat, quod est, vel mentitur de se, qđ nõ est. Solus qui verè humilis est, parcit animæ suæ: qui, ne putetur, qđ nõ est, sẽper quantũ in se est vult nesciri qđ est. Grande reuera periculũ, audire quenquã de se supra q̃ sentit in se. Quis dabit mihi qđ homines tãtũ de veris dignè humiliari, quãtũ vel de falsis dictũ est indignè exaltari, illã mihi voce Propheticã iure assumerẽ. Exaltatus aũt, humiliatus sũ & cõturbatus. Et illud ludam, & vilior fiam. ludam sc. vt illudar. Bonus ludus, quo Michol irascitur, & Deus delectatur, bonus ludus, qui hominib. quidẽ ridiculũ, sed Angelis pulcherrimũ spectaculũ prębet. Bonus inquã ludus, quo efficimur, opprobriũ abundantibus, & despectio superbis. Nã reuera quid aliud secularibus, quã ludere videmur, cũ quod ipsi appetunt in hoc seculo, nos per contrarium fugimus; & quod ipsi fugiunt, nos appetimus? More ioculatorum & saltatorum, qui capite misso deorsum, pedibusq; sursum erectis, præter humanum vsum, stant manibus, vel incedunt, & sic in se omnium oculos defigunt. Nõ est hic ludus puerilis, nõ est de theatro, q femineis fędisq; anfractibus prouocet libidinẽ, actus sordidos repsẽtet: sed est ludus iucũdus, honestus grauis, spectabilis, q celestiũ spectatorũ delectare possit aspectus. Hoc casto et religioso ludo ludebat, q dicebat. Spectac. facti sum⁹ Angelis et hominib.

VIII. Remed. Simulatq; aduerteris obortã aliq̃ in aío tuo supbiã, falce humilitatis pscinde. Est B. Greg. in li. 24. Moral. Vitiũ superbiæ, inquit, ab ipsa mox radice sẽm est, vt cũ latenter oritur, tunc vigilãter abscindatur, ne prouectu vigeat, ne vsu roboretur. Difficile. n. in se quisq; inueteratã superbiã deprehendit: quia nimirũ hoc vitiũ, quãto magis patimur, tãto minus videmus. Sic quippe in mẽte superbia, sicut ĩ oculis caligo generat. Quo se hæc latiꝰ dilatus, eo uehemẽtius lumẽ angustat. Pau-

lisper

Aspet ergo elatio in præcordiis crescit, & cum se vastius extenderit oppressæ mentis oculum funditus claudit, vt captiuus animus typum elationis & pati possit, & tamen id quod patitur videre non possit.

Vide V. Ambitio. Amor sui. Curiositas. Gloria vana. Immodestia. Inobedientia. Ira. Iudicium proprium. Iudicium temerarium. Obstinatio. Præsumptio. Vestium luxus. Vindicatio iniuriæ. Voluntas propria.

SVPERSTITIO.

Remedia aduersus Superstitiones:

I Rem. Considera, quid Spiritus S. in S. litteris commonefecerit de superstitionibus. Primum vetat omnes superstitiones diabolicas. Nam in Leuitico Dei mandatum est. *Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos ego Dominus Deus vester.* Et in Deuteronomio. *Non inueniatur in te, qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia atque auguria, nec sit maleficus, neque incantator, nec qui Pythones consulat, nec diuinos; aut quærat à mortuis veritatem. Omnia enim hæc abominatur dominus.* Et apud Ieremiam prophetã. *Hæc dicit Dñs. Iuxta vias gentiũ nol te discere, & à signis cæli nolite metuere, quæ timẽt gentes, quia leges populorũ vanæ sunt.* Et Apostolũ. *Nolo vos socios fieri dæmoniorũ. non potestis mẽsæ Dñi participes esse, & mẽsæ dæmoniorũ.* Et. *Nolite locũ dare diabolo.* 2. declarat superstitionibus dictis grauiter offendi Deũ, nã in Exodo, *Maleficos* inquit, *non patieris viuere.* Et in Leuit. *Aĩa, quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cũ eis, ponã faciẽ meã contra eã, & interficiã eã de medio populi sui.* Et. *Vir, siue mulier, in quib. Pythonicus, vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriãtur; lapidib. obruẽt eos, sanguis eorũ sit super illos.* Et apud Isa. *Ego sum Dominus, irrita faciẽs signa diuinorũ, & ariolos in furorẽ vertẽs, cõuertẽs sapiẽtes retrorsum, & sciẽtiã eorũ stultã faciẽs.* Et aqud Michæã. *Auferam maleficia de manu tua, & diuinationes nõ erũt in te, &c. Et faciã in furore, & in indignatione vltionẽ in oĩb. gentib. quæ nõ audierũt.* Apostolus quoq; in Epistola ad Galatas *veneficia* numerat inter *manifesta opera carnis* à regno cælorũ excludẽtia. Et in Io. Apocalypsi *veneficis, idololatris, & oĩb. mẽdacib.* dr̃, pars futura *in stagno ardẽti igne & sulphure.*

Leu. 19. 31. Deu. 18. 19. Ier. 10. 2. 2. Cor. 10. 20 Eph. 4. 27. Exod. 22. 18. Leu. 20. 6. & 27. Isa. 44. 25. Mich. 5. 11. Gal. 5. 20. Apoc. 22. 8.

II. Remed. Considera quid SS. Patres de superstitionib censuerint. S. Basilius ĩ verba Isaiæ. *Quia repleta est, ut ab initio, terra eorũ auguriis. Vides ne. quãtũ mali importet auguratio? Qui huic incũbit, studiũq; adhibet Dei prouidẽtia ac sollicitudine destruitur. Pleriq; aũt Christianorũ susq; deq; habẽt talib. cõmẽtis aures accõmodare, & illic*

Bas. in c. 2 Isa.

aucupari famā, nec pudet isti ominosæ superstitioni ac signis attentos esse. Et paulo post. *Sed.n. audi tu, quia abiectus est populus, talia futuliter & curiose operatus. Olim siquidē Mosaica lege, istiusmodi auguria, diuinationes ominationes atq; auspicia infamia notabātur tanq̄ inuenta demonū. Ait enim scriptura. Nō hariolabimini, neq; captabitis auguria; hęc.n. gētes faciūt. A morū probitate est alienū prorsus, cū qui penes se hēt cōsultationē* Dei *iustificationib. ad decernēdū de rebus agendis, sibi in cōsiliarios adhibere bruta aīantes, imò his vti vt doctorib. & legū latorib. Quando ipsa auis periculū sibi ob oculos impēdēs nō nouit: quanā rōne hęc tibi qđ futurū est, prędicet?* Et in Hexæmerō, agēs de vanitate Genethliacorū. *Deridēdi profectò,* inquit, *non mediocriter esse videntur, tā ii qui studio huius indulserunt, q̄ in rōne rerū nusquā esse cōstat, quā ii, qui biantes ab illorū ore pendēt intenti, perinde quasi oīa illi scire possint, quæ ipsis sunt euētura. At qui tādem illi effectus sunt, qualesue genitalis istius prædictionis? Ille talis,* inquiūt, *crispāti decorabitur capillitio, eritq; aspectu mirè gratiosus: est.n. in lucem editus arietis tpe. Tale aūt ipsum aīal aspectu quodāmodo esse vt. At erit & aīo grādi, atq; elato, quippe cū & aries dux sit gregis.* Et infra. *Istis quid ineptius, aut deridiculū magis?* S. Greg. Nazian. orat. 40. ī S. Baptisma. *Nihil tibi amuletis, nec incātamētis opus est, cū quib. prauus ille in leuiorū hoīum aīos simul irrepit, venerationē* Deo *debitā furtim ad se transferēs. Trinitatē ipsi da. magnū inquā illud & pulchrū amuletū.* S. Hier. in Danielē. *Videtur mihi incātatores esse, qui verbis rē peragūt. Malefici, qui sāguine vtūtur, & victimis, & sæpe cōtingūt corpora mortuorū. Porrò in Chaldeis γενεθλιαλόγυς significari puto, quos vulgus Mathematicos vocat. Cōsuetudo aūt & sermo cōis magos pro maleficis accipit: qui aliter habētur apud gētē suā, eo q̄ sint Philosophi* Chaldæorū, *& ad artis huius scientiā Reges quoq; & Principes eiusdē gētis oīa faciunt.* S. Io. Chryso in Psalm. 9 exponēs verba, exultabo in salutari tuo. *Hoc,* inquit, *est mihi corona, hoc diadema, pp te trophęū erigere, pp te salutē adipisci.* Hoc aūt dico pp eos, *qui in morbis vtuntur incantationib. & alias exquirunt imposturas & p̄stigias ad suā leuandā ægritudinē.* Hoc.n. *non est saluari, sed perire. Maxima.n. salus est per Deū esse seruatū.* Et ad pop. Antiochenū. *Pōpa satanica sunt, theatra, Circēses, & oē paccatū, dierū obseruatio, & p̄lagia, & omina. Et quid tandē sunt omina? Sæpe domū quis suā egressus hoīem vidit monoculū vel claudicantē, & ominatus est. Hac est pōpa satanica: nō n. hoīs occursus malū facit esse diē, sed ī peccatis viuere, &c. Dicāne & aliud ridiculosius? Cōfundor nēpe & erubesco, sed cogor pp salutē vestrā dicere. Si Virgini inquit, occurreris, sterilis dies erit: si verò meretrici, dextera & bona, & multa mercatione plena. Occultamini, & frōtē excutite, & ad terrā inclinate, sed nō nunc, dū dn̄r verba, sed cū fiunt opera.* Et paulo post. *Quid verò diceret aliquis de his, qui carminib. & ligaturis vtun-*

Deu 18. 10.
Id. hom. 6.
Hier. in c. 2.
Chry.
Id. hom. 21.

vtuntur, & de circūlligantib. aurea Alexādri Macedonis numismata capiti, vel pedibus? Dic mihi, bené sunt expectationes nr̄æ, vt post crucē & mortē Dn̄i ā in gentilis Regis imagine spē habeamus? S. Aug. altero de doctrina Christiana lib. Superstitiosum est, quicquid institutū est ab hoib. ad facienda & colēda idola pertinēs, uel ad colendā sicut Deū creaturā, partēuē vllā creaturæ, vel ad consultationes & pacta quędā significationum cū dæmonib. placita atq; fœderata, qualia sunt molimina Magicarū artiū quę quidē cōmemorare potius, q̄ docere assolent Poetæ. Ex quo gn̄e sunt, sed quasi licentiore vanitate Aruspicū & Augurū libri. Ad hoc genus pertinēt oēs ēt ligaturæ, atq. remedia, quæ Medicorū quoq. disciplina cōdēnat, siue ī precātionib. siue ī quibusdā notis, quas characteres vocāt, siue ī quibusdā reb. suspēdendis atq. ligādis, vel ēt saltandis quodāmodo, nō ad tēperationē corporū, sed ad quasdā significationes, aut occultas, aut ēt manifestas; q̄ mitiore nōie Physicā vocant, ut nō quasi superstitio se implicare, sed natura pdesse videātur; sicut sunt inaures in sūmo auriū singularū, aut de struthionū ossib. ansulæ in digitis, aut cū tibi ōt singultienti, ut dextera manu sinistrū pollicē teneas. His adiūgūt millia inanissimarū obseruationū, si mēbrū aliqd salierit, si iūcti ambulātib. amicis, lapis, aut canis, aut puer medi⁹ interuenerit. Et paulo post. Neq. illi ab hoc gn̄e pniciosæ supstitionis segregādi sūt q Genethliaci pp natalīū dierū cōsiderationes, nūc āt vulgò Mathematici, uocāt. Nā et ipsi q̄uis uerā stellarū positionē, cū quisq; nascitur, cōsectēt, et aliqū ēt puestigēt, in q̄ īde conant, uel actiones nr̄as, uel actionū euēta pcidere, nimis errant, et uendūt imperitis hoib. miserabilē seruitutē. B. Gaudētius Eps Brixiēsis de lectione Exodi. Nec sufficit, inqt ad Neophytos, ut à mortifero dæmonū cibo uită suā custodiat Xp̄ianus, sed ut oīa abominamēta Gētiliū et oēs idololatriæ tramites, sicut q̄dā serpētis diaboli venena, diffugiat. Partes .n. idololatriæ sūt ueneficia, p̄cātatiōnes, suballigaturę, uanitates, auguria, sortes, obseruatio ominū, parētalia. Aug. li. 2. c. 20. Gaud. tra. 4.

III. Remed. Cōsidera. q̄ grauiter, Ecclesiasticus æquè ac Cæsareis legib. quicquid superstitionū à SS. PP. enumeratū est, vetitū sit atq. dānatū. B. Greg. III. sāctio est. Si quis ariolos, haruspices, uel incātatores obseruauerit, aut phylacteriis eorū usus fuerit, anathema sit. Et Synodi Ancyranæ. Qui diuinationes expetūt, uel in domos suas hm̄oi hoies introducūt exquirendi aliqd arte magica, aut expiādi cā, sub regula quinquēnii iaceāt s̄ dm gradus pœnitētiæ definitos. Et Laodicenæ. Nō oportet sacris officiis deditos, uel clericos magos aut incātatores existere, aut facere phylacteria, q̄ aiarū suarū vincula pbantur, eos aūt, qui talib. vtunt, proiici ab Ecclesia iussimus. Et Carthaginēsis. Auguriis et incātationib. seruientē, similiter Iudaicis superstitionib. uel feriis inhęrentē a cōuētu Ecclesiæ separādū p̄cipimus. Et Aurelianēsis. Si quis clericus, monachus, uel secularis diuinationes, uel auguria crediderit obseruāda, uel sortes, quas mētiunt esse sāctorū, qbuscunq. putauerit imitādas, cū his q c. si quis. 26. q. 5. c. q. ibi. c. non oportet ibi. c. auguriis. ibi. c. si quis. ibi.

cũ eis crediderint, ab ecclesia cõione pellantur. Hactenus Ecclesiasticæ leges, sequuntur Cæsareæ. Imperator Constantinus A. ad Maximũ. *Nullus aruspex, nullus sacerdos, nullus eorũ, qui huic ritui adsolent ministrare, ad limen alterius accedat, nec ob alterã cãm, sed hmôi hominũ amicitię, quãuis vetus repellatur, concremando illo aruspice, qui ad domũ alienã accesserit: & illo in insulã deportãdo post ademptionem honorũ, qui eũ aduocauerit suasionib. vel præmiis.* Imp. Cõstãtius, A. & Iulianus Cæsar ad populum. *Nemo aruspicem cõsulat, aut mathematicũ* (id est iudiciariæ astrologiæ studiosum,) *nemo ariolũ. Augurũ & Vatũ praua confessio conticescat. Chaldæi ac Magi, & ceteri, quos maleficos ob facinorũ magnitudinem vulgus appellat, nec ad hãc partẽ aliquid moliãtur. Sileat oĩb. perpetuo diuinãdi curiositas. Etenim supplicio capitis ferietur gladio vltore prostratus, quicunq; iussis nostris obsequiũ denegauerit.* Deniq; iijdem ad Taurum præfectũ prætorio. *Et si hoĩes magi in quacunq; sint parte terrarum humani generis inimici credendi sunt, qm tñ, qui in comitatu nostro sunt ipsam pulsant prope modũ maiestatem, si quis magus, vel magicis carminib adsuetus, q maleficus vulgari consuetudine nuncupatur, aut aruspex aut ariolus, aut certe augur, vel mathematicus, aut enarrandis somniis occultãs aliq artem diuinandi, aut certe aliquid simile horum exercens in comitatu meo, uel Cæsaris fuerit deprehensus, præsidio dignitatis exutus, cruciatus & tormenta non fugiat. Si vero conuictus fuerit, & ad proprium facinus detegentib. repugnauerit pernegando, sit eculeo deditus, vngulisq; sulcantibus latera perferat pęnas proprio dignas facinore.*

IV. Remed. Cõsidera oĩum superstitionũ auctorẽ & parentẽ esse Satanã, iuratũ humani generis hostẽ. *Horum*, inquit B. Cyp. (auguriorũ & auspiciorũ) *oĩum ĩõ est illa, quæ fallit & decipit, & præstigiis cæcantib. veritatem stultum & prodigum vulgus inducit. Spiritus insinceri & vagi, qui postea quã terrenis vitiis immersi sunt, & a vigore cęlesti terreno cõtagio recesserunt, nõ desinunt perditi perdere, & deprauati errorem prauitatis infundere.* Et infra. *Hi ergo Spiritus sub statuis atq. imaginib. cõsecratis delitescunt, hi afflatu suo vatum pectora inspirãt, extorum fibras aĩant, auium volatus gubernãt, sortes regunt, oracula efficiunt, falsa veris sp inuoluunt: nã & falluntur, & fallunt, vitam turbãt, sõnos inquietãt, irrepentes etiã ĩ corporib. occultè mentes terrẽt, membra distorquent, ualetudinẽ frãgunt, morbos lacessunt, vt ad cultũ sui cogãt. nec aliud illis studiũ est, q̃ a Deo hoĩes auocare, & ad superstitionẽ sui ab intellectu veræ religionis auertere: cũ sint ipsi pœnales, quære sibi ad pęnã comites, quos ad crimẽ suũ fecerint errore participes.* De iisdẽ agẽs S. Basilius ita scribit. *Qui angusti est & illiberalis aĩ, nihilq; sapiẽs nisi sordida & abiecta, eiusmôi motiones, auiũ, brutarũ aĩantiũ suo unius scopo dũ molitur accõmodare, Deo interim relicto, dęmonib. & insidiosis vltro seipsum deuouit. Qui porrò imaginãtur aues hac rẽ*

ue occupare aerem, hac itē cū & ſic circumagi, errorē prorſus incurabili A l. 2. de do.
tenētur eorū, qui mēte capti ſunt, & parū cordati. Haud ſecus paulo Chr. c. 20. &
ante cēſuit B. Aug. cū ſcripſit *pacta quædā ſignificationū cū dæmonib.* 23.
placita atq. fœderata, expreſsè. ſ. vel tacitè magicis ſuperſtitionib. in- Id c. 55.
teruenire. Vnde & in libro de vera religione his verbis nos monuit.
Non ſit nobis religio cultus dæmonū, quia oīs ſuperſtitio, cū ſit magna pœna hoīum & periculoſiſſima turpido, honor eſt ac triūphus illorū. Et in libro quinto de Ciuitate Dei. *Non immerito creditur, cū aſtrologi* Id. c. 7.
(iudiciarij) *mirabiliter multa vera rñdent, occulto inſtinctu fieri Spiritnū, non bonorū, quorū cura eſt has falſas & noxias opiniones de aſtris ſubl ſtis inſerere humanis mētib. atq; firmare, nō horoſcopi notati & inſpecti aliqua arte quæ nulla eſt.* Ac rurſus lib. 2. de geneſi ad literā Fa- Id. e 17.
tēdū eſt qñ ab iſtis, Aſtrologis iudiciariis, vera dicūtur, inſtinctu quodā occultiſſimo dici, quē neſcientes humanæ mētes patiūtur. Quod cū ad decipiēdos hoīes fit, ſpirituū ſeductorū operatio eſt: qu b. quadā vera de tpalib. reb. noſſe permittitur, partim qa ſubtilioris ſenſus acumine, partim quia corporib. ſubtiliorib. vigent, partim experiētia calliidore pp magnā longitudinē vitæ, partim a S. Angelis, qd ipſi ab oīpotente Deo dīſcūt et iuſſu eius ſibi reuelantib. qui merita humana occultiſſimæ iuſtitiæ ſeueritate diſtribuit. Aliqn aūt iidem nefandi Spiritus ēt quę ipſi facturi ſunt, velut diuinādo prædicūt. Quapp bono Chriſtiano, ſiue Mathematici, ſiue quilibet impiè diuinantiū, maxime dicētes vera cauendi ſunt, ne conſortio dæmoniorum animam deceptam pacto quodam ſocietatis irretiant. Hæc ille. Qui ergo ſuperſtitionib. vtuntur, quid a- 1. Cor 10. 20
liud agunt, q̄ vt conſilia ſequantur hoſtis ſui capitalis dæmonis, & ſocij fiant, quod Apoſtolus vetuit, dæmoniorum?

V. Remed. Conſidera, in quantū periculū aīam, in quantas cruces cōſciētiā tuā ſis deturbaturus, ſi Deo creatore deſerto per ſupſtitiones te deuoueris diabolo. *Si,* inquit B. Chry in orone quadā ad- Chry ora. 5.
uerſus Iudæos, *leui aliquo morbo tentatus ilico reſiliens a Dño ad dæmones accurras, quā tandē veniā conſequeris? Quo pacto valebis illū denuo tibi propitiū reddere? Quin potius nec alius q̄ſquā pro te deprecari poterit, ētſi tm̄ valeat authoritate apud Deū, quantū Moſes. Non eſt inquā quiſquā qui hoc facere poterit. Nō audis quid Deus loquatur ad Ieremiā de Iudæis? Ne depreceris pro populo iſto, qm̄ ſi ſurrexerit Moſes & Samuel, nō exaudiā illos. Adeo ſunt peccata oēm remiſſionē ſuperātia, quæq; nullā recipiāt excuſationē. Itaq; ne tātā in nos prouocemus irā, ēt ſi videātur aliqui febrē incantamētis ſedare, nō. n. verè ſedāt, tū aliā in conſcientiā inducūt febrē, vōne ac conſcientia quotidie flagellāte, & dicēte. Impiè feciſti, iniquitatē perpetraſti violaſti fœdus cū Chriſto iēſū, ob paululū bonæ valetudinis pietatē deſeruiſti. Nū tu ſolus hęc paſſus es? an nō alij multo quā tu acerbiora paſſi ſunt? At tū nullus illorū tale quid auſus, tu mero mollis ac diſſolutus aīam tuā* (dæmoni) oppi- Iere. c. 7. & 15
gnera-

gnerasti. Quomodo excusaberis Christo? quomodo illum implorabis precibus? qua conscientia post hac ingredieris Ecclesiam? quib. oculis videbis sacerdotem? qua manu sacram attingens mensam? quibus auribus audies scripturas, quæ illic leguntur? Quum his stimulis quotidie rō te punget, vrgebitque, cum conscientia flagellabit, rursus ipse dices. Quæ hæc est sanitas, quum intus tā multas habeā cogitationes accusatrices?

VI. Remed. Cōsidera, quāto cū gaudio tuo, meritoq; apud Deū, ac bonorū ēt gratulatione ōs victoriā ex hoste reportaturus, si excelso aīo q̄uis superstitionē respueris. Sic. n. cōcionatur pergit Aureumos. *Quod si perduraueris paulisper, eosq; qui uel incantationē aliq̄ canere voluerint, uel applicationes aliquas adhibere corpori, multa ēt cū contumelia tuis ex ędib. eieceris, protinus ab ipsa cōscientia refrigeratione acceperis. Etiā si millies exurat febris, aīa tua quouis liquore, quauis irroratione meliorē, vtilioreq; mitigationē adducet. Quēadmodū. n. postq̄ receperis incantationē, sanusq. factus fueris, miserius affectus es iis, qui febre laborant, dum tecūre putas peccati magnitudinē: sic nūc quoq; ētsi febricitaueris innumeraq; patiaris mala, repulsis impiis illis, quouis sano melius eris affectus aīo gestiente prægaudio conscientia, ac laudāte te, probāteq ac dicēte, euge euge beus homo Christi seruus, fidelis uir, athleta pietatis, qui malueris molestiis immori quā deserere tuā pietatē. proximo scdm Martyres loco stabis illa die. Quēadmodū. n. martyres præoptarūt cædi flagris, torquerique ut ad honorē peruenirent: ita tu quoq; hodie præoptasti flagellari, torqueriq, à febre, ne abiiceres pietatē. Nā & si te nō auferat hęc febris, alia prorsus auferet, & si nūc nō moriamur, tñ postea moriemur.* Et mox post. *Cū eieceris incātationes multa cū cōtumelia ex ædib. tuis, oēs hoc audito collaudabūt, mirabunt, & inter se dicēt. Ille ęgrotās plurimis hortantib. incātātib. cōsulentib. ut magicis quibusdā incantamētis vteretur, nō assensit, sed dixit, satius est hoc pacto mori, quā deserere pietatē. Ad hæc cōsequētur multi plausus ab his q audierīt, cūctis stupētib. Deūq. glorificātib. Hoc quot statuis erit tibi honorabilius? quot imaginib. magnifi-ētius? quāto honore insignius? Oēs laudabunt, oēs tuā felicitatē prędicabūt. oēs te corona dignū iudicabūt. Pręterea ipsi quoq. meliores fiēt, ac uicissim tuū exēplū æmutabūtur, imitabūturq fortitudinē, & si quis alius tale quippiā fecerit, tu mercedē feres, qui exēpli fueris author. Neq. tm consequētur laudes recte factorū, verū ēt celerrima morbi leuatio, quū ipsa tua pręclara volūtate conciliāte tibi Deū ad maiorē bñuolentiā, tū sanctis oīb gratulātib. tuę prōptitudini, atq. ex intimo corde p te preces fundētib. Quod si hic talia sunt præmia fortitudinis huius, cogita quātas illic recipies coronas, cū angelis oīb. præsentib. oīb. archangelis, Christus adueniens prehensa manu tua in mediū illud theatrū te produxerit, cūctisq audiētib. dixerit. Hic homo cū aliqñ febre correptus esset, multis exhortātib. vt a morbo liberaretur pp nomē meū, ac reuerentiā quā hēt erga me, ne quid offende*

ret meā bonitatē, oēs, qui pollicebātur ipsi dānatarū artiū præsidio sanitatem, repulit, cūque ignominia reiecit, ac præoptauit emori potius morbo, quam meam deserere amicitiam. Hactenus ille.

VII. Remed. Cōtra dæmonū insidias, quotidie anteq̄ domo egrediaris munias te horū uerborū clypeo. *Abrenuncio tibi Satana, & coniungor tibi Christe.* Est eiusdē Chrysostomi ĩ hæc verba ad populū Antiochenū declamātis. *Sicut sine calceamētis, uel uestimētis uestrū nemo ĩ forū descēdere eligeret, ita sine uerbo hoc nūquā in forū prodeas, sed cū ianuæ uestibula trāsgressurus, hoc prius loquere uerbū. Abrenūcio, tibi Satana, et cōiungor tibi Christe. Nec unquā absq; hac voce exeas, hæc erit tibi baculus, hæc armatura, hæc turris inexpugnabilis. Cū hoc verbo & crucē in fronte imprime; sic.n non tm̄ homo occurrens, uerū nec ipse diabolus te quicquā lædere poterit, cū his te cernēs armis ubiq; apparētē,* Sic B. Aug de Symbolo agēs ad Catechumenos *Parata sūt,* inquit, *corda uestra, q̄ exclusus est inimicus de cordib. uestris. Huic vos renūciare professi estis* (in Baptismo) *in qua professione nō hoīb. sed Deo & angelis eius conscribentib. dixistis, Renūcio. Renūciate nō solū uocib. sed ēt morib. non tm̄ sono linguę, sed & actu uitæ, nec tm̄ labiis sonantib. sed operib. pronunciantib.* Et B. Ephræm de Abrenūciatione. *Abrenunciatio, inquit, quā in baptismo, facimus, noīata quidē apparet parua, ceterū intellecta, admodū magna, quā q̄ seruare voluerit, beatissimus erit. Paucis nāq; verbis cuncta noiantur mala, quæq; odit Deus, valere iubemus & abrenūciamus; cuiusmōi sunt, nō vnū dūtaxat, nō duo nec decē, sed q̄dcunq; appellat malū. puta, Abrenuncio Satanæ & cunctis operib. eius Quib. inquā, operib.?* Audi. *Fornicationi, adulterio, immūditiæ, furto, inuidiæ, veneficio, diuinationi, incātationib. &c. augurationib. spirituum immundorum interrogationiq; Quib. oīb. & horum similib. abrenunciat Christianus quicunq; in abrenunciatione sancti baptismatis, quæ cuncti nouimus opera atq; doctrinas esse diabolorū.* Chry. ho. 21. Aug. li. 4. c. 5. & 10.

VIII. Remed. est cōsignatio S. Crucis, q̄ vti potentissimū, & Satanæ exosissimū pleriq; oēs Patres opposuere superstitionib. Magicis, ac S. Ant. quidē apud B. Athanasiū vnicū satis esse credidit ad profligādas eius technas. Et ipse Athanasius de Incarnatione uerbi Signū crucis vult tollere oēm Magiā. Huius signi crucis ĩquit S. Cyp. ĩ sermone de passione Dñi, *hodie tāta est authoritas & ptās, ut nō solū Israhelitica limina muniat, sed ēt ab his, qui Israhelitice nō uiuūt, solū sacri signū repellat dæmonia; & ubicūq; cōspecta fuerit terribilis sit eis sacri nois uirtus et sāguinis nota.* Quid Chr. totus more suo ardet alloquēs Colossēses supstitionib. deditos. *Supstitiosa, ait, illa q̄ ægrotis applicatis, ētsi mille modis Philosophētur, q̄ q̄ſtū ex ipsis faciūt, dicētes, Deū ĩuocam', et ptērea nihil facim', et q̄cq̄d eiusmōi ptēdūt, et Xpianæ hęc anus, & fidelis, idololatriā tn̄ sapiūt. Fidelis es? Crucis signaculo utere. Dic. Hoc dūtaxat hēo scutū, hoc solū pharmacū, aliud ignoro. Dic mihi si me-* In vita. Chry. ho. 8.

si medicus ad ægrotum accedens relictis medicinæ pharmacis incantatione vteretur, an hunc medicũ diceremus? Nequaquã. Non. n. videremus medicinæ pharmaca, ita neq; hic quæ sunt Christianismi. Aliæ fluuiorũ nomina collo appendũt, & mille talia audẽt. Ecce dico, & prædico vob. s. oib. Si quis deprehenditur, non parcã, siue superstitiosa collo alliget, siue incãtet, siue aliud quicquã hmõi artis faciat. Quid igitur? Morietur ne puer, inquis? Si hoc pacto viuet, tũ mortuus est. Si vero sine istis mortuus fuerit, tunc reuixit. Iã si videris filiũ scortis deditũ, mox velles defossũ & sepultũ, ac dicis. Quid. n. profuerit illũ uiuere? Quũ uero videas salutis illũ subire periculũ vis ita viuentẽ videre? Scribit Io. Diaconus S Gregorium Magnũ, cum aliqñ equus eius fascinatione Magorũ furore correptus esset, sola crucis consignatione insaniã depulisse, eiusq; ac [illegible]es Magos oculis captos. Nazianzenus quoq; Gregorius ita de se. *Nam ipsi quoq; qui Christo nomẽ dedi, augustũ illud nomẽ mox plerunq; pronunciaui, cũ statim dæmon non sine stridore grauissimoq; dolore longè se proripuit Dei immortalis uim ac potentiã clamans. Quod ẽt ipsum mihi sæpe vsu uenit, cũ crucẽ, ne in tabula quidem, sed in medio tãn aere descripsissem; nã sola figura trophæũ erexit, quẽadmodũ olim accidisse legimus, cũ Moses manus in crucis formã cõposuisset.* Deinde de apostata Iuliano Imp. Magiæ dedito. *Quod*, inquiens, *a plurib. cõmemoratur, nec ab illius moribus abhorret, orõne persequar. Descendebat in quoddã adytũ plerisq; inaccessum & horrendũ (vtinã in infernũ quoq; priusquã in hmõi scelera prorũperet) comitẽ eũ habens, qui multis adytis dignus erat, hoc est, hoiem hmõi rerũ sophistica instructum. Nã hoc quoq; apud ipsos diuinationis genus est, ut caligine quadã cum subterraneis dæmonib. de reb. futuris colloquium ineant.* Et paulo post. *Vt aũt egregium virũ progredientẽ terrores adoriri cæperunt, ac subinde plures & formidolosiores, sonos quosdã insuetos aiunt, tetrosq; odores, atq; ignea spectra, ac nescio quas nugas & deliramenta, re inopinata perculsus ad crucẽ, uetusq; remediũ confugit, eaq; se aduersus terrores cõsignat, eũq; quẽ persequebatur in auxiliũ adsciscit. Ac quæ sequũtur, magis tremenda. Valuit signaculũ, cedũt dæmones, pellunt timores. Quid deĩde? Reuiuiscit malũ, rursus ad audaciã redit, rursũ idẽ terrores urgẽt: rursus obiecto signaculo dæmones cõquiescũt.*

IX. Remed. Fiducia magna in Deum O. M. *Multæ sunt præstigiæ*, inquit B. Hieronymus ad Fabiolam, de 42. mansionibus, *& innumerabiles laquei, quibus animæ capiuntur humanæ: sed nos dicamus in Domino confidẽtes. Laqueus cõtritus est, & nos liberati sumus.* Et. *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quia tu mecum es. Cadent à latere nostro mille, & decẽ millia à dextris nostris nõ timebimus ab incursu & dæmonio meridiano: sed obturauimus aures nr̃as, ne audiamus uocem incãtãtiũ, & Sirenarũ carmina negligam[illegible]. Post inuocationẽ Dei, quæ in cordis [illegible] mõstratur, et cõfessione fidei, quæ* ore

Io. Diac. [illegible]

Orat. 1 in [illegible]

In orat. in Iulia.

H. mans. 37.

[illegible]

ore proferlur, cõsurgũt serpẽtes, & artes maleficæ ad bella nos prouocãt. Sed nos q hẽmus pretiosissimũ thesaurũ in vasis fictilib. quæ frãgi põt, ita vt quedã vix testa remãserint, in qua hauriri possit aqua pusillũ, oĩa custodia circũdemus cor nostrũ. Pro eodẽ remedio sic iterũ philosophatur Chry cõtra iudæ. Nõ audisti, qd dicat scriptura? Fili, si accedis seruiturus Dñ, præpara oĩam tuã ad tentationẽ; dirige cor tuũ & perdura in morbo ac paupertate: in illo fidẽs esto. Sicut in igne probatur aurũ, sic hõ probatur in camino deiectionis. Si tu famulũ flagris cecideris, & ille 30. aut 50. plagis acceptis illico prouocet ad libertatẽ, aut deserat tuũ dñium, & ad alios se cõferat, q te oderint, eosq. in te concitet; dic mihi, nũ is abs te veniã impetratur? sit an qu squã pro illo poterit esse patronus? nequaquã cur ita tandẽ? Qm̃ officiũ est heri, punire talẽ famulum. Non ob id tñ, verũ ẽt ob hoc: quod si fugiendũ erat, non ad hostes, & osores Dñi prioris oportebat fugere, sed ad amicos & cognatos. Proinde tu quoq., si videris te puniri a Deo, ne profugias ad inimicos iudæos, ne magis ẽt illos in te prouoces, sed ad amicos illius Martyres, ac sanctos, q illi placuerũt, qui q. multã apud illũ habẽt auctoritatẽ. Sed qd loquor de famulis & heris? Filius nõ poterit hoc facere, nec abnegare cognationũ, q ã hẽt cũ patre. Nã & naturæ leges, & leges ab hoĩb. institutæ sic præscribũt, ẽtsi flagris cædat pater, si a mẽsa depellat, si adib. exigat, si quocunq. modo puniat, ut uẽnt oĩa fortiter perpeti, nec vllã illi veniã concedũt, ni paruerit, pertuleritq. Etiãsi filius cæsus innumeras querimonias deplorans proferat, hęc verba audit ab oĩb. Pater est, qui cęcidit ac Dominus, hẽtq. ptãtem in te quod vult faciẽdi, & oportet oĩa placide ferre. Ergo famuli quidẽ ferũt dominos, filii parẽtes, frequẽter & præter æquũ punientes: tu vero nõ sustines Dñ te corripientẽ? q plus hẽt in te iuris; vt pote vere Dñs, qui plus te diligit, quã pater, qui q. nihil per iracundiã sed oĩa facit in tuã vtilitatẽ. Ad hęc & B. Aug. in serm. aduersus auguria instituęs. Si semel, ait, aut secũdo nequitias quas diabolus immiserit cũ aĩo & tota fide contẽpleritis, ita ipsum diabolũ postea a vestra infestatione Deus dignabitur repellere, vt nunquã possit vos sua calliditate decipere. Hoĩs. n. negligẽtes & faciles languida desideria, & fidẽ desidẽ habẽtes, & ideo ẽt, si incipiãt, non diu perseuerant in operib. Dei, sed vbi se an edictis sacrilegiis abstinuerint, vel vnã nequitiã diaboli pertulerint, statim pœnitent se ad Dñm conuersos esse, & machinamenta diaboli reliquisse, iterũ reuertuntur ad obseruationes auguriorũ, velut canes ad vomitũ suũ. Exẽplum huius fiduciæ contra Magicas artes illustre habemus in B. Amb. qui ob hanc firmissimã in Deũ fiduciam nunquã Magorũ artib. lædi potuit. Mortua Iustina, inquit Paulinus in eius vita, quidã aruspex, Innocentius noĩe non opere, cum pro causa maleficiorũ a iudice torqueretur, aliud quã interrogabatur fateri cœpit. Clamabat. n. ab Angelo maiora tormenta sibi adhiberi, eo qui cu. Rediret Ambrosium, quoniam temporibus Iustinæ (Imperatricis Arianæ)

Chry. contra iud. [ ]

Aug. ser. 240 de temp.

Ex vita Amb.

ne) ad excitanda odia populorū in Epm, cacumen tecti Ecclesiæ conscē dens medio noctis sacrificauerit. Sed quanto instantius & solicitius o pera maligna exercebat, tanto magis amor populi circa fidē Cathol. & Domini Sacerdotē conualescat. Misisse ēt se dæmones, qui illum necarent, fatebatur: sed dęmones renunciasse, se non solum ad ipsum appropinquare minime posse, verum etiam nec ad fores domus, in qua manebat Episcopus, quia ignis insuperabilis omne illud ædificium communiret, vt ēt longe positi vererentur, atq. ita cessasse artes suas quib. aduersus Dominus sacerdotem se aliquid posse arbitrabatur.

X. Remed. Cōsidera, ēt si sæpe eueniant quę prędicunt Magi, morbos quoqꝫ nonnullos depellant, non tñ fiduciā vllam esse in eorum ope vel arte collocandam, quia Dñs in Deut. disertè nos commonefecit, cur id fieri permittat, vt annotauit Aug. in lib. de doctrina Christiana secundo. Si surrexerit, inquit, in medio tui Prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum atq. portentum, & euenerit quid locutus est, & dixerit tibi Eamus & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis, non audies verba Prophetæ illius, aut somniatoris, quia tentat vos Dominus Deus vester, vt palā fiat, vtrum diligatis eum, an non in toto corde, & in tota aīa vestra. Dñm tuū vestrum sequimini. Quā cām fusius pro cōcione prosecutus est in hęc verba. Sed forte dicit aliquis, quid faciemus, eo qđ auguria ipsa, & caragi, vel diuini frequēter nobis vera annūciauit. De hac re scriptura nos cōtestatur, & monet dicens. Etiā si qua vera vobis dixerint, nolite credere illis. Tentat. n. vos Deus vester, vtrū timeatis eū, an non? Sed iterū dicis. Aliquoties, si præcantatores nō fuerint, aut de morsu serpētis, aut de alia qualibet infirmitate prope vsq. ad mortē multi periclitātur. Verū est fratres charissimi, qa pmittit hoc Deus diabolo, ad probandū Christianū, vt cū interdū per illa sacrilegia aliqua remedia in illa infirmitate percipere, & aliquid verū potuerint agnoscere, facilius propterea diabolo credant. Sed qui totā Christianā relgionē desiderat custodire, oportet vt hæc oīa tota aī virtute contēnat. Et paulo post. Et illud ante oīa scitote fratres, qđ nec vosipsos, nec eos qui ad vos pertinēt vel in paruis reb. diabolus pōt lędere, nisi quantū a Deo ptātē acceperit. Qūo nec sancti Iob facultatē ausus fuit subuertere, nisi Dño permittēte. Et sicut in Euāgelio legimus, qñ ab hoīb. expulsi sunt dæmones, rogauerunt, vt vel in porcos ire permitterentur. Si in porcos non sunt ausi intrare dęmones, nisi a Deo permissionē acciperēt: qs ita erit infidelis, vt eos bonos Christianos credat posse lædere, nisi Deus propria dispēsatione permutteret? Permittit aūt hoc Deus ex causis duab. aut vt nos probet, si boni sumus aut corrigat, si peccatores. Sed qui patienter dispensationē Domini tolerauerit, & quādo aliquid perdiderit, dixerit, Dñs dedit, Dñs abstulit: sicut Domino placuit; ita factum est, sit nomen Domini benedictū, pro ista Deo placita patientia, aut coronā accipit, si iustus est, aut indulgentiam,

Deut. 13.
Aug. l. 2. 23.
A serm. 241. de temp.
Iob 1.
Matth. 8. 31

illam, si peccator. Et hęc attendite patres, q̃a cũ oẽs substantiã diabolus euertisset B. Iob, non dixit, diabolus abstulit, sed Dominus dedit. Dominus abstulit, vir n. sanctus noluit istã gloriã diabolo dare, vt aliquid potuisset tollere, q̃d Dominus non permisisset auferri. Hucusq; Aug. qui & alibi saluberrime monit, magis cauendos esse Mathematicos iudiciarios, aliosve, qui sępius vera prædicunt, quã alios, quia inde liquet eos arctiori cũ Dæmone societate esse cõiunctos. Et similiter Chrys. maleficas illas anus, q̃ Christianę sunt, & sacris oĩno verbis suas incantationes perficiũt, magis esse detestandas quã alias. *Nõ ligaturas vero tm̃, inquit, sed ẽt excantamẽta tibi cõducis, vetulas ebrias & titubantes in domũ agens. Nec confunderis, nec erubescis, po t tantã ad hæc trepidans disciplinam; & quod grauius est error, quando hæc ad monemus & dissuademus, putantes se excusari, dicũt, quod Christiana est mulier hæc excantãs, & nihil aliud loquitur, quã* Dei *nomẽ. Propter nãq; magis ipsam odi & auersare, quod Dei noĩe ad contumeliã vtitur, quod se dicens esse Christianã, gentiliũ opera facit. Etenim & dæmones Dei nomen fatebantur, sed tamen erãt dęmones, & ita Christo dicebãt. Nouimus te, quoniã es sanctus Dei, & tamẽ ipsos increpauit, & eiecit.*

XI. Remed. Considera apud Ethnicos non solũ superstitionib. dictis, sed ẽt idololatriæ, (quã Hier. alicubi vocat præstigiarũ Magicarũ fontẽ) deditissimos, maximas fraudes in augurijs, diuinationib: alijsq. obseruationib. fuisse deprehensas & idcirco irrisas B. Cyp. *Regulas, inquit, auspicia seruauit, et captus est, et Marcinus religionem tenuit et subiugũ missus. Et pullos edaces Paulus habuit, et apud Cannas tamẽ cæsus est. C Cæsar, ne ante brumã in Africã nauigia transmitteret, auguriis et auspiciis retinentib. spreuit, et eo facilius nauigauit, et vicit.* B. Aug. de Catone ita scribit *Cato cum esset consultus a quodam qui sibi a soricib. erosas caligas diceret: respondit non esse illud monstrum, sed vere monstrum habendum fuisse, si sorices a caligis roderentur.* Et alibi de Cicerone. *Cicero Augur ridet auguria, et reprehendit hoĩes corui et cornicul.e vocibus vitę consilia moderantes* Quod fecit in altero diuinationũ libro, vbi addit, quod Pompeio, Crasso & Cęsari ab oĩbus Chaldæis fuerat prædictũ, nẽpe eos domi ætate iã affecta immẽsa cum gloria ex hac vita excessuros, minime euenisse; siquidẽ Crassus apud Ephratẽ summa cũ ignominia obijt, Pompeius cũ maiore apud Aegyptum trucidatus, Cæsar plurimis vulnerib. in. ipso Senatu confossus fuit. Seneca quoq; in libello de morte claudij Cæs. cõscripto commemorat Astrologos quotannis, immo singulis mensib. cotĩ fuesse prænunciare mortẽ Claudij, cum tamen per annos quatuordecim eos delusesit Et Phauorinus apud A. Gellium affirmat vera à Mathematicis prænunciata nõ esse partẽ millesimã mẽdaciorũ, quę effutiunt quotidie. Deniq; & Ioan. Picus in libris contra Astrologos superiore seculo editis affirmat se, cum longo tempore temporum

mutatio-

Li. de Gen. ad lit. c. 17

Chry. ho. 8 ad Pop. b

Luc. 4. Hi

H in præm. ep. ad Eph.

Cyp. de ido vian.

A l. 2. doct. Christ. c. 20.

Id 4. de ciu. de c. 30.

Cic. l. 2. de diuin.

Gell. l 14 c. 1

mutationem obseruasset, & ante oculos semper haberet alicuius Astrologi prædictiones, intra 130. dies continuos non deprehendisse septem in quibus non fuerint hallucinati.

XII. Remed. Cōsidera exēpla sanctorū, ac primo eorū, qui abhorruerunt ab oī superstitione Magica, vt Apostoli Pauli, qui cū, vt est in Actorum Apostolicorum historia, incidisset in Elymam magū, repletus Spiritu sancto his verbis eum inuasit. *O plene oī dolo, & oī fallacia, fili diaboli, inimice oīs iustitiæ, non desinis subuertere vias Domini rectas? Et nunc ecce manus Dñi super te, & eris cęcus, nō videns solē vsq. ad tps. Et confestim,* addit B. Lucas, *cecidit in eum caligo, & tenebræ, circuiens quęrebat, qui ei manuū daret. Tunc proconsul, Sergius Paulus, cū vidisset factum, credidit admirans super doctrina Domini.* Et rursum, cū ei obuiam facta esset puella quædam hñs Spiritum Pythonem, quæ quæstū magnum pręstabat Dominis suis diuinando, clamaretq; post Apostolum eiusq; comites. *Iste hoīes serui Dei excelsi sunt, qui annunciant vobis viam salutis,* idemq; multis dieb. repeteret, Paulus grauate ferens etiam veritatem enunciari à dæmone per ignominiam, *conuersus,* inquit Lucas, *spiritu dixit Præcipio tibi in noīe Iesu Christi exire ab ea. Et exiit eadem hora.* Alterum exemplū sit B. Bernar. de quo Gulielmus Abbas Bonæuallis in vita eius ita scribit. *Cum Bernardus adhuc puerulus graui capitis dolore vexatus in lectū decidisset, & mulier quędā dolorē carminib. mitigatura ad eū accidisset, ille acri indignatione cōmotus incantatricem clamorib a se repelit, abegitq. & impetu quodā Spiritus e lecto exiliens mox diuinitus ab oī dolore se liberatum agnouit.* Deinde expende exempla Sanctorum, qui licet grauissimis morbis afflicti, non tñ confugerunt ad pręsidium incantationum. B. Io. Chrys. dum tractat hoc argumentum producit quatuor, nēpe Dauidis regis mœstissimi ex graui ægritudine filij. Iobi omni calamitatum genere obruti Lazari mendaci, & eius, qui toto 38. annos æger motum aquæ ad piscinam Betsaidā præstolatus fuerat. *Dauid Rex,* inquit in epistolam ad Coloss. *diligebat filiolum ægrotum, et in sacco quidē et cinere iacebat: verum neq. diuinos, neque incantatores adduxit, quanquam tum tales essent, id quod in historia Saulis liquet, sed Deo supplicauit. Vt diligas filium, non tantum diligis, quantum ille tum diligebat.* Et in oratione aduersus Iudæos I. *Ille qui 38 annis detentus fuerat infirmitate sua, singulis annis currebat ad piscinam, et singulo quoque anno repellebatur, nec assequebatur sanitatem in perpetua paralypsi manens. Nec tamen confugit ad diuinos, non adiit incantatores, aut prosiliit ad eos, qui per applicaturas promittunt sanitatem, sed expectauit diuinam opem, eoque tandem admirandam quandam et inauditam sanitatem adeptus est. Lazarus autem cum fame, cum mo bo, cum solitudine per omnem vitam colluctatus est, non triginta, et octo annos versatus in his, sed per omne vita tempus. Sic igitur et expirauit*

Act. 13. 10.

Act. 16. 16.

Apud Suriū o Aug.

Chry. ho. 10.

Id orat 5. Ioan.

in

vit in diuitiis vestibulo iacens, contemptus, irrisus, esuriens, canib. pabulum obiectus. Sic aũt illius corpus debilitatum erat, vt nec canes irruentes, vlceraq; illius lingentes, posset abire. Haud tamen quærebat incantationem, non petala circumlegauit, non expertus est imposturas, nõ veneficos ad se vocauit, nec aliud quicquam vetitarum artum tentauit, sed prius habuit illis immori malis, quam vlla parte deserere pietatem. Quam igitur veniam nos impetrabimus, qui cum illi intentatis malis perdurarint, ob febriculam, aut leue vulnus procurrimus ad Synagogas Iudaicas, veneficos & impostores in ædes nostros accersimus?

Vide V. *Curiositas. Illusiones spirituales. Veneficia.*

T

TENTATIO.

Remedia contra Tentationem.

PRimum Remed. Considera sacræ scripturæ testimonia. Ea autem testatur aliquando Deum tentare. Vt in Deuteron. *Tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat, vtrum diligatis eum, an non?* Et in Sap. *Quoniã Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se.* Aliqñ vero Deũ non tentare, nempe ad decipiendum, vt apud B. Iacobum. *Nemo cum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur. Deus. n. intentator malorum est: ipse autem neminem tentat.* 2. docet diabolum tentare, nempe ad decipiendum. Vt in Actis Apostolorum, cum B. Petrus dicit. *Anania, cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto?* Et B. Matthęus. *Tunc Iesus ductus est in desertum, vt tentaretur a diabolo. Tunc accedens tentator dixit.* Et D. Paulus. *Ne forte tentauerit vos is, qui tentat, & inanis fiat labor noster.* 3. testatur nos etiam tentari a propria carne. *Vnusquisque,* inquit B. Iacobus, *tentatur a concupiscentia sua, abstractus & illectus.* Et Paulus. *Caro concupiscit aduersus Spiritum.* 4. monet vt paremus nos ad intentionem. Vnde Ecclesiasticus. *Fili,* inquit, *accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem.* Deinde, vt oremus, ne ab ea vincamur. *Vigilate & orate,* ait Christus, *vt non intretis in tentationem.* Et in oratione Dominica iubet nos dicere. *Et ne nos inducas in tentationem.* Et scilicet consentiendo. Addit, Dei auxilium nunquam defuturum. *Fidelis Deus est,* ait Apostolos, *qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentũ, vt possitis sustinere.*

Deut 13. 3. Sap 3. 5. Iac. 1. 13. Act 5. 3. Matth. 4. 1. 1. Thess 3. 5. Iac. 1. 14. Gal 5. 17. Eccl 2 1. Matt 26. 41. Matth 6. 13. 1. Cor. 10. 13.

II. Remed. Considera sententias SS. Patrum. S. Basilius oratione Basi. orat. 11

dē patientia. *Vt gubernatorem nauis tēpestas, athletam stadiū, militē acies magnanimū calamitas, sic Christianū hoīem tentatio probat. Et sicut athletas certaminū labores coronis ad se illiciunt, ita ēt hoīes Christianos probatio, quæ ex tentationib. descendit, ad perfectionē ducit, si modo cū decenti tolerantia ac cū gratiarū actione, quæ a* Domino ordinan-
Luc 12.18. *tur susceperimus.* Et alibi in dictū Lucæ. Destruā horrea mea *Duplex*
Bas hom 6. *est tentationū genus. Nā vel corda hoīum tanquā aurū in fornace per patientiā reb. aduersis probantur, quæ ipsorū declarāt probitatē, aut certe ipsa vitæ prosperitas sæpe tentationis loco est. Æq.n durū videtur, in rerū difficultate minime deici, ac in felicitate non extolli ad irrogandā contumeliā.*
Amb l.1.c.8 S. Amb. de Abrahā patriarcha. *Aliter Deus tentat, aliter diabolus. Diabolus tentat, vt subruat; Deus tentat, vt coronet. Denique probatos sibi tentat, Vnde & Dauid dixit. Proba me Deus, & tē-*
Psal.138 23. *pta me. Et S. Abraham probauit ante, & sic tentauit: ne si ante tentaret quam probasset, grauaret. Probauit eū, cū exire de Charra iussit, & obedientē reperit, &c. Probatū igitur quasi fortiorē, tētandū putauit ma-*
Id.c.2. *iorib. & quibusdā imperiis duriorib.* Et in lib. de paradiso. *Non metuamus diabolū, qui coniq. infirmus est, vt iste casurus sit in terrā. Accepit quidē tentandi licentiā, sed nō accepit copiā subruendi, nisi sua sponte labatur infirmus affectus, qui sibi auxiliū non nouit a cernere.* Et com-
Id.lib.4 c 4 mentario in Lucā. *Docet te scriptura diuina, non solū contra carnē, & sanguinē, sed contra insidias spūales tibi esse certamē. Vides magnificētiam Christiani viri, qui certat cū rectorib. mundi, & licet constitutus*
Eph 6.12. Hier.ep 8. *in terris, aduersus spiritalia nequitiæ, quæ sunt in cœlestib. cū virtute de-*
Ioa 7 1. *certat.* S Hier. ad Demetriadē, de Virg. seruanda. *Legimus in volumine Iob, tentatio, siue,) vt melius habetur in Hebraico) militia est vita hoīs super terrā. Ad hoc n. laboramus, & in seculi huius periculi tamur militia, vt in futuro seculo coronemur. Nec mirū hoc de hoīb. credere, cū*
Gen.22.1. Chry. ho.40 *Dñs ipse tentatus sit. Et de Abrahā scriptura testatur, qđ Deus tentauerit eū.* S. Chry. in Gen. *Ut Medicus, qn infirmū curat, neq. semper fame detinet, neq sp larga mēsa frui sinit, vt nō voracitas febrim pariēs augeat morbū; fames verò infirmiorē eū efficiat, sed cōtēplās apud se, quātæ sint ægrotātis vires, & diligēter vtēs arte, oīa sua in mediū affert. Sic & misericors Deus, sciēs quid cuius expediat, aliqn concedit nobis prosperitate frui, aliqn aūt exercitationis gratia tentationib. nos circūdat. Nā si virtute præditi sunt, qui tentātur, clariores euadūt, abun-*
Aug ep.14.6 *dantiorē sibi supernā gratiā conciliātes; si aūt, vt nos, peccatores fuerint*
1 Thess. 35. *& magna gratitudine tentationes fuerūt. grauē deponūt peccatorū sar-*
Iac.1.3 *cinā, multaq; venia & ipsi potiuntur.* S. Aug. ad Consentiū. *Scriptum est. Ne forte tentauerit vos, qui tentat, & inanis sit labor vester, atque*
Deut.13.3. *hic intelligitur diabolus, tāquā Deus oīno nō tentet; de quo alio loco scriptura dicit. Ipse aūt neminē tentat. Nec cōtraria est ista sńa ei qua dī. Tentat vos Dominus Deus vester; sed soluitur qō. cū vocabulū tētatio*

nis

nis diuersas intelligẽtias habeat, eo ꝙ alia sit tentatio deceptionis, alia
tentatio probõnis; secũdũ illã nõ intelligitur, qui tẽtat, nisi diabolus; se
cundũ hãc vero tentat Deus. Et in Q̃omib. ex nouo testõ. *Salomon ait.* Id. q. 53. Eccl. 2. 1.
Fili accedẽs ad seruitutẽ Dei, sta in iustitia, & timore, & præpara ani-
mam tuã ad tentationem. Quam tentationib. proficit hõ, hęc data sunt
monita. Vnde Apost. per tribulationes, inquit, oportet nos intrare in re- Act. 14. 21.
gnũ Dei. Hæ tribulationũ tentationes diuersis modis accidũt, vt perse
uerantis aĩus in accepta fide possit coronari. Nõ solũ. n. in fine tentatur
hõ, sed & in ægritudine, & in dãno, & in persecutione, & in morte cha-
rorũ. Greg. li. 21. Moral. *Mentẽ nequaquã cogitatio immũda inquinat* Greg. c. 3.
cũ pulsat, sed cũ hãc sibi p delectatione ẽ subiugat. Hinc etenim p̃dicator
egregius dicit. Tẽtatio vos nõ apprehẽdat nisi humana. Humana quippe 1. Cor. 10. 13.
tẽtatio est, qua plerunq. in cogitatione tãgimur ẽt nolentes, qa vt nõnun
quã & illicita ad aĩum veniãt, hoc vtiq. in nobisme tipsis ex humilitatis
corruptibilis põdere habemus. Iã vero dęmoniaca est, & nõ humana ten
tatio, cũ ad hoc ꝙ carnis corruptilitas suggerit, ꝯ consensum se aĩus a
stringit. Hinc iterum dicit. Nõ regnet peccatũ in vestro mortali corpore. Rom. 6. 12.

III. Remed. Cõsidera nullũ hoĩem, quantũuis piũ, inde ab orbe
condito, ne quidẽ Christũ, immunẽ fuisse a tentatione, nec vnquã fu
turũ. Nã vt Iob, secundũ LXX. ait. *Tentatio est vita hoĩs super terrã.* Iob 7. 1.
Vnde B. Hier. in Matth. *impossibile est humanã aĩam non tentari. Vn* Hie. l. 4. c. 26.
de & in oratione Dominica dicis. Ne nos inducas in tentionẽ, non tenta
tionem penitus refutantes, sed vires sustinendi in tentationib. deprecan-
tes. Et in Ep. ad Gal. *Vincere tentationẽ nonnunquã est in nostra pote*
state, cæterum tentari in p̃tãte tentantis est. Si. n. Saluator tentatus est, Id. l. 3. c. 6.
quis põt esse securus, intentum se vitæ huius maria transire? Chry. de
prouidentia Dei. *Prorsus si quis oĩa enumerare velit, plurima tentatio* Chry. lib. 3.
num emolumenta reperiet, nullusq. vnquã in his, qui Deo maxime chari
atq. acceptabiles fuerunt. sine pressuris vixit, ẽt si non ita nobis videa-
tur. Nam si *B. Paulus tantum negotii sustinuit, (nullus vero Paulo ma*
ior est, aut ẽt æqualis) qua tandem ratione alii credantur huiusmodi au
xilio non indiguisse? S. Aug. in psalmos. *Vita nostra in hac peregrinatio-* 2. Cor. 12. Aug. i. ps. 60.
ne non põt esse sine tentatione, quia profectus noster per tentationẽ no-
strã fit, nec sibi quisq; innotescit nisi tentatus, nec põt coronari, nisi vice
rit, nec põt vincere, nisi certauerit, nec põt certare, nisi inimicũ & tenta
tiones habuerit. Et de ciu. Dei. *Sciamus, quantalibet virtute prælіandi* Id. l. 22. c. 23.
vitiis repugnemus, vel ẽt vita superemus, & subiugemus, quãdiu sumus
in hoc corpore, nobis deesse non posse, vnde dicamus Deo. Dimitte nobis
debita nostra. B. Greg. lib. 23. Moral. *Quia in hac vita adhuc homo po-* Greg. c. 13.
situs in cuiuslibet ordinis loco, in cuiuslibet secreti secessu viuere sine tẽ
tationib. nullatenus põt, plerũq; in id, ꝙ ad requiẽ construit maior dolor
tẽtationis inuenit, &c. Via quippe est vita pñs, qua ad patriã tẽdimus, &
idcirco hic occulto iudicio frequẽti perturbatione cõterimur, ne viã pro

patria diligamus. Solēt etenim nōn. illi viatores cum amœna fortasse in itinere conspiciūt, pergendi moras innectere, & a cœpti itineris rectitudine declinare eorumq; gressus tardat pulchritudo itineris, dum delectat.
Electis ergo *suis ad se pergentib. Dominus huius mūdi iter asperū facit, ne dū quisq. vitæ præsentis requie quasi amœnitate viæ pascitur, magis eū diu pergere, quā citius peruenire delectet: ne dū oblectatur in via, obliuiscatur, quod desiderat in patria.* Notandū aūt est hoc loco tentatio-
Hier.ep.22. nib. dæmonis magis obnoxios esse probos, quàm improbos, nouitios
in religione, quam veteranos. N*on quærit diabolus*, scribit B. Hier ad
Abac.1.16. Eustoch. de custodia virginitatis, *hoīes infideles, non eos qui foris sunt,
& quorū carnes rex Assyrius in olla succendit: de Ecclesia Christi rapere festinat. Escæ eius, secundū Abacuc electæ sunt. Iob subuertere cu-*
Greg.l.33.c.13 *pit, & deuorato Iuda ad cribandos Apostolos expetit potestatem.* Et B.
Greg. Moralib. *Ne securitas negligentiam generet, scriptum est. Fili accedens ad seruitutē Dei, sta in iustitia & timore, & præpara aīam tuam*
Eccl.2.1. *ad tentationem. Non. n. ait, ad requiem, sed, ad tentationem, quia hostis
hostis noster adhuc in hac vita nos positos, quāto magis nos sibi rebellare conspicit, tāto amplius expurgare cōtēdit. Eos. n. pulsare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. Contra nos verò eo vehementius incitatur quo ex corde nostro quasi ex iure propriæ habitationis expellitur.*

IV. Remed. Considera Deum idcirco noluisse vitā nostram immunem esse à tentationib. quia ex ijs magnæ ad nos deriuantur vtilita-
Eccl.34.9. tes. Prima est, quod reddant nos doctiores, nobilq; ipsis notiores. *Qui*
Amb. orat. 1 *non est tentatus*, ait Sapiens, *quid scit?* Amb. de fide resurrectionis. *Petrus quamuis plenus fide deuotionis, tū quia nondum conscius nostræ infirmitatis præsumptiue dixerat Domino. Aīam meam pro te ponā; ten-*
Ioan.13.37 *tationem præsumptionis, antequam tertio gallus cantaret, incurrit. Licet ipsa tentatio documentum fuerit ad salutem, vt discamus non contem-*
Aug. conc. 1. *nere carnis infirmitatem, nec contēnendo tentemur.* Et Aug. in ps. 36.
de 1. parte. *Vnusquisq; se tentatione tanquā interrogatus agnoscit, sicut Petr. quas vires haberet fides eius vtique nesciebat, quando dixit Domino. tecum*
Luc.22.33 *paratus sum vsq. ad mortē. Dominus aūt, qui nouerat eum, prædixit vbi deficeret, pronuncians illi infirmitatem eius tanquam tacta vena cordis eius. Proinde Petrus, qui ante tentationē præsumpsit de se, in tentatione*
Chry. ho. 1. *didicit se.* II. Vtilitas est, quod reddant nos humiliores. Chrys. ad populum Antiochenum. *Quoniam sancti & admirabiles Paulus & Petrus, & omnes quicunque tales qualescunque sunt, tamen hoīes sunt, & multæ cautionis. ne facile extollantur indigent, & maxime omniū sancti; (nihil enim sic in arrogantiam extollere consueuit, vti officiorum conscientia, & anima cum libertate viuens.) Ne quid igitur tales illi patiantur, tentationes & tribulationes esse concessit, quæ possent ipsos corripere, & persuadere, vt in omnib. moderate agerent.* Et Gregor. lib. 2. Mo-
Greg. c. 37. ralium. *Mira hoc nobiscum dispensatione agitur, vt mens nostræ culpa.*

culpæ nonnunquã pulsatione. Nam esse si magnarũ uiriũ bono crederet, si nullum uuquã earundem uirium defectum intra mentis arcana senti ret. Sed cũ tentatione irruente quatitur, & quasi ultra, quã sufficit, fati gatur, ei contra hostis sui insidias munimen humilitatis ostenditur, & unde se pertimescit eneruiter cadere, inde accipit fortiter stare. III. est ꝙ augeant in nobis meritũ gratiæ vitæ æternæ. *Beatus uir*, inquit B. Iacob. *qui suffert tentationẽ, quoniã cum probatus fuerit accipere coro nare coronã uitæ, quã repromisit Deus d.ligentib. se.* Et iterũ. *Oẽ gaudiũ existimate fratres mei, cũ in tentiones uarias incideritis; scientes, ꝙ pro batio fidei uestræ patientiã operatur, patientia aũt opus perfectũ hẽat.* Iac 1. 12. v. 2.

Amb. in Lucã. *Non timeamus tentationes, sed magis gloriemur in tẽta tionib. dicentes. Quando infirmamur, tũc potẽtes sumus: tunc. n. nectitur coronæ iustitiæ, &c. ergo qui uult coronare, tẽtationes suggerit. Et si quã do tentaris, cognosce quia paratur corona. Nonne tentatio Ioseph uirtu tis est cõsecratio: nonne iniuria carceris, corona est castitas?* Et 10. Cass. *Maiora nobis per colluctationẽ tentationũ laudis contulit præmia be nigna erga nos gratia saluatoris, quã si oẽm a nobis necessitatẽ certami nis abstulisses. Etenim sublimioris præstantiorisq. uirtutis est, passionib. ærũnisq. uallatũ manere semper immobilẽ, & acquirere, quodãmodo de infirmitate uirtutẽ, quia uirtus in infirmitate perficitur.* IV. est, ꝙ ex ijs cognoscamus Deo nos curæ esse, ab eo diligi & amari. *Quẽ. n. diligit Dominus*, inquit Apost. *castigat, flagellat aũt oẽm filium, quẽ recipit.* vnde Ang. ad Tob. *Ego obtuli orationẽ tuã Domino. Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te.* Chry. in Gen. *Ne existi memus esse signũ, ꝙ nos dereliquerit & despiciat Dominus, si tentatio nes nobis inferãtur, sed hoc maximũ sit nobis indiciũ, quod Deus nostra curã gerat. Nã & si habeamus peccatorũ sarcinas, quæ nos premãt, po terimus magnã patientiã & gratitudinẽ declarando leuiores eas facere & si non multa habeamus peccata, iterũ maiori fruemur gratia, si gra to aĩo tulerimus. Quia. n. Deus noster liberalis est, & nostræ salutis cu rã gerit, ea cã quasi luctã & exercẽdi materiã nobis proponit, vt si quod nostrũ est declaremus, largiore dignetur nos cura. Quod cum scimus, ne tristemur in tentaionib. sed gaudeamus cum B. Paulo dicente. Nũc. n. gaudeo in affectionibus. Si autem in afflictionibus gaudebat, quomodo vnquam potuit in tristitia esse?* Etsi vero tentationes vtiles sint, & sa lutares, quando fortiter sustinentur, & dum ad peccatum inuitãt, vin cuntur; tamen qa multi illis succumbunt, deinceps antidota aliqua adscribam, quibus in ijs expugnandis vti possis. Amb. l. 4. c. 4. 2. Cor. 12. Cass. collat. 24 c. 25. 2. Cor 12. 9. Heb 12 6. Tob. 12. 13. Chry. ho. 32 Coloss. 1. 24.

V. Remed. Tentationi ad peccatum admittendum incitanti illico in ipsis foribus resiste, iuxta illud Ouidij. *Principiis obsta, sero medi cina paratur, cum mala per longas inualuere moras.* Hier. ad Eustoch. de custodia virginitatis. *Nolo sinas cogitationem*, (libidinis) *crescere, nihil in te Babyloniũ, nihil confusionis adolescat. Dum paruus est hostis* Ouid. de re. med. Hier. ep. 22.

Psal. 135 8. *interfice, nequitia, ne zizania crescāt, elidatur in semine. Audi psalmistā dicentē. Filia Babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionē tuā. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petrā. Quia n. impossibile est, in sensū hoīs nō irruere innatū medullarū calo é, ille laudatur, ille p̄dicatur beatus, qui vt cœperit cogitare sordida statim interficit cogitatus, & allidit ad petrā; petra aūt Christus est.* S. Gr. in hāc iē affert exēplū B. Iob. *Quāti culminis vir iste Iob fuerit, ex nostri cordis deiectione videamus. Ecce si qua illicita aliqñ cogitauit, quia eas citus inter arcana cordis gladio sancti vigoris extinxit peruenire illa vsq ad opera nō p̄misit. Unde ilico subiūgit. Et si in manib. meis adhæsit macula. Quō. n. macula in manib. i: culpa in actionib. inhæreret, quā cēsura disciplinæ nō sinebat in cogitatione proficere?* Et alibi. *Prima serpētis (diaboli) suggestio mollis ac tenera est, & facile virtutis pede conterēda, sed si hæc inualescere negligēter permittitur, eiq; ad cor aditus licenter p̄betur, tanta se virtute exaggerat, vt captā mentē deprimens vsq; ad intolerabile robur excrescat.* Eodem spectant verba illa B. Cyp. dū agit de tentationib. Christi. *Diaboli titillationib. obuiandum est, nec coluber foueri debet, donec in serpentem formetur.*

1. Cor. 10 4.
Gr. 21 mor c 7.
Iob 31. 7.
I 32 mor 17
Cyp. ser de ieiun.

VI. Rem. Gladio verbi Dei obortā tētationē cōfice. Hoc antidoto. n. Christus Saluator disiecit oēs tētationes diaboli. Et Apost. Ephesijs cōsuluit vt eodē cōtra tētationes dæmonis vteretur. Et *galeā* att, *salutis assumite, & gladiū sp̄us, q est verbū Dei. Resistere tētationib.* inqt B. Gr. alicubi *oīno nō sufficit, qui hūc verbi Dei tenere gladiū malè viuēdo postponit.* Vñ H loco cit. *Statim vt libido titillauerit sensū, aut blādū voluptatis incēdiū dulci nos calore p̄fuderit, erūpamus in vocē. Dn̄s auxiliator meus, nō timebo, quid faciat mihi caro. Cū paululū inter hōs inter vitia atq; virtutes, cæperit fluctuare, dicito. Quare tristis es aīa mea, & quare cōturbas me? Spera in Dn̄o, quia cōfitebor illi salutare vultus mei, & Deus meus.* Et multo post. *Si qñ senseris exteriorem hoīem florē adolescētiæ suspirare, & accepto cibo, cū te lectulo cōpositā dulcis libidinū pōpa cōcesserit, arripe scutū fidei quo ignitæ diaboli extinguūtur sagittæ. Oēs adulātes quasi clibanus corda eorū. At tu Christi comitata vestigiis, & sermonib. eius intēta, dic. Nōne cor nostrū ardēs erat in via, cū aperiret nobis Iesus scripturas? Et illud: ignitū eloquium tuū, & seruus tuus dilexit illud. Difficile est humanā aīam aliquid non amare, & necesse est, vt in quoscūq; mēs nostra trahatur affectus. Carnis amor, Spūs amore superatur, desideriū desiderio restringitur. Quicquid inde minuitur, hinc crescit, &c.* Idē in ep. ad Eustoc. Virginē, de Epiph. Paulę matris p̄lixe ostēdit quēadmodū B. Paula mr̄ oīa tētationū & afflictionū gn̄a, gladio verbi Dei, hoc est, varijs scripturę sn̄sis, qua mōstra domuerit. *In tētationib. inqt, Deut. verba voluebat. Tentat vos Dn̄s Deus vester, vt sciat si diligatis Dn̄m Deū vestrū de toto corde vestro, & de tota aīa vestra. In tribulationib. & angustiis replicabat eloquia.*

Matt 4.
Eph 6. 17.
Gr 19. mor. c vlt.
Hier. ep. 22.
Psal 17. 6.
Psal 41. 5.
Luc 24. 32.
Psal 118. 40.
Id ep 27.
Deut. 13. 5.

eloquia. *Qui ablactati estis a lacte, qui abstracti ab vbere, tribulationē* Isa 28.9.
super tribulationē expectato spē super spē, &c. multa. Ac tandē subdit.
His & talib. testimoniis, quasi armatura Dei & aduersus oīa quidē
vitia, sed præcipue instruebat se cōtra inuidiā sæuitētē, & patiendo iniu B. S. q. 15 re
rias furorē rabidi pectoris mitabat. Sic S. Bas. posita qōne, quō super- gu breu.
biæ tē.atio vel vitiū sanetur, respōdet. *Sanatur, si fidē quis hēt sni æ il-* Iac 4 6
lius, qui dixit. Dominus superbis resistit. Idē remediū pręscribit in ho. Iud.hom. 22.
de humilitate. *Oīno, inquiēs vera memor esto parœmiæ. Superbis resi-*
stit Deus, humilib. vero dat gratiā. In prōptu habe dictū illud Domini. Matt 23.12.
Quisquis seipsū humiliauerit exaltabitur, & qui seipsum exaltauerit Cass c. 10.
humiliabitur Io. Cass. coll. 22. cum docuisset Christum tres diaboli
tentationes S. Scripturæ testimonijs expugnasse. *His autem,* inquit, *te*
stimoniis edocemur, vt fraudulentis suggestionibus inimici nos quoque
similiter auctoritate scripturarum debemus obsistere.

VIII. Rem. Oratio & diuinis noīs inuocatio. Qd Christus ipse di
scipulis suis ingruēte tētatione pręscribit, dicēs. *Orate, ne intretis in* Matt 26 41
tentationē. Et Apost. Pau. dū ait. *Induite vos armaturā Dei vt possitis* Epiph. 6 13
stare aduersus insidias diaboli. exponēs aūt illā armaturam, subijcit.
Per oēm rōnē, & obsecrationis orātes oī tpe in spū. & in ipso vigilātes
in oī instātia, & obsecratione pro oīb. sanctis. Imò Christus hoc reme- Matth 6.13
diū intra ipsā orōnē Dominicā inclusit, cū iussit in ea nos orare. *Et*
ne nos inducas in tentationē. Et libera nos a malo. Ideq; oēs sancti in
suis tentationib. sp vsurparūt, vt psaltes regius passim in psalmis, Chri
stus Saluator passione impēdēte D. Pau. in 2. ad Cor. cū ter Domi- 2. Cor. 12.8.
nū rogauit, vt à stimulo carnis liberetur, & alibi. Vnde B. Prosper li.
2 de vocat. gentiū. *Nunquā dēt in aurib. fidelib. vox illa Domini nō so-*
nare, qua Apost. dī Vigilate, & orate, ne intretis in tentationē. Vbi si Matt. 26 41.
de vigilādo tantū, nō ēt de orādo discipulos admoneret, solas liberi arbi
trii vires videret hortatus. Sed cū addidit. orate, satis docuit superni fu-
turū muneris, vt eos ēt vigilātes tētationis procella nō vinceret. Chry. Chry. l. 3.
in li. de prouidētia Dei. *Quēadmodū pueruli perterre facti statim con*
fugiūt in sinū matris, si nos cū aliqua tētatione pulsamur per preces cō Ath. in eius
fugiamus ad Deū. S. Ant. teste B. Athan. dęmonū tētationib. oppone- vita.
bat quasi telū illū versiculū psalmographi. *Dominus mihi adiutor, nō* Psal 117.6.
timebo, quid faciat mihi hō. Dominus mihi adiutor & ego despiciā ini Psal 67.2.
micos meos. Et illū. *Exurgat Deus & dissipētur inimici eius, & fugiāt,* Cass coll 10
qui oderūt eū, a facie eius. Isaias Abb. apud Cass. existimat versū psal. c. 10.
69. quo horas oēs canonicas inchoamus, nēpe *Deus in adiutoriū meū* Psal. 69.2.
intēde, Domine ad adiuuādū me festine, esse potētissimū ad expugnā
das oēs tētiones. Hēt siquidē, inqt, *aduersus vniuersa discrimina inuo-*
cationē Dei, hēt humilitatē pię cōfessionis, hēt solicitudinis ac timoris
perpetui vigilātiā, hēt cōsiderationē fragilitatis suę exauditionis fidu-
ciā, cōfidentiā præsentis, semperq. astantis pręsidis. Hic versiculus oīb.

*infestatione dæmonũ laborantib. inexpugnabilis murus est,& impenetrabilis lorica,ac munitissimus clypeus.*Huc pertinet quoq;inuocatio Deiparæ Virginis,Angeli custodis,& aliorum sanctorum.In periculis,inquit deuotus Bern.*in angustiis,in reb.dubiis,Mariam cogita,Mariam inuoca.non recedat ab ore,non recedat a corde,&c.*

Bern. ho 3. de B virg.

VIII.Remed Fortitudo &patientia in ijs tolerandis.*Resistite diabolo*,ait B Iacob.*& fugiet a vobis.*Et B.Petrus. *Sobrii estote,& vigilate,quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quęręs quem deuoret:cui resistite fortes in fide.*Neminē.n.nisi ignauum & timidū,ac de Dei auxilio patō fidemē diabolus opprimit.Ita S. Ant. in hoc genere exercitatissimus docuit. *Si quod*, inquit apud Athan. *in pectoribus nostris malæ mentis & pauoris semen inuenerit,dæmones mox quasi latrones,quid deserta obtinent loca,ceptos cumulant timores & crudeliter imminentes infelicē vexant aīam. Sin aūt alacres fuerimus in Domino, & futurorū bonorū nos cupido succenderit,si semper cūa manib.Dei cōmittimus, nullus dęmonū ad expugnandū valebit accedere.* B. Ephr.de fide. *Quemadmodū incus aliqua,licet quidē semper verberetur,non tamen dat tergū,neq.concauitatis formam in se recipit, sed eadē semper manet;sic & qui verū se vult gerere Christianū, inter diuersas tribulationes atq;tentationes,siue extrinsecus illatas ab hominibus contumelias,persecutiones,dāna atq;alia eiusmodi,siue intrinsecus a spiritib.malignis inductas angustias,vnus & idē maneat oportet, fortiter quæcunq.obueniētia pręferens.Pro munitione ac castro semp Christū Dominū habeat, ad eumque belli tpe confugiat,& illud scripturæ vsurpet. Esto mihi in Deū protectorē, & in locū refugii,vt me facias: Si.n.quascunq.poterit superare tentationes ingruentes.*S.Bas. ad discipulū Chilonē.*Primū frater,aduersus omnē genū tentationē aīam præmunias tuā,& obfirmes patiētia. At quo genere tentationū,inquiens,fidelis probari solet? Nimirū per rerū vitæ istius ingentē iacturam,per dilationes criminū falso in te concinnatorū, per immorigeros,obtrectatores, & prosecutores.Per huiusmodi afflictionū tolerantiam fidelis quisque probetur.*Chry.in dictum Apostoli.Habentes aūt eundem spiritum. *Hoc generosæ ac Deū amantis aīę officium est, afflictiones & aduersitates ferre.cæterū generose tolerare tentationē,atq;insuper gratias agere ei,qui se tentari permittit,id demū summæ fortitudinis merito videri pōt,aīæq; vigilantis,& quæ oībus humanis affectibus sit superior.*Si exempla requiras fortitudinis.in varijs tentationib.ea habes ex solis scripturis valde illustria,vt Iob, Abrahę, Ioseph,Dauidis , Eliæ,Danielis,Machabæorum,Pauli Apostoli,&c. Vnum tantum commemorabo S. Ant.cui post dura diuturnaq; cū dæmonib. truculentissimis certamina,(a quib. ad mortem vsq; multiplicib.plagis cōfectus erat) tandem lucidissimus quidam de cœlo radius illuxit,in signum fugatæ turbæ dęmonum,& præsentiæ Christi,ac mox ex imò pectore longa

Iac.4 7. 1.Pet.5.8. Ath in eius vita. Ephr.to 1. Psal.70 3. Bas. in epist. Ath in vita.

ga trahens suspiria his verbis compellauit Christum. Domine Iesu, vbi quęso eras, cum tam immanes plagas corpore meo exciperem? Qui respondit. Eram pręsens, o Antoni, & certamen, quod excelso in uictoque animo gessisti, spectabam. Nunc autem, quia tanta constātia pro mei nominis amore decertasti, ego vicissim nomen tuum toto terrarum orbe celeberrimum reddam.

IX. Remed. Firma spes & fiducia in Deo, sine qua nec oratio, nec fortitudo esse pōt. *In silentio & in spe*, inquit Isaias, *erit fortitudo vestra*. Et Dauid. *In Domino sperans non infirmabor*. Et. *Si exurgat aduersum me prælium, in Domino sperabo*. Et Apost. *Fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem*. Vnde Hier. ad Austoch. *Quod si dæmonum te multitudo turbauerit, & ad singula incitamenta vitiorū cœperis æstuere, & dixerit tibi cogitatio tua. Quid faciemus? respondebit tibi Eliseus. Noli timere, quia plures nobiscū sunt quam cū illis, & orabit, & dicet. Domine aperi oculos puellę tuę, vt videat; & apertis oculis videbis igneū currum, qui te ad exemplum Eliæ in astra sustollat, & tunc lęta cantabis. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium*. Et Chry. in Gen. *Audi Christum dicentē. In mundo afflictionem habebitis, sed confidite. Vt ne audita tristitia spe excidant, statim fiduciam eis affert, & suā pollicetur gratiam. Sed confidite, ego vici mundum*. Habes, *inquit, eum qui grauia alleuiet, qui non permittet submergi ab illatis tentationib. qui cum tentatione & exitum præbet, & non permittet supra nostras vires inferri grauia. Quid trista ris? quid mæres? quare tam abiecto animo es? Si nostra sunt attulerimus: patientiam dico, & fortitudinem & mentis gratitudinem, nos finet despiciāmus & si desperatæ sint res, vincere possunt sapientiam Domini nostri?* Roborari aūt potest fiducia tua mirum in modum in tentatione. Primo, si cogites, quod vt nauclerum tempestas, athletam stadium ducem pugna, ita Christianum tentatio probet, vt loquitur B. Basil. an constans sit, & fiduciam habeat in Deo. 2. si cogites dęmonem nihil posse nisi ei permittatur, vt liquet ex eo, quod apud Lucam refertur eos porcos quidem, nisi annuente Christo ingredi potuisse. 3. si cogites, nec Deum pati, vt grauius hominem tentet, quam ferre queat. *Non patitur nos tentari*, inquit Apostolus, *supra id, quod possumus*. 4. si cogites, ex mandato diuino Angelos nobis pugnantib. adesse. *Angelis suis mandauit de te*, ait Dauid, *vt custodiant te*, in oīb. vijs tuis. 5. quia interno solatio non destituit afflictos. *Consolatur nos*, inquit Apost. *in oī tribulatione nostra*, quod oīb. armis fortius esse docet Chrysostomus in epist. secundam ad Corinthios. 6. Deus ipse adest nobiscum in tribulatione, sicut erat cum S. Antonio. *Cū ipso sum*, inquit in psalmis, *in tribulatione*. 7. si cogites te gratia Dei munitum longe esse fortiorem dęmone, vt docet B. Gregorius in libro 34. moralium 8. dęmonem non ante homini prævalere, quā bonis cogitationibus

Isa 30.
Psal 15. 2.
Psal 16 17.
Hier 4. 8. 16.
Hier ep 22. de custod.
4. Reg. 6. 16.
Psal. 121 7.
Chry ho 12.
Ioan. 16. 33.
Basi ho 8 in auaros.
Luc 8 32.
1. Cor. 10 13.
Psal 90 11.
2. Cor 14.
Chry. ho 2.
Psal 90 15.
Greg. c 7.

bus

Cass. c. 19. bus eũ exuerit, vt apud Cass. collatione 8. tradit S. Ant. Hoc aũt facere ipse, aut rescifcere non pōt, nisi nosipsos externis gestib. prodamus. 9. eundem dœmonē intrare quidē mentes iustorum posse tamen in
Greg. c. 17 eis non posse morari, vt docet idem Greg. in 27. moralium. Nam licet illicita suggerere possit, prævalere tamen nō potest. 10 imo B. Chrysostomus in Epistolam ad Ephesios scribit nos ne quidem ad luctam cum dœmone cogi, nisi ex nostra socordia.

Chry. ho in & ho. 54. 21 Acta Apo. ll X Remed. Vsus consignādi se signo crucis in tentationes. Oēs. n. Patres docent plurimũ valere formationē crucis, ēt ad ipsos dœmones pellendos. S. Ephrem. Hoc signo conspecto adversariȩ ptātes cōterritæ trementesq. recedunt. S. Cyrill. monet, vt hoc signum ostentemus audacter.
Ephr li. de pœn. Cyr. cate 13 *Quando. n. dęmones*, inqui, *viderint crucē, recordantur crucifixi*. S. Aug. quoq; docet *oīa dæmonum machinan ēta virtute crucis ad nihilum redigi*. Exēpla eorũ, qui signo crucis tentationes dœmonis repulerint, sunt innumera. Primũ sit S. Ant. qui teste B. Atha-
August. l. de Symb. c. 1. 13. nasio in summo tentationum æstu dicebat. *Si quid valetis, si vobis in me ptātem Dominus dedit, ecce præsto sum, devorate concessum: si verò*
Ath. in eius vita. *nō potestis, cur frustra nitimini? Signū. n crucis & fides ad Dominum inexpugnabilis nobis murus est* Alterũ est S. Hilarionis, de quo, cũ mire agitaretur a dęmonib. ita scribit Hier. *intellexit dęmonũ ludibria, & provolutus genib. Christi crucē signavit in fronte, taliq; armatus cas-*
Hier. in vita *side, & lorica fidei circũdatus, iacens fortius præliabatur*. Tertium B. Martini, de quo Sulpitius. *Frequēter diabolus dũ mille nocendi artib. sanctũ virum conabatur illudere, visibilē se ei formis diversis ingere-*
Sulp. in vita *bat, adversus quē semper interritus signo se crucis & orōnis auxilio protebat*. Adde quartũ Iuliani Cęsaris, qui licet Apostata esset Christianæ religionis, tamē signo crucis ex more cōtra terrores expresso dęmones fugavit. Ita docet Greg. Naz. *Ad crucē*, inquit, *confugit, eaq; se adversus terrores consignat, eamq. quē persequebatur in auxil. ũ adsciscit.*
Gre. orat. in Iulian. *valuit signaculũ, cedunt dæmones, pelluntur timores. Quid deinde? revivifcit malũ, rursus ad audaciā redit, rursus aggreditur, rursus iidē terrores vrgent, rursus obiecto signaculo dæmones cōquiscũt, perplexusque hæret discipulus*. Idem habet Theodoretus lib. 3 hist. c. 3.

XI. Remed. Prudentia spūalis in cognitione sui, suarũq; affectionũ & propensionũ. Magis. n. vt monet alicubi Aug. dęmon *timendus est cum fallit, quā cum sævit*. Fallit aũt, cũ insidias nobis struit accom-
Aug. ī ps. 39 modate ad nostras propensiones & affectus. *Multimodę*, inquit B. Bas. *sunt diaboli insidiæ, & alios aliter decipit. Ad quod. n. proniorē conspexerit, ad id propriis vtitur delinimētis atq; illecebris*. Et Amb. *Tūc*
Bas. i varios script. locos Amb. 1. offi. c. 4. *enim maxime insidiatur adversarius, quando videt nobis passiones aliquas generari, tunc fomites movet, laqueos parat, &c. Explorat adversarius nostra arma, & concutit sua tale. Si viderit moveri me: inserit aculeos suos, vt seminaria iurgiorum excitet. Si emisero verbũ indecorum,*

rum, laqueum suum stringit. Interdū mihi quasi escam proponit vindictę possibilitatē; vt dū vindicare cupio, ipse me inseram laqueo, & nodū mihi mortis astringā. Et Greg. *Prius conspersionē vniuscuiusq; antiquus aduersarius perspicit, & tunc tentationis laqueos apponit. Alius namq; lętis, alius tristib. alius timidis, alius elatis morib existit. Quia enim lętitię voluptas iuxta est, lętis morib. luxuriam proponit. Et quia tristitia facile in iram labitur, tristib. populum discordię porrigit. Quia timidi supplitia formidant, pauentib. terrores intentat. Singulis igitur hominib. vitiis conuenientib. insidiatur.* Vbi ergo eiusmodi propensiones malas in te cognoris, conetis eos per quotidianum Examen cōscientiæ euellere, vt fuse docet Caſſ. collatione quinta, sic enim obsequeris monito Apostolico Ephes. js dato, dum ait. *Nolite locum dare diabolo.* Qui enim animi sui in ordinatas affectiones non coercet, materiam illi tentandi præbet. Gr. 29. mor c 14. Caſſ. c. 14. Eph 4 27.

XII Rem. Expugnata vna tentatione, ne putes te securū ab alia. Hoc. n ingeniū dæmonis est, quemadmodō liquet ex tentationibus Christi, vt vna discussa, cōparet se ad aliam, *Domittantes nos,* inquit Chry. *expergefacere solet, & religiosiores facere tentationū natura. Cū igitur videris delecte tentationē nunc quidē extinctam, rursum aūt accensam, ne concidas, nec refugias; sed bonam spem teneamus, illud intra nos ratiocinantes, quod Deus non auersatus nos inimicorū manib. tradit, sed studiosiores, & tibis magis familiares facere volens.* Et S. Bas. *Falle voluptates, ab eis te per gradus auocans, illarumq. singulatim exinanitēs consuetudinem, vt ne confestim, & velut agmine facto ad vnam oēs in te irritatæ coriantur, turbulentamq tentationem in tempestem tibi acersant. Vnam talium illicitum voluptatum, si viceris, mox ad alteram accingitor, aciemq. instruito spiritualem: te. n. intem. pestiuam de singulis vitę pristinæ illecebris consequere victoriam.* Math 4. Chry. ho. 14 ad pop. Bas. epist ad Chilonem.

XIII. Remed. Fuge occasiones oēs tentationum. *Qui. n. amat periculum,* ait Sapiēs, *peribit illo.* Et *qui tetigerit picē, inquinabitur ab ea.* Ideo, inquit B. Chry. in Math. *oramus, ne intremus in tentationē, quia eas quęrere non debemus.* Appositè Seneca, ad Luciliū. *Quantū possumus, a lubrico recedamus. in sicco quoq; parum firmiter stamus.* Illustre exēplum huius antidoti exstat apud Caſſ. de eremita, qui missum ad se ex patris fasciculum litterarum ne resignare quidem voluit, sed in ignem coniecit dicens. *Ita cogitationes patriæ pariter concremamini, nec me vlterius ad illa quę fugi, reuocare tentetis.* Idem fecit noster B. P. Ignatius teste Ribadineira in eius vita. Eccle. 3 27. & 13. Chry ho. 15 Sen. ep 117. Caſſ l 5. c. 31. Rib l 6 c 8.

XIV. Rem. Refugium ad Patrem spiritualem. Quod est pro tyronibus religiosarum familiarum, & scrupulosis, de quo plura in V. Cōscientia scrupulosa Et V. Iudicium proprium.

Vide V. *Curiositas. Illusiones Spirituales. Impatientia in aduersis. Luxuria. Peccatum.*

TE-

TEPIDITAS SPIRITVALIS.

Remedia contra Tepiditatem.

I. Remed. Considera hanc Tepiditatem vel languiorem spūalem a Spiritu sancto improbari in sacris literis. Nam Salomon Prou. 18.9. Prou. luis ait. *Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis.* Ier. 48.10. Et Ier. *Maledictus, qui opus Dei facit negligenter.* Matth. 3.10 Et Christus apud Matth. *Omnis arbor, quę non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur.* Matt. 25.30 Et. *Inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores.* Matt. 11.12. Et. *Regnum cœlorum uim patitur & uiolenti rapiunt illud.* Iac. 4.17. Et B. Iacob. *Scienti bonum facere, & non facienti pe catum est illi.* Apoc. 3.15. Et B. Io. in Apoc. *Utinam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus incipiam te euomere ex ore meo.*

II. Remed. Considera, quēadmodū tepidiosorū Religiorū mores (nam de his maxime agimus) descripserint religiosi patres. Ac Ioan. Cass. cap. 2. Cass. quidē lib. monasticarum instītonum 10. describit verbis. *Tepiditatem hanc nōnulli senū esse pronunciāt meridianū dęmonem, qui in psal* Psal. 90 6. *mo 90. nuncupatur. Qui cū miserabilē obsederit mentem, horrorem loci, fastidium cellę, fratrum quoque qui cum eo vel eminus commorantur, tanquam neglig ētium ac minus spiritualem aspernationem gignit atq; contemptum. Ad omne quoque opus, quod intra septa sui cubilis est, facit desidem & inertem Non cum in cella residere, nec operā finit impendere lectioni, nihilq; se proficere tanto tempore in eadem commorantem ingemiscit, donec fuerit illi consortio copulatus conqueritur atq; suspirat, & ab oī se dolet spiritali quæstu inanē, in locoq; uacuū consistere, utpote qui cum posset ēt alios regere ac prodesse plurimis, nullū ædificauerit, nec quemquam instōne sua doctrinaq; lucratus sit. Absentia, lōgeque posita magnificat monnsteria econtra uniuersa quę hr̄r in manib. aspera. Postremo non posse se saluari putat in eo loco durantem, nisi relicta cella. Tum præterea huc, illucq; anxius circumspectat, & nec fratrē sibi quenquā aduentare suspirat, sic ut nulla re alia tantę oppugnationis remedium, quā uisitatione fratris cuiuspiam, seu somni solius solatio posse æstimet inueniri. Deinde honestas idem morb ac necessarias suggerit salutationes fratrib. exhibendas, uisitationesq; infirmorum uel eminus, uel longius positorum. Quędā ēt pia ac religiosa dictat officia, illos uel illas debere parentes inquiri, & ad salutandos eos crebrius properari, illā religiosam, deuotamq; Deo feminā, oī præsertim parentum pręsidio destitutā magnū opus esse pietatis frequentius inuisere, ac si quid ei sit necessariū, quā a propriis parentib negligitur atq; despicitur, sanctissimū procurari, magisq; oportere in his operam pietatis impendi, quam infructuose, ac sine ullo profectu in cellula residere.* S. Bern. vero in ser Ascen. ser. 6. mone de Ascensione Domini ita scribit. *Aduerte potes in omnib. fere religio*

religiosis congregationib. viros repletos consolatione, superabundantes gaudio, iucundos semper & hilares, feruentes Spiritu die, ac nocte meditantes in lege Dei, crebro suspiciens in cęlũ, & puras manus in oratione leuantes, solicitos obseruatores conscię, & deuotos sectatores bonorũ operũ, quib amabilis disciplina, dulce ieiuniũ, vigilia breues, labor manuũ delectabilis, & vniuersa deniq. huius conuersationis austeritas refrigeriũ videtur. Contra sane inuenire est boies pusillanimes & remissos, deficiẽtes sub onere, virga & calcarib. indigentes, quorũ remissa lætitia, pusillanimis tristitia est, quorũ breuis & rara cõpunctio, aĩalis cogitatio, tepida cõuersatio: quorũ obedientia sine deuotione, sermo sine circũspectione, oratio sine cordis intẽtione, lectio sine ædificatione, quos deniq. vt videmus, vix gehennę metus inhibet, vix pudor cohibet, vix frenat ratio, vix disciplina coercet. Idẽ sermone quodã in Cantica circa fin. in hunc modum depingit mores frigidorũ vel tepidorũ nouitiorum. *Hoc frigus*, inquiens, *si semel aĩam inuaserit, mox (vt in corpore solet euenire infebricitãtib.) subit quidã aĩ rigor, & vigor lentescit, languor fingitur virũ, horror austeritatis intenditur, timor solicitat paupertatis, contrahitur aĩus, subtrahitur gratia, protrahitur longitudo vitę, sopitur ratio, Spiritus extinguitur, deferuescit nouitius feruor, ingrauescit tepor fastidiosus, refrigescit fraterna charitas, blanditur voluptas, fallit securitas, reuocat cõsuetudo. Quid plura? dissimulatur lex, abdicatur ius, fas proscribitur, derelinquitur timor Domini. Dant postremo impudentiæ manus, præsumitur ille temerius, ille pudendus, ille turpissimus, plenus ille ignominia & confusione saltus de excelso in abyssum, de pauimento in sterquilinium, de solio in cloacam, de cęlo in cęnum, de claustro in seculum, de paradiso in infernum.* S. Bern. adiunge Bernardinũ Rossignolium Societatis Iesu Theologo, qui accommodate ad hæc tempora in libris de disciplinæ Christianæ perfectione accurate persecutus est hominis tepidi indicia, nempe hæc. Id. ser 63. Bernard. lib. 2. c. 19.

1. Orare sine attentione, & feruore Spiritus.
2. Meditari res diuinas sine animi sensu, affectu, fructu.
3. Difficulter se expedire ab hominum frequenti, nec vtili congressione & colloquio.
4. Aegrè redire ad seipsum, & nunquam aut raro admodum in cor suum dissipatum animum cogere.
5. Examinare conscĩam, & seipsum inspicere quasi per trãsennam, & strictim absque compunctione, proposito, & emendatione.
6. Late, libenterq; se diffundere in omnes res exteriores, nõ hominum salutis procurandæ, sed tędij sui mitigandi causa.
7. Consolari se, quęsitis solatijs ex rebus creatis, aut ex cogitationibus inanibus.
8. Libere de alijs loqui, & eadem libertate aliorum facta, dicta & obseruare & reprehendere.

Gra-

9 Grauiter ferre disciplinā religiosam, si religiosus sis, & omnem admonitionem aut correctionem, quæ olim iucūdissima fuisset, insuauem, tempestiuam intolerabilem, existimare.

10 Ad otiosam vitam aspirare, & subterfugire labores ad animarum auxilium fructuosos & necessarios: permittereq;, vt earumque zelus omnino languescat; quç grauis est culpa ijs, quibus animarum cura aliqua commissa est.

11 Obedire maioribus, patribus spiritualibus, aut etiam legib. quibus tenetur, sine vlla animi consolatione, imò cum fastidio lentè frigide, inuitè.

12 Optare sibi ab hominibus honorem haberi, & ab il'is se multum amari, hominum blanditijs, & forte etiam assentationibus delectari.

13 Existimare vocationem laborum suis meritis iam deberi, & immunitatem, quæ careant alij dandam sibi. Et si hęc forte alicui minima videantur, illa sine dubio maiora sunt videlicet.

14 Frigere iam sacramentorum vsum, nec ea amplius frequētare vt inceperas.

15 Sacras conciones non audire: spirituales & vtiles libros nō euoluere, vel certe raro & fastidiosius.

16 Occasiones peccatorum minime vitare vt antea, idcirco q̄a tibi multum, tuisque viribus fidis, quæ temeritas est maxima, atque occultior superbia. ita.n. tepidus imprudens prouehitur in altū mundanorum fluctuum; fitque, quo minus secum reputat, eo magis periculo propior.

17 Indulgere tibi, tuoq; corpori deseruire, & paulatim quicq̄d salutari pœnitentia astrinxeras, relaxare molliore viuendi ratione.

18 Memoria replicare pristinos mores, & mundanorum hominum felicitatem, eoque mentis cæcitate induci, vt mundi voluptates, & deliciæ, quç prius somnia, ludibriaque, vti sunt, videbantur, nō displiceant, vt antea, arridere incipiant potius, ac præclara quædā bona videantur.

19 Diuinos instinctus, quib. ad seueritatem vitę, & Christianā disciplinam subinde excitaris & impelleris, vel non aduertere, vel dissimulare, & in aliud tempus differre, vel quod deterrimum est tepiditatis genus, etiam negligere.

20 Spiritualib. patrib. non auscultare, vti consueueras, & quanquam eorum consilia præsens probas, absentem facto ab eis discrepare, clam te subtrahere, & ab eorum magisterio, curaq; fugere.

III. Remed. Considera tepiditatem e diametro pugnare cum instituto & professione hoīs religosi. Proprium siquidem religiosi, imò Christiani hoīs est tendere ad perfectionē vitæ Christianæ, ac proinde & proficere in dies in studio virtutis. Deus.n. vult oēs suos discipulos

ſcipulos eſſe perfectos, dicens. *Eſtote perfecti, ſicut pater veſter cœleſtis perfectus eſt.* Et S. Iacob. *Vt ſitis perfecti & integri in nullo deficiẽtes.* Matth 5 48. Iac 1.4.
Tepidi vero ſunt, qui nihil cogitant de progreſſu in pietate, nec ad maiorem perfectionẽ aſpirant. Contra quos ita ſcribit Aug. *Quantũ cunque hic vixerimus, quantuncunq; hic profecerimus, nemo dicat, ſufficit mihi, iuſtus ſum: qui dixerit, remãſit in via, nõ nouit peruenire. Vbi dixerit, ſufficit, ibi hæſit. Attẽde poſtulũ, cui nõ ſuffi. it. Fratres, inquit, ego me nõ arbitror apprehendiſſe. Et rurſum dixit. Qui ſe putat al qd ſcire, nondũ ſcit, queadmodũ eũ oporteat ſcire. Vnũ aũt quæ retro ſunt oblitus, in ea quæ ante ſunt extẽtus ſecundũ intentionẽ ſequor ad palmã ſupernæ vocationis. Ille ergo currit, tu iã ſiſtis? ille dicit nondũ ſe pfectũ, & tu iã de perfectione gloriaris? Confundantur qui dicũt tibi, euge, euge. Confundaris & tu inter illos, qui tibi dicis euge, euge.* Aug. i pſ 56. Phil 3 13. 1 Cor 8 2.
Clarius S. Bern. ad Abbatẽ Garinum. *Nunquã, inquit, per eſurit iſtiq; iuſtitiã, ita vt ſi ſemper viueret, ſemper quantũ in ſe eſt, iuſtior eſſe contẽderet, ſemper de bono in melius proficere totis virib.* Et paulo poſt *Vbi ſunt, qui dicere ſolẽt. Sufficit nobis, nolumus eſſe meliores, quã Patres noſtri.* Bern. ep. 253

O monache, non vis proficere? Non. Vis ergo deficere. Nequaquam. Quid ergo? Sic mihi, inquis, viuere volo, & manere in quo perueni, nec peior fieri patior, nec melior cupio. Hoc ergo vis, qd eſſe nõ põt. Quid n. ſtat in hoc ſeculo? Ipſe deniq. hõis ſeculiq auctor, quãdiu in terris viſus eſt, & cũ hoĩb. conuerſatus nunquã ſtetit. Et quidẽ, teſte ſcriptura, pertranſiit bene faciendo, & ſannando oẽs. Pertranſiit ergo, ſicut nõ in fructuoſe, ita nõ remiſſe, non pigre, non lento greſſu, ſed queadmodũ ittẽ, de eo ſcriptũ eſt. Exultauit vt gigas ad currendã viã. Porro currentẽ non apprehendit, qui & ipſe pariter nõ currit. Et quid prodeſt Chriſtũ ſequi ſi non cõtingat conſequi? Ideo Paulus aiebat currite, vt cõprehendatis, etc. Quod ſi illo currente, tu gradum ſiſtis, non Chriſto appropias, ſed te magis elongas, timendumq tibi eſt, quod ait Dauid. Ecce, qui elongant ſe a te Domine peribunt Itaque ſi proficere currere eſt, vbi proficere, ibi et currere deſiſtis. Vbi vero non currere, ibi et deficere incipis. Hinc plane colligitur, quia nolle proficere non niſi deficere eſt. Act 10 38. Pſal 18 6. 1. Cor. 9. 21. Pſal 72. 27.

IV. Remed. Conſidera tepiditatis pericula, præcipue tria: Primum eſt, faciẽdi præteritorũ meritorũ iactura, vt monuit B. Greg. in paſtorali. *Admonendi ſunt, inquit, qui inchoata bona minime conſummãt, vt cauta circumſpectione conſiderent, quia dum propoſita non perficiunt etiam quæ fuerant cœpta conuellunt. Si n. quod videtur gerendum ſolicita intentione non creſcit, etiam quod fuerat bene geſtum decreſcit. In hoc quippe mundo humana anima quaſi more nauis eſt contra ictum fluminis condeſcendentis, quæ vno loco nequaquam ſtare permittitur, quia ad ima relabitur, niſi ad ſumma conetur. Si ergo inchoata bona fortis operantis manus ad perfectionem non ſubleuat, ipſa operandi remiſſio* Gr. 3. p. 35.

contra

cōtra hoc operatū est pugnat. Hinc est n. quod per Salomonē dicitur. *Qui mollis & dissolutus in opere fuerit, frater est sua opera dissipantis.* Alterū est, dandi occasionē grauiori ruinæ. Qui.n. in virtute progredi nō
Prou. 18. 9 vult, quasi ianuā occludit inspirationi diuinæ ac proinde exponit se
Apoc. 3. 16. periculo ne abijciatur, vel euomatur, vt loquitur Apoc. a Deo, vt be-
Cass. coll. 6 c. 17. ne notauit Io. Cas. *Lapsus quispiā, inquiens, nequaquā subitanea ruina corruisse credēdus est, sed aut praua institutionis deceptus exordio, aut per longā mentis incuriā paulatim virtute ai decidēte, & per hoc sensim vi*
Prou. 16. 18. *tiis increscentib. casu miserabili concidisse. Ante contritionē.n. præcedit ruina, & ante ruinā mala cogitatio: quēadmodū domus nunquā subita neo ad ruinā procūbit impulsu, nisi aut antiquo vitio fundamēti, aut longa inhabitantiū desidia stillicidiis primū paruissimis penetrantib. corrupta sensim fuerint munimēta tectorū.* Tertiū periculū est, nūquam emergēdi ex gurgite tepiditatis. Vnde Greg. loco iā cit. *Sicut ante tepo rē frigus sub spectet est, ita post frigus tepor in desperatione. Qui.n ad huc in peccatis est, cōuersionis fiduciā nō amittit. Qui vero post conuer-*
Cass. coll. 4. c. 19. *sionē tepuit, & spē que esse potuit, de peccatore subtraxit.* Fusius Cass. *Qui semel tepido exorsus initio monachi cepit ab-iti vocabulo, nec tn̄ humilitate ac feruore, quo debuit, iter huius professionis arripuit, infectus semel hac miserabili lue, & ī ea quodāmodo resolutus, nec ex se vlterius*
Apoc. 3. 16 *perfecta sapere, nec alterius poterit monitis erudiri. Dicit.n in corde suo sm̄ illā Domini sn̄iam, quia diues sum & locuples. & nullius egeo. Cui illud quoq; qđ subsequitur, cōsequēter aptabit. Tu aūt es miser & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus; in eo factus ēt seculari deterior, ꝙ nec miserū se, nec cæcū aut nudū, aut emēdatione dignū, vel egere monitis alicuius, aut instōne cognoscit, & ob hoc nec exhortationē quidem vllā verbi salutaris admittit, &c. Frequēter n. vidimus de frigidis atq; carnalib. i. de secularib. atq. paganis ad spiritalē peruenisse feruorē: de te*
Ber ep 96 *pidis atq; aīalib. oīno nō vidimus.* Cū qua sn̄ia congruit illud B. Bern. ad Rich Funtanensem Abbatē, eiusq; socios. *Multo facilius, inquit, reperias multos seculares conuerti ad bonum, quam vnum quempiam de Religiosis transire ad melius. Rarissima auis in terris est, qui de gradu, quem forte in religione semel attigerit, vel parum ascendat.*

V. Remed. Considera, quā infelix & miserabilis sit tepidorū status.
Is serm 6. *Non tibi horū ait Bern in ser. de ascensione Dn̄i, vita inferno penitus penitus appropinquare videtur, dū intellectu affectui, & affectu intellectui repugnante necesse habēt mittere manū ad opera fortiū, qui cibo fortium minime sustentantur, socii plane tribulationis, sed non cōsulationis? Exurgamus obsecro, quicunq; eiusmodi sumus, resuscitamus animas, Spiritum recolligamus abiiciens perniciosam tepiditatem, etsi non quia periculosa est, & Deo solet, (vt interdum miserabiliter plāgimus) etiam vomitum prouocare; certe quia modestissima, plena miseria & doloris, & inferno plane proxima vmbra mortis iure censetur.*

VI. Re-

VI. Remed. Considera, quanti Deus faciat feruorem Spiritus è diametro repugnantem spiritui tepiditatis. *Neque enim Spiritus, & caro,* alicubi B. Bern. *ignis & tepiditas in vno domicilio commorantur, præsertim cum tepiditas ipsi Domino soleat vomitum prouocare.* Primum, Deus ipse *ignis consumens est*, vt est in Deuteronomio. Consumens, nimirum tepiditatem, omnesque imperfectiones nostras. *Est Deus in nobis*, ait quidam Poeta Ethnicus, *agitante calescimus illo.* Deus nunquam à labore cessator est. *Pater meus*, inquit Christus apud Ioannem, *vsque modo operatur, & ego operor.* Deinde Deo proximi Angeli, ab ardore, vel incendio, teste B. Hier. dicuntur Seraphin. Et omnes pinguntur alati, ob promptitudinem in exequendis Dei mandatis, saluteque nostra procreanda. Quod ad homines attinet, fidelis populi Ducis summi non alij electi sunt, quam qui zelo diuino arderent; vt in veteri testamento Iudaici populi Mayses, Dauid, & alij In nouo gentilis, B. Paulus, & Petrus. Ex Apostolis quoque Christus cariores habuit Petrum, Ioannem & Iacobum maiorem ab eorum ardorem. Martyrum memoriam omnibus sanctis anteponit Ecclesia ob eximium in fide & charitate, qua flagrarunt, ardorem Quid aliud primos anachoretas Paulum, Antoninum, Macarios, Arsenium, Pachomium, aliosque innumerabiles, ac imprimis Ordinum religiosorum primos auctores & fundatores tam celebres reddidit, nisi ignis cœlestis, quo pectora eorum arserunt, totumque mundum ad inuitendum inflammarunt! S. Franciscus Seraphicus, totus in amore Dei vt carbo ignitus, auctore B. Bonauentura, etiam hyeme vnica tantū veste contentus erat, affirmans, *non posse frigere foris, qui intus calesceret.* Noster quoque Franciscus Xauerius inter labores conuersionis Indiarum nonnunquam ita ardebat, vt acclamare cogeretur ad Dominū. *Satis est* Nemini hunc ignem negat, qui apud Lucam dixit. *Ignē veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur?*

Bern. ser. 3. de ascens.

Deut. 4. 24. Heb. 12. 29. Ouid. 6. fal.

Ioan. 5. 17. Hier. ep. ad Damas. 142.

Bon. in eius vita. Horat. in eius vita.

Luc. 12. 49.

VII. Remedium. Si existimes te in eiusmodi tepiditatem labentibus annis incidisse, aut non longe ea abesse, securim ad radicem pone, hoc est seriò labora, vt ad pristinum feruorem Spiritus reuertare, non neglecto spiritualis patris, si ad manum sit, consilio. Primum autem firmum in animo de vita emendanda renoua propositum, diuinumque auxilium implora, vt sancti in omnibus tribulationibus & negotijs grauibus fecere, quo fortiter illud, superatis omnibus, quæ incidere solent, difficultatibus, exequi possis. Secundo confessionem generalem, vel de tota vita, vel de eo temporis interuallo, languescere cœpisti, cum singulari cordis contritione institue, & ad sacram Eucharistiam accede. Qua sumpta tibi ipse ordinem rationemque meditandi, orandi, pios libellos lectitandi, & alia huiusmodi describe, deinceps accuratè obseruanda. Tertio singulis mensibus, aut maioribus festis, vel certe bis quatannis idem propositum renoua. Si

Athan. in e- enim veteres sancti exemplo S. Antonij quotidie soliti erant vitæ in-
Psal. 76. 11. stituendæ propositum renouare, vt quotidie ad mortem parati essent, & dicere cum regio Propheta. *Et dixi, nunc cœpi; hæc mutatio dexteræ excelsi*. Quanto magis nos præcipuis aliquibus totius anni dieb. Experimento in multis hactenus probatum est, renouationem illam crebriorem magnopere profuisse ad conseruandum vel reuocandum veterem feruorem spiritus. Quarto, si tepiditas illa nimis alta in animo tuo radices egisse videatur, vt communi illo antidoto ægrè euelli possint, imitare exemplum eorum, qui Medici corporalis consilio acidulas quantumuis longius remotas petunt, vt potu earum diuturniore inhærentem morbum repellant, hoc est, cum Medici spiritualis consilio in secessu aliquo ab hominum consuetudine seperato, recogita cū Ezechia rege omnes superioris vitæ annos in amaritudine animæ tuæ, commentationes aliquas de fine ad quē à Deo conditus es, de varijs Dei beneficijs in te collatis, de peccatorū grauitate, de mundi vanitate, de hominis nouissimis, de vita passioneq; Christi Domini institue, experierisque hac solitaria Spiritus exercitatione tantum in animo tuo ignem accendi, vt tepiditas ius suum deinceps retinere non possit. Hanc secessionem discipulos docuit Christus, cum apud Marcum eis dixit. *Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum.* Quo loco Euthymius sic habet. *Docet nos hinc oportere Ecclesiæ magistros non semper se exponere multitudini, sed cum datur opportunitas, retrahi ac solitarios esse, mentemque ab exteriori distractione reuocare.*

Esa. 38. 13. (beside "rato, recogita")

Marc. 6 31. (beside "cum, & requiescite")

Vide V. *Acedia. Desolatio spiritualis. Distractio. Immortificatio passionum. Inconstantia. Ingratitudo. Linguæ abusus. Otium. Pigritia. Trasumptio. Procrastinatio. Pusillanimitas. Tristitia.*

TIMOR HVMANVS ET SERVILIS.

Remedia contra Timorem Humanum.

I Remed. Considera quid diuina scriptura dicat de timore humano vel mundano, quo quis perculsus non veretur transgredi legem Dei vel S. Ecclesiæ; cuiusmodi fuit Petri Apostoli, dum negauit Christum, & Iudæorum, qui timentes ne tota gens periret, eundem occiderunt. Scriptura autem improbat hunc timorem, & ab eo dehortatur. Nam Salomon ait. *Qui timet hominem, cito corruet.* Et Iob. *Qui timent pruinam, irruet super eos nix.* Et Ecclesiasticus. *Sicut pali in excelsis, & cœmenta sine impensa posita contra faciem venti non permanebunt; sic & cor timidum in cogitatione stulti contra impetum timoris non resistit.* Et Christus apud Lucam. *Dico vobis amicis meis, ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius*

Matt. 26. 70 (beside "stum, & Iudæorum")
Prou. 29. 25. Iob 6. 16. Eccl. 22. 21. Luc. 12. 4. (margin references)

qui

quid faciant Et B. Petrus. *Quis est, qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Timorem aũt eorum ne timueritis, & non conturbemini.* Et B. Io. *Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorẽ, quoniã timor pœnã habet.* Et in Apoc. *Timidis aũt & incredulis, et execratis, & homicidis, & fornicatorib. & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure.* 1. Pet. 3. 13. 1. Io. 4. 18. Apoc. 21. 8.

II Remed. Considera SS. Patrum sniãs. S. Bas. *Non quiuis timor bonus est aut salutaris. Est.n. quidam hostilis timor, quem propheta deprecatur, ac petit, vt ne aĩæ inferatur suæ, dicens. A timore inimici eripe aĩam meam. Hostilis.n. hic timor nobis ingignit mortis timorem, atque vt toti contrahamur pauore ad fastum personæ eminentis persuadet. Quo ergo hęc metuens martyrii tpe poterit vsque ad mortem aduersus peccatum resistere?* S. Amb. *Nihil tam speciale seruitutis est, quam semper timere. Ille vero in quauis condõne seruitii semper liber, qui amore non capitur, auaritiæ vinculis non tenetur, metu crĩs non alligatur, qui securus spectat præsentia, quẽ futura non terrent.* S. Chry. *Hęc aũt nũc dico & oẽs excerpo historias, in quib. tentationes & tribulationes, & regum iræ & insidiæ sunt, vt nihil timeamus, nisi tantummodo Deũ offendere. Etenim & tunc fornax accensa erat; illi vero hanc quidẽ contempserunt, peccatum aũt timuerunt.* S. Hier. *Nõ dicã mulierem, sed hoĩem formidare, de aĩ perturbatione descendit, quæ vitio carere non pōt, dicente David. Dominus auxiliator meus, non timebo, quid faciat homo.* Et rursus. *Duo sunt timore Domini. Prior seruilis, qui principiũ sciæ vel sapientiæ vocatur, secundus amicalis qui perfectiorem sapientiã comitatur. Timor seruilis principium sapientiæ est, quia quisquis post errorem delictorũ sapere incipit, primo timore diuino corripitur, ne ad tormenta ducatur; sed hunc timorẽ perfecta dilectio foras mittit; succedit aũt timor Dñi sanctus permanẽs in seculũ seculi, quẽ non excludit, sed auget charitas. Ipse est, quo timet filius bonus, ne vel in modico oculos amantissimi patris offendat. Nã inchoatiuo timore seruilis adhuc aĩus metuit ne ab irato Dño pęnis subiugatur.* S. Aug. *illi, qui Christo dixerũt, non est Deus, ibi timuerãt, vbi nõ est timor. Dixerunt.n. Si dimiserimus eũ, veniẽt Romani, & tollẽt nobis & locũ & regnũ O stultitia & imprudentia, dicẽs in corde suo, non est Deus. Timuisti perdere terrã, & perdidisti celũ; timuisti ne venirẽt Romani, & tollerẽt tibi locũ & gentẽ nunquid tibi tollerẽt Deũ? Qui ergo restat? Quid, nisi vt iã fatearis, quã teneris voluisti & tenendo male amisisti. Perdidisti.n. & locũ & gentem occidendo Christum.* Et iterum. *Timo, quo nõ amatur iustitia, sed timetur pœna, seruilis est, quia carnalis est. Viuit.n. peccandi voluntas, quæ tunc apparet in opere, quando speratur impunitas. Cum verò pœna creditur secutura, latenter viuit tamen. Mallet enim licere, & dolet non licere, quod lex vetat; quia non spiritaliter delectatur*

Basil. in ps. 33. Psal. 53. 1. Amb. de Ioseph c. 4. Chry. ho 5. ad pop. A. Hier. li. 2 in Pelag. Id. i. c. prouer. 1. Io. 4. 18. Psal. 18. 19. Aug. 1. sp. 52. psal. 13. 1. Ioan. 11. 48. Id. in ps. 118 conc. 25.

Bern ep. 87. *eius bono, sed carnaliter ma'um metuit, quod minatur. Timor autem casto ipsa quæ hunc timorem foras mittit, peccare timet charitas, etiamsi sequatur impunitas* S. Bern. ad Ogerium canonicum regularem. *Vides certe, quem timorem tibi incutere nitor, non qui sit laqueus desperationis, sed qui spem acquirat beatitudinis. Talis timor generat, nutrit, & seruat humilitatem, sed mansuetudinem, sed patientiam, sed longanimitatem. Quem non delectat tam inclyta proles? Alterius vero misera soboles est pertinacia, immoderata tristitia, rancor, horror, contemptus & desperatio.*

Psal 15 8. III. Remed Cogita Deum præsentem oībus actionib. tuis adesse, & non facile metu alicuius alterius diuinam legem præuaricabere.

3. Reg. 17 1. Hoc vtebatur rex Dauid, ne a suo proposito facile dimoueretur. *Prouidebam*, inquiens, *Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi ne commouear*. Eodē se muniebat Elias Thesbites, cū diceret ad Achab. *Viuit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verbis.* Hoc clypeo tectus B. Paulus, in prædicando Dei verbo oēm timorē principum &

Act 23. 11. aliorū abijciebat. Vnde cum aliqñ vt est in Actis Apostolorum, periculū esset ne disceperetur a Saducæis, *sequenti nocte*, inquit Lucas *assistens ei Dominus ait. Constās esto. Sicut. n. testificatus es de me in Ie-*

2. Tim. 4. 16. *rusalē, sic te oportet & Romæ testificari.* In ep. verò altera ad Timoth. ipse de se ita scribit. *in prima defensione, nemo mihi affuit. Dominus aūt mihi astitit, & confortauit me, vt per me prædicatio impleatur* Quę loca S. Patres ēi de visibili præsentia Christi intellexerunt. Eadem de causa in summo cū dęmonib. certamine S. Ant. astitit Christus, eiusq. vulnera sanauit, vt narrat in eius vita S. Athanas. Sic Romæ astitit Petro ante passionē, vt robur illi adderet ad oīa mala perferenda pro Christi noīe. Nam cū Petrus diceret *Domine quo vadis*, respōdit. *Vade Romam iterum crucifigi.* Ita refert S. Amb in oratione contra Au-

Basil in ps. 33 xentiū, & Athanas. in Apologia pro fuga sua. Vnde B. Bas. in quadam hom. hoc remediū indicās, sic loquitur. *Qui dæmonū imaginatione facile consternatur, & expauescit hostilē in se timorē habet. Oīno aūt timor huiuscemodi perturbatio nimirū aīæ esse videtur prognata ex infidelitate. Nam qui Deum vt adiutorem fortissimum credit sibi adesse, nullius vim se inuadentis pertimescit, nec facile commouetur.*

IV. Remedium. Clauum clauo pelle, hoc est timorem minoris Domini, expugna timore maioris, nempe Dei, & timorem minoris confusionis vel pœnæ, timore confusionis maioris, nempe futuræ in die iudicij extremi; vel pœnæ maioris, nempe sempiternæ inferni. Hoc antidoto post acceptum Spiritum sanctum vsus est B. Petrus Apost. cum, vt est in Actis Apostolorum, Sacerdotum principe pręcipiente,

Act. 5. 29. ne amplius docerent in nomine Iesu, audacter respōdit. *Obedire oportet Deo magis quam hominibus.* Et ante illum casta Susanna, cū, vt est

apud

apud Danielem, sola a per..rsis duob. senib. deprehensa in pomario, Dan. 13. 22
ait. *Angustiæ mihi sunt vndiq. Si.n. hoc egero mors mihi est. si aũt non
egero, non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absq; opere inci
dere in m..us vestras, quam peccare in conspectu Domini, & exclama
uit voce magna.* Deinde Eleazarus in Machabæorum historia, è scri 2. Mac. 6. 26
barum primorib. vnus, ætate non genarius, dum coactus ab impio
rege carnes porcinas comedere contra Dei legẽ, respondit. *Etsi, (vel*
carnes vorando porcinas, vel simulãdo me vorare) *in præsenti tpe sup
plicijs hominum eripiar, sed manum oĩpotentis nec viuus nec defunctus ef-* Matt. 10. 28.
fugiam. Eodem remedio vsi sunt pleriq; oẽs martyres pro Christi fi
de trucidati, memores dicti Christi. *Nolite timere eos, qui occidunt cor
pus, aĩam aũt nõ possunt occidere, sed potius timere eũ, qui põt & aĩam* Chry. ho 6.
& corpus perdere in gehennam. Eodẽ pertinet q B. Chrys. ad populũ
Antiochenum occasione trium puerorum ab Nabuchodonosore ad
clibanum ardẽtem damnatorum dixit. *Tunc* inquiens, *fornax accen
sa erat, illi verò hanc quidẽ contempserunt, peccatum aũt timuerũt. Ma
gnum.n. supplicium peccare, et si non puniamur; peccat.n. nos a Deo se-
parant. sicut & ipse dicit. Nonne peccata vestra separant inter vos &
me? Pœnæ vero nos ad Deum perducunt. Inquit.n. Da nobis pacẽ, oĩa.n.
retribuisti nobis. Si quis vulnus habeat, quid timore dignum est? saniẽ,* Sap. 5. 3.
*an medici sectionem? peccatũ, sanies est, pœna ferrum medicinale. Sicut
igitur saniem habens, & si non secatur, male habet, & cum non seca-
tur, tunc est in maioribus malis: ita peccans, etiamsi non puniatur, om-
nium est miserrimus, & tunc maxime miser, cum non punitur, & gra* Basil in ps. 33
ue nihil patitur. Sic S. Basil. loco citato. *Si qñ senseris te ad aliquod cie
ri p..atũ, in mentẽ reuoca nulli mortaliũ tolerabili Christi iudiciũ, in
quo quidẽ præsidet iudex in sublimi throno; astabit porro oĩs creatura ad
eius aduentum contremiscens. Eo singuli sistentur examinandi de his,
gesserint in viuis. Eos aũt, qui multa perperã in vita admiserunt horren
di quidã circũstabunt angeli ignẽ expirantes, & vultũ nocti similẽ præ
ferentes, pro hominum mœrore atq. odio. Deinde conspicient barathrum
in imum patens impermeabiles quidẽ illas, ignemq; obscurũ, causticas
quidẽ vires habentẽ, luce vero destitutum. Inde vermes innumerabi-
les venenosos & carniuoros, semper esitantes, nunquã saturos, & intole
rabiles dolores morsu infligentes. Postremo oĩum diuissimã pœnã, pro-
brum illud & confusionẽ sempiternã. Hæc tu time, & eiusmodi timore
eruditus qualiscunq. quopiam, aĩam tuam ad vitiosam concupiscentiam
proclinem cohibe.* Hæc contra timorem humanum.

V. Remed. contra timorem seruilem, qui etsi malus non est, est ta-
men imperfectus, & ideo cum perfecta charitate, teste B. Io. consiste
re nequit. Ad illum autem repellendũ B. Greg. in Pastorali suggerit 1. Ioan 4. 18.
remediũ his verbis. *Admonẽdi sunt, qui flagella metuunt, vt si malis* Gr. 3. p. c. 14
veraciter carere desiderat, æterna supplicia perhorrescat, neq; in hoc sup

pliciorũ timore permaneāt, sed ad amoris gratiã nutrimēto charitatis excrescāt. Scriptũ quippe est perfecta charitas foras mittit timoré. Et rursum scriptũ est Nõ accepistis spiritũ seruitutis iterũ in timore, sed spiritũ adoptionis filiorũ, in quo clamamus, Abba pater Vnde idē Doctor iterũ dicit. *Vbi spiritus Dñi, ibi libertas. Si ergo a cibo a praua actione*

1. Io. 4. 18. Rom. 8. 15. 2. Cor. 3. 17.

formidata pœna prohibet, profecto formidãtis aĩum nulla spũs libertas tenet. Nã si pęnã nõ metueret, culpã proculdubio perpetraret. Ignorat itaque mens gratiã libertatis, quã ligat seruitus timoris. Bona n. pro semet ipsis amanda sunt, & non pœnis cõpellentib. exequenda. Nam qui propterea bonum facit, quia tormentorum mala metuit, vult non esse quod metuat, vt audacter illicita cõmittat. Vnde luce clarius constat, q corã Deo innocẽtia amittitur, ante cuius oculos desiderio peccatur.

VI. Remed. contra eundē est, Consideratio diuinorũ beneficiorũ, quorũ tanta est magnitudo & multitudo, vt nullus aĩus concipere, nulla lingua ea exprimere possit teste B. Aug qui in lib de ciuit. Dei

Aug. l. 7. c. 31.

ita scribit. *Habemus a Deo praeter huiusmodi beneficia, quæ ex hac administratione naturę bonis malisq. largitur, magnũ & bonorũ proprium magnę dilectionis iudiciũ. Quanquã n. q sumus, q viuimus, q cælum terramq conspicimus, quod habemus mentē atq rõnem, qua eum ipsum, qui hęc oĩa condidit, inquiramus, nequaquã valeamus actioni sufficere gratiarũ; tñ quod nos oneratos, obrutosq; peccatis, & a contẽplatione suę lucis auersos, ac tenebrarũ, i. iniquitatis dilectione cæcatos non oĩno deseruit: misitq nobis verbũ suũ, qui est eius vnicus filius, qui pro nobis in assumpta carne nato atq; passo, quanti Deus hoiem pēderet nosceremus atq. illo sacrificio singulari a peccatis oĩb. mundaremur, eiusq. spiritu in cordib. nostris dilectione diffusa cũb. difficultatib. superatis in æternã requiem, & cõtēplationis eius ineffabilē dulcedinē veniremus: quæ corda, quot linguæ adagendas ei gratias satis esse contenderint?* Hucusque Aug. Hæc beneficia si diligenter perpenderis, nõ poteris non puro & syncero amore Deum diligere, eiusq; præcepti s excluso omni timore seruili parere Si. n. bonus filius suo parenti, & bonus discipulus prę ceptori, memores beneficiorum exiguorum quæ ab ijs acceperunt, libenter obsequuntur in omnib non formidine pęnæ, sed virtutis amore, ne eos offendant, quanto magis nos, qui veri filij Dei sumus, & germani discipuli Christi purissimo amore debemus obsequi diuinis prę ceptis, & non seruili, sed sancto vel casto timore Deum timere! *Seruilis*, inquit idem Aug. de verbis Apostoli, *timor est, quo times cum diabolo ardere, timor castus est, quo times* Deo d[i]splicere.

Aug. ser. 19.

VII. Remed. contra oēm metum, ēt naturalem est, bona cõscia. Vnde Iob de impio sic loquitur. *Sonitus terroris semper in auribus eius & cum pax sit, ille semper insidias suspicatur.* Et Sapiens. *Cum n. sit timida nequitia, dat testimonium condemnationis: semper n. præsumit sęua perturbata conscia.* Et Chry. in homil. de nequitia depulsa. *Quid*

Iob 15. 21. Sap. 17. 10. Chry. ho. 21

improba

improba conscia molestiis: nihil profecto. Nihil adeo nos frangere, vel vr-
gere consueuit, quam rei aduersæ, aut mali imminentis expectatio; nihil
vnquam adeo nos sublevat, & quasi volitare facit, quam recti conscien-
tia. Quod quidem facile potest in rebus humanis aduerti. *Nã in carcere*
sunt capitis damnati, vel si delitiis abunde fruantur, vitam agunt longe
molestiorem, quã qui mendicando, nullius mali conscii victitant. Ita M. Cic. pro Mi-
Tullius *Magna vis conscientiæ, & magna in vtramque partem, vt* lone.
neque timeant, qui nihil commiserint, & pœnam semper ante oculos
versari putent, qui peccauerint. Et Seneca ad Lucilium. *Bona conscië* Sen. ep.
tia prodire vult, & conspici. Ipsas nequitiæ tenebras timet. Et infra. *Pro-*
prium est nocentium trepidare.

VIII. Rem est magna fiducia in Deum, cum inuocatione diuini
noĩs, & sanctorum coniuncta Qua munitus rex Dauid dicebat. *Do-* Ps. 26.
minus protector vitæ meæ a quo trepidabo. Et. *In te Domine speraui, nõ* Psal. 30. 20.
confundar in æternum. Et. *Qui confidunt in Domino sicut mons Sion, nõ* Psal. 124.
commouebitur in æternum In quæ verba ita Chrys. *Mõtem Sion vocat,*
spem in Deũ immutabilem, firmam, & constantem, inuincibilem & in-
expugnabilem. Quemadmodum.n. ẽt si quis innumerabiles adhibeat ma-
chinas, montem nec conuellere, nec labefactare poterit, ita ẽt, qui eũ ag-
greditur, qui fiduciam in Deum collocauit, reuertetur domũ vacuis ma-
nib. Monte.n. longe tutior est fiducia in Deum. Hoc remedio cõtra ter-
rores omnes vsi sunt sanctissimi quique prophetæ, vt Moyses, Elias,
Daniel quorum exempla producit S. Bas. in oratione de patientia, alij B. oratione
que innumerabiles.

Vide. V. *Amor sui. Conscientia scrupulosa. Immortificatio passionum.*
Impatientia aduersis. Mortis metus immodicus. Pusillanimitas.
Tentatio. Tristitia.

T R I S T I T I A

Remedia contra Tristitiam.

I Remed. Considera, quid diuina scriptura de ea disseruerit. Primo,
duplicem tradit esse tristitiam, bonam, & malam. Nam Apostolus 2. Cor. 7.
ita alloquitur Corinthios. *Gaudeo, non quia contristati estis, sed quia*
contristati estis ad pœnitentiam. Contristati.n. estis secundum Deum.
Quæ.n. secundum Deũ tristitia est, pœnitẽtiam in salutem stabilem opera-
tur; seculi aũt tristitia mortem operatur. 2. docet tristitiã seculi vel ma-
lã, (de qua nos hic loquimur,) esse noxiam aĩo & corpori. *In mœrore* Prou. 15. 13.
animi, ait Salomon, *deiicitur Spiritus.* Et. *Mœror in corde viri humilia-* Prou. 12. 25.
bit illũ, & sermone bono lætificabitur. Et. *Spiritus tristis exsiccat ossa.* Prou. 17. 22.
E. *Sicut tinea vestimẽto, & vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi.* Prou. 25. 20.
Et Eccles. *Oĩs plaga est tristitia cordis.* Et. *A tristitia festinat mors, &* Eccl. 25. 17. Eccl. 38. 19.

Eccl 30.22. Eccl.7.5. *cooperit virtutē, & triſtitia cordis flectit ceruicē.* 3. dehortatur a triſtitia. *Triſtitiam, ait Sapiens, non des aīæ tuæ. Tritiam longe repelle a te. Multos.n.occidit triſtitia, & non eſt vtilitas in illa.* Et. *Noli eſſe puſillanimus in aīo tuo.* 4. commendat gaudium. Vt in pſal. *Lætamini in Domino & exaltate iuſti.* Et in Eccl. *Cognoui, quod non eſſet melius, niſi lætari, & facare bene in vita ſua.* Et. *Non eſt obleſtamentum ſuper cordis gaudium.* Et in B. Paulo. *Gaudete cum gaudentibus.*

Pſal 31.11. Eccl.30.16. Rom.12.15.

Baſ orat. 12 II. Remed. Conſidera verba SS. Patrum. S. Baſ oratione de mœrore. *Quemadmodū vermes maxime in lignis tenerioribus naſcuntur, ſic mœrores vt plurimū in hoīes molliores cadunt. Neq. tñ feminis, neq; viris conceſſus eſt nimius luctus, ac ingens vis lachrymarū, ſed vt paululū tm̄ reb. in aduerſis triſtitiæ ſe dent, & modicas quaſdā lachrymas profundant, atq. hoc ita quiete, vt nec dentib. infrendant; neq. vlulent, neque veſtes diſcindant.* S. Amb. de fide reſurrectionis. *Depone mærorē, ſi potes: include, ſi non potes. Aut abſorbendus oīs, aut premendus eſt dolor. Cur.n. mœſtitiā tuam ratio potius, quam dies lentat: Nam ꝙ obliteratura eſt tpis ſeries, melius prudentia mitigabit. Quin ēt hoc ipſum irreligioſum puto, erga ipſorum memoriam, quos dolemus amiſſos, vt obliuiſci eorum malimus, quā conſolatione mulceri, aut cū horrore reminiſci, quā meminiſſe cū gratia; recordatione timere, quorum imago debeat eſſe voluptati.* S. Chry. ad Olympiā. *Triſtitia ... crudele tormentū eſt, dolor quidā inexplicabilis, & iudicium oī iudicio vindictaque deterius. Nā & vermi ſimilis eſt venenato, non ſolū carnē, ſed & aīam ipſam perimens; & tinea non ſolū ad oſſa, ſed ad corda pertingens, & perpetuus quidā carnifex non aīam dilanians, ſed vires ... conſumens; & iugis nox, ac tenebræ profundæ, & tēpeſtas & turbo, febris nō apparens oī igni validius incendēs, & pugna requiē non hñs, & lāguor plurimos obſcurās videntiū. Non.n. noctis tenebræ tales ſunt, qualis nox mœroris exiſtit non quidē veniens ex lege naturæ, ſed ex cogitatiōnū obſcuritate collecta, faciē oī tyranno crudelē præferens, nulli facile obtēperans eorū, qui eā diſſoluere moliūtur.* S. Aug de Geneſi ad literā. *Illud ꝙ Iacob dicit ad filios ſuos. Deducetis ſenectutē meā cū triſtitia ad inferos. Vbi homo magis timuiſſe, ne nimia triſtitia ſic perturbaret, vt nō ad requiem beatorū iret, ſed ad inferos peccatorū. Neq.n. paruū aīæ molū eſt triſtitia, cū ēt A[illegible]lus cuidā tam ſolicite timuerit, ne maiore triſtitia abſorberet[illegible].* Greg. lib. 31. Moral. *Radix cuncti mali ſuperba eſt, de qua ſcriptura [illegible] dī. Initiū oīs peccati eſt ſuperbia. Primæ aūt eius Soboles ſeptē nimirū principalia vitia, de hac virulenta radice [illegible] Scilicet, inanis gloria, inuidia, ira, triſtitia, auaritia, vētris [illegible] luxuria.* Et paulo poſt. *De triſtitia malitia, rancor, puſillanimitas, deſperatio, [illegible] circa præcepta, vagatio mentis erga illi[illegible].* Caſſ. libro 9 Inſtitutorum. *Triſtitia Spiritus orōnes explere cū [illegible] alacritate non permittit, non [illegible] lectionum ſinit [illegible]tre,*

Ambr. orat. 2 in ſatyrū. Chry. ep. 7. A lib 12 c. 33 Gen. 44.29. 2. Cor. 2.7. Greg. l. 31. Eccl. 10. 15. Caſſ. c. h

tran-

tranquillum quoq; ac mitem fratribus esse, non patitur, & ad cuncta operationum, vel religionis officia impatientem & asperum reddit. Et iterum. *Absque illa tristitia, quæ vel pro salutari pœnitentia vel pro studio perfectionis, vel pro desiderio suscipitur futurorum, omnis tristitia tanquam seculi, & quæ mortem inferat æqualiter repellenda est, ac sicut fornicationis spiritus, vel philargyriæ, vel iræ, de nostris cordibus penitus extrudenda.* cap. 11.

III. Reme. propone in aio tuo, si virtutis cultor sis, semper in Domino gaudere, vt hortatur Apostolus. *Semper*, inquiens, *in Domino gaudete*. Nihil. n. præter peccatum contristare pôt iustum, vel eum. cuius cor Dei amor vel timor possidet. *Anima*, inquit B. Bas. in oratione de gratiarum actione, *quæ semel se modis omnib. desiderio sui astrinxit conditoris, eamq; insueuit oblectare se tanta illius pulchritudinis contemplatione, prorsus non sinet vehemens illud gaudiũ animi sui per multiplicem carnalium affectionum mutationem intercipi. Quin potius quæ aliis mœrorem afferunt in cumulũ lætitiæ sibi conuertet*. Hoc gaudio exultans Apost. Paulus scripsit. *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatib. in persecutionib. in angustiis pro Christo*. Et rursum. *Nunc gaudeo in passionib. meis*. Sic de Petro & Io. scribit B Lucas. *Ibant a conspectu concilii gaudentes, quod digni habiti essent, pro nomine Iesu contumeliam pati*. Imò Christus ita faciendum docuerat. *Cũ persecuti*, inquit, *vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me, gaudete, & exultate*. Et B Iacob *Omne gaudiũ*, ait, *existimate fratres, si in varias tentationes inciderit s.* Rõnem huius gaudij reddens B. Chry. ita locutus est ad populũ Antiochenũ. *Deum, sicut oportet, timens, & in ipso confidens voluptatis radicẽ lucratus est, & oẽm habet lætitiæ fontem. Et sicut in mare immensum decidens exigua scintilla facile deletur, sic quantacunque Deũ timenti illidãtur velut in vastũ lætitiæ pelagus incidentia extinguuntur atq perduntur*. Vnde conijcere potes quantũ sit discrimen inter hoc, q. est in Dño, & mundi gaudium. Mundi. n. gaudium, nõ potest perfecte ab ederi tristitiæ. Nã diues, honoratus, sanus, vno aliquo infortunio, vt morte filij ita turbatur, ac si omni ex parte miser esset. Exemplo sit Aman, qui cum esset ditissimus, & inter oẽs principes regni Assuerip imus, tñ mœrore contabescebat, quod vnicus homo Iudæus Mardochæus illũ non honorasset. At gaudium in Domino animum communit contra omnia aduersa. Qui. n. est in gratia Dei, vel timet Deum, nihil formidat nisi peccatum, sciens omnia mala potius augere lætitiam animi, quam minuere. Phil 4.4. Bas hom. 4. 2. Cor. 12. 10. Coloss. 1 24. Act 5. 41. Matth 5. 12 Iac 1. 2. Chry. ho. 18 Hester. 5. 13

IV. Rem. d. Considera, sitne futurum, præteritum, an præsens malũ, ob quod mœrore afficeris. Si. n. sit futurum, præmeditatione potes illud reddere mitius. *In die bonorũ*, inquid Sapiens, *ne immemor sis malorum*. non quasi euentura sint, sic. n. aium cruciares, contra illud Eccl 11. 25.

Christi

Matth.6.34 Christi. *Sufficit dici malitia sua*, sed qđ euenire possint. Vnde Ambr.
Amb.c.31. in lib. de Noe & arca. *Sapiens non solū præterita recordatur, sed ēt futura considerat*, additq; id significatū a filijs Noe, Sem & Laphet eum
Gen 9.23. incedentes retrorsum, anteriora jn̄ videbant. Et B. Greg. in Euange
Greg.ho.35 lia. *Minus iacula feriunt, quæ præuidentur, & nos tolerabilius mūdi mala suscipimus, si cōtra hæc per præscientiæ clypeum munimur.* Sic M.T.
Tuscul 3. Cicero, in Tusculanis. *Præmeditatio futurorum malorum lenit eorum*
Sen. ep 77. *aduentum.* Seneca. *Præcogitati mali mollis ictus venit.* Exēplum huius antidoti commemorat Plut. in lib. de tranquillitate animi. Scribit. n. Vlyssem peregre reuersum cognita repētina sui canis morte illacrymasse, non aūt cognita morte vxoris, quia multo ante præsumpserat morientis vxoris imaginā. Eadē præsumptione munitus Anaxagoras, teste Cicerone loco citato nunciata morte filij rēspōdit. *Scie*
Chry. lib 2 *bam me genuisse mortalē.* Adde Chry. existimare esse aī prorsus abie-
de prouid. cti, & stulti mœrore se cōficere ob futura mala, maxime si incerta sint. *Maxime, inquit, est pusillanimitatis eorū gratia, quæ necdū contigerūt, incertumq est, an euentura sint, mœrore iā nos ac dolore cōficere.* Et inf. *Summæ est amentiæ in reb. incertis certo se iam cruciatu conficere.*

V. Remed. Si præteritū sit malum, vel iā euenisse existimetur, (vt filius absens mortuus, vel merces naufragio perijsse) necessitaté conuenite in virtuté, fortiter & lubenter sustine, eo quod amisam tibi hic casus præbeat præclarissimas virtutes exercēdi, vt patientiæ, magnanimitatis, fiduciæ in Deo. Deinde occasio data sit Deo studiosius seruiendi & plus apud eundē merendi. Qua cogitatione munitus Da-
psal 34 18 uid Propheta dicebat. Vide humilitatē meam, & laborem meum, &
2. Tim 2 12 dimit e peccata mea, & D Paulus. *Si sustinebimus, & cōregnabimus.* Ethnici quoq; philosophi cognouerunt aduersus casus prodesse, si
Sen c 9. moderate ferantur. *Calamitates*, inquit Seneca lib. de tranquillitate vitæ, *interdum in remedium cessere, & leniorib. incommodis grauiora sanata sunt* Et de prouidentia. *Inter multa magnifica Demetrii nostri, & hæc vox est, quæ recens sonat adhuc & vibrat in aurib. meis. Nihil inquit, videtur mibi infelicius eo, cui nihil vnquam euenit aduersi* Et in
Id ep 86. epistolis. *Demetrius noster vitam securam, & sine vllis fortunæ incursionibus mare mortuum vocat.*

VI. Rem. si verò malum sit præsens, mentē erige spe & fiducia pro
Iac.1.12. missæ felicitatis æternæ, si patienter sustinueris. *Beatus n. vir*, inquit B. Iacob. *qui suffert tentationē, quoniā cū probatus fuerit, accipiet coronā, quam Deus repromisit diligentib. se.* Vnde Sapiēs monet. *In di ma*
Eccl. 11 27. *lorum, ne immemor sis bonorū* Et Io. Cass. hoc vnum pro cu[illegible] tri
Cass 9 inst c 13. tia anti [illegible] propone. Hanc ergo, inquit, *perni[illegible] ita de nobis expellere poterimus, vt mentem nostram spiritu[illegible] ditatione iugiter occupatam futuro spe & contēplatione rep[illegible] beatitudinis erigamus. Hoc. n. modo vniuersa tristitiam genera, siue quæ ex præ*

cedenti

cedenti ira descendunt, siue quæ amissione lucri, vel detrimenti illatione nobis adueniunt, siue de irrogata generantur iniuria, siue quæ de ira tionis mentis confusione procedunt, seu quæ lethalem nobis desperationem inducunt, valebimus superare. Deinde cogita, mœrore non te minuere malum, sed augere potius: vt rectè dixerit Sapiens. *Nõ esse vtilitatem in illa.* *Audiui,* inquit Chry. ad populum Ant. multos ad seipsos dicentes. *Quæ vtilitas quod dolui? nec pecunias recuperaui, & læsi.* Et ratio manifesta est, quia plus lædit hoĩem animi tristitia, quã alia quælibet iactura. nec aliter, quã amara herba, cibis admixta omnes cibos reddit insipidos; sic omnes actiones nostras reddit. multos ante te eadem mala passos, & passuros. Quare Cicero in Tusculanis contra Carneadem tuetur carmen hoc Euripideum. Eccl. 30. 23. Chry. hom. 18 Cic. 3. Tusc.

Mortalis nemo est, quem non attingat dolor,
Morbusque: multi sunt humandi liberi,
Rursum creandi: morsque est finis omnibus,
Quę generi humano nec quicquam afferunt.
Reddenda est terræ terra, tum vita omnibus
Metenda vt fruges: sic iubet necessitas.

VII Remed. Considera incõmoda, quæ tristitia solet afferre, tam corpori, quam animo. Animo quidem, quia omnem actionem intelligendi, & volendi quasi obstupefacit & obtundit. Vnde S. Th. Aquinas alicubi testatur B. Greg. ex mœrore intermisisse pleniorem explanationem Ezechielem Prophetam, ipseque non obscure indicat homilia vltima in eundem. Idem vsuuenit & B. Hier. in eundem Ezechielem commentaria scribenti, vt indicat in epist. ad Pamachium & Anapsychiam. Corpore vero, quia *vt anima gaudens,* teste Sapiente, *ætatem floridam facit, ita spiritus tristis exsiccat ossa.* Bas. de gratiarũ actione. *Multos sane nouimus, cum calamitate ingenti affligerentur, sibi vix a lacrymis temperasse, deinde in quosdam morbos insanabiles cecidisse, in apoplexias, inquam, ac paralyses: alios vero penitus exanimatos esse, cum vires ipsorum perinde ac debile fulcrum quoddam tristitia mere confringerentur.* Et Chry. de prouidentia. *Mœror, etiam absente dæmone, multa per se horrenda efficit, plurimosq; eorum, qui sibi vel nexuerunt laqueos, confinxerunt gladios, vel fluuii se vnde, vel flammis donauerunt, vel alio quouis genere perdidere seipsos sola doloris ac mœroris vi ad ita occumbendum impulsos reperiemus.* Et iterum. *Omni actione dæbolica potentior est ad nocendum mœroris magnitudo. Nãque & dæmonem quoscunque superat, per mœrorem superat. Eum si auferas, nihil a dæmone quisquam lædi poterit.* Prou. 17. 22. Bas. hom. 4. Chry. lib. 2. Id. lib. 3.

Vide V. *Desolatio spiritualis. Desperatio. Illusiones spiritales. Immortificatio passionum. Impatientia in aduersis. Inuidia. Mortis metus. Pusillanimitas. Timor humanus.*

VENE-



V

VENEFICIA.

Remedia aduersus Veneficia.



V. Superstitio. PRimum Remedium. Considera sacrarum litterarum testimonia, sanctorumque Patrum, supra contra Superstitiones allata.

II. Remed. sit, vera, Catholica & Romana Fides. Hoc enim aduersus omnes Satanæ fraudes præscripsit Apostolus in ep. ad Ephesios, dum ait. *Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, & in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.* Et ad Thessalonicenses. *Nos qui diei sumus, sobrii simus, induti loricam fidei & charitatis, & galeam spem salutis, quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per D. N. Iesum Christum.* Vnde B. Ant. apud Athanasium, ad fratres suos dixit. *Magna dilectissimi aduersus dæmonem arma sunt, vita syncera & intemerata in Deum fides.* Et Epiphanius in hæresi Ebionæorum scribit conatus Magorum, vt feminam quandam Christianam in amorem pellicerent, irritos fuisse ob crucis signaculum ab ea factum, & insignem eius fidem. Io. Niderius in suo Formicario huiusmodi narrat exemplum. *Cum quidam maleficus me inuitaret, vt quendam inimicum suum vita priuarem, aut in corpore læderem grauiter fulminis ictu, aut alio modo; vocaui ergo magisterium, id est, dæmonem; qui mihi respondit, quod neutrum facere posset. Habet, inquit, fidem bonam, & diligenter se signo crucis munit, idcirco non in corpore, sed in vndecima parte fructuum suorum in cam po, si libet, ei nocere possum.* Alia exempla habet Thomas Bosius de Ecclesiæ Notis. Demum experientia didicimus fide Christiana Catholica in Indiam inuecta dæmonum præstigia, specta, & oracula magna ex parte cessisse.

Eph 6. 15.

1. Thes. 5. 8

Ath. in vita.

Epip. hę 30

Nid. c. 4.

Bos. li. 15 c

III Remed. sit Diuini nominis, Deiparæ virginis, [illegible] Sanctorum inuocatio. Cuius exemplum habemus in libro S. Tobiæ. Hic vus enim filius senioris Tobias consilio Angeli edoctus, dæmonem qui sponsæ coniugis Saræ futuræ septem iam maritos occiderat, [illegible] oratione,

Tob 6. 18.
Tob. 8. 6.

oratione prorsus fregit, & labefactauit. Nec similia desunt in veterũ Patrum scriptis Nam Greg. dictus Theologus, oratione in laudem B.Cyp.edita prolixe narrat, quemadmodum S.Iustina Virgo & martyr ardentib.ad Deum Deiparamq; fusis precib.oẽs Satanæ machinationes, quas Cypr. Magus in eam fœdo eius amore excæcatus concitarat, profligarit. Quo facto, inquit Greg. *ad amantem accedit tentator, victũ se recessisse indicat, eamq; ob causam a Mago contẽnitur. Quã rem acerbe ferens in eũ ipsum immigrat. Quid hic faceret demens & arreptitius amator? Ad Virginis Deũ, quẽadmodum Saul ad Dauidis citharã confugit. & a malo Spiritu per fidẽ in Christũ purgatur, amoremq; carnalẽ cõmutat in spũalem, magicos libros igne absumit, a dæmonib. secedit, Deo adiungitur.* Qui tandem & martyrij coronam, cũ B.Iustina adeptus est, eiusque annua memoria Septembri mense ab Ecclesia recolitur. Fuisse aũt hunc alium a B.Cyp. Carthaginensi Episcopo, & non eundem, vt existimauit Greg. in annotationib. Romani Martyrol. ostendit illustriss. Card. Baronius, & alij. Aliud exẽplũ de S.Ant. eremita commemorat Io. Cass. *Philosopho duo*, inquit, *despicientes B. Ant. velut imperitum, ac sine litteris virum, volentesque eũ saltem de cella sua magidicis præstigijs, & circumuentione dęmonũ perturbare, spiritus ei nequissimos immiserunt, ad impugnationem hanc morsum liuoris adducti, eo quod maximæ hoĩum turbæ ad eum velut famulũ Dei quotidie conuenirent. Cumq; illo nunc quidem imprimente pectori suo frontiq; signaculũ crucis, nunc vero orationi suppliciter incũbente, ne approximare quidẽ dirissimi dæmones eidẽ prorsus auderent, atq. ad eos, qui illos direxerant absq; vllo reuerterẽtur effectu; & alios illi in nequitiã vehementiores rursus immitterent, nihil tamen præualerent, eo profecerunt tales, tantęque corũ insidiæ magica arte quæsitæ, vt per hæc euidentissime comprobarent magnã professioni Christianorum inesse virtutẽ.* Addam exemplũ recentius pro inuocatione B.M.V. ex lib. 4. historiæ Lauretanæ a nostro Horatio Tursellino conscriptę. Qui cũ de adolescente quodam perdito narrasset, quemadmodũ chirographo suo Satanæ fidem obstrinxerit, si eius ope potiri posset cõgressu mulieris, q̃ deperibat, ac tandem pœnitudine sceleris ductus Lauretum appulerit, ad oẽm pęnã subeundam paratus si spes salutis foret, tandẽ subijcit. *Itaq; sacerdos hoĩem monet, vt per triduũ inedia, cilicia, flagris corpus affiictet, B.V. opẽ implorans: se eodẽ triduo rem diuinã pro ipsius incolumitate factur̃ũ. Triduo extracto, sacerdos optimũ ratus est ante absolutionẽ chirographum a dęmone extorqueri, ne quid omnino iuris in illũ haberet. monet vt augustissimũ B.V. Lauretanæ socellum ingressus precib. lachrymisq;* Deiparam eousq; *fatigaret, salu chirographum a diabolo extortũ recipere. Morem gerit ille, suę diuitis, securitatisq; auidus, haud dubia spe id se impetrare posse.* Ergo *prostrato ante Virginem corpore lachrymans obnixe eam precatur, vt re-*

G.Naz.

16 Sept.

Cass. coll. 8. c. 18.

Horat c. 33.

ceptũ

capto nefario illo chirographo saluti suæ consultum velit, ingenti miraculo compos voti efficitur. Versiculos illos ex aio iterabat. Monstra Te Esse Matrem, Sumat Per Te Preces, Qui Pro Nobis Natus, Tulit Esse Tuus. Talia precatus subito chirographum *in manus suas delapsum conspicit. Itaq. vix sibimet ex inopinato gaudio credens integrato fletu grates Virgini enixius agit. Inde sacello egressus, lætitia exultans ad sacerdotem accurrit receptum Deiparæ beneficio scriptum ostendit. Viderat tot tantisque in Christum, atque in ipsum qui scripserat, diris, & execrationibus refertum, vt facile appareret a sempiterni humani generis hoste dictatum.* Similia exempla habet Cæsarius lib.6. miracul. ca. 26. & 27. & Thomas Cantip. Apiar. lib. 2. c. 29.

IV. Remed. Da operam vt cum precib. coniugas innocentiam vitæ, id tem a peccatis mortalib. quæ homini gratiam Dei eripiunt, secun
Tob. 4. 6. dum consilium a Seniore Tobia filio datum. *Omnib. dieb vitæ tuæ in mente habeto Deum, & caue ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta Domini Dei nostri.* Antidotum est B. Aug. lib. de ci
Aug. c. 22. uitate Dei 10. *Vera, inquit, pietate hoies Dei aeream ptatem inimicam, contrariamq; pietati, exorcizando eiiciunt, non placando: oēs tentationes, aduersitatesq. eius, orando vincunt non ipsam, sed suum* Deum *aduersus ipsam. Non. n. aliquem vincit, aut subiugat nisi societate peccati.* In eius ergo noīe vincitur, *qui hoīem assumpsit, egitq; sine peccato vt in ipso sacerdote ac sacrificio fieret remissio peccatorū, i. per mediatorem Dei & hoīum hoīem Christū Iesum per quē facta peccatorū purgatione reconciliantur* Deo. *Non. n. nisi peccatis hoīes separantur a Deo, quorum in hac vita non fit nostra virtute, sed diuina miseratione purgatio;*
Chry. ho. 21 *per indulgentiam illius, non per nostrā potentiam.* Et B. Chry. dum ita loquitur ad populum Antiochenū. *Quid tandem sunt oī-? Sæpe domū quis suā egressus hoīem vidit monoculum, vel claudicantem, & omina ius est. Hæc est pōpa Satanica. Non. n hoīs occursus malū facit esse diē, sed in peccatis viuere. Cū igitur domo exieris, id vnū solū custodi, ne occurrat tibi peccatū: hoc. n. est quod supplantat præter hoc vero nec ipse diabolus nos quippiā lædere poterit.* Et in oratione Calendis habita. *Cum,* inquit, *diabulus studeat nostros in virtute ladores frangere, & animi alacritatē extinguere, tum bonas, tum malas felicitatas certis dieb. asscribere nos docet, contra illud Apostoli. Dies obseruatis, & menses,*
Gal. 4. *& tpa & annos, metuo vobis, ne frustra in vobis laborauerim. Nā qui sibiipsi persuadat diē vel bonū vel malū esse, neq; in malo die bonorum factorum curam habebit, quasi propter diei necessitatē frustra laborando nihil proficiet, nequa contra in bono die quicquam faciet, quasi propter bonum diei successum propria socordia nequaquam lædatur. Itaque resilire nos oportet, & certo statuere, nihil malum esse, nisi peccatum solum, & nihil bonum, nisi virtutem solam, & perpetuum Dei cultum.*

V. Re-

V.Remed. Ea imprimis peccata fuge & deteſtare, per quæ aditus fit ad magicas artes diſcendas & maleficia. Inter quæ primũ eſt ferendum Doct. Otium. Otium.n. vt dici ſolet, eſt puluinar diaboli. Vnde B.Hier.ad Ruſticum monachum. *Aliquid operis facito, vt ſemper te diabolus inueniat occupatum.* Et Io.Caſſ.in inſtit.monaſticis. *Hæc, inquit, apud Ægyptum ab antiquis Patribus ſancita eſt ſnĩa, operantẽ monachum de mone vno pulſari, otioſum vero innumeris ſpiritibus de uaſtari.* Et B.Baſ.in Hexæmeron. *Otium maleficii eſſe principium ne mo ignorat.* imò Spiritus ſanctus Eccleſiaſticum. *Multam,* ait, *malitiã docuit otioſitas.* Exemplum habemus in filiis Iſrael, qui propter otiũ in idololatriam, omnium ſuperſtitionum Magicarum matrem dilapſi ſunt. *Sedit populus,* inquit S.ſcriptura, *mãducare & bibere, & ſurrexe runt ludere.* II. Vitium eſt. Triſtitia nimia, vel Deſperatio. *In mœrore enim animi,* teſte Salomone, *deiicitur ſpiritus.* Exemplum hẽs apud Metaphraſtem ex Eutychiano Patriarcha nouæ Romæ, de Theophilo Oeconomo ita ſcribente. *Cum Cæſar Iuſtinianus rerum potiretur, Theophilus quidam in oppido Cili ię Adana œconomus Eccleſię fuit, multis quidem illi gratus, & Epiſcopali munere, quod tamen conſtanter detrectauit, dignus exiſtimatus. Qui ab æmulis immerito accuſatus, & de officio Oeconomia deiectus in eã animi impotentiã deuenit, vt hortatori Mago Iudæo morem gerens Chriſtũ Dei filiũ, ac matrẽ eius Mariam data ſyngrapha turpiſſime abnegaret, ſeq; totum imperio Satanæ, qui ſe videndũ obtulerat, traderet atq mancipare.* Hæc ille. Quanquã poſtea interuentu B. V. Mariæ, ad cuius opem confugit, ſyngrapham diabolicam recipit, & cum fama ſanctitatis vitam concluſit. Huic triſtitiæ vitio maxime obnoxiæ ſunt mulieres, ſi quando in magnam aliquam calamitatem incidant, & abſint, qui conſilio eas iuuent. iij. Vitium eſt, Conſuetudo praua aduocandi dæmonem, vel ſe illi deuouendi. *Dilexit maledictionem,* inquit Pſaltes regius, *& venit ei.* Exẽpla duo habes apud Cæſarium. Alterum in vita S.Engelberti Colonienſis Epiſcopi, & martyris, quam habet Surius, de quodã in Martyrem maledico ſibi inſaniam imprecãte, & mox furore correpto, miſereq; poſtero die cõſumpto. Alterũ in lib. 11. Miraculorũ, de muliercula, cũ ſe dæmoni addixiſſe, a dęmone in aere ſublata, & nuſquam amplius apparente. iiij. Vitiũ eſt. Curioſitas. Vnde monet. Sap. *In pluribus operib. Dei non eris curioſus: plurima.n. ſuper ſenſum hominum oſtẽſa ſunt tibi. Multos enim ſupplantauit ſuſpicio illorum, & in vanitate detinuit ſenſus illorum.* Huic vitio B. Auguſtinus in libris de ciuitate Dei imprimis tribuit deſiderium Magicarum artium condiſcendarum, nec immeritò, quia B. Lucas in Actorum Apoſtolicorum hiſtoria, eos qui Magicos libros combuſſerant coram omnibus, diſerte ait *curioſa* fuiſſet ſectatos. V. Vitium eſt Superbia. *Ipſe enim,* inquit Iob, *eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbię,* nempe diabolus vj. eſt,

H.ep 4. Caſ l.10.c.3.
Baſ hom 7. Eccl 33 19.
Exod.32.6. prou.15.13. In Febr.apud Surid.
pſal 108.18.
Surid Nou.
Eccl.3 22.
Aug.l 10 c. 9 & 18 c 19 Act 19 19.

Luxu-

[Eccl. 19. 2.] Luxuria. *Vinum. n. & mulieres,* ait Eccl. *apostatare faciunt Sapientes.*
[3. Reg. 11.] Ob hanc luxuriam Salomon idolatra factus, Asmodæus septem Sa-
[Tob. 6. 7.] ræ, sponsos trucidauit, septem dęmonia Mariam Magdalenā occu-
[Marc. 16. 9.] parunt, Apost. incæstuosum Satanæ tradidit. Vnde B. Isid. lib. 2. sum-
[1. Cor. 5. 5.] [Isid. c. 39.] [Iob 40. 16] mo bono. *Principaliter his duob. vitiis diabolus humano generi domi-*
natur, i. superbia mentis & luxuria carnis. Unde & Dominus in Iob lo-
quitur de diabolo dicens. Sub vmbra dormit in secreto calami in locis hu-
[Cyp. ad Demetr.] *mentib. Per calamum. n. inanis superbiæ, per loca vero humentia carnis*
[1. Tim. 6. 9.] *demonstratur luxuria.* Idem habet S. Greg. lib. 33. moral. ca. 3. Qua de
causa nunquam auditum est, Virginem aliquā castam fuisse sagam.
VII est Auaritia. *Nā qui volunt diuites fieri,* ait B. Paulus, *incidunt*
in tentationē, & laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & noci-
ua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. Vnde legimus
[Act. 16. 16.] in Actis Apostolicis summo in pretio habitam a Magis *puellā pytho-*
nem habentem, quę quæstum magnū præstabat Dominis suis diuinan-
do. Et confitentur sagæ, nihil maleficij inferre posse hominib. libera-
lib. qui eleemosynas magnas egenis impertiūt. Antidota aduersus hęc
vitia, habes titulis suis.

VI. Remed. Si in peccatum lethale lapsus fueris, confestim ad Pœ-
[1. Ioan. 1. 9.] nitentiæ vel Confessionis Sacramentalis præsidium refugium, ne an-
sam præbeas maleficio. *Si enim,* teste B. Ioanne, *confiteamur peccata*
nostra, fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra. Hoc an-
[Aug. ser. 241] tidotum suis auditoribus contra auguria, omnesque magicas super-
stitiones præscripsit B. Aug. *Qui,* inquiens, *huc usque in istis diabolicis*
rebus captiuandum diabolo tradidit se, toto corde pœnitentiam agat, &
illa sacrilegia supradicta cum omni horrore fugiat & contemnat, vt illi
[I. D. lib. 1. c. 11. 12. 13.] *Deus & indulgentiam dignetur dare, & ad æternam beatitudinem &*
gloriam nōs sui faciat peruenire. Io. Diaconus vitæ B. Grego. Magni
scriptor tria commemorat exempla eorum, qui à dæmone possessi,
mox vt peccatum B. Gregorio confessi sunt, pœna peccati liberati fue-
re, ac eorum quidem vnum, cum octies negasset, octies a dæmone
[P. l. 1. mirac. c. 6.] renouata vexatione tortum, nona demum vice, qua furtū fassus, per-
cepta absolutione penitus fuisse redditum immunem. Petrus quoq;
Cluniacensis Abbas, æqualis D. Bernardi, cum narrasset horrendam
monachi cuiusdam vexationem, neque oratione, neq; aquæ lustra-
lis aspersione tolli potuisse, subiungit. *Sed ne miretur aliquis benedictę*
aquæ aspersione dæmonē non fugatum, agnoscat tabe interius latente vn-
guenta exterius adhibita nihil proficere posse. Tabem aūt voco lethale
peccatū, quod quandiu in interiorib. quibuslibet latuerit, nullius exte-
rius Sacramenti perceptio ei prodesse poterit. Horatus ergo illum ad
confessionem oīum peccatorum faciendā Abbas, postquam cōfessus,
[Met. 14. Au.] vexatio prorsus desijt. Sic & S. Athanasia Abbatissa, apud Meta-
phrastem, mulierem quandam eripuit a vexatione eiusdem dęmonis.
& Re-

& Reginaldus in vita S. Dominici Confessoris beneficio quendam fratrem, quem dæmon pede apprehensum per templum raptabat, ab eo vindicauit. Theodo. & Apoed. li. 6. vitæ.

VII. Remed. est S. Eucharistia, & incruentem Missę sacrificium. *Vir Tribunitius*, ait B. Augu. in libris de Ciuitate Dei, *Hesperius qui apud nos est; habet in territorio Fussalensi fundum Zubedi appellatū, vbi cum afflictione animalium, & seruorum suorum domum suam spirituum malignorum vim noxiam perpeti comparisset, rogauit nostros, me absente, presbyteros, vt aliquis illorum eo pergeret, cuius orationib. cederent. Perrexit vnus, obtulit ibi sacrificium corporis Christi, orans quantum potuit, vt cessaret illa vexatio, Deo protinus miserante cessauit.* Ioan. Cassianus in Collationibus meminit cuiusdam a dæmone nocturnis illusionibus grauiter infestati, qui cum Seniorum consilio medicina salutari S. Eucharistiæ vsus fuisset, *ita omnis*, inquit, *diabolicæ tentationis scena detecta est, vt mox virtute Dominici corporis protegente, illa præteritę illusionis consuetudo cessaret.* S. Bern. vt vt est in eius vita personam quandam imposita tantum Eucharistia in eius caput ab generis humani hoste liberauit. Mediolani quoque sacrificio Missæ coram energumena oblato, postquam pacem mini stro in populum diffundendam dedisset, pax & salutis integra mulieri restituta est. S. Macarius quoq; apud Palladium in historia Lausiaca palam testatus est, cum mulierem quandam a maleficio liberasset, idcirco incantationem Magicam vim in illam habuisse, quod S. Eucharistiam sumere diebus multis omisisset. Aug. l. 22. F. Cass. coll. 22. c. 6. Guil. l. 2. c. 3. Pall. c. 19.

VIII. Remed. Oleum infirmorum per Ep̄m benedictum, quo ex diuina institutione vtimur in Extremę vnctionis Sacramēto: est. n. ad ad corporis quoque sanitatem institutum V. Beda scribens in Lucam narrat monialem energumenam a dæmone grauiter vulneratam Sacerdoti tale consilium dedisse. *Si oleum pro infirmis consecratum medicamento asperseris, sicque me perunxeris, statim sanitati restituar. Nā vidi quandam per Spiritum in quadam longius posita ciuitate, quā nunquam corporalibus oculis vidi, puellam quandam pari calamitate laborantem, taliter a sacerdote curatam. Fecit vt illa suggerat, statimque bulcus remedium, quod ante respuerat, accipere consensit.* Sic, apud Metaphrastem, Encheria vxor Agapij veneficio attentata, cùm ei roderentur intestina, a S. Parthenio oleo sanctorum sanata est. Sic eodem teste B. Auxentius Archimandrita morbis a dęmone illatis mederi consueuit. Marc. 6. 13. Iac. 5. 14. Beda in c. 6. Met. 7. Feb. Id. 14. Feb.

IX. Remed. est Exorcismus Ecclesiasticus, a primis Ecclesiæ Catholicę initijs ita probatus, & frequētatus, vt inde nomē obtinuerit Ordo Eccl. Exorcistarum. Exorcismus autem non est, aliam quā oratio & adiuratio ab Ecclesia approbata, qua nomine Christi imperamus dęmoni, vt homine recedat. Cōcluditur autem, non vt alię pre-

nereique dœmonis spectrum impedire, ne materiam ligneam flammę vis depasceretur, signaculo crucis aquā benedixisset, eam flammā aspersisse, spectrumq. depulisse, S. Eligius Noniomensis Eps quinquagınta energumenos simul porrecta eis aqua benedicta liberauit, teste B. Audoeno, apud Surium. S. Anno item Archieps Coloniensis in Germania, S. Maclouius in Gallia, & S. Laurentius Dunelmensis in Britannia, crebro dœmones hoc sacro rore fugauerunt, vt liquet ex eorum vitis. Recentia huius seculi exempla, tum in nostro, tum imprimis in nouo orbe, prætermitto. Vt vero aquæ benedictio valet contra dœmonem, omniaque maleficia, sic & benedictio candelarum, panis & vini, olei, salis, cereorum, herbarum, palmarum, &c. *Omnis.n.creatura*, teste, Apost. *sanctificatur per verbum Dei, & orationem*. Aud li 2.c. 20. Sur.in vitis

XI. Rem. sunt Agni Dei, quos solēni ritu certis tpibus benedicere solet Sum. Pontifex, de quorum effectib. exstat liber Vincētij Bonardi, & carmen prolixum nostri P. Andreæ Fausij in libello Sodalitatis B.V. Mariæ auctore P. Francisco Costero. Exempla recentia efficaciç eorum habes in 3. p. Disquis. Magicarum nostri P. Martini Delrio, qui copiosissime omnia Remedia hactenus allata excussit.

XII. Remed. Reliquiæ sanctorum, vt merito dixerit psalmista. *Nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis comfortatus est principatus eorum*. B. Greg. Turonicus altero libro de gloria Martyrum scribit puerum quendam ægrum, cum hariolo sanādus traditus fuisset, per incantationes & ligaturas potius morti, quam vitæ mācipatum; alium vero eadem lue laborantem puluerib. è S. Martini sepulchro sumptis sanitati restitutum. Idem libro priore refert Iustinum magi[s] infestatum, supposito capiti freno Constantini Magni, cui clauus Domini erat intextus, tertia nocte quieti pristinæ restitutū. Thomas Fazellus libro de rebus Siculis decimo narrat, quotannis ad D. D. Philip. Apostoli sepulcrū in Sicilia plurimos energumenos liberari, ac anno 1541. ducentas feminas seruitute diabolica solitas. Qđ idē hodie cernimus fieri in Belgio, vt in Brabantię Gela, ad S. Dympnæ ossa, & Rothnaco Flandriæ ad reliquias D. Hermetis. Eandē virtutē Rupertus Tuitiensis Abbas attribuit. S. Heriberti Coloniensis Archiepi sepulcro, & Vuerdenses monachi lib. 3. vitę S. Lutgero Monasteriensi Epo, & Albinus Flaccus in eius vita S. Richario. Quare merito B. Io. Damasc. libr. de orthodoxa fide quarto, sanctorum reliquias vocauit *fontes salutiferos, ex quibus plurima ad nos beneficia manent, suauissimumque vnguentum profluat*. Id tantum cauendū in huius remedij vsu, ne superstitiosæ aliquę cęrimonię admisceantur. Testata id fuit B. Glyceria martyr, ex cuius corporeis exuuijs vnguentum suauissimum, & omnibus morbis saluberrimum fluere solebat. Psal 137. 17. Turon.c. 85 Id l.i.c.6. Faz c.2. Rup. in vita c.vlt. Apud Sur. Dam.c.2.

Quadam vero die cum Episcopus per nihi inscienter argenteum vasculum emisset, quod Magicis ministerijs impensum fuerat cōtinuo

M. li. 18 c. 31 desijt sacri fluor vnguenti. Qua re noua, vt narrat Nicephorus Callistus, *perculsus antistes ad preces confugit, diuinoque impulsus Spiritus vas nouum amouit, & antiquum reposuit, ac protinus vnguentum, sicut prius, scaturire cepit. Quocirca rem diligentius inquirens, comperit vas illud nefandis rebus seruisse: quod simul atque ad aures Imperatoris peruenit, habita quæstione tanti criminis reum, vti par erat, supplicio affici iussit.*

XIII. Remedium. Amulata sacra collo appensa, vt *Symbolum Apostolicum. Initium Euangelii D. Ioannis. Psalmi alicuius particula. Effigies cerea agni Dei, Reliquiæ sanctorum*, modo nihil falsi, aut vani misceatur, vt quod verba debeant esse conscripta in charta virgine, vel minio, vel si inusitatus effectus expectetur; vt quod non possit occidi in bello, qui talia gesset, vel quod effectus omnis tribuatur literis, vel materiæ, & non virtuti diuinæ vel sancti. Nicephorus cōmemorat super pectus B. Barnabæ Apostoli in Cypro repertū Euangelium secundum Matthæum. S. Celilia semper Euangelium Christi gestabat in pectore, teste S. Thoma. Greg. Nyssenus ait Sanctam Macrinam S. Basilij sororem semper è collo gestasse crucem, & annulum excauatum, in quo erat particula crucis Dominicæ. Greg. Turonicus testatur in libro primo de gloria Martyrum se parentesque suos in cruce aurea gestasse reliquias D. Virginis & S. Martini. S. Damasc. scribit in vita Barlaam & Iosaphat anachoretas solitos secum gestare reliquias sanctorum. S. Thomas Aquinas quoq; vt est in eius vita, è collo gestauit reliquia S. Agnetis. Emanuel Costa in commentario rerum Indicarum scribit Hormutij nostris temporibus dæmonem eiusmodi amuletis scriptis ex energumena pulsum. Agni Dei denique a summo Pontifice ideo præcipue benedicuntur, vt è collo suspendantur.

N. l. 15. epist. c. 37. — Th. quodl. 2 c. 15. — Nyss. i vita. — G. c. m. & 45 — Sur i Mart.

XIV. Remedium. Companarum benedictarum pulsus. Experientia enim quotidiana docet, eum tam infestum & inimicum dæmonibus esse, vt sæpe tempestates, vel ingruentes impediantur, vel exortæ auertantur, vt docet Synodus prouincialis Coloniensis capitulo vigesimoquarto, & Petrus Cluniacensis Abbas, libro primo miraculorum confirmat exemplo: nam cum aliquando diabolus Abbatis specie assumpta monachum quendam Italicum regularis disciplinæ seueritatem fastidientē hortari cæpisset vt septa monasterij transgrederetur, mox atque campana signum datum est ad mensam, maximo impetu, fictus ille Abbas in proximas latrinas, vidente fratre, se demersit. Et ipsæ maleficæ fatentur, quando a dæmonibus ad conuentum Sagarum deferuntur, vel inde domum referuntur, si signum aliquod campanæ audiatur, confestim dęmones ipsarū baiulos spurcum onus in solum deijcere, & fuga trepidos dilabi. Recentiores de hac re historias ex actis iudiciarijs depromptas, lege apud Pet. Binsfeldium

P. Clun. c. 13. — Binsf. dub. 5. post con. cl. 4. vh.

ſeldium de Confeſſionib. Maleficarum, & alios. Tribuenda autē eſt hęc vis & efficientia campanarum, non formæ, vel materiæ, vel etiā ſono earum, ſed benedictioni vel conſecrationi earum ſic diuino iuſſu vel diſpoſitione operanti. Vbi enim benedictæ non ſunt, vti ſæpe apud hæreticos, ibi nihil quoque efficiunt.

XV. Remedium. Maleficos minis, vel vi & verberibus, moderatis tamen, adigere vt ſigna maleficij, ipſumque maleficium tollāt. Quod remedium licitum videtur ſeruatis tribus conditionibus, 1. ſi certo cognoſcatur auctor malefici.

Nam ſuſpectos tantum verberare, aut alia afficere contumelia, nec fas nec iura ſinunt. 2. ſi nihil ſuperſtitioſum putetur adhibiturus. 3. dū non exiſtimetur morbum in alium translaturus, quod fere ſemper facere conſueuerunt, vt B. Gregor. Turonicus in hiſtoria Francorum probat exemplo. Videlicet iſta diaboli liberalitas eſt, vt boni nihil vllis hominibus pręſtet, niſi cum æquali vel maiori hominum damno. Quo ſpectat narrato B. Gregor. Magni in libris moralium de Virgine obſeſſa, quæ cum opera Magorum ab vno dœmone fuiſſet liberata, in vnius locum ſex vel ſeptem dœmonum millia ſucceſſere. Huius remedij exempla vide apud Nicolaum Remigium libro tertio, Dæmonol. capitulo tertio. Quæres an liceat petere a malefico, vt maleficium maleficio tollat. Reſpondeo, non licere, ſiue paratus ſit, ſiue imparatus ad tollendum, quia non licet conſenſum prębere in peccatum alterius. Liceret autem petere, ſi paratus eſſet tollere ſine nouo maleficio, vti omnes fere Doctores tradunt. Greg. T. c. 35. lib. 6. G. lib. 1. c. 9.

Hoc enim eſſet vti iure ſuo, & inducere Magum ad id, quod facere tenetur. Exemplum habemus in vita S. Theodori Archimandritę, qui Theodorum Magum ad pœnitētiam adductum iuſſit primo omnia peccata ſua confiteri. 2. libros magicos in medium proferre. 3. maleficia in hominibus, beſtijs & domibus infectis diſſoluere. 4. nō amplius ea exercere, ſed pœnitentiam agere. Quæres ſecundo, an liceat vnicuique maleficij ſigna tollere: vt ollas, ligamina plumas, & ſimilia quæ ex pacto cum dæmone initio magus adhiberi ſolet, vt aliquis maleficio lædatur. Reſpondeo licere, non ſolum in contemptum Magicæ ſuperſtitionis, verumetiam ſpe ceſſationis morbi vel mali inflicti, vt docent omnes Scholæ Doctores, & Sacerdotale Romanum tradit eſſe quaſi neceſſarium. Exemplum habes Malleo maleficarum Iacobi Sprengeri. Quod autem B. Hilarion, teſte B. Hieronymo in eius vita, noluerit ſigna maleficij perquiri, cum vi oratione dęmonem ex puella energumena eijceret, id ideo factum eſt, quod oratione ſola poſſet eum exturbare, Deinde, ne videretur dœmoni credidiſſe affirmanti ſe niſi ablato ſigno poſſe ab obſeſſa recedere, quod erat falſum. Apud Su. in April. Spr. p. 2. q. 6. c. 1.

XVI. Remediū. ſit. Caſtigatio corporis per ieiunia, diſciplinas, vel

verbera, cilicia, humicubationes, & similia. Christus.n. ipse contra tẽtationes Dęmonis pugnaturus longo, inquit B. Amb. se armauit ieiunio, & aperte apud Matth. docuit acriora quædam dęmonia non superari, nisi ieiunio, & oratione. *Vide*, ait S. Aug. *quanta sit ieiuniorum virtus, vt id facere ieiunia valeant, quod Apost. inquiuerunt.* Vnde Athan. in lib. de virg. *Vides quid faciat ieiunium? morbos sanat, distillationes exsiccat, dęmones fugat.* Et inf. *Quisquis ab immundo spiritu vexatur, certum habere dẽt, hoc pharmaco ieiunii statim spiritus malos afflictos abscedere, vim ieiunii metuentes.* Et S. Greg. Naz. explicans oratione de laudib. B. Cyp. quib. armis sancta quędam virgo diabolũ, magicasq; artes a se repulerit, *ieiunii*, inquit, *& humicubationis pharmacum obiecit.* Pro verberibus complura habes exempla. Primum est B. Greg Magni, de dęmone a S. Benedicto abacto. *Cum vir Dei*, inquit, *venisset ad monasterium, & constituta hora expleta psalmodia sese fratres in orationẽ dedißent, aspexit quod monachũ qui in oratione manere non potuit, quidã niger puerulus per vestimẽti fimbriam foras traheret, extra oratorium, s. Tunc Patri monasterii Pompeiano nõe, & Mauro Dei famulo secrete dixit. Nunquid non aspicitis, quis est, qui istum monachum foras trahit? Qui respondentes dixerunt. Non. Quib. ait Oremus vt vos ẽt videatis, quem iste monachus sequitur. Cumq. per biduum esset oratum, Maurus monachus vidit, Pompeianus vero eiusdẽ monasterii Pater videre non potuit. Die igitur alia expleta oratione vir Dei oratorium egressus stantem foris monachum reperit, quem pro cęcitate cordis sui virga percussit. Quid ex illo die nil persuasionis vlterius a nigro iam puerulo pertulit, sed ad orationis studium immobilis permansit: sicque antiquus hostis dominari non ausus est in eius cogitatione, ac si ipse percussus fuisset ex verbere.* Alterum est apud Petrum Dam. in vita S. Dominiaci Loricati superiori non ab simile, nempe de monacho, qui sæpe vagabundus extra cellam vagabatur, quem dæmon nõ ante deseruit, quam crebrius acriter vapulasset. Nam septima tandem vice *clara voce clamauit. Ecce diabolus abiit, ecce nequissimus cordis mei habitator aufugit, meque nexib. quib. astringebar, effractis liberum reliquit.* Hoc modo, inquit Damianus, *frater ille ad humilitatis custodiam rediit & in cella iugiter perseuerans, de cætero irreprehensibiliter vixit.* Tertium exemplum est Theodorici Abbatis de S. Hildegarde Abbatissa, B. Bernardi æquæua, prolixe descriptum; cuius hęc summa est. Nobilis fœmina septem annos a dœmone obsessa ab amicis adducta est ad cœnobium Brunvvilerense diœcesis Coloniensis, vt ibi Dei & S. Nicolai patrocinio liberaretur. In tertium mensẽm frustra a Patribus sudatum in dœmone pellendo. Quia vero dœmon indicarat se vasculum suum non dimissurum nisi ope Schrompelgardis, ridens hac appellatione S. Hildegardum id temporis in diœcesi Maguntina Bingę a miraculis celebrem, Abbas per litteras humiliter rogauit eam, vt

Amb. ep. 82
Matth. 17
Aug. ser. 65 de temp.
Th. li. 3 c. 21 apud Sur.

in

in re tam luctuosa succurrere dignetur illa dignetur. Illa viso diuino monita rescripsit dœmonem illum non posse nisi ieiunis, flagellis, orationib. & eleemosynis eijcite. *Audite ergo, inquiens, non responsum hoĩs, sed ipsius qui viuit. Eligite septẽ boni testimonii, & quos vitæ meritũ probat sacerdotes, & ieiuniis, flagellis, orationibus, eleemosynis, & Missarũ celebrationib. præmissis, humili intentione & habitu sacerdotali cũ stolis ad patientẽ accedant, & eũ circumstantes unusquisq. eorũ virgam in manu teneat in figura uirgæ, qua Moyses Aegyptũ, mare rubrũ, petramq; præcepto Dei percussit, ut sicut Deus ibi per uirgã miracula ostendit, ita & hic pessimo hoste virgis eiecto, seipsum glorificet, &c.* His literis humilite: super energumenã recitatis. cũ *Lector*, inquit, *ad locũ uenisset, ubi in fine scriptũ est. Ego indocta & paupercula femina, ô blaspheme & derisor spiritus, tibi præcipio, ut de ista hoĩe exeas; idẽ nequã spiritus totus infremuit, at tantos vlulatus, tanquã horridos clamores emisit, ut oẽs perterrefecerit.* Et *dum his fere per dimidiã horã bacchãdo institisset, tandem ut Deo placuit, uis quod diu possederat reliquit.*

Vide V. *Amor sui. Curiositas. Desolatio. Illusiones spirituales. Impatientia in damno rerum temporalium. Luxuria. Maledictio. Superstitio. Tristitia. Voluptas carnis.*

VESTIVM LVXVS.

Remedia contra luxum vestium.

I Remed. Considera verbi diuini oracula de luxu vestium. primo enim dehortatur illum. *In uestitu*, ait Sapiens, *ne glorieris, unquam nec in die honoris tui extollaris.* Et B Pau. *Volo mulieres orare in habitu ornato cum uerecundia & sobrietate, ornantes se non in tortis crinib. aut auro, aut margaritis, uel ueste pretiosa.* Et D. Petrus. *Mulieres subditæ sint uiris suis, &c. quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circũdatio auri, aut indumenti uestimentorum cultus, sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate modesti & quieti spiritus.* 2. declarat a Deo puniri, nam cum apud Isaiam prolixe Deus filiarum Sion luxum arguisset. *Et erit*, inquit, *pro suaui odore fetor, et pro zona funiculus et pro crispanti crine caluitium, et pro fascia pectorali cilicium.* Et B. Iacobus. *Agite nunc diuites, ait, plorate et vlulate in miseriis uestris, quæ aduenient uobis. Diuitiæ uestræ putrefactæ sunt, et uestimenta a tineis comesta sunt.* 3. monet vt vestitu honesto contenti simus, hoc est, quo corpus obtegamus, & contra iniurias cœli muniamus. Nam ait Apostolus ad Timotheum. *Habentes alimenta, et quibus tegamur, his contenti simus.*

[Margin: Eccl. 11. 4 / 1. Tim 2. 9 / 1. Pet. 3. 3 / Isa 3. 24 / Iac. 5. 1 / 1. Tim. 6. 8]

II. Rem. Cõsidera S. Patrũ testimonia. B. Cyp. *Fugiãt castæ uirg. et mulieres pudicæ, incestarũ cultus habitus impudicarum, lupanarium, insignia,*

[Margin: Cyp. de habitu virg.]

quoniam ipsorũ est regnũ celorũ. Et. *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde.* Et. *Attendite ne iustitiã vestrã faciatis corã hoib. vt videamini ab eis.* Cyp. de habitu Virg. *Si nõ est maior Dño seruus, & liberatori dêt obsequiũ liberatus, qui esse cupimus Christiani, debemus quod Christus fecit & docuit imitari. Scriptũ est. n. & legitur & auditur, & in exemplum nostræ Ecclesiæ ore celebratur. Qui dicit in se Christo manere, dêt, quõ ille ambulauit, & ipse ambulare. Ambulãdũ est vestigiis paribus æmula ingressione nitendũ est. Tunc rñdet ad fidem nõis sectator veritatis, & credenti præmiũ datur.* Quod aũt Christus luxũ vestiũ dãnarit, probarit vero vilitatẽ non obscure declarat B Greg. his verbis. *Sunt nõnulli, qui cultum subtiliũ pretiosarumq; vestiũ non putãt esse peccatũ. Quod si videlicet culpa non esset, nequaquã sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quod diues, qui torquebatur, apud inferos, bysso et purpura indutus fuisset. Nemo quippe vestimẽta pretiosa nisi ad inanem gloriã q̃rit, vt honorabilior cæteris esse videatur. Nã quia pro sola inani gloria vestimẽtũ pretiosius quærẽres ipsa testat, q̃d nemo vult ibi pretiosis vestib. indui, vbi ab aliis nõ possit videri. Quã culpã possumus melius ẽt ex diuerso colligere, quia subiectio vilis indumẽti uirtus non esset, Euangelista uigilãter de Io. non diceret Erat indutus pilis camelorum.* Math 5 9 Matt. 11.2 Math. 6.1 Ioan. 2 Greg. ho 40. in Euang. Luc. 16 19. Math 3 4.

IV Remed. Considera repugnare exẽplo fideliũ veteris & noui testamenti. Primũ fit Adam & Euæ, quos Deus pelliceis induit vestib. De quib. Chry. in serm. de cohabitatione regulariũ feminarũ cũ viris. *Ideirco Adam induit Deus vestes pelliceas, similiter & eius mulierẽ: quãuis si uoluisset, delicatis eũ potuisset induere uestib. sed nobis per illas ostendit, quod non sit præsens tps deliciarũ, sed gemendi & plangendi.* Et alibi *audiant opulenti, & qui luxuriant in uermiũ operib. & uestiuntur sericis, discantq; quõ ab initio humanam naturam misericors Dominus docuerit. Quia propter transgressionẽ pœnæ mortis reus erat factus protoplastus, opusq; habebat ueste, quæ confessionẽ tegeret, pelliceas fecit uestes: quod docuit nos, ut mollẽ & dissolutẽ uitam fugiamus, & austerã magis amplexemur* Alterum sit reginæ Hester, de qua Hier. ad Demetriadẽ, de Virginitate seruanda. *Aestuebat Christi tyruncula* (Demetrias) *oderat ornatum suum, & cum Hester loquebatur ad Dominũ. Tu nosti, quod oderim insigne capitis mei, hoc est, diadema quo utebatur quasi regina, & tantæ ducam immunditiæ, uelut pannum menseruatæ.* Et S. Aug. ad Ediciam. *Quod si aliqua dura conditione cogereris, ad indecentem ornatum) posses habere in superbo cultu cor humile Nempe apud patres Hester illa regina Deum timens, Deum colens, Deo subdita, marito regi alienigenæ non eundem secum colenti Deum, tamen subiecta seruiebat, quæ cum extremo periculo, non suo tantum, sed etiam gentis suæ, qui tunc erat populus Dei, Dominus prosterneretur orando, in ipsa oratione sua dixit, ita sibi esse ornatum regium, sicut pannum menstrualem & ita orantem confestim exaudiuit, qui cordis inspector eam uerum dice-* Gen 3. 21 Chry. Id hom. 18. gen. Hier. ep. 8 Esth. 14. 16 Aug ep. 199. Esth 14 16

re

re *sciuit*. Tertium fit S. Io. baptistæ. De quo B. Bernar. in serm. de eius natiuitate *Considera, inquit, hoiem Angelico promissum oraculo, conceptum miraculo, sanctificatum in vtero, & nouum in nouo hoie piiç mi-*
1.Tim 6.8 *rare feruorem. Victum & vestitum, ait Apost. habentes, his contenti simus. Apostolica ista perfectione est; sed Ioannes et hęc contempsit. Denique audi Dominum in Euangelio. Venit, inquit, Ioannes non mandu-*
Matth.11.18 *ans, nec bibens; plane nec vestiens. Sicut. n. nō est locusta cib. nisi aliquorum forte irrationabiliū aīalium, sic nec pilus cameli humanum est indumentum. Hic ergo Io. quo nullus maior in natis mulierum innocentissimum illud corpus sic castigat, sic extenuat, sic affligit: vos indui festina-*
Hebr.11.37 *tis bysso & purpura & splendide epulari?* Hæc ille B. Io. exemplū imitati sunt, qui apud Apost. *ei cuierunt in melotis & pellib. caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quib. dignus non erat mundus in solitudinib. errantes, in montib. & speluncis, & in cauernis terræ.* Deinde Paul. primus eremicola, Antonius, Arsenius, Macarij, Hilarion, Pachomius, & innumerabiles alij vilissimo habitu contenti; quo nonnunquam etiam ditissimos homines ad sui imitationem permouerunt. Ita n. scribit Palladius de vtroque Macario, Alexandrino & Aegyptio. *Cum am-*
Pallad. in Laus. c.20 *bo essent Nilum transmissuri, accidit vt ipsi maximum pontonem ingrederetur; in quem ingressi sunt duo tribuni cum magno fastu, & apparatu, vt qui intus haberent rhedam totam æneam, & equos frenis aureis, & quosdam eosdem stipantes milites satellites, & pueros torquibus, & aureis zonis ornatos. Postquam ergo tribui viderunt ipsos veterib. pannis indutos, & sedentes in angulo, humilem illam & tenuem viuendi rationem beatam iudicabant. Vnus autem ex tribunis dixit ad ipsos. Beati estis vos, qui mundum illuditis Respondens autem Macarius, qui erat vrbanus, dixit eis. Nos quidem mundum illusimus, vos autem illusit mundus. Scias autem te non tua sponte hoc dixisse, sed prophetice. ambo enim vocamur Macarii, hoc est, beati Is autem sermone eius compunctus, cum domum venisset, vestes exuens, delegit vitam agere solitariam, multas faciens eleemosynas.*

V. Remed. Considera quid Ethnici ratione sola naturali ducti de luxu isto senserint & scripserint. Imprimis Octauianus Augustus, te-
Macrob. c.9 ste Macrobio li 2. Saturnaliū, simplici amictu vtebatur; suiq;, si secus facerēt, grauiter ferebat, & licentiorem in filia sua Iulia reprehēdit. Seuerū Imp. teste Brusonio, cum quidā viliore amictu contentum
Brus. l.3.13 admirarentur, hoc responso factum suum defendit. *Imperatoria maiestas virtute constat, non corpus cultu.* Aelianus in varia historia auctor
Aelian. l.14 est Lacædemoniorum Ephoros, i. summos magistratus quotidie obire solitos ad inspectionem vestium, ne quid a decenti ornatu alienum vsurparetur. Eosdem Lacedemonios laudat Clemens Alex. in pæda-
Clem. l.2. c.10 Ath. l.12. c.6 gogo, quod solis meretricib. permitterent floridas vestes & aurū mundum gestare. Similiter Athenæus, ex Phylarcho testatur apud Syracu-

sanos

anos cautũ fuisse, ne mulieres auro ornarētur, nec floridas vestes gestarent, nec purpureos haberent contextus, nisi forte publica esset meretrix. Diogenes, apud Laertium de vitis Philosophorum, adolescenti cuidam æquo comptiori, cum quęstionem proposuisset, ita respōdit. *Non tibi prius responsurus sum, quam sublatis vestib. ostendere, vtrum masculus sis an femina.* Eodem auctore Solon e Sapientib. vnus Cræso regi Lydiæ, cũ comptissimus in solio sedisset, rogassetq; num pulcrius vnquam spectaculum vidisset, respondit, se vidisse nempe gallos gallinaceos, pauones, & fasianos. Seneca ad Lucilium ita scribit. *Quemadmodum stultus est, qui equum empturus non ipsum inspicit, sed stratum eius ac frenos, sic stultissimus est, qui hominē aut ex veste, aut ex conditione, quæ vestis modo nobis circumdata est æstimat.* Laert. lib. 6 Sen. ep 47

VI. Remed. Exempla eorum, qui ob luxum diuinitus sunt puniti. Hier. ad Lætam. *Prætextata quondam nobilissima femina, iubente viro Hymetio, qui patruus Eustochii virginis fuit, habitum eius cultuq; mutauit, & neglectum crinem mundano more pexuit, vincere cupiens & virginis propositum, & matris desiderium; & ecce tibi eadem nocte cernit in somnis venisse ad se Ang. terribili voce minitantem pęnas, & hæc verba frangentem. Tunc ausa es viri imperium pręferre Christo? Tu caput virginis Dei tuis sacrilegis attrectare manib. quæ iam nunc arescēt vt sentias excruciata quid feceris, & finito mense quinto ad inferna duceris. Sin autem perseueraueris in scelere, & marito simul orbaberis & filiis. Omnia per ordinem expleta sunt, & seram miseræ pœnitentiam velox signauit interitus. Sic vlciscitur Christus violatores templi sui, sic gemmas & pretiosissima ornamenta defendit.* Petrus Damianus Card. epist. ad Landulphum. *Memini plane, cum apud Parmense opidum liberalium artium studiis docendus insisterem, clericus quidam nomine Teucolinus pellicem suam iuxta meum habebat hospitium, aspectu lubricam & inhonestam satis, decore venustam. Hic itaque nitidus, & semper ornatus atque conspicuus incedebat: ita vt caput eius, nunquam nisi gabelica pellis obtegeret, indumenta carbasina atque niuentia fuligo per artem fullonis inficeret, calceus postremo ad aquilæ rostri speciem non falleret. Affluebat vbiq; deliciis, rugiebant ora flammantia quotidie cachinis atq. ludibris, oculorũ nutib. ac scurrilitatis illecebris se stiui applaudebāt. Hi cũ per quinq fere annorum lustra in hac luxuriosa voluptate vixissēt ante annũ, cum cõe ipsius ciuitatis flagraret incendiũ in vna domo reperti vtriq. simul igne consumpti sunt.* Thom. Catipratanus lib. 1 Apiarii. *Scio & certus sum, quod etiam in secularib. & nobilibus personis pompa gloriæ secularis notabiliter reprehensa sit & dãnata. Prope. n. nostra tempora fuit mulier nobilissima, Maria Cõpaniæ Comitissa. hęc nupta nobilissimo Henrico Campaniæ comiti, filia fuit Ludouici pii regis Francorum. Philippi regis soror æque regis Francorũ. Hęc multis annis mortuo marito cum pomposissima ambitione circuiens* Hier. ep. 7 P. Dam ep. 16.15 Cantipr c. 7 P 7

& mo-

& faecue stercorum, cloaca sordium, cibus vermium, nisi stagnũ infra supraq; foetores exhalans? Quare Andreas S. Bernardi frater cum aliqñ amborũ soror exquisito culta ornatu ad fores monasterij Claraualliensis venire ausa fuisset, eã *stercus inuolutum* appellauit. Quo tonitruo illa perculsa tandem & cultui & mundo sanctimonialis facta renunciauit. Ita scribit Gulielmus de bona valle in D Bernardi vita. Tertia causa est, quia vestium curiositas, vt supra dixit S. Bernar. deformitatis mentium & peruersorum morum indicium est, imprimis superbiæ, vanæ gloriæ, luxuriæ, & causa scandali aliorum. Vnde Sapiens. *Amictus*, inquit, *corporis, & risus dentium, & ingressus hõis enunciant de eo.* Et Apost. dum pretiosas vestes mulierib. interdixisset subiecit. *Sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona.* quid n. sobrie vestita aliud promittit, quam castitatem? compta verò aliud, quam impuditiam? S. Hier. in Epitaphio Paulæ Romanę, sic de ea scribit. *Si vidisset feminã aliquã contemptiorẽ contractione frontis & vultus tristitia arguebat errantem, dicens; munditiã corporis atq. vestitus aię esse immunditiam.* Clemens Alex. in pædagogo. *Ea*, inquit, *quæ a feminis ad luxum comparantur ab eis tanquam pennę detrahendæ sunt, vt quę instabilem superbiam ac mollitiem, immanesque voluptates procreent.* Cyp. de habitu virginum. *Si tu te sumptuosius comas, & per publicum notabiliter incedas, oculos in te iuuentutis illicitas, suspiria adolescentum post te trahas, concupiscendi libidinẽ nutrias peccandi fomenta succendas, vt & si ipsa non pareas, alios non tamen perdas, & velut gladiũ te & venenũ videntib. prabeas, excusari nõ potes quasi mente casta sis & pudica. Redarguit te cultus improb. & impudicus ornatus* Chry. in Ge. *Hoc studiũ in ornãdo corpore internã indicat deformitatẽ, & huius delitiæ illius manifestã faciũt famẽ, & huius vestiũ sumptus illius indicat nuditatẽ. Impossibile est. n. aliquã agere curã aĩ e, & tanti facere corporis pulcritudinẽ & ornatũ; sicut & impossibile in externo illo cultu tantopere occupatũ illius agere curã. Quõ. n possit aĩa talis aliquid vtile contẽplari, vel in cogitationem spũalem venire, quę semel terrenis ita dedita cæpit esse, & humi, vt ita dicam, trahitur, & nunquã renuere põt, & obstipata innumeris peccatorũ sarcinis seipsam grauet?* Sed neq; gentilib. causa hæc ignota fuerit. Nã apud Suetoniũ celebratur hoc Augusti Cæsaris dictũ. *Vestitus insignis ac mollis superbiæ vexillum est, nidusque luxuriæ.* Quarta, & postrema causa est, quod cultu hoc corporis mulieres imprimis, maximam faciãt iacturam tpis, de quibus iam olim Comicus. *Dum poliuntur, dum comuntur, annus est.* Earum mores graphice dipingit Clemens Alexandrinus libro tertio pædagogi. Socrat. in historia Ecclesiastica de Põbone eremita Alexandriam ab Athanasio accersito scribit. *Cum ibi videret mulierem in pompa sumptuosius, exquisitusque ornatam, quo homines ad se spectandum inuitaret, lachrymas profudisse. Atque quibusdam*

Sur. in Augusto
Bern l. 3 de consid.
Eccl 19 27.
1 Tim 2 10.
Hier. 27. ad Eustoch.
Cle. l. 3. c. 11.
Cypr.
Chry. ho. 37
Sueton. c. 3.
Terent. in Heaut.
Clem. c. 2.
Soc. l. 4 c. 18

muntur, quę inhonesta rei conueniunt saltitationes videlicet, ac turpis membrorũ solutio stultis hoīb. gratissima: ad eundẽ modũ hæ quoque postquã alienã formã externe induerint, ita demũ vt picta illa & fucata forma dignum est, mouentur. Amb du Virginib. Hinc illa nascũtur incendia vitiorũ, vt quęsitis coloribus ora depingant, dũ viris displicere formidant; & de adulterio vultus meditentur adulterium castitatis. Quã tu hęc amentia, effigiẽ mutare naturæ, picturã quærere, & dũ verentur maritale iudiciũ, prodere suũ? Et paulo post. Hinc pretiosa collo dependent monilia inde per humũ vestis trahitur aurata. Emitur igitur hæc species, an habetur? Quid quod & odorũ variæ adhibentur illecebræ? Gẽmis onerantur aures, oculis color alter infunditur. Quid ibi remanet suũ vbi tam multa mutantur? Sensus suos amittit mulier, & viuere posse se credit? Chry. in Matth: Quantũ vobis dedecus esse putatis, cum serica licia calceamentis vestris, quæ nec vestib. quidẽ vir prob. vnquã subtexerit, diligenter inseritis, quantis hoc dignũ cachinis arbitramur? Quod si huic nostræ sententiæ non acquiescitis, audiatis paulum, quanta hæc cũ acrimonia reprehendat, & autoritate ipsius turpitudinem rei cognoscite. Quid igitur hac de re paulus scribit. Non implicationibus, inquit, auri, aut margaritarum, nec vestimento pretioso. Quam igitur veniam habere poteris, cum neque vxori tuę, iubente paulo, pretiosa veste permittantur, tu calceos luxuriosissime polias, ac ita construas, vt nimirum attentus ad ridiculosa dedecora esse videaris. Nonne vides naues fabricari, eligi remiges, vela dari uentis, maria nauigari, ac mercatores patria, & liberis relictis, ac vita contempta & fluctibus commissa ad extremas Barbarorum partes mille periculis peruenire, propter serica hęc licia vt tu scilicet calceis tuis ipsa inferas, quibus te ornatiorem esse putes? Dic, quid hac curialitate amentius?

Amb lib. de.

Chry. ho 50.

1 Tim 2.

Vide V. Ambitio. Amor sui. Curiositas. Exemplum malum. Gloria vana. Immodestia. Luxuria. Superbia. Voluptas carnis.

VINDICATIO INIVRIAE.

Remedia contra vendicationem iniuriæ.

I. Remed. Considera quid Spiritus S. in verbo suo de hoc argumento patefecit. Ac primo quidem prohibet oẽm vindicationem iniuriæ, vt in Leuitico. Non quæras vltionẽ, nec memoreris iniurię ciuiũ. Leu. 19.18. Et in Prou. Ne dicas, reddam malum, expecta Dominum, & liberabit te. Prou. 20.22. Et in Epist. ad Rom. Benedicite per sequentib. vos, benedicite, & nolite maledicere, nulli malum pro malo reddentes; sed si esurierit inimicus tuus ciba illum si sitit potum da illi. Rom. 12.17. Et in priore ad Thessalonic. Patientes estote ad oẽs. Videte, ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper, quod bonum est sectamini in inuicem, & timore. 1. Thess. 5.15. 2. monet

Deo,

Deut 32.35 Deo relinquendam etiam iniuriarum vltionem. Nã in Deuter. voce
Rom 12.19 Dei est. *Mea est vltio, & ego retribuã.* Quod citat Apost. *Non vos-
metipsos*, inquit *defendentes carissimi, sed date locũ irę. Scriptũ est.
Luc.18.7. Mihi vindictam, & ego retribuã, dicit Dominus* Et apud Lucã Chri-
stus. *Deus non faciet vindictã electorũ suorũ clamantiũ ad se die a no
cte, & patientiã habebit in illis? Dico vobis, quia cito faciet vindictã
illorũ.* 3. laudat mites, & pacificos, contra vero reprehendit impatien-
Math 5.4. tes. Nã apud B. Matth. Christus Dñs, beatos prædicat mites, pacifi-
Matt.11.29 cos, & qui persecutiones & maledictiones perpetiuntur. deinde ait.
1 Pet 2.20. *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde.* Et B. Pet. *Quę est gloria, si
Eccl.2.16. peccãtes & colaphizati suffertis, sed si bene faciẽtes patiẽter sustinetis,
hæc est gratia apud Deũ.* Et Eccl. *Vę his, qui perdiderunt sustinentiã.*

II Remed. Considera piscorũ Patrũ sẽtẽtias S Cyp. *Quoniã plurimos
Cyp. de bono patien. scio, fratres dilectissimi, vel pondere iniuriarũ ingentiũ, vel dolore de
iis, qui aduersum segrassantur & sæuiunt, vindicare velociter cupere,
nec illud reticendũ est, vt in istis fluctuantis mundi turbinib. constitu
ti patienter expectemus vltionis diem, nec ad vindictam doloris nostri
querula festinatione properemus, cũ scriptũ sit. Expecta me, dicit* Domi
*nus, in diẽ resurrectionis meæ in testimoniũ, quoniã iudiciũ meũ est ad
congregationes gentium*, vt excipiam reges, & *effundam super eos irã
Naz.ora 2. meam.* Sic Greg Naz. in Iulianum. *Proinde ne iram pro iniuriæ modo
rependi velimus, nec pro criminum atrocitate satis graues, vindices nos
prębeamus; qui potius, quoniam pœnas oẽs, quas merentur, expetere non
possumus, oẽs condonemus. Hoc noĩe iis, a quib iniurias accepimus, subli-
miores simus. ostendamus quid illos dęmones doceant, quid rursus Chri
stus nos erudiat, qui ex eo victoriã reportauit, quod in vlciscendi prãte
A.ep 82.10 iniuriã non regessit.* S. Amb. ad Ecclesiã Vercellensem. *Non hæc sola
est forma iustitiæ, vt non lædas eũ, qui te non læserit, sed ẽt illa, vt ẽt ei
remittas, qui læserit. Lædimur plerumque fraude alterius, dolo proximi.
Nunquid hoc virtutis putamus, vel dolum dolo vlciscemur, fraudẽ re-
feramus fraudib. Nihil aũt interest, cui male facias; vtrũ iusto, an iniu-
sto, cũ te male facere non oporteat. Neq. distat, quo malignus sis, vtrum
iusto vindicãdi studio, an voto nocẽdi, cũ malignitas in vtroq. genere nõ
careat reprehensione.* S. Bas. de ira, & inimicitijs. *Maxima reprehẽsione
Bas. orat 9. dignus est hõ Christianus, qui sit procliuis ad vindicationẽ; quodque oĩb.
modis cogitet quanã rõnes vlcisci queat, qui se iniuria affecerunt. Quõ
enim ille aliũ docebit, ne malum pro malo rependit, qui etiã facit vindi-
ctę causa, & qui oĩb. virib. studet, ut uicissim ei, qui sibi iniuriam impo-
Psal 7.5. suit, męstitiã inferat? Talis equidem imitatione non exprimit lenitatem
Hier.ep 8.1 Dauidis, qui dicit. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meri-
to ab inimicis meis inanis.* S Hier. ad Demetriadem. *Irasci hoĩs est, &
Chry.ho 27 finẽ imponere iracundiæ Christiani.* Et ad Anton. *Irasci hominis est, &
iniuriam non facere Christiani.* Chry. in Genesin. *Neq. iniurias illatas*

vindi-

vindicare cupiamus, neque hostiliter in proximũ affecti simus. Nihil.n. eum Deus ita odit, & auersatur, vt hõiem vltionis auidum, & in aĩo suo perpetuas seruantẽ inimicitias. Tantum.n. eius peccati damnũ est, vt misericordiã Dei reuocet, nec locum habere sinat. Et mox fusè id probat ex Euangelica parabola, vbi 10 millium tal debitor remissionem oĩm consecutus est; sed postea in carcerẽ cõpactus, qd conseruo 100. denarios debenti misereri noluisset. Cui parabolæ Christus mox subdit. Sic & pater meus cęlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq. fratri suo de cordib. vestris. S. Aug. de serm. Dñi in monte expendens tria iniuriæ exempla a Christo posita: quorũ primũ est. Si quis te percusserit in vnã maxillã 2. si quis tunicã tuã tollere voluerit. 3. Si quis te mille passus angariauerit. In his, inquit, sanè generib. triũ exẽplorũ nullũ genus iniuriæ prætermissum esse video. Nãq. oĩa, in quib. improbitatẽ aliquã patimur, in duo genera diuiduntur; quorũ alterũ est, φ restitui non põt: alterũ φ põt. Sed in illo, quod restitui nõ põt, vindictæ solatiũ quæri solet. Quid.n. prodest, φ percussus repercutis? Nunquid propter ea aliquid, quod in corpore læsum est restituetur in integrũ? sed tumidus aius talia fomenta desiderat. Sanum aũt firmumq; ista non iuuant, quin potius misericorditer perferrendã alterius infirmitatẽ indicat, quã alieno supplicio suã mitigandã, quæ nulla est. Neq. hic ea vindicta prohibetur quæ ad correptionẽ valet, ẽt ipsa.n. pertinet ad misericordiã, S. Greg. in Euangelia. Sciendũ est, quod trib. modis virtus patientiæ exerceri solet. Alia namq. sunt, quæ a Deo: alia quæ ab antiquo aduersario, alia quę à proximo sustinemus. A proximo namq; persecutiones, dãna & contumelias; ab antiquo vero aduersario tentamẽta, a Deo aũt flagella tolera mus. Sed in his oĩb. trib. modis vigilanti oculo semetipsam dẽt mens circumspicere: ne contra mala proximi pertrahatur ad retributionẽ mali; ne contra tentamẽta aduersarii seducatur ad delectationẽ vel consensum delicti: ne contra flagella opificis ad excessum prorũpat murmurationis.

Matt. 18. 23.
v. 35.
Aug. l. 1. c. 36 & 37.
Matth. 5.
Greg. ho. 35

III. Remed. Considera Ethnicorum Philosophorum sentẽtias. Seneca in libris de Ira. Non vt in beneficiis honestum est merita meritis repensare, ita iniurias iniuriis. Illic vinci, turpe est: hic vincere inhumanum verbum est, & quidem pro iusto receptum, vltio. Qui dolorem regerit, tantum excusatius peccat. M. Catonem in balneo quidam percussit impudens. Quis.n. illi faceret iniuriam? postea satisfa cienti Cato. Nõ memini, inquit, percussum me. Melius putauit, non agnoscere, quã agnoscere. Nihil, inquis, illi post tantam petulantiam mali factum est? imo multum boni: cæpit Catonem nosse. Magni animi est, iniurias despicere. Et inf. Pusilli hominis, & miseri est, repetere mordentem, vt mures, & formicæ, ad quas, si manum admoueris, ora conuertunt. Imbecilla se lędi putant, si tanguntur. Et in consolationem ad Heluiam. Ducebatur Athenis ad supplicium Aristides; cui quisquis occurrebat, deiiciebat oculos, & ingemiscebat, non tanquam in hominem iustum, sed tanquam

Sen. lib. 2a

Mm in

in ipsam iustitiam animaduerteretur. Inuentus est tamen, qui faciē eius inspueret. Poterat ob hoc molestè ferre, quod sciebat neminē id ausurum puri oris. At ille abstersit faciem, & subridens ait comitanti se magistratui. Admone illū, ne postea tam improbe oscitet. Hoc fuit contumeliç ipsi contumeliam facere. Et in Epist ad Lucilium. *Iniuriarū remediū est obliuio.* Aug ad Marcellinum. *Quomodo poterant* (Romani) *gubernare atque augere Rempub. quam ex parua & inopi magnam opulentāque fecerunt, qui accepta iniuria ignoscere, quam persequi malebāt? Quo Cæsari administratori vtique Reipub. mores eius extollēs Cicero dicebat, quod nihil obliuisci soleret, nisi iniurias, Dicebat. n. hoc tam magnus laudator, aut tam magnus adulator. Sed si laudator, talē Cæsarem nouerat. Si aūt adulator, talē esse debere ostendebat Principem ciuitatis, qualem illum fallaciter prædicabat.* Bas. de legendis libris gentilium. *Homo quidam in foro Periclem probris omnibus incessebat: is aūt minime curare visus toto fere die sustinuit Deinde vesperi iam discedentem cum lumine comitatus est, ne quid in philosophiæ studio admitteret. Rursus quidā Euclidi Megarensi animo concitatus mortem seiuraut illaturum. Ille verò contra, se patienter laturum iurauit, & ei quamuis infesto se conciliatum iri. Quidā vehementi impetu Socratis faciem cecidit hic aūt minime commotus furentem debacchari, & iram satiare permisit, ex quo eum tantum ex plagis tumidum, ac contusum reddidit Vbi verò ille cędendo destitit, nihil aliud Socrates fecisse dicitur, quam fronti propriæ inscripsisse. Talis fecit, velut statuæ cuidam auctoris nomen, & eo modo se vindicasse. Quæ omnia profecto nostris congruentia videntur. ac magnopere imitanda censerem. Nam Socratis hoc germanum est illi præcepto, quod maxillam verberanti, & alteram præbere iubet. Illud verò Periclis, vel Euclidis, simile illi, quod persequentes sustinere, ac mansuete illorum iras tolerare, & inimicis etiam bona precari doceat.*

[Id ep 94. Aug. ep 5. In orat. pro Q. Ligar. Bas ho. 24. Matth. 5. 41]

IV. Remed. Considera, quam seriò, accuratè & sæpe, cum alibi, tum maxime apud B. Matthęum capite 5. & 6. hanc de non vindicanda iniuria doctrinam Christus nobis inculcet. Primo n. beatos pronunciat eos, qui iniquè contumelijs appetuntur, gaudereque & exultare iubet ob copiosam mercedem illis paratam in cęlis 2. comminatione iudicij & gehennę deterret ab illatione iniuriæ, ira, s. & verbis probrosis. 3. iniuriam facienti negat aditum ad altare suum, sacramentorumq; beneficium, nisi prius reconciliatus fuerit fratri. 4. nec vult a se gratiam, vel remissionem peccatorum postulari in oratione Dominica, nisi prius fratri remissa sit iniuria idque ex corde, vt est in clausula parabolæ Matthęi 18. 5 vult; vt vna iniuria accepta parati simus ad maiorem v. c. cæsa vna maxilla ad obuertendam aliam: tunica vi erepta, ad offerendum & pallium, quando ita gloria Dei, charitasve postulat. 6. vt auctorem iniuriæ licet inimicum, diligas, idque non verbis sed factis, nempe orando pro illo, & benefaciendo, non secus quā Deus

[Math 5. 11. v. 22. v. 23. Matth. 6. 15. Matt. 18. 35. Matth. 5. 44]

Deus nos diligit,pluendo super iustos & iniustos.7.id facias, nec tui commodi,nec gloriæ humanæ,more Ethnicorum captandæ cã, sed propter Dei gloriã,& aiæ salutẽ:*alioquin*: inquit, *mercedẽ nõ habebitis apud Patrẽ vestrũ qui in cęlis est*.8. indicat hoc ad pfectionẽ suæ doctrinæ & Christianæ religionis imprimis pertinere, nã concludit. *Et istote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester celestis perfectus est*. Quã perfectionẽ considerans S.Bas.alicubi ita scripsit. *Quale.n.spectaculum,quam graue & admirandũ,ac sane nonnihil ẽt ipsam naturam humanã exuperans hoĩem multis conuitiis iactatũ,& qui ẽt fortassis vulnus in facie accepit,quiq; alia sexcenta perpessus est, quę & verbis, & reipsa ad extremam infamiam tendunt non ira incendi,neque vltionẽ parare,sed mansuetum pro eo,qui sibi iniuriam intulit, preces adhibere. Ita vt ex eo, quod preces accel rasset, & venia delicto data sit,& ipse post decentia Deo cara dignus sit habitus*.Et B.Aug.lib.1. de sermone Domini in monte perpendens quanta perfectio sit hominis Christiani,qui percutienti vnam maxillam, paratus sit præbere & alteram, hoc est grauiorem sustinere iniuriam,tandem concludit,*nihil innocẽtius esse eo,qui in virtute perfectus est*. Match. 5. 4.; Match 5 48; Bas orat 9. de ira.; Aug c. 34.

V.Remed.Considera hoc Christi præceptum de non vindicando non esse obseruatu impossibile,vt quidã dictitant,sed potius facile,& ob multas eius vtilitates rationi naturali prorsus consentaneũ. Vnde Bas.in regulis breuior.ib.*Sine dubio*,inquit,*Deus non præcepisset diligi inimicũ nisi facultatem largitus fuisset id faciendi. Quã quidem ẽt in natura insitam videri voluit.Bene.n. de se meritos ẽt bestię naturaliter diligunt. At maius nobis non pôt contingere benefi ium,quam quod ab inimicis nobis datur,nempe vt beatitudinẽ assequamur, Beati, inquit Dominus,estis,cũ maledixerint vobis,& dixerint oẽ malum aduersum vos mentientes,pp me:gaudete & exultate,quoniã merces vestra est in cœlis*.Et Chry.ad pop.Antiochum. *Si malum esset iniuriam pati,nõ id Deus nobis præcepisset;nã Deus mala nõ præcepit. An non scitis,quod ipse Deus est glorię,nec confusione nos & derisione,damnoq; voluerit inuoluere? Sed graue est iniuriam pati & calũniam. Non est graue,non est homo. Quousq;circa præsentia stupidis hęres? Nec.n. id Deus instituisset,si graue foret. Aduerte verò;qui fecit iniuriã, abiit habens quidẽ pecunias,sed & consciẽtiam percussam: læsus aũt,pecuniis quidẽ priuatus, habens aũt apud Deum fiduciam, possessionem innumeris digniorẽ thesauris*.Et paulo post.*Calumniã sum passus, & iubes ferre æquanimiter? & quõ potero? Facilime profecto, si tantum in cęlum respicias, si spectes hanc pulchritudinẽ,& quo te Deus suscipere promisit,iniuriã generose ferentem*.Et B.Aug.*Sed dicit aliquis. Nullus rõne possũ inimicos meos diligere.In oĩb.scripturis Deus tibi dicit,quia potes.Tu ẽ contrario respõdes,non posse.Considera nunc,vtrum tibi,an Deo debeat credi*.Et ideo, *qa veritas mẽtiri nõ pôt,iã vanas excusationes suas relinquat humana* Basq.176.; Match 5.11.; Chry ho 78; Aug. ser. 6. de temp.

Mm 2 fragi-

fragilitas,quia nec impossibile aliquid potuit imperare,quia iustus est,nec dānaturus est hoīem pro eo,quod non potuit vitare,quia prius est. Quid tergiuersamur incassum? Nemo.n.quantū possumus melius nouit,quàm qui nobis ipsum posse donauit. Tot mulieres,clerici,pueri,tātę,& tā delicatæ puellę flāmas & ignes, & bestias æquanimiter pertulerunt,& nos stultorū hoīum conuitia dicimus tolerare non posse,quæ nobis malorū hoīum nequitia inferuntur,si possumus,ēt vsq. ad mortē illorū nostra in iurias vindicamus. Unde nescio qua fronte, vel qua consciā cū oīb.sanctis in æterna beatitudine partē habere desideramus,quorū exēpla sequi in reb.minimis nō acquiescimus. Et rursum. *Sed dicit aliquis Grandis labor est,inimicos diligere, pro persecutorib. supplicare.* Nec nos negamus fratres non paruus quidem labor est in hoc seculo,sed grande erit premiū in futuro per amorem.n. boīs inimici, efficieris amicus Dei:imò non solum amicus,sed ēt filius,sicut ipse Dominus dixit. *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, vt sitis filii patris vestri,qui in cœlis est. Si te aliquis homo diues in hoc seculo vellet adoptiuum filium facere,quō seruires,quas cū dignitates impenderes,& seruorū eius seruitia durissima, & aliquoties ēt turpissima sustineres conuitia,vt ad caducam & fragilem eius hęreditatē peruenires? Quod ergo ille sustinet propter substantiam terrenam,tu sustine propter vitam æternam. Cōuincimur.n.certissima rōne,quia propter Deum possumus quidē,sed nolumus iniuriam sustinere. Denique si nobis aliqua potens persona iniuriam facit,si nos etiam in faciem maledicit, nec respondere aliquid asperum,non dicam vicem reddere,ausi sumus. Quare hoc ne ab illa persona potente adhuc maiora,quam pertulimus, patiamur. Quod a nobis torquet homi nis timor,deberet a nobis exigere Christi.*

Id.ser. 5.de sanctis.

Matth.5.44

VI.Remed. Considera vtilitates huius præcepti. Prima est,quia patientia mitigat irā iniuriā inferens, secundū illud Sapientis. *Respōsio mollis frangit irā.* Et. *Lingua mollis confringit duritiā* Sicut.n.ignis materia subtracta extinguitur, ita maledicentis ira alterius patientia cōpescitur. Vnde B.Paulus. *Vince,*inquit,*in bono malū. Hoc.n.facies,carbones ignis congeres super caput eius,*hoc est,charitatis ignē in eo excitabis,& ex inimico amicū facies. Exēplum habemus Io. Eleemosynarij Patriarchæ Alexandrini, cui cum consanguineis iuuenis questus esset de grauib.iniurijs à caupone sibi illatis,fingens se cōmoueri,ītē dit, se factū rem quam tota Alexandria miretur. Moxq. vocato ad se vectigalium magistro, ei iubet vt nihil amplius vectigalis a caupone exigeret. Quod factū non solū tota Alexandria suspexit,sed ēt caupo deinceps antistitē cū suo cognato oī officio coluit. ij. Vtilitas est, ꝙ hac modestia tollatur occasio maioris turbationis & bellorū. *Si respōdeas maledico,* inquit S. Amb.lib.1. officiorū. *superiorē se arbitrabitur,quia parē inuenit.* Et Chry.serm.de mansuetudine *Quisquis furibundos vincere voluerit, fortiter ferat iniurias & verbera magnamque eius qui verbe-*

Prou 15.1.et 25.15.

Rom.12.21.

Apud Sur. tom 1.

Amb.c.1.

verberib.in se sæuiebat conuersionē videbit. At si ēt ipse ab ira vince ris, studēs inimicū pari insania vlcisci, nullus vnquā irarū, pugnarumq; erit finis: sed semper, qui insaniunt & rabidi sunt, & vincere alios conuitiis & verberib. cogitāt in immensum bellū & pugnā erūpunt, mutuo insidiantur, calūnias struunt, peierare audent, & accusationes meditātur eorū, quæ neq; viderunt, neq; audierunt, & in die quidē, sicut canes rabidi & quærentes inimicū; noctē aūt cogitando insumentes, quo aliquod machinentur. Vnde apud B. Aug. in libris de ciuitate Dei, qd ēt hēt Salustius in Catilinario, legimus Romanorū Rempubl. ignoscendo potius, quam persequēdo hostiū iniurias creuisse; *Romanos,* inquiens, *ipsos videamus, ipsos, inquā, recolamus, respiciamusq; Romanos, de quorū præcipua laude dictū est. Parcere subiectis, & debellare superbos; & quod accepta iniuria ignoscere malebant, quā persequi.* Causam aūt alibi huius rei reddit hanc, qd qui ignoscit iniurijs, autor est concordiæ, qua ciuitates constituuntur & conseruātur; qui verò eas persequitur, fit causa discordiæ. *Accusatur, inquit, religio Christiana tanquā inimica Repub. Quæ si, vt dignū est audiretur (præcipiente authoritate diuina non reddendū malū pro malo) longè melius Romulo, Numa, Bruto, cæterisq; illis Romanæ gentis præclaris viris constitueret, consecraret, firmaret, augeretq; Remp. Quid.n. est Resp nisi res populi? res ergo oīs, res vtiq; ciuitatis. Quid est aūt ciuitas, nisi multitudo hoīum in quoddā vinculū redacta concordiæ?* III. Vtilitas est, quia nihil æquè ædificat proximū, atq; iniuriarū tolerantia. Exēplo sit qd narrat Sophronius in Prato spirituali: *Duo senes monachi cū fratre vno iteragētes, & a via aberrētes inter sata inuēti sunt. Quo conspecto agricola cœpit ī illos multa maledicta euomere, ex ira dicēs. Vos estis monachi? vos timetis Deū? Si timorē Dei haberetis, sata nō cōculcassetis. Tūc senior dixit sociis. Per Dominū nullus ei respōdeat, cōuersusq; ad illum dixit. Rectè dixisti, fili mi. Ille verò furens, rursus impetebat eos cōtumeliis. Tum senior. Vera dicis fili. nā si veri monachi essemus, ista nō egissemus; Sed per Dominū indulge nobis, quia peccauimus. Stupefactus ergo ille ad tantam senis humilitatem postrauit se ad pedes eius, dicens. Peccaui, indulge mihi, & per Dominum assume me vobiscum. Rustieus ergo secutus illos accepit habitum.* IV. Vtilitas est, quia sic amoliris a te notam impotentis, imò muliebris animi. Muliebre.n. est conuitium conuitio mox repellere. *Qui cito mouetur iniuria,* ait B. Amb. *facit se dignum videri contumelia, dum vult indignus videri.* Arist. teste Aeliano, Alexandro Magno natura iracundo consiliū dedit, vt oīb. se superiorem æstimans maledicta contemneret. Sed hoc erat vno vitio aliud curare, & iracūdiæ superbiā substituere. Christianus maledicta contēnere debet, non quasi conuitiatore melior, sed quasi maledicto fortior. Conuitia enim per se nullā vim habent, sed quemadmodū tela, si in corpus durū incidant, repercussa cadunt, nō penetrant.

Aug. l. 2. c. 6.
Virg. 6. Aen.
Id. epist. 5. ad Marcellin.
Prat. c. 45.
Amb. 1. off. c. 6.
Aelian. l. 12.
Gr. l. 2. c. 15.

Talis erat apud B. Greg. in lib. dialogorũ Abbas Steph. cuius cũ ager ad messem paratus ad improbo vicino succẽsus esset, & alius, vt hoc nunciaret ad eã accurrens diceret. *Væ ve pater Stephane, quid tibi cõtigit!* Totus. n. tuus ager in cẽdio absumptus est, e uestigio ĩndit. *Imò væ væ frater, quid illi contigit, qui hoc fecit!* me. n. certe paruo, seipsum maximo dãno mulctauit. Talis B. Cyp. qui, vt est in Act. b. passionis, lecta iussu proconsulis tabella, in qua sñia erat. *Tasciũ Cyprianum gladio aĩaduerti placet*, rñdit, Deo gratias; & mox spiculatori 25. aureos numerari iussit. Talis B. P. Ignatius Societatis nostræ parens, de quo sic scribit Ribadineira. *Romę anno 1546. religiosus quidẽ eruditus ex amico inimicus factus inuidia ex stimulãte grauiter in Ignatiũ exarsit, qui ẽt iactare cœpit oẽs nostrę Societatis hoĩes, qui in Hispania essent igni se traditurũ, idque Ignatio qui suis verbis renũciaret misit. Cui Ignatius per eundẽ scripto ita respondit. Tu quidẽ quotquot nostri in Hispania sunt cremãdos te curaturũ dicis; ego vero id duo & opto, vt & tu charitate flagres, & amici tui ac necessarii, non solũ qui in Hispania, sed qui in vniuerso orbe terrarũ sunt Spiritus S. igne inflammẽtur & ardeant.* V. Vtilitas est, quod calũniæ & maledictæ sępe cedãt in profectũ spũalem eius in quẽ con jciuntur, vt cũ exprobratur aliquod vitium emendatione dignũ. Sic, teste B. Aug. in lib. conf. ssionũ B. Monica eius mater, *cum a suis coætaneis adhuc paruula meribibula vocaretur, hoc conuitio excitata illud vitiũ tota postea ætate correxit.* Eadem de causa Macedonũ quondam rex Philippus, vt narrat Plutarchus in lib. *de vtilitate capienda ab inimicis* lętabatur sibi infestos esse Athenienses, eo quod ex eorũ criminationib. in suorũ vitiorum notitiam veniret, & vt eos mendaces redderet, eorrigebat. VI. Vtilitas est, qđ ex hac doctrina occasionẽ habemus proprius nos Christo Dño conformandi. Nã ipse apud Matth dicit. *Non est discipulus super Magistrum, nec seruus super Dominum. Si patrẽ familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius.* Et S. Io ait. *Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.*

Apud Pamelium.

In vita li. 5. c. 3.

Aug. l. 9. c. 8

Plut.

Matt 10 24.

1. Ioan. 2. 6.

VII. Remed. Considera exemplũ incredibilis patientiæ Dei, qđ Christus ipse apud Matth. oĩbus imitandum pro iniuria non vindicanda proponit. *Orate*, inquiens, *pro persequentib. & calumniantibus vos, vt sitis filii patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos, & iniustos.* Vnde B. Cyp. *Si nobis Dominus & Deus pater est, sectemur patientiã Dei pariter, & patris; quia & seruos oportet esse obsequentes, & filios nõ decet esse degeneres. Qualis vero in Deo, & quanta patientia, q in contumeliã suæ maiestatis & bonoris instituta ab hoĩb. prophana tẽpla & terrena figmenta, & sacra sacrilega patientissime sustinẽs super bonos & malos ęqualiter facit dĩẽ nasci, & lumen solis oboriri, & cũ imbrib. terrã rigat nemo a beneficiis eius excluditur, quo minus iustus, similiter & iniustis*

Matth. 5. 44

Cyp. de bono patiẽtię.

stis discretas pluuias largiatur. Videmus inseparabili æqualitate patiē tię nocētib. & innoxiis, religiosis & impiis, gratias agētib. & ingratis Dei nutu tpa obsequi, elemēta famulari, spirare vētos, fontes fluere, grā descere copias messiū, fructus mitescere vineaū, exuberare pomis arbu sta nemora frondescere, prata florere. Et cū crebris, imò cōtinuis exacer betur offensis Deus, indignationē suā temperat, & præstitutū semel retributionis diē patienter expectat. Et ante eū Tertul. *Nobis exercēdæ patientiæ auctoritatē non affectio humanæ caninæ æquanimitatis stupore formata, sed viua ac cœlestis disciplinæ diuina dispō delegat, Deum ipsum ostendens patiētię exēplū; ia primū qui florē lucis huius super iustos, & iniustos æqualiter spargit, qui temporū officia, elementorū seruitia, totius genituræ tributa dignis simul & indignis patiatur simul occurrere, sustinens ingratissimas nationes ludibria artiū, & opera manuum suarū adorantes, nomen familiā ipsius persequētes, luxuriā, auaritiā, iniquitatē, malignitatē quotidie insolescentē, vt sua sibi patiētia detrahat. Plures.n. Dominū ideirco nō credūt, quia seculo iratū tādiu nesciunt.* Tertul. li. de patient.

VIII. Rem. Cōsidera ineffabile patiētiæ exēplū Christi Dñi, qđ imitandū proponit B. Pet. *Christus, inquiēs, passus est pro nobis, vobis relinquēs exēplū, vt sequamini vestigia eius qui peccatū nō fecit, nec inuētus est dolus in ore eius; qui cū malediceretur nō maledicebat; cū pateretur, nō cōminabatur, tradebat aūt iudicāti se iniuste.* Vnde B. Chry. serm. de māsuetudine. *Cōgnitū est, vt qñ quis cōtumelia nos afficit, vel verberat, vel alia rōne affligit, sustineamus oīa māsuete & patiēter. Etenim ipse Dñs, & saluator noster cōtumelia affectus, verberatus, cruci clauis affixus, leniter tulit Iudæorū furorē, & licet posset de eis vindictā sumere, nō sumpsit tñ sed virtutē suā ostendit, eo q cōcussit terrā & mortuos suscitauit, & obscurauit solē, & noctē ex die fecit. Māsuetudinem aūt declarauit, qa nullū ex his, qui impie agebāt, puniuit. Et qz tā mansuetus fuit ipse, vt nō solū mansuete eos tulerit, qui crucifigebāt & blasphemabāt, sed & Patrē obsecrauerit, ne cœlestib. aduersus impios telis vteretur: ideirco, cū & tibi graue aliquid & duriū ferenti subrepūt furor & ira, recordare māsuetudinis Christi, & statim mansuetus eris ac clemēs.* Greg. Naz. in suis tetrastichis. *Si qñ, inquit, aīus tuus acceptæ iniuriæ dolore exarserit fac tibi Christus, Christiq; vulnera in memoriā veniāt, quantulaq; pars hæc sint eorū, quæ Dñs tuus pessus est.* Hac rōne aī dolorē velut aspersa aqua extinxeris. Aug. ser. de sanctis. *Tu, o Christiane, quæris vindicari de aduersario tuo, qui tibi forsan iniuriā fecit! æstuas, furis anhelas, festinas vindicari: attēde Christū medicū ægritudinis tuæ, attēde redēptorē aīæ tuæ. Propter te pepēdit in ligno, & nōdū est vindicatus, & tu vis vindicari, & nō vis tm̄ & tale magistrū imitari: ideo pati voluit, vt tibi patiētia suę demōstraret exēplū. Vide pendentē, & tibi languēti de suo sanguine medicamētū cōficientē. Vide pēdentē, & tibi de ligno tanquā de tribunali præcipientem.* 1. Pet. 2. 21. Naz. Augu. ser. 2.

Mm 4 Audi

Audi peccãtẽ. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Illustre
Luc. 23. 34. huius antidoti exẽplũ extat in vita B. Io. Gualberti a Blasio Melane-
Apud Sur. 12. Iulij. sio cõscripta. *Quodã, inquit, die Io. cũ armigero suo Florentiã tendẽti in ipso itinere capitalis eius hostis (qui cognatũ eius occiderat) ex inspera to fit obuiã, loco adeo augusto vt neutri locus pateret a via deflectẽdi. Tũ verò hostis plane inermis cũ haud dubiã sibi necẽ paratã cerneret, cõcepta subito fiducia ab equo desiliẽs, humi se prosternit, iunctisq; cãcellatim ad pectus manib. pro crucifixi amore veniã vitãq; sibi depreca tur. Cõpunctus Io. audito nõie crucifixi, pacẽ offert, metũ ponere iubet, culpãq; ei ex aïo remittit. Hoste dimisso Io. ad Ecclesiã quãdã deflexit, cũq; ibi corã crucifixi imagine flexis genib. Christi vulnera cõtẽplaretur, vidit, dictu mirabile, Xpi caput ad se inclinari, tãquã gratias agẽtis, quod pro eius reuerẽtia hosti capitali pepercisset. Io. aũt illi Xpi bonitate attactus protinus relicto saeculo monasteriũ ingressus est, & tã sãctè vixit, vt* Cantipr. li. 2. c. 18. *in numerũ sanctorũ sit relatus.* Simile hẽs i Apiario Th. Cãtipratẽsis.

IX. Rem. Cõsidera exẽpla patrũ veteris testi, hoc magis suspicien
Amb. de Io seph c. 1. da, quod *ante Euangeliũ illi fecerint*, inquit B. Amb. quã *post Euangeliũ*
Cyp. de bono pat. *didicimus, & seruare nõ possumus* Vnde Cyp. loco cit. *Inuenimus, & Patriarchas & Prophetas, & iustos oẽs, qui figurã Christi imagine prę euntes portebant, nihil magis custodisse in laude virtutũ suarũ quã quod*
Gen. 4. 8. *patientiã forti & stabili aequanimitate tenuerunt. Sic Abel originem martyrii, & passionẽ iusti hoĩs initians primus & dedicans aduersus fratrẽ fratricidã nõ resistit, nec reluctatur, sed humilis & mitis patiẽter*
Gen. 44. 1. *occiditur. Sic Ioseph venũdatus a fratrib. & relegatus, nõ tñ patiẽter ignoscit, sed & gratuita frumẽta venientib. largiter, & clemẽter impar*
In Exodo. *tit. Moyses ab ingrato, & perfido populo cõtẽnitur frequẽter, & penè lapidatur, & tñ lenis & patiẽs pro eisdẽ Deũ deprecatur. In Dauid verò, quã magna & mira & Christiana patiẽtia, habuisse in manu sępe,*
1. Reg. 23. *vt Saul regẽ persequẽtẽ se & interficere cõcupiscẽtẽ possit occidere, & tñ subditũ sibi & traditũ maluisse seruare, nec repẽdisse inimico vicẽ, sed occisũ adhuc insuper & vindicasse?* Et multo inf. *Sic Iob examinatus & probatus ad summũ fastigiũ patiẽtiae laudis virtute prouectus est. Quãta aduersus eũ iacula zabuli emissa? &c. Ac ne quid oĩno remaneret, quod nõ in suis tẽtationib. experiretur, armat zabulus & vxorẽ illo antiquo nequitię suę vsus ingenio; nec tñ Iob grauib. ac dẽsis consli ctationib. frãgitur, quo minus iter illas angustias & pressuras suas Dei*
Iob 2. 9. Bas. orat. 9. *benedictio victrice patiẽtia prædicetur.* Et B. Bas. in orõne de inimicitijs. *Necesse est nos stolidas & furiosas aĩ cõmotiones sanctorũ exemplorum memoria comprimere, cogitando, quã equo Dauid violẽtiã Semei pertulerit. Nõ n. ille in tpis dabat irę, vt accẽdi potuerit, sed oẽm*
2. Reg. 16. 10 *cãm in Deũ conferebat, dicendo. Dñs in mandatis dedit Semeio, vt exe craretur Dauidẽ. Ideo, cũ se appellari audiret virum sanguinũ, & virũ iniquum nõ succensebat illi, sed aĩo abiecto & demisso fuit, quasi merito*

merito contumeliis oneraretur. omnis.n.reprehensio, quæ euidēter attingit eum, qui in crimen vocatur, mirandum in modum eum torquet, atq; affligit, ob oculos illi ponens probrum ac fœditatem peccati.

X. Rem. Cōsidera exēpla noui testi. Primū sit B. Steph protomartyris, de quo Aug. ferm. de fanctis. *Ecce Steph. lapidatur, sic constitutus quasi ante oculos nostros. Ecce mēbrū Christi, ecce athleta Christi. Inspice illū qui pepēdit in ligno. Crucifigebatur ille, iste lapidabatur. Ille dixit. Pater ignosce illis quia nesciūt quid faciūt. Iste quid dicit? Audiamus illū, si forte vel ipsum imitari valemus. Primo B. Steph. stans orauit pro se, & ait. Dñe Iesu accipe Spiritū meū. Deinde genu flexit, & flexo genu, ait Dñe, ne statuas illis hoc peccatū: & hoc dicto obdormiuit. Felix somnus, & requies vera Ecce, quid est requiescere? pro inimicis orare. Sed paulū quæso te S. Stephane expone nobis nescio quid: quare pro te stās orasti, & pro inimicis genu flexisti? Rñderet fortasse, quod intelligimus. Pro me stans oraui, quia pro me qui recte Deo seruiui orādo & impetrādo nō laboraui, quia qui pro iusto orat, nō laborat. Vētū est, vt oraret pro Iudæis, pro interfectorib. Christi, pro interfectorib. sanctorū, pro lapidatorib. suis attēdit tā multā, & tā magnā esse impietatē ipsorū, q̃ difficile donari possit, genu flexit, & ait. Dñe ne statuas illis hoc peccatū. Ergo carissimi, si nō ptis imitari Dñm, imitamini conseruū, imitamini S. Stephanū, imitamini oēs martyres sanctos.* Alterum sit Apost. Pauli de quo Chry. in hom. Qd nemo lædit nisi a seipso, *Vide Paulū quāta passus est: quæ eō enumerare difficile est; carceres, vincula, verbera, flagella, supplicia; a Iudæis lapidatur, virgis cæditur, præcipitatur, latrones incurrit, ab inimicis & falsis fratrib. insidias perfert; intus timores, foris pugnas patitur: famā, nuditatē, calūnias, insidias, tribulationes, bestias tolerat. Et qd opus est multa dicere? Quotidie moritur, & tñ in his oīb. nō solū nihil blasphemū ex ore suo profert, sed & gaudet, & gloriatur, atq; exultās dicit. Gaudeo aūt in passionib meis. Et iterū. Nō solū aūt, sed & gloriamur in tribulationib. Si ergo hic tāta patiēs gaudebat, & gloriabatur, q̃ erit venia, qua excusatio his, qui paruis iniuriis, aut qualibuscūq; tribulationib. q̃ vtiq; illis longe inferiores sunt blasphemāt?* Tertium S. Spiridionis Epi Cypri, q vt est in vita eius, *aliquādo ad Imp. Constantium, a quo euocatus erat, profectus est. Vili aūt erat habitu, manu virgā ex palma tenens. Pendebat ex collo vas fictile, & vt verbo dicā, contēpti hoīs speciem oīno præ se ferebat. Itaq; regiam ingredientē, quidam indecorum ratus tā abiecta specie virum atrare palatiū regium, sacra eius maxillæ impudenter colaphum infregit. Tulit id non modo patienter vir sanctus, sed & alterā prōpto pa tendi aīo percussori exhibuit. Quæ res insolētē illū tāto pudore affecit, vt repēte ei supplex fieret, & incōsideratę audaciæ veniā peteret, quā libēs cōcessit, & hoīem paternè instruxit, vt ab inferēda iniuria se cōtineret. Quo factū est, vt a viris principib. in honore haberetur, qui eū summa*

reueren-

Aug. ser. 2. Luc. 23. 34. Act. 7. 59. Chry. Coloss. 1. 24 Rom. 5. 3. Apud Sur. 14. Decemb.

Greg ho 35 *reuerentia ad Imp deduxerant.* Quartū fit B. Steph. Abbatis, de quo S Greg. in Euang. *Fuit, inquit, quidā d eb. nostris Stephanus nōe, pater mon. isterii iuxta Reatinę vrbis mœnia constituti, vir valde sanctus, virtute patientię singularis Et supersunt multi, qui illū nouerunt, eiusque vel vitā vel obitū narrant. Erat aūt huius lingua rustica sed docta vita Hic pro amore cęlestis patriæ cūcta despexerat, possidere aliquid in hoc mūdo fugiebat. Tumultus deuitabat huiuste, crebris ac prolixioribus orōnib. intētus erat. Virtus tū patiētiæ vehemēter in eo excreuerat, ita vt eū sibi amicū crederet, qui sibi molestiæ aliquid irrogasset. Reddebat cōtumeliis gratias. Si qđ in ipsa sua inopia dānū fuisset illatū, hoc maximū lucrū putabat. Oēs suos aduersarios nihil aliud quā adiutores æstimabat.* Cōplura id genus exēpla offendēs passim in SS. Vitis

XI. Rem. Præparatio & præmunitio eī cōtra oēs iniurias, vel cō- Greg. c. 33. tumelias. Est B. Greg. in 5. Moral. *Solerter, inquit, viris ante actionis suę primordia cuncta dēt aduersa meditari; vt semper hęc cogitans, sēper cōtra hęc thorace patiētię munitus, & quicquid acciderit prouidus* Caff. collat. 19. c. 14 *superet, & quicquid non accesserit lucrū putet.* Et Abba. Io. apud Caff. *Cum se, inquit, hō impatientiæ siue irę perturbationib. incursari deprehenderit, contrariis semetipsum obiectionib. semper exerceat. & propositis sibi multi modis iniuriarū dispendiorūq generib. velut ab alio sibimet irrogatis assuefaciat mentem suam in omnibus quæ inferre improbitas pōt, perfecta humilitate succūbere atq, aspera sibi quæq & intolerabilia frequēter opponēs, quāta eis occurrere dēat lenitate oī iugiter cordis cōtritione meditetur. Et ita respiciēs ad illas SS ciuium, hue ipsius Domini passiones, vniuersa nō solū contumeliarū, sed ēt penarū genera inferiora meritis suis esse pronunciās, ad oēm se dolorū tolerantiā præparabit.* Si dicas, q 1 ſi per fragilitatē in impatientiā aliquā qs postea labatur? Rūdet. *Tūc ita se obiurgās & increpans alloquatur. Tune ille es bone vir, qui paulo ante te oīa superaturū mala cōstanter sine præsumebas? Qūo inuicta illa patiētia tua leuissimi verbi prolōne confossa est? Vbi est illud qđ inani fiducia bellū in pace desiderans proclamabas, Paratus* Psal. 118. 60. *sū, & nō sū turbatus? Et cū propheta sæpe dixisti. Proba me Dñe, & tē-* Psal. 25. 2 *ta me, vre renes meos, & cor meū. Tali ergo semetipsū cōpunctionis aī idue iſione condemnans, multam animi sui commotiuncula esse non sinat.*

XII. Remed. Silentiū. Est Amb lib. 1. de officijs. *Quādo, inquit, ali-* Amb. c. 2. 3. 4 5 6. *quis nobis cōuiciatur, lacessit, ad violentiā prouocat, ad iurgium vocat, tūc silentiū exerceamus, tūc muti fieri nō erubescamus. Peccator n. est, qui nos prouocat, qui iniuriā facit, & nos similes sui fieri desiderat. Denique sit taceas, si dissimules, solet dicere. Quid taces? Loquere, si audes. Sed nō audes. mutus es, elinguē te feci. Si ergo taceas, plus rūpitur; victū se reputat, irrisū, posthabitū atq. illusum. Si respōdeas, superiorē se factū arbitratur, quia parē inuenit. Si n. taceas, dicetur. ille cōuitiatus est huic cōtēpsit iste. Si referas contumeliā, dicetur. ambo conuitiati sunt. Uterque*

que condemnatur, nemo absoluitur. Ergo illius est studiũ, vt irritet, vt similia illi loquar, similia agam. Iusti est aũt dissimulare, nihil loqui, tenere fructũ bonæ consciæ, plus cõmittere bonorũ iudicio, quã criminantis insolentiæ, contentũ esse grauitate morũ suorũ. Ita fit, vt ẽt humilitatem custodiat. Hę sunt arma iusti, vt cedẽdo vincat. Cõfirmat deinde hoc anti lotũ exẽplo Dauidis dicẽs. *Cur non imitemur dicentẽ Obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis. An hoc dixit tantũmodo, non ẽt fecit David? imò & fecit: Nã cũ ei conuitiaretur Semei filius Iemini tacebat Dauid, & quãuis septus armatis nõ retorquebat conuitiũ, nõ vltionẽ quærebat, &c. Non ergo mouebatur conuitiis, qui abundabat bonorũ operũ consciã.* Alibi vero cõfirmat exẽplo Christi. *Deniq;* inquiẽs, *& Christus tacebit ante Pilati iudiciũ constitutus, vt nobis daret formã tacẽdi: quia lingua corporis facilis est ad errorẽ, procliuis ad lapsum.* — cap 6. / Psal. 38. 3. / 2. Reg 16 10

Hoc remedio vsam fuisse in aliorũ iurgijs B. paulã Rom. tradit Hier. in ep. 27. ad Eustochiũ. *Si quando,* ait, *procacior fuisset inimicus, & vsque ad verbiũ iurgia prosiluisset, illud Psalterii decantabat. Cũ consisteret aduersum me peccator, obmutui & silui a bonis. Et rursus. Ego aũt quasi surdus non audiebã, quasi mutus non aperiens os suũ. Et factus sum sicut hõ non audiens, & non habens in ore suo increpationes.* — In psal. 38. / Matt 27. 14 / Hier. in Epitaph. / Psal 38. 3. / psal. 37. 14.

Idẽ remediũ acute B. Greg. exsculpsit ex Christi facto, cũ apud Io. Iudæis se ad lapidationẽ parantib. dr se abscondisse, & de tẽplo exisse. *Quanta humilitate,* inquit, *irã proximi ferre debeat, perpendat hõ, si furores irascentiũ abscondẽdo se declinauit Deus. Nemo ergo se contra acceptas contumelias erigat, nemo conuitiis conuitiũ reddat. Imitatione n. Dei gloriosius est iniuriã tacendo fugere, quã respondendo superare. Sed contra hoc superbia dicit in corde. Turpe est, vt accepta iniuria taceas. Quisquis conspicit, quia contumeliam accipis, & taces, non putat quia patientiam exhibes, sed crimina agnoscis. Sed vnde vox ista in corde nostro contra patientiam nascitur, nisi quia in imis cogitationẽ fiximus, & dum in terra gloriam quærimus, placere ei, qui nos de cęlo cõspicit, nõ curamus? Accepta ergo contumelia, meditemur in opere vocem Dei. Ego non quæro gloriam meam, est qui quærat & iudicet.* Idẽ proponit & Abbas Ioseph apud Cassianum, coll. 16. — Greg ho 18 / Ioan 8. 59. / Ioan. 8 50. / Cass. 26.

XIII. Re. Siue conueniens sit tacere, siue aliquid respondere conuitiant, practice sequere consiliũ S. Bas. his verbis præscriptũ. *Probris te perfudit: at tu illi benedicas: verberib. affecit? tu vero ęquo aĩo ferto. conspuit, ac nihil te fecit? tu vero illud tecũ meditare, qđ ex terra fictus, & creatus es, & rursum in terrã resolueris. Ignobilẽ te, & obscuro loco natũ dixit? at tu terrã teipsum esse dicito, & cinerem. Non es prestantior patre nostro Abrahã, qui iis noĩb se appellauit. Indoctũ, ac nullis opib. tu vero Dauidis verbis vtens vermẽ te esse dicito, & ex sterquilinio ortum habere. His etiam adde Mosis probitatem, qui cum esset ab Aaron & Maria conuitiis oneratus non eos Deo detulit, sed pro ip-* — Bas. orat. 9. de ira. / Gen. 18. 28. / psal. 21. 7. / Num. 12. 1.

sis

sis vota fecit,&c. Quid te pauperis appellatio perturbat? memoria repete ortū tuū,& reperies nudū te in hūc mundū ingressū esse, proinde nudus et hinc abibis. Hoīe vero nudo, quid, quæso, pauperius esse pōt? nihil profectò Sequere & Chrysost. Cōsiliū ita scribētes. *Fuit tibi quisquam iniurius, aut malo affecit? ingemiscito, ne maledictis incesseris, funde lacrymas, nō iniuriæ gratia, sed ob iniuriā inferentis interitū: queadmodū & Dominus tuus Iudā deplorauit. Nō n. quod cruci suffigeretur deflebat, sed qđ se ille esset ad sui perniciē proditurus. Læsit te quispiā, aut cōtumelia insectatus est? Deū precare, vti mox illi cōcilietur & parcat: frater. n. est, tuū est mēbrum, eodē quo tu partu genitus, ad eandē vocatus est mēsā. Dicet aliquis. At si id egero, maiorē mihi ī modū aduersarius insultabit. Ergo & maiora & plurima manebūt præmia, eoq. iustius ira mittēda est, cū illū videris vulnere mortali affectū. Dæmō. n. plagā illi inflixit: idcirco neq; erit rursū p te exulcerādus, vel aliquo mō calcādus, quē videris p dæmonē cōsternatū.* Et alibi *Nihil ita Deū reddit propitiū, sicut inimicos diligere, & calūniātib. bene facere. Cū igitur aliquis infestat, ipsū ne respicias, sed dæmonē instigātē & oēm in illū irā effunde: ipsius aūt & miserere, qui mouetur ab eo. Nā si mēdaciū a diabolo est, ēt irasci temere multo magis ab ipso. Cū mordētē videris, cogita q̄ est diabolus, qui eum instiget. Non. n. Christianorum sunt scommata.*

Chry ser. de laude Dei.

Id ho 56. ad pop. Ant.

XIV. Remed. Imploratio diuini auxilij. Est B Dorothei doctrina de simultate, sermitq; ijs qui iniuria semel affecti ægre illius obliuisci possunt. *Alius, inquit, nō verbo, nō opere, nō aspectu, nō habitu studet malū pro malo reddere, affligitur aūt in corde erga fratrē. Alius nullā quidē erga fratrē hēt tristitiam, tamen cū audierit illū ab alio afflictū vel contumelia affectū delectatur audiens. Alius neq. odium in corde retinet, neq; gaudet dū audit affectū contumelia eū qui se afflixerit, quinimo dolet illū male habere, non tamē libenter audit illū bene habere. Est & alius, q acceptā iniuriā statim obliuiscitur, & illico fratri recōcilia tur, sin vero post dies aliquot cōtigerit ab eodē in se dici quippiā minus gratū, e uestigio in memoriā reuocat primā iniuriā.* Cūq; dixisset, hos similes esse vulneratis, qui post vulnus sanatū cicatricē tamen retinuerunt, subiecit. *Dēt igitur ita concertare, vt ēt cicatricē oēm faciat eua nescere, atq. ita locū vulneris expolire, vt nulla ibi deformitas relinquatur, neq; aliquando reminiscatur vulnus illic extitisse.* Quod si quæras, *quo pacto id facias, scito per Orationē hoc maxime fieri, cū videlicet toto corde p fratre supplicas & dicis. Domine auxiliare mihi & fratri meo per mutas preces. Et sic supplicās pro fratre præstās argm̄ charitatis cō passionis & humilitatis, dū. s. fraternis precib. tibi quoq. implora auxilium. Vbi aūt fuerit charitas, cōpassio, humilitas, quid ibi poterit iracūdia, vel auersio, aut alia quæuis passio? Hic rectè aiebat Abbas Zosimas Si diabolus cū cætero dæmonū agmine ad hac oēs artes suas et machinamēta adhibeat, vanos fore oēs eius īpetus. Et alterius ex pcib suis istas tentia,*

Doroth do. 8.

tentia, quod pro inimicis orans nunquā posset esse iracundus, aut vindictę studiosus. Hucusq; Dorotheus. Adde Amb. ita scribentē *Iustus aduersus insultātes sibi tacet, iustus orat. Audi iustū orantē. Pro eo, vt me diligerēt, detrahebāt mihi: ego orabā. Iustus orat pro calūniantib. quia, & hoc praecipit Dñs, adiungēs. Benefacite iis, qui oderūt vos orate pro calūniantib. & persequentib. vos ipse per oīa iustus, qui haec custodit, & seruat. Primū, quia tacet, & nō respōdet inimicis. Deinde, quia orat, hoc est non est otiosus affectu, & qui orat, non ea, q̄ cuiq; possint suo inimici nocere. Plus est ergo orare, quā tacere*. Et paulo post. *Et si infirmus es, ora; & si fortis es, ora. Infirmus pro te oras, fortis pro inimico tuo oras. Bonū scutum infirmitatis oratio. Tu oras, & Dñs te protegit. bonū scutum ēt triumphantis, vt inimicum tuum quem possis ferire defendas.* Amb in ps. 8. Psal 108 4. Matth. 5. 44

XV. Remed. Considera, quā grauiter a Deo puniti sint in hoc seculo qui offensam obstinate condonare noluerunt. In vita n.S. Nicephori martyris tale narratur exemplū. *Inter nunc Nicephorū & Sapriciū presbyterum quondam familiares orta fuit simultas. Nicephorus prior per amicos ter quaterve reconciliationē petiuit cū non succedere, ipse supplex veniā a Sapricio rogat, sed frustra. Orat mox persecutione sub Valeriano Imp. Sapricius delatus fidē fortiter confitetur, tormenta varia sustinet, sniam capitalē accipit*. Hoc audito Nicephorus ei ad supplicii locū ducto in via occurrit, *prostratus ad pedes eius, veniā & charitatis osculū petiit. Facit hoc bis terve, adeo vt lictores paganicū quasi stultū deriderent, qui tā anxie veniā ab hoīe statim morituro postularet*. At *Sapricius ne verbū quidē ei respōdet, ne quidē in ipso supplicii loco & puncto. Cū ergo a carnifice Sapricius iuberetur genua flectere, vt caput ei amputaret, dixit lictorib. Nolite me ferire, & Diis sacrifico. Hoc audito, Nicephorus multis verbis & lacrymis eū rogat, ne sic se in aeternū perdat. Sed eo persistēte exclamat Nicephorus. Ego sum Christianus, me pro ipso ferite. Lictores ergo re tota ad Praesidē confestim delata, & ab eo ptāte accepta, miserū Sapriciū dimiserūt, qui fratrē non respiciens Christū negauerat, Nicephorū vero martyrii gloria, amputato eius capite, coronarunt*. In quo exēplo vides, mirabili iudicio Dei, eum qui offensam prior condonauit fieri martyrē, qui vero cōdonare noluit, ex martyre iā futuro fieri apostatā. Aliud narratur a Thoma Cantiprano. *Venerabilis*, inquit, *Iacob. de Vitriaco, vt multis adhuc notum est, crucē Hierosolymitanam ob salutē multorum in Brabantia praedicauit. Contigit aūt, vt pacificaturus quadam die mortales inimicitias, iniurias, iniuriam passum, primo suppliciter, deinde prostratus pedib. eius, semel iterū, & tertio cum multitudine populi presente rogaret, nec perficeret in rebellē. Cōuersus igitur ad populū dixit. Palā oīb. cōtestor vos; quia qui spernit nos, spernit & eū, qui mittit nos. Rogate ergo Dñm, vt tale signū ostēdat in hoīem obstina ū, quo cunctis praesentib. pateat eū hostiliter contra se in retentione odii cōtra proximū hoc egisse. Nec mora.* Apud Sur. 9. Feb. Cantipr lib. 2. c. 1. 8. p. 2. Luc. 10 16.

Vbi

Ubi vir sanctus orationem expleuit, miser ille euersis oculis, semel, iterũ & tertio in terram corruit, oreq; cruorem spumans & saniem, horrorẽ maximum spectaculum & piaculum omnibus præbuit. Tunc flente populo, vir reuerendus fusa prece prostratum erexit. Qui mox integerrime sospitatus, vbi ante se inimicum vidit, quasi aliquid amicissimum rogaturus, cum lacrymis veniam petiuit, ruensque in oscula eius ad la lacrymas & laudem Christi omnium corda commouit.

Vide V. *Consuetudo praua.* Detractio. *Discordia. Gloria vana. Immortificatio passionum.* Impatientia *in aduersis. Ira. Lingua abusus. Maledictio. Obstinatio. Odium. Pusillanimitas. Superbia. Tentatio. Tristitia.*

VOLVNTAS PROPRIA.

Remedia contra volunt. propriam.

I Remed: Considera quid spiritus sanctus de volũtate propria, vel
Iob 11. 12. praua libertate, qua quis viuit, vt libet, in diuinis scripturis tradiderit. Primo aũt eam reprehendit, apud Iob prophetã, dum ait. *Vir*
Isa. 58. 3. *vnus in superbiã erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat.* Et apud Isaiã. *Ecce in die ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra.* quam reprobat, inquit in eum locum B. Hier. Apostolus Paul. in epi
Eph. 2. 3. stola ad Ephesios ita scribens. *In quib* nempe peccatis, *& nos oẽs alibu-ndo conuersati sumus in desideriis carnis nostræ facientes volunta-*
Os 7. 16. *tem carnis, & cogitationum, & eramus natura filii iræ.* Et apud Oseã, de quibusdam dicitur. *Reuersi sunt, vt essent absque iugo.* B. Petrus
2. Pet. 2. 18. quoque hæreticis tribuit prædicationem huius libertatis. *Inescant*, inquit, *homines per concupiscentias carnis voluptatib. eos qui vere aufugerant eos, qui in errore conuersantur, dum illis libertatem pollicentur, cum ipsi serui sint corruptionis.* De eadem libertate loquens B. Paulus
Rom. 6. 20 ait. *Cum. n. serui essetis peccati liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructũ habuistis tunc in illis, de quibus nunc erubescitis?* hortatur, vt volunta
Psal. 16. 4. Psal. 39. 6. tem Dei potius, quam nostram faciamus. Vnde rex Dauid sic orat.
Psal. 142. 10. *Vnum petii a Domino, hanc requiram: vt videam voluptatem Domini.*
Prou. 11. 20. *Et quoniam vita in voluntate eius.* Et iterum. *Doce me facere voluntatem tuam.* Et Salomon ait. *Voluntas eius in his, qui simpliciter ambulãt.*
Matth. 6. 10 Et Christus docuit nos orare. *Fiat voluntas tua sicut in cælo, & in ter*
Rom. 12. 2. *ra.* Et Apost. *Nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quę sit voluntas Dei bona, & beneplacens, et perfecta.* hortatur, vt amemus disciplinam, qualis solet esse patris in filium, magistri in discipulum, domini in seruum, & Magistratus in
Prou. 3. 11. subditum. Ea. n. consistit in eo, vt alienæ potius voluntati, licet dura impetrentur, quam nostræ pareamur. Vnde Salomon. *Disciplinã Domini,*

mini, fili mi ne abiicias, nec deficias cũ ab eo corriperis. Quem.n.diligit Dominus corripit, & quasi in filio complacet sibi. Et Sapiens. *Disciplinam qui abiicit infelix est.* Et Apost. *Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris, dum ab eo argueris, in disciplina perseverate. Tanquam filiis vobis offert se Deus. qui.n.filius, quem non corripit pater?* Et iterum. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Et. *Obedite prepositis vestris, & subiicete eis.* Sap. 3. 11. Heb. 12. 5. Rom. 13. 1. Heb 13. 17. Cyp.

II. Remed. Considera dicta SS Patrum Cyp. de habitu Virg. *Disciplina custos spei, retinaculũ fidei, dux itineris salutaris, fomes ac nutrimẽtum bonæ indolis, magistra virtutis, facit in Christo manere semper, ac iugiter in Deo vivere, ad promissa cœlestia, & diuina præmia perueni re. Hanc sectari salubre est, & aduersari ac negligere lethale.* Et alibi in orõne Dñica *addimus quoq; & dicimus. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra, non vt Deus, vt faciat, quod vult, sed vt nos facere possimus, quod vult. Nã Deo quis obsistit, quo minus, quod velit faciat? Sed quia nobis a diabolo obsistitur, quo minus per oĩa noster aĩus, atq; actus Deo obsequatur, oramus, & petimus, vt fiat in nobis voluntas Dei, vt fiat in nobis, opus est* Dei *voluntate, i ope eius & protectione, quia nemo suis virib. fortis est, sed Dei indulgentia & misericordia tutus est.* S Bas. in regulis breuiorib. monachorũ *Dictũ est plerisq; in locis, quod in vniuersum vti propria voluntate, arbitriove aliẽnũ est a recta rõne. Similiterque quod maioris partis iudicio non stare, est contumaciæ & pertinaciæ periculũ incurrere* Et sermone de instĩone monachorũ. *Si quis spretis consiliis antistitis facere voluerit, quidquid collibitũ sit, plus mali, quã boni facit. Qui.n. prĩati resistit, Dei ordinationi resistit.* S Hier. ad Rustĩcũ monachũ *Oĩs ordo Ecclesiasticus suis Rectorib. nititur, in naui vnus gubernator. In domo vnus Dñs. In quãuis grandi exercitu vnus signum expectatur. Et ne plura replicando fastidiũ legenti faciã, per hæc oĩa ad illud tendit oratio, vt doceã te non tuo arbitrio dimittendũ, sed debere viuere in monasterio sub vnius disciplina* Patris. Io. Cass. de instit. renũtiantium. *Senioris hæc erit solicitudo & eruditio principalis, vt iuniorẽ doceat primitus suas vincere voluntates, quem studiose in his ac diligenter exercẽs, hæc illi semper imperare de industria procurabit, quæ sense rit aĩo eius esse contraria. Multis siquidẽ experimẽtis edocti, tradunt monachũ & maxime iuniores, ne voluptatẽ quidẽ concupiscẽtiæ suæ refrenare posse, nisi prius mortificare per obedientiã suas didicerint voluntates.* Et in coll. Abbatis Ioseph. *Sciendũ sane generaliter illũ partes agere fortiores, qui volũtati fratris suã subiicit voluntatẽ, quam eũ qui in defendẽdis suis definitionib. ac tenendis pertinacior inuenitur.* Isaias Abbas de perfectione. *Aperiẽdi sunt mentis oculi, ut nos ipsi cognoscamus sciamusq. Dei inimicũ cõstitui, qui propriã sequitur uoluntatẽ.* Et de gaudio aix. *Qui voluntatẽ suo proximo submittit, aĩum virtutis studiosum oñdit. Qui vero voluntatẽ suã amplectitur, præsefert imperitiã.* S. Bern. de Basil q. 113. Rom. 13. 2. Hier. ep 4. Cass l. 4. c. 8. Col. 16. c. 23. Isa orat 11. Id orat. 16. Bern. ser. 3.

de resurrectione. *Voluntatē dico propriā, quæ non est cōis cū Deo, & hoib. sed nostra tm̄, qn̄ quod volumus non ad honorē Dei, nō ad vtilitatē fratrū, sed propter nosmetipsos facimus, nō intendētes placere Deo, & prodesse fratrib. sed satisfacere propriis motib. aīorū. Huic cōtraria est recta frōte charitas, q̄ Deus est. Hęc. n. aduersus Deū inimicitias exercēs est, et guerrā crudelissimā. Quid. n. odit, aut punit* Deus p̄ter propriā *volūtatē.*

III. Remed. Considera exēplum Christi Dn̄i, qui apud s. Io. ita loquitur. *Meus cib. est, vt faciā voluntatē eius qui misit me, vt perficiā opus eius.* Et rursus. Non *quæro voluntatē meā, sed voluntatē eius, qui misit me.* Et. *Descendi de cœlo, non vt faciā voluntatē meā, sed voluntatem eius qui misit me.* Quæ verba tractās B. Bas. in regulis breuiorib. ita scribit. *Cum Dominus dixerit. Descendi de cęlo non vt faciā voluntatem meā, &c. quicquid quisq; ex propriæ voluntatis arbitrio facit, id cū facientis propriū sit, alienū est a cultu pietatis, metuendumq; est, ne de eo quod vī facere ipsi dicatur a Domino. Ad te conuersio eius, & tu dominaberis ei.* Deinde Christus ne in passione quidē suā voluit fieri voluntatē, nimirū in re asperrima, dixit. n. in horto orans. *Pater si vis transfer calicē istū a me. Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat.* Quæ verba expendens S. Cyp. in explanatione orationis Dn̄icę. *Quod si filius, inquit, ob audiuit, vt faceret patris voluntatē; quanto magis seruus obaudire debet, vt faciat Dei voluntatem? sicut in epistola sua Io. quoq; ad facienda Dei voluntatem hortatur, & instruit, dicens. Nolite diligere mundū, neq; ea quę in mundo sunt, &c. Qui aūt fecerit voluntatem Dei, manet in æternum, q̄uo & Deus manet in æternū. Qui in ęternū manere volumus, Dei qui ęternus est, voluntatem facere debemus.* Voluntas aūt Dei est, *quā Christus, & docuit, & fecit. Humilitas in cōuersatione, stabilitas in fide, verecūdia in verbis, in factis iustitia, in operib. misericordia, in morib. disciplina, iniuriā facere non nosse, & factam tolerare posse, cū fratrib. pacem tenere, Deū toto corde diligere, amare in illo, quod pater est, timere quod* Deus *est, Christū nihil omnino præponere quia nobis ille quicquā pręposuit, charitati eius inseparabiliter adhærere, cruci eius fortiter ac fidenter assistere, qn̄ de eius noīe & honore certamen est, exhibere in sermone constantiā, qua confitemur; in qōne fiduciā qua congredimur; in morte patientiā, qua coronamur: hoc est cohæredē Christi velle esse, hoc est, præceptū* Dei *facere, hoc est voluntatē Patris adimplere,* Queres, cū voluntas propria Christi fuerit bona, imò impeccabilis, cur eā non fecerit. *O Domine voluntas,* inquit S. Bern. *de qua dixisti, ut non fieret, si bona non erat, q̄uo tua erat? Si bona erat, quare derelicta est? Sic & consilium, si non bonum, q̄uo tuum? si bonum, q̄uo relinquendū? Et bona erant, & eius erant, neque tamen minus relinquenda, ob hoc videlicet, vt fierent meliora. Neque. n. oportebat propria pręiudicare cōmunib. Erat ergo voluntas Christi, & bona erat, qua dicebat. Si fieri potest, transeat a me calix iste, sed ea de qua dicebat, fiat volun.*

Ioan. 4. 34.
Ioan 5. 30.
Ioan. 6. 38.
Bas. q. 138.
Gen. 3.
Luc. 22. 42.
Cyp. ser. 6.
1. Io. 2. 15.
Ber. serm. 3. de resur.
Matt. 26. 39.

as tua melior erat, quia cõis non solum patris, sed & Christi ipsius (Oblatus est.n. quia ipse voluit) & nostra. Nisi.n.granum frumenti adẽs in terram mortuum esset, ipsum solum maneret, mortuũ verò multũ fructum attulit. Atque hæc voluntas patris erat vt videlicet, haberet quos adoptaret in filios. Christi erat, vt ipse primogenitus in multis fratrib. Nostra erat, quia pro nobis faciebat, vt redimeremur. Ioan. 12. 24.

IV. Rem. Considera solã propriã voluntatẽ primi parentis Adæ, causam fuisse, fontẽ & radicẽ primi peccati originalis in totã posteritatem humanã transfusi, & in nobis singulis esse cãm oĩum peccatorũ actualiũ, tam lethalium, quã venialiũ. De voluntate Adæ ita scribit B. Aug. concione 2. in Ps. 70. *Si quis perverse voluerit imitari Deũ, vt quõ Deus non hẽt, a quo formetur, non hẽt a quo regatur, sic ipse velit sua ptãte vti. Hoc diabolus fecit, imitari Deũ voluit, sed perverse, non esse sub illius ptãte, sed habere cõtra illũ ptãtem. Homo aũt positus sub præcepto, audiuit a Domino Deo. Noli tangere arborẽ in medio paradisi.* Et inf. *Quare aũt tetigit fratres mei? Quid illi deerat? Dicatur mihi, quid illi deerat in paradiso constituto in media opulentia, mediisq. deliciis? cui magnæ deliciæ erant ipsa visio Dei, cuius faciem quasi inimici timuit post peccatũ. Quid illi deerat vt tãgeret, nisi quia sua ptãte vti voluit, præceptũ rumpere delectauit? Vt nullo sibi dominante fieret sicut Deus, quia Deo nullus vtique dominatur. Male vagus, male præsumens, futurus mortuus recedẽdo a via iustitiæ. Ecce soluit preceptũ, excussit a ceruice iugũ disciplinæ, habenas regiminis exaltante aiositate dirupit.* Si obiicias serpentẽ potius videri primam cãm peccati Adæ. Rñdit B. Bern. in sermone de duplici baptismo. *Serpens, callidior vtique, non fortior cæteris aĩantib. o Eua decepit te, decepit profectò, nõ impulit, aut coegit. Mulier tibi, o Adã, de ligno dedit, sed offerendo vtiq; non violentiã inferendo. Neq.n. ptãte illius, sed tua factũ est voluntate vt eius voci plus obedieris, quã diuinæ.* De aliis peccatis actualib. quod sola propria voluntate cõmittantur, manifestũ est. Nã vt scribit S. Aug. in lib. de vera relig one, & est axioma à Theologis receptum. *Vsq; adeo peccatũ voluntariũ est malum, vt nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. Et hoc quidẽ, inquit, manifestũ est adeo, vt nulla hic Doctorũ paucitas, nulla indoctorũ turba dissentiat.* Hinc est, qđ B. Bern. in sermone de resurrectione citato agẽs de peccato mortali. *Quid, inquit, odit, aut punit Deus præter propriam voluntatem? Cesset voluntas propria, & infernus non erit. In quem.n. ignis ille deseuiet, nisi in propriam voluntatem?* Et inferius. *Hæc est crudelis bestia, fera pessima, rapacissima lupa, & leæna seuissima. Hæc est immundissima lepra animæ, propter quam in Iordane mergi oporteat, & imitari eum, qui non venit facere voluntatem suam.* Et de dublici baptismo. *Caueamus a propria voluntate, tanquam a uipera pessima, & nequissima, & quæ sola deinceps damnare possit animas nostras.*

Aug. part 2.

Gen. 2. 17.

Bern.

Aug. c. 14.

Bern. ser. 3

Nn V. Re-

V. Remed. Cõsidera deterrimos propriæ voluntatis effectus ab eodem D. Bernardo accuratè descriptos. *Voluntas propria, inquit, quo furore Dominũ maiestatis impugnet, audiant & timeāt serui propriæ voluntatis. Primo namq; seipsum subtrahit, & subducit eius dominatui, cui tanquā auctori seruire iure debuerat, dum efficitur sua. Sed nunquid contenta erit hac iniuria? 2. Addit adhuc, & quod in se est, oīa quoque quæ Dei sunt tollit & diripit. Quem. n. modū sibi ponit humana cupiditas? Dico fiducialiter. Nemini, qui sit in propria volūtate, pusset vniuersus mundus sufficere. 3. Sed vtinā vel reb. illis esset contenta, ne in ipsū (horribile dictu) desæuiret auctorē. Nunc aūt & ipsum, quantum in ipsa est, Deū perimit voluntas propria. Oīno. n. vellet Deum peccata sua aut vindicare non posse, aut nolle, aut ea nescire. Vult ergo eum non esse Deum: quæ quantū in ipsa est, vult eum aut impotentem, aut iniustum esse, aut insipientem. Crudelis planè & oīno execrāda malitia, quæ Dei potentiam, iustitiā, sapientiā perire desiderat.* 4. docet dœmonē semel ab aīa nostra per sacrm baptismi abactū, per propriam voluntatem cum septē spiritibus nequiorib. reuocari. 5. docet oīa bona opera nostra per propriā voluntatē inquinari, meritoq; suo destitui. *Etenim, inquit, si in die ieiunii mei inuenitur voluntas mea, non tale ieiuniū elegit sponsus, nec sapit illi ieiunium meum, quod non lilium obedientiæ, sed vitium propriæ voluntatis sapit. Ego autem non solum de ieiunio, sed de silentio, de vigiliis, de oratione, delectione, de opere manuum, postremo de omni obseruatione monachi, vbi inuenitur voluntas sua in ea, & non obedientia magistri, sui idipsum sentio. Minime prorsus obseruantias illas, etsi bonas in se, tamen inter lilia, i. inter virtutes censuerim deputandas; sed audiet a Propheta, qui eiusmodi est. Nunquid tale est obsequium, quod elegi? dicit Dominus. Et addit. In die bonorum tuorum inueniuntur voluntates tuæ. Grande malum propria voluntas, qua fit vt bona tua tibi bona non sint.*

Ber. de resu. Id. de pub. baptismo. Id. ser 71 in cantic. Ibid 5.

VI. Remed. Abnegatio propriæ voluntatis, quam Christus docuit verbo & exemplo, cum ait apud Matth. *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Et Ioan. *Non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.* De qua Caſſ. in collationib. *Finis quidem cœnobitæ est, omnes suas mortificare & crucifigere voluntates, ac secundum Euangelicæ perfectionis salutare mandatum nihil de crastino cogitare. Quam perfectionē prorsus a nemine, nisi a cœnobita posse impleri certissimū est. Quē virum* Isaias *Propheta describens ita beatificat, atque collaudat. Si auerteris a Sabbatho pedem tuum facere voluntatem tuam in Deo sancto meo, & glorificaueris eū, dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem, tunc delectaberis super Dominum, & sustollam te super altitudinem terræ, & cibabo hæreditate Iacob patri tui. Os. n. Domini locutum est.* Et in institutionib. monasticis. *Seniores, inquit, multis*

Matt. 16. 24. Ioan. 5. 30. Caſſ. coll. 19. c. 8. Math. 6. 34 Isa. 58 13. Id. lib. 4. c. 8.

multis experimentis edocti pronunciant monachum, nullatenus preuale re ad summa perfectionis culmina ascendere, nec iram, vel tristitiam, vel spiritum fornicationis extinguere; sed nec humilitatem cordis veram, nec cum fratribus vnitatem perpetuam, nec firmam, diuturnamq; posse retinere concordiam, sed nec in cœnobio quidem diutius permanere eum, qui prius voluntates suas non didicerit superare. B. Doroth. quoq. quemlibet religiosum ita alloquitur. *Coge teipsum incunctis, & vince, & voluntatem tuam imprimis abscinde. Si.n. consueueris voluntatem tuam amputare, habitũ indues Christi gratia & misericordia, quo omnia sine molestia, aut repugnantia perficies, teq. perfecte assequeris in libertatem.* Idem commemorat discipuli sui Dosithei hanc præcipuã exercitationem fuisse, vt propriã voluntatem crebrius frangeret. nã cum quidam illi aliquid afferrent ad vsum quotidianum necessariũ, sedulo & nitide paratum, iubebat alijs potius quam sibi dari, &c. Et ideo intra quinquennium ad tantam perfectionem peruenit, vt post mortem conspectus sit inter sanctos ad magnam euectus gloriã. Vnde rogatus aliquando Dositheus, cum in sustinendis ieiunijs, vigilijs cęteraque asperitate alijs multo inferior esset, qua in virtute se exercuisset, respondit, se omne studium in propria voluntate cũ superiorum voluntate conformanda posuisse. De tot. ser. 17 / Id. serm. 1.

VII. Remed. Subijcere se alterius imperio & voluntati, vel in parte, vel in totum. In parte, sicut filij parentibus, discipuli magistris, serui Dñis, subditi magistratib. clerici Prælatis, milites belli ducib. eorumq. legibus & arbitrio subijciuntur. In totum vero, sicut religiosi in religione approbata, qui cum obligatione voti obedientiæ Deo & superiorib sponte se subijciunt. De qua subiectione hic præcipue agimus Quod ad priorẽ attinet, non dubiũ est eã non solũ laudabilẽ, sed ẽt necessariam esse ad coercendã propriæ voluntatis peruersitatẽ. Nã S. Scriptura nõ semel monet, vt non simus sapientes apud nosmetipsos; & sępenumero, vt ad obedientiã, ita ad hanc subiectionem nos hortatur. Deinde idẽ docuerunt gentiles Philosophi naturę lege edocti, & suasit Seneca, vt quisq; ducẽ & magistrũ aliquẽ eligat, cu ius voluntati obsequatur. *Hoc mi Lucili, inquit, Epicurus præcepit, custodem nobis & pędagogum dedit. Opus est, inquã, aliquo, ad quem mores nostri se ipsi exigant. Nisi ad regulam, praua non corriges.* Demum ita expedit nobis ob passionũ turbã, qua a mẽtis constãtia sępe deturbamur. *Cũ subiecti simus*, ait Dorotheus, *multis passionib. prauisq. affectib. nostro iudicio non debemus oĩno fidere. Quando.n. regula cuius est, nunquã quod secundum eã dirigitur rectũ efficitur, sed distortũ.* Quod ad posteriorẽ subiectionem, Religiosorũ propriam attinet, ea cõsulitur a Christo, cum ait ad adolescentẽ prædiuitẽ. *Si vis perfectus esse, vade & vende oĩa quæ habes, & da pauperib. & veni sequere me.* Qđ consilium, quia erant secuti Apostoli, exclamant in persona B. Petri. Prou. 3. 7. / Rom. 12. 16. / 1. Pet. 2. 13. / Heb. 13. 17. / Sen. ep. 11. / Doroth. ser. 19 / Matt. 19. 21.

Hier. in c. 19. Matth. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* In quę verba ita scribit Hier. *Quia n. non sufficiebat relinquere oĩa (hoc. n. & Crates fecit Philosophus, & alii multi, qui diuitias contempserunt) iunxere quod perfectũ est, & secuti sumus te fecimus quod iussisti.* Idem fecere postea Macedones sub Apost. Paulo nam de ijs ita scribit. *Semetipsos dederũt, primum Domino, deinde nobis per uoluntatẽ Dei.* Fecerunt deniq. oẽs religiosi & cœnobitæ. De quib. agens B. Bas. in regulis fusius disputatis. *Qui seipsum abnegauit, seseq; uoluntatib. omnib. spoliauit, is non quod vult facit, sed quod docetur. Neque uerò ratio permittit eum, ut sibi ipsi, quod expediat eligere, qui gubernationem sui aliis tradiderit.* Et Hier. ad Rusticũ monachũ. *Ad hæc tendit oratio, ut doceã te non tuo arbitrio dimittendum, sed uiuere debere in monasterio sub unius disciplina Patris, consortioq. multorũ.* Et Aug. de morib. Ecclesiæ, agens de simili. qui vnus Patris imperio se subdiderãt. *Hi uero Patres,* inquit, *nulla superbia cõsulunt iis, quos filios uocãt, magna sua in iubendo authoritate, magna illorũ in obtẽperando uoluntate.* Quare meritò B. Ber. in Cantica scribẽs inuehitur in monachos, qui cum semel totos se, quo ad iudiciũ & voluntatẽ, subdidissent superiorib. tñ ad propriã voluntatem & iudicium relabebantur. *Quid nesciri,* inquiens, *curam semel nobis credidistis, quid rursum de uobis uos intromittitis?*

2. Cor. 8. 5.

Bas. q. 41.

Hier. ep. 4.

Aug. l. 1 c. 31.

Bern. ser. 15.

VIII. Remed. Resignatio perfecta sui ipsius in manus Superioris qua homo religiosus iudicium suum voluntatemque ad plenum eidem resignat, vt de eo disponat in omnibus prout iudicarit expedire ad maiorem Dei gloriam, suumque profectum. Qualis resignatio creditur fuisse beatissimæ Virginis Dei matris, cum Dei voluntate cognita ab de archangelo Gabriele, de concipiendo filio Dei, modo quæ hanc voluntatem exequendi, illico assensit dicens. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum.* Et qualis videtur fuisse B. Pauli ad Apostolicam dignitatem diuinitus vocati, cum exclamauit. *Domine, quid me uis facere?* Qualis B. Augustini, quãdo perfecta per varias inspirationes diuina uoluntate in has uoces erupit. *Da Domine quod iubes, & iube quod uis.* Qualis magni Isidori Alexandrini, qui religionem ingressus superiori suo dixit. *Sicut fabro ferrum subiectum est, ita & ego o pater, meipsum obedientiæ expono,* qui huius resignationis beneficio ad culmen perfectionis breui peruenit, vt docet Ioannes Climacus de gradu obedientiæ. Facile autem ad perfectam hanc uoluntatis propriæ resignationem exercendam commoberis, si assuescas in Superiore tuo, non hominem sed Christum intueri, vti reuera faciendum est, vt alibi ostendimus. Idcirco enim Christus de superioribus agens, dixit. *Qui uos audit, me audit, & qui uos spernit, me spernit.* Et Apostolos ad Romanos ait. *Non est potestas, nisi a Deo, & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit* Exemplum huius rei narrat loco citato idem Climacu

Luc. 1. 38.
Act. 9. 5.
Aug. 10. confes. c. 29.

Cli. grad. 4.

V. inobed.

Luc. 10. 16.
Rom. 13. 2.

macus de quodã, qui in officio coci, multarũ distractionũ obnoxio, tñ pristinam semper pacem, & deuotionem retinebat, haud secus, quam si semper orationi vacaret; rogatus autem eius rei cãm inter alia respondit. *Nunquam me homınib. seruire arbitratus sum, sed Deo.*

IX. Remed. Indifferentia, quæ non est aliud, quam quędam animi dispositio, qua quis paratus est voluntati Dei & Superiorũ obsequi oib sic vt paratus sit oib. medijs vti, quæ illi ad perfectionẽ conducibilia esse putarint, siue vilia, siue in speciẽ honorifica sint, de qua virtute differens B. Bern in sermone, quõ voluntas tripliciter subijci debeat. *Rogo vos, inquit, fratres, diligenter attendite, quia nihil mihi occurrit, quod vtilius possit audiri. Vbi certa est Dei voluntas, oĩno nostra sequitur, in his videlicet, de quib. certum aliquid in scripturis inuenimus, aut ipse spiritus manifeste clamat in cordib. nostris, quid sentiendum sit, vt est, charitas humilitas, castitas, obedietia, hęc approbemus indubitanter & appetamus, quę Deo placere scimus indubitanter. Sed & ea oĩmodis odisse debemus, de quib certum est, quod oderit ea Deus, vt est apostasia, &c. In his vero reb. de quib. nihil certum possumus inuenire, nihil certũ voluntas nostra definiat, pendeat inter vtrumq. aut saltẽ neutri parti nimis adhæreat, cogitans semper, ne altera pars forte Deo magis placeat, & parati simus voluntatem eius sequi, in quamcũque partẽ eam cognouerimus inclinari.* Bonum aũt erit, subdit paulo post, si Dei seruus *voluntatẽ suam suspensam tenuerit, donec Prælatũ interroget, & ab eo quærat Domini voluntatem, cui vice ipsius obedit.* Bern. Vnde B. Bas. in regulis breuiorib. posita quæstione, an religioso ministeriũ a superiorib. assignatum recusare, & aliud postulare liceat, respondet. *Cum obedientia vsque ad mortem seruari debeat; qui quod sibi assignatũ est recusat, & aliud ab eo diuersum exquirit, primum hic omnino obedientiam violat, & aperte declarat, nequaquam seipsum abnegasset, tum & aliorum complurium malorum cum sibi tum alijs auctor existit.* Et Cass in insti tutionib. agens de monachis Scithi. *Inter quos, ait, nunquã peculiare opus non dicam affectu, sed ne cogitatione quidem ab aliquo affectabatur.* Quicquid denique de ministerijs, vel alijs rebus præscribatur, id prudentiæ superiorum committendum est, qui pro ratione sui muneris quo loco Dei fungitur id pręscribere cuique, quod ad maiorem gloriam Dei expedire videbitur. *Qui in familia cæteris preest*, ait B. Bas. in citatis regulis, *& vniuersis, quæ facere illos oporteat, describit, maiore quadam cum animaduersione administrare munus debet, sollicitèque, & vt par est, in singulis aduigilet, quo pacto videlicet conuenienter voluntati Dei, & accommodate ad naturã facultatemque vniuscuiusque, habita communis boni ratione, munera singulis describat, imperetue.* Bas. q. 117. Cass l. 4. c. 14 Bas. q. 103.

Vide V. *Amor sui. Curiositas. Familiaritatis aĩa immortificatio passionũ. Inobedientia. Iudiciũ propriũ. Peccatũ. Voluptas carnalis.*

VOLVPTAS CARNALIS.

Remedia contra volupt. carnis.

I Remed. Considera sacrarum literarũ sñias, quæ improbant &
Eccl. 1. & 2. damnant oẽs voluptates & delitias carnis. Ac generatim quidẽ
prolixe eas insectatur Eccles. nõie vanitatis. *Vanitas vanitatum*, in-
quiens, *& omnia vanitas*. Et. *Dixi in corde meo. Vadã & affluam de*
Eccl. 11. 10. *liciis, & fruar bonis. Et vidi, quod hoc quoq. esset vanitas. Risum repu*
Iob 20. 5. & 21. 12. *tavi errorem: & gaudio dixi. Quid frustra deciperis?* Et rursus *Aufer irã*
à corde tuo, & amoue malitiã a carne tua. Adolescentia. n. & volu-
ptas vana sunt. Et Iob. *Laus impiorum breuis, & gaudiũ hypocritę ad*
Luc. 5. 25. *instar puncti.* Et *Tenent tympanũ & citharã, & gaudent ad sonitum or*
Rom. 13. 13. *gani, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Et
Christus Dñs apud Luc. *Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, &*
Gal. 5. 19. *flebitis.* Deinde Apost. *Sicut in die honeste ambulemus, non in comessa*
tionib. & ebrietatib. non in cubilib. & impudicitiis, &c. sed induimini
Dominũ Iesum Christũ. & carnis curam ne feceritis in desideriis. Et.
Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, ĩpudici
1. Tim. 5. 5. *tia, luxuria, veneficia, &c ebrietates, comessationes, & his similia; quæ*
1. Ioan. 2. 15. *prædico vobis, sicut prædixi; quoniã qui talia agunt, regnum Dei non cõ*
sequentur. Et. *Vidua, quæ in deliciis est, viuens mortua est.* Et B. Ioan.
Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo; quoniam omne,
Apoc. 18. 7. *quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculo-*
rum, & superbia vitæ. Et. *Quantum glorificauit se* (Babylon) *& in de-*
Bas. hom. 13. *liciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum.*

II. Remed. Considera censurã SS Patrũ. S. Bas. in exhortatione ad
baptismũ. *Ne dicas. Bona quidẽ est lex, sed longe iucundius peccatum.*
Voluptas est veluti quidã hamus diaboli, ad perniciẽ nos trahens. Volu
ptas mater est peccati, peccatũ aũt stimulus mortis. Voluptas nutrix est
ęterni vermis, quę ad tps quidẽ demulcet fruentẽ, ac postea felle amario
A. l. 6. ep. 41. *res retributiones facit.* S. Amb. ep ad Sabinum. *Non immerito S. Moy*
ses delectationem Ab[illegible]is figurauit similitudini. Prona est n. in ven-
trem sicut serpens, non pedib incedens, aut vlis eleuata cruirib. sed sinuo
so flexu totius velut corporis sui lubrica Ei terra cib. est, sicut serpen-
ti, quoniam escã nescit celestem. Corporalib. n. pascitur, atq. in varias
Gen. 3. 14. *mutatur species cupiditatũ, & tortuosis angulatur anfractib. Venenũ*
in dentib. hẽt, quib. vnumquisq. se euiscerat luxuriosus, belluo internecat,
abligurritor perimit. Quãtos superunt vina? dissoluit ebrietas, distendit
Chry. ho. 71. *cruditas?* S. Chry. ad pop. Antioch. *Nihil dæmoni tam gratum, quam*
delitiæ sunt & ebrietas, quoniam omnium est fons malorum & genetrix.
Per hanc Israelitas demum in idolorum cultum præcipitauit. Per hanc
Ezech. 16. 49. *sodomitas in nefarios accẽdit amores. Hæc est. n. inquit, impietas sodomo*
rum,

rum, in superbia satietate panũ & conuiuiis luxuriabantur. Per hãc alios perdit innumeros, & gehennæ tradidit. Quid n. mali nõ operantur deliciæ? Ex hoib porcos efficiunt, & porcis deteriores. Porcus. n. inuoluitur in cœno, & stercore pascitur: hoc abominabili magis vescitur mensa, illicitos excogitans coitus, & nefarios amores. Huiusmodi nihil a dæmoniaco differt; simili namque fertur impudentia, simili que bacchatur furore: & dæmone quidẽ pressum talẽ miseramur: hunc aũt auersamur & odimus. Quid ita tandẽ? quia spontaneũ ad se trahit furorẽ. & os, et oculos, & nares, & oĩa generaliter diuersoria ductus & riuos facit furoris. S. Hier. in Iouin. *Esus carniũ, & potus vini, ventrisq. saturitas, seminariũ libidinis est* Hier. lib. 2. *Vñ & Comicus, Sine Cerere, inqt & Libero friget Venus. per quinq; sensus, quasi per quasdã fenestras, vitiorum in aium introitus est.* Non pot ante metropolis *& arx mentis capi, nisi per portas eius irruerit hostilis exercitus. Horũ perturbationib. oĩa pregrauatur & capitur aspectu, auditu, odoratu, sapore, tactu. Si Circensib. quispiam delectetur, si athletarũ certamine, si mobilitate histrionũ, si formis mulierũ, splendore gemmarũ, vestiũ, metallorũ, & cæteris huiuscemodi, per oculorũ fenestras oĩe capta libertas est, & impletur illud propheticum. Mors intrauit per fenestras vestras, &c. Porro: botũ auditas, quod auaritiæ mater sit, & aium quasi quibusdã compedib. degrauatũ in terra teneat, quis ignorat? Propter breuẽ gulæ voluptatẽ terræ lustrantur & maria, & vt mulsũ vinũ, pretiosusq. cib. fauces nostras transeat, totius vitæ opera desudamus. Tactus aũt alienorũ corporũ, & fœminarũ ardentior appetitus, vicinus insaniæ est,* S. Aug. de verbis Apost. *Delectant quędã naturaliter infirmitatẽ nostram, vt cib. vt potus delectant* Aug. ser. 17. *esurientes atq. sitientes; vt nos delectat hec lux, quæ de cælo funditur sole exorto, vel quę syderibus & luna fulget, vel quæ in terra accenditur luminibus. consolatibus tenebras oculorũ, Delectat canora vox, & suauissima cantilena. delectat odor bonus, delectant ẽt tactum nostrũ, quæcunq. pertinẽt ad carnis aliquã voluptatẽ, & hęc oĩa, quę nos delectãt in sensib corporis, aliqua licita sunt. Delectãt ẽt vt dixi, oculos, & spectacula ista magna naturæ, sed delectãt ẽt oculos spectacula theatrorũ. hec licita, illa illicita. Psal. sacer suauiter cantatus delectat auditũ, sed delectã. auditũ ẽt cantica histrionũ. hoc licite, illud illicite. Delectãt ẽt coniugales amplexus, delectant ẽt meretricũ. Hoc licite, illud illicite. Videtis ergo charissimi ẽt in istis corporis sensib. licitas esse & illicitas delectationes. Iustitia sic delectet, vt vincat ẽt licitas delectationes.* Auctor li. de disciplina & bono pudicitiæ. *Voluptatẽ vicisse, voluptas est maxima: nec vlla maior est victoria, quã ea, quę e cupiditatib. refertur. Qui hostẽ vicit, fortior fuit, sed altero. q libidinẽ repressit, seipso fortior fuit. Qui inimicũ prostrauit, extremũ hostẽ percussit. Qui cupiditatẽ depressit, hostẽ domesticũ superauit. Malũ oẽ facilius vincitur quam voluptas: quia illud quicquid est, horridum est, hoc blandum est.*

Terent. Eun.

Terent.

In Cypriani.

III. Remed. Considera dicta Philosophorũ & poetarũ Ethnicorũ.
Arist. 1. Eth. c. vlt. Ar. 7. Eth. c. 11. Arist. in Ethicis. *In oĩb. inquit, a iucunditate & voluptate maxime cauendũ est: non. n. de ipsa incorrupti iudicamus.* Et rursum ait, voluptates prudentiã impedire, eoq; amplius, quo quis magis eis indulget, *vt in venerearum rerum voluptate, in qua constitutus*, inquit, *nemo intelligere quicquam põt.* Quod & S. Aug. in libris de ciuitate Dei annotauit.
Aug. l. 14. c. 16. Idcirco Hippocrates, vt in cõmentario ibidẽ recitat Lud. Viues, coitum finiuit μικρὰν ἐπιληψίαν, *paruum morbum comitialem.*
Laert. l. 6. c. 1. Cle. Ia. stro. Et apud Laertium, ac Clementem Alex. Antisthenes philosophus dicit se mallè insanire, quam affici voluptate. Insaniã. n. auferre medicum, voluptatem verò, cum mentẽ homini, vix sanabile malum esse.
Epict. c. 55. Epictetus in Enchiridio. *Si voluptatis alicuius imaginem aĩo conceperis, moderare tibi, ne ab ea mouearis Sed & rem examina, & tibiipsi præbe deliberandi spacium. Deinde vtriusq; temporis memento, t[illegible] m eius, quo voluptate frueris, tum eius quo præcepta iam voluptate dolebis, teq; ipse[illegible] iurgabis.* Plato voluptas . *Voluptas est malorum esca.*
Cic. Cat. maior. M. T. Cicero in libro de senectute probans senectuti non esse incommodum carere voluptatib. O, inquit, *præclarum munus ætatis, siquidẽ id aufert nobis, quod est in adolescentia vitiosissimum: Accipite, inquit, optimi adolescentes veterem orationem Architæ Tarentini. Nullam capitalem pestem, quam corporis voluptatem hoĩbus dicebat a natura datam. Hinc patriæ proditiones, &c.* Et inf. addit, *virtutem in voluptatis regno non posse cõsistere: eam quo maior est, omne aĩ lumen extinguere, nihil esse tam detestabile & pestiferum.* Horatius *Sperne voluptates, nocet empta dolore uoluptas.*
Sen. ep. 116. Seneca ad Lucilium. *Voluptatem natura rebus necessariis admiscuit non ut illã peteremus, sed ut ea sine quib. non possumus viuere gratiora nobis illius faceret accessio. Si suo veniat iure, luxuria est.*
Id. c. 7. Et lib. de beata vita. *Altũ quiddã est virtus, excelsum, regale, inuictũ, infatigabile: voluptas, humile, seruile, imbecillũ, caducũ, cuius statio ac domiciliũ fornices & popinæ sunt. Virtutẽ in tẽplo inuenies, in foro, in curia, pro muris stantẽ, puluerulentã, coloratã, callosas habentẽ manus; voluptatẽ latitantẽ sæpius ac tenebras captantẽ, circa balnea ac sudatoria, ac loca ædilẽ metuẽtia, mollẽ, eneruẽ, mero atq; vnguẽto madẽtẽ, pallidã fucatã, & medicamẽtis pollinctã.*
Aug. 5. ciui. Dei c. 20. B. Aug. cõmemorat Philosophos q in voluptate summã felicitatẽ collocabant ab alijs fuisse confutatos pictura quadã, in qua voluptas tanquã Dña sederet in sella regia, & vnicuiq; virtuti tanquã ancillæ, quid ipsius causa oporteret facere, imperaret, vt vel eius spectaculi absurditate appareret, quã sit absurdũ voluptati vllum locum dignitatis assignare.
Hier. lib. 2. Hier. aduersus Iouinianum prolixe scribit ad cauendas voluntates quid prisci philosophi fecerint. *Pytagorei*, inquiens, *frequentias vrbiũ declinantes in solitudine & desertis locis habitare consueuerunt. Platonici quoq; & Stoici in templorum locis, & porticib. versabantur, vt admoniti angustioris habitaculi*

taculi sanctitate, nihil aliud, quã de virtutib. cogitarét. Sed & ipse Plato, cũ esset diues, & thoros eius Diogenes lutatis pedib. cõculcaret, vt posset vacare philosophia, elegit Academicã villã ab vrbe procul, non solũ desertã, sed & pestilentẽ; vt cura & assiduitate morborũ libidinis impetus frãgeretur, discipuliq; sui nullã aliã sentirẽt voluptatẽ, nisi earũ quas discerẽt Deniq. B. Bas. agens de legendis gentiliũ lib. ex Prodico Chio narrat. *Quod iuueni quondã Herculi secũ consulenti ad vtram viarũ se conuerteret, en ad eã quæ ad virtutẽ per labores ducit, an ad facilẽ per voluptates, duas ei fœminas, virtutẽ ac voluptatẽ, quarum mox ex diuerso habitu dĩam agnouerit, apparuisse. Altera quidẽ forma conspicua, molliore facie, lasciuis oculis, sermone blãdo, oĩa fausta, facil aq. & ad vitæ solatia tendentia pollicendo Herculẽ ad se trahere conabatur. Altera verò vultu rigido, squalẽti mœstoq. ore, magnã fiduciã atq. constantiã præferẽs nihil iucundũ, nihil amœnũ ostẽdebat, sed mille pericula, laboresq. immensos terra mariq. subeundos; præmiũ tñ horum immortale; ad extremum vero morientem Herculem se secuturam, & inter Deos collocaturam recipiebat; hancque secutum Herculem dicit.* B. Bas. hom 23

IV. Remed. Recordatio terribilis iudicij extremi, & horrendorum inferni cruciatuũ, ĩ voluptuarios imprimis a Deo decretorũ, iuxta illud Apoc. *Quantum in delicijs fuit, tantum illi date tormentũ.* Hoc remediũ ipse Eccl. mortalium sapientissimus præscripsit, dicens. *Si annis multis vixerit hõ, & in his oĩb. lætatus fuerit, meminisse dẽt tenebrosi tp s, & dierũ multorũ, qui cũ venerint vanitatis arguentur præterita.* Exẽplo sit epulo Euangelicus, qui epulatus quotie splendidẽ sepultus est in inferno, & in summis tormentis existens hoc antidoto petiuit ab Abrahã quinque fratres suos ad meliorẽ vitæ frugẽ reduci. *Mitte*, inquiens, *Lazarũ, vt testetur illis*, nẽpe quantas ob voluptates patiar cruces, *ne & ipsi veniant in hunc locũ tormentorum.* Vide Hier. in consolatione ad Iulianũ. *Diuitẽ purpuratũ gehennę flamma suscepit. Lazarus pauper & vlcerib. plenus, cuius carnes putridas lambebant canes, & vix de micis mensę locupletis miserabilẽ sustentabat aĩam in sinu Abrahę suscipitur, & tanto Patriarcha parente lætatur. Difficile, imò impossibile est, vt & præsentib. quis & futuris fruatur bonis, vt & hic ventrẽ, & ibi mẽtẽ impleat, vt de delicijs trãseat ad delicias, vt in vtroq. seculo primus sit, vt & in cęlo & in terra appareat gloriosus.* Et in Apol. ad Pammachiũ. *Voluimus opipare comedere, vxorũ adhærere complexib. & in numero virginũ & viduarũ regnare cum Christo. Idẽ ergo hẽbit fames præmiũ, & ingluuies, sordes & munditiæ, saccus & sericũ. Lazarus recipit mala in vita sua, & diues ille purpuratus, crassus & nitidus, fruitus est carnis bonis dum viueret, sed diuersa post mortẽ tenẽt loca. Miseriæ delicijs, & deliciæ miserijs cõmutantur. In nostro arbitrio est, vel Lazarũ sequi, vel diuitẽ.* Eodẽ antidoto sanare cupiens B. Amb. eos, qui negabant se posse vel hyeme vel æstate ieiunare

Apoc. 18. 7. Eccl. 11. 8. Luc. 16. 28. Hier. ep. 34. Luc. 16. 22. De libris in Iouin. Amb. ser 33

ieiunare, ita alloquitur. Dic mihi, o delicate Christiane, qui æstum so lis ieiunādo ferre nō potes, nūquid æstus, quem sustēturus es, torrētior est gehēna? Nūquid hyems, cui retrudētis es horridior est tenebris? in exteriores.n.tenebras abiicietur peccatores; ibi erit fletus & stridor den tiū, sicut ait Dñs. Stridor inquā dentiū instar hyberni tps erit in illis

Matt. 25. 30. Chry.ho. 34 tenebris. Et Chry. ad pop. Antioch. Nō decipiamus nosipsos. Detur.n. quod per totā vitā nostrā voluptati vacauerimus: sed quid ad infinita secula? Hic.n. & bona & mala finē habent, illic aūt immortales pœnæ. Hic si ardeat corpus, egreditur aīa; illic verò incorrupto resurgente corpore semper aīa cōburitur, enim peccatores incorrupti resurgunt, nō vt honorentur, sed vt immortaliter in tormētis permaneāt. Si itaq; bal nei vehementiorē vaporem non ferimus, quō feremus ignium flumen?

V. Remed. Cōsidera deterrimos voluptatū effectus, a S. Patrib. ac

Bas. in ps. 33. curale descriptos. Bas. Oblectatio corporeæ voluptatis plus doloris hēt, quā iucūditatis. Nuptiæ.n. sæpe steriles sunt, viduitates cōtinent & supra. Agricultura sterilitatē, mercatura naufragia, diuitiæ insidias pa tiūtur, sed, & delitiæ & satietas, & continēs voluptatū fruitio multos

Chry. ho. 54 & 55. ac varios secū trahunt morbos, ac affectionū varia genera. Chry. ad populū Ant. Quid nō mali faciūt deliciæ; sib. ipsis contrariæ sunt. Unde ne scio, quō nomē hoc habeāt: sed sicut gloria, cū ignominia sit: & diuitiæ, cū sit paupertas, vocatæ sunt; sic & deliciæ, cū iniucunditas sit. Et rursus. Nō tā vehemēter fluuialiū aquarū cursus ripas corrodere solet, sicut deliciæ & luxus oīa valetudinis nostræ firmamēta facile subruere. Si.n. medicinalē ingrediaris officinā oēs fere morborū causas illinc inue nies esse. Vilis.n. tenuisq; mensa, vt loquūtur medicorū pueri sanitatis mater est. Saturitas verò ægritudinis mater est, morbosq. parit ipsorū quoq. medicorū artē trāsgrediētes; pedū.n. dolores, & capitis grauedines, & vertigines, & manuū cruciatus, & tremores, & remissiones, & æstuosæ febres, & alia his multo plura ex crapula & saturitate nasci solēt. Si verò vis aī morbos inde nascētes videre, auaritiæ, mollitiæ, me lācholiæ, ignauiæ, oēs ignorātiæ hinc hñt principiū. nihilo nāq. fiunt asinis meliores aī taliū mēsarū delicias sectātes. Et in hom. qd nemo lædit nisi a seipsō. Meretricē ego appello vitā hanc, quæ in deliciis & affluētia diuitiarū. & huius seculi potentia ac voluptate transigitur. Et nō solū meretricē eā nōio, sed & turpissimā atq obscurissimā meretricē cuius facies fœda, horrida, aspera, amara, crudelis, & in hoc maxime est, in quo sine venia habēdi sunt cūcti, quos decipit: q cū tā turpis sit eius vultus, barbarus ac truculētus, tñ multi ab ea capiātur. Et cū videant apud eā cruēta oīa, periculis, mortib. & pcipitiis plena, cūq. eā stipari videāt sodalib. pessimis, cōtumeliis dico, liuore, īsidiis, metu, tristitia, tremore frequēti, & mille aliis huiusmodi īfaustis cōsortib. velut anguiū corona circūdari, fructū verò ī his nullū aliū nisi interitū eē, pniciēq. perpetuā, expetitur tamen a plurib. & amabilis exoptabilisque habetur.

VI. Rem. Cōsidera exēpla eorū, quib. voluptatū carnaliū abusus pniciem

niciē attulit. Primū sit primi parētis nostri Adæ, de quo contra Iouinianū ita Hier. *Docebo primū Adā in paradiso accepisse præceptū, vt cætera poma comedēs ab vna arbore ieiunaret. Beatitudo paradisi absq. abstinētia cibi nō potuit dedicari. Quādiu ieiunauit, in paradiso fuit: comedit & eiectus est: eiectus, statim duxit vxorē. Qui ieiunus in paradiso virgo fuerat, satur in terra matrimonio copulatur.* Et Amb. ad Sabinū. *Qd si primus ille hō, qui cū Deo loquebatur in paradiso positus labi tā facile potuit, ex terra creatus virgine, q ad verbū Dei formata et creata recēti fuerat exortu, nondū ea parricidali, cadiūq; cōcreta sanguine, flagitiis & dedecore polluta; quāto facilius postea lubrica ad peccandū via maius aduexit. humano generi præcipitiū, cū deterior tolerabiliori p vices gñationis successerit?* Alterū sit Esau de quo Basil. in regulis fusius disputatis. *Esau ēt vitio, quasi maximū malorū oīum, data incōtinētia est, qui vno ferculo primogenita sua vēdidisset.* Et Hier. lococit. *Cur pdidit. Esau primogenita sua? nōne propter cibū? impatiētiāque gulæ lacrymis emēdare nō potuit.* Tertiū sit Israelitarū, de quibus idē. *Eiectus de Aegypto populus Israel, & in terrā repromissionis lacte, & melle manantē introducēdus, Aegyptias carnes, & pepones, alliaq. desiderat. Utinā, inqt, obijssemus pcussi a Deo in terra Aegypti, qñ super ollas carniū sedebamus. Et iterū. Quis nos pascet carnib. Venerūt in mentē nobis pisces, quos ī Aegypto comedebamus gratis, & cucumeres, & pepones, & porri, & cepe, & allia. At nūc aīa nra arida, nihil nisi māna oculi nri cōspiciūt, angelorū cibū cōtēnētes, carnes Aegyptias suspirabāt, &c. Ingrassatus est, & pinguefactus & dilatatus, & recalcitrauit dilectus, & dereliquit Dnm q fecerat eum & discessit a Deo salutari suo.* Quartū sit regis Salomonis, de quo idē ad Eustoch. de custodia virg. *Solus ī delicijs Salomō fuit, et forsitā ō corruit.* Et Basil. ad Chilonē anachoretā. *Salomoni qd attulit cōmoda frugis exuberās adeo opulētia ipsaq̃ sapiētiæ, et q̄ vix dū adolescēti cælitus de Deo cognitio idulta ē, qñ is demū p mulierculæ, q̄ ad īsaniā vsq. deperibat, illices cōplexus, ex cordatissimo adolescēte p ætatē i seniū deuergētē vecorsfactus, et in idololatriā plapsus cōcidit?* Postremū sit recētius de vxore Ducis Veneti a Petr. Damiano Card. descriptū ad Blācā Comitissā. *Ducis Venetiarū vxor, q̄ erat Cōstātinopolitana, tā delicate, inqt, viuebat, vt ēt cōib. aquis sese dedignaretur abluere, sed eius seruit orē cæli satagebāt vndiq. colligere, ex quo laboriosū satis sibi balneū procurarent. Cibos quoq. suis manib. nō tāgebat, sed ab eunuchis alimēta quæq. ī minuta cōcidebant frusta; q̄ mox illa q buſdā fuscinulis aureis atq. bidentib. ori suo liguriēs adhibebat. Eius porro cubiculū tot tymiamatū, aromatūq. generib. redolebat, ut et nobis narrare dedecus fatear, et auditor forte nō credat. Sed oīpotēti Deo, quātū huius fœminæ exosa fuerit superbia manifesta docuit vlciscēdo censura. Vibrato qppe super eā diuini mucrone iudicii corpus eius oē cōputruit, ita vt mēbra corporis vndiq. cuncta* marce-

Hier. lib. 2. Gen. 2.
A l. 2. ep. 42.
Basil q. 16.
Gen 25. 31.
Hie in Iou.
Hier ep. 22.
Basil ep.
P. Dam li 7. ep 19.

marcescerēt, totūq. cubiculū intolerabili prorsus fætore complerent, nec quisquā tantā perferre nariū iniuriā potuit; nō cosmeta, nō seruulus, vix vna dūtaxat ancilla nō sine spē redolētis auxilio in eius obsequii sedulitate permāsit. Eadē tū raptim accedebat, & protinus fugiēs abscedebat: diutius.n. hoc lāguiore decocta & miserabiliter cruciata, amicis quoque latantib. diē clausit extremum. Quid ergo sit caro, doceat ipsa caro, quēda perhibet mortua, testetur, & viua. Habes ibidē, & alia exēpla.

V H. Remed. Continētia, & castigatio carnis. Continētię aūt noīe
Basil. in reg. f. disp. q. 16. cū Basil intelligimus eā, *qua tollēdæ contumaciæ corporis cā pietatis ergo de industria sequimur rerū voluptatē titillantiū abstinentiā.* Ea, inquit, *absolutæ continētiæ rō est, vt linguæ, vt oculis limites pręscribat, vt aurib. minime curiosam indulgeat auscultationē, & singulis his cancellos ipsorū officii quasi quosdā circūscribat: extra quos, qui egressus*
1. Cor. 9. 27. *sit, is incontinēs ac petulās est.* Et rursum. *Castigatio præterita corporis, & in seruitutē illa redactio nulla re tātopere efficitur, quā continentia. Siquidē feruor ille qui in iuuenib. vigere solet, itēq. difficilis ad coercēdū ad libidines impetus continentia veluti quodā freno cohibetur. Non.n. vt ait Salomon inutiles sunt stulto deliciæ. Quid aūt carne, quę molliter accuretur, & iuuentitutis æstu temere huc illucq; agitetur, fingi stultius pōt? idcirco Apost. dicit. Et carnis curam ne feceritis in desideriis. Et quę in deliciis est, viuēs mortua est.* Et alibi in hom. de legendis
Rom 13. 14. 1. Tim. 5. 6. gentiliū libris. *Est totū corpus castigandū, ac ferę cuiusdā instar cohibendū, & ab ipso aduersus aīam tumultus orientes rōne veluti flagello cōpescendi, ne frenū voluptati circūlaxando mens velut auriga ab equis contumacib. misere rapiatur, ac inter cætera Pythagoræ meminisse dicti oportet, qui vidēs quendā se cibis laute curantē ac saginātē Heus, inquit, miser, nō desinis cōtinuo duriorem tibi carcerē præparare!* Amb. de
Amb. c. 22. Elia & ieiunio. *Castigemus corpus nostrū ieiuniis fugiamus indecoras comessationes; caueamus, ne nobis dicatur. Vlulate a vino* Ne *veniat* Moyses, & Leuitas *aduocet; & quicūq. paratus ad* Domū *armatā dextera gerat, separet se ab his, qui māducādo & bibēdo grauia cōtraxere peccata.* Et iterū. *Nemo amariorib. pręoptet dulciora. Dulcis voluptas vt amarū ieiuniū. Hoc amarū illud dulce tollatur. Solent amara ēt ipsis plus prodesse corporib. Sicut.n. cū in intimis puerorū viscerib. vermes ex cibi indigestione nascuntur, extingui nō queunt, nisi cū amarior potius infunditur, aut medicorū vis inolescit asperior, quorū odore moriātur; ita*
Hier. ep. ic. *profundum aīæ virtus ingressa ieiunii, culpā latentem interficit,* Hier. ad Furiā, de viduitate seruāda *Quicquid facit seminariū voluptatū, venenū puta. Parcus cib. & venter semper esuriens triduanis ieiuniis pręfertur. Et multo melius est quotidie parū. quā raro satis sumere. Pluuia illa optima est, quæ sensim descēdit in terrā. Subitus & nimius imber in*
Chry. ho. 21 *præceps arua subuertit.* Deniq. Chry. ad pop. Antioch. *Euaserunt Dei minas Niniuitæ per ieiuniū. meretrix Dominū lacrymis conciliauit.*

Paulus

Paulus pecca'ũ confitens pænitentũ fit doctor. latro credẽs paradisi ciuis factus est. Hec medicamina capientes vulnera nostra curemus dicẽtes. Sana me Domine & sanabor. Et sana animã meã, quia peccaui tibi. Suscipite enim medicus dicet Ego sum qui deleo peccata tua, nec amplius recordabor. Vides, quot tibi medicinas medicus parauit? Ipse elige quã vis Auxiliorũ tibi varietatẽ iuxta vulnerũ differentiã demõstrauit. Si nõ potes eleemosynas facere, cõpungere. Si nõ potes ieiunare sicut Niniuita, saltẽ vt meretrix peccata lacrymis ablue. Si ieiunare nõ potes, eia ad misericordiã Dei cõfuge cũ Dauide dicẽs. Miserere mei Deus secũdũ magnã misericordiã tuã. Nõ est enim viperæ morsus vt sup ipsum medicinã imponã, nec macula ex luto facta, vt ipsã aqua abluam, sed ex diaboli morsu vulnus egens clemẽtiæ tuę misericordia. Tantũ accede petẽs. & oleũ instillabit benignus. q dixit. Si cõuertatur impius à via sua mala, nõ recordabor iniquitatũ eius, quas cõmisit. Tantũ vulnus reuela, & dic. Miserere mei Deus ꝓpter naturæ infirmitatẽ, & ꝓpter tuã bonitatẽ, Tantũ desidera curari. Salutẽ enim tuã Medicus quęrit q errantẽ ouẽ cõuertit, qui ad malos & bonos vocãdos in biuia misit. Ecce & nũc vbi vẽdit regnũ cęlorũ. Si nõ habes obulũ vnde emas, eme gemitu Fragmento *panis cęlorum regnum. tibi retribuit, &c.* Ioan. 3. Luc. 7. 1. Tim. 1. Luc. 23. Ierem 17. Psal. 40. Heb. 10. Psal 50. Ezech. 33.

Vide V. *Amor. sui. Choreę. Ebrietas. Gula:* Luxuria. *Vestium luxus. Voluntas propria.*

VOTI VIOLATIO.

Remedia aduersus Voti Violationem.

I Remed Considera Spiritus S. oracula, diuinis scriptis consignata. Ac primò quidem iis accurate describuntur mores apostatæ, desertoris, scilicet, vel fidei Catholicæ, vel fidei Deo datæ per votum castitatis aut religionis. *Homo apostata*, ait Salomon, *vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat.* Et rursus. *Sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum.* id ẽ, qui deserit statum suum & vocationem, incertis vagatur sedibus, multis obnoxius periculis & damnis. 2 hortantur ad perseuerantiam in suscepto semel vitæ instituto. *Si Spiritus*, inquit Ecclesiastes, *potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.* Et Syracides. *Ne manseris in opibus peccatorum: confide autem in Deo, & mane in loco tuo.* Et Apostolus. *Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.* 3. docent, Vota semel Deo facta, esse reddenda. Vt in Numeris. *Si quis virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento: non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit implebit.* Et in Deuteronomio. *Cum voueris Domino Deo, tuo,* Prou 6 12. Prou 27 8. Eccl 10 4. Eccli. 11. 22. 1. Cor 7 20. Num. 30 3. Deut. 23 21

tuo nō tardabis reddere, qa requiret illū Dñs Deus tuus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatū. Et apud Iob. Rogabis eū, nēpe
Iob 22.27. Deū, & exaudiet te, & vota tua reddes. Et in Psal. Vouete, & reddite
Psal. 75. 12. Dño Deo vestro, oēs, q̄ i circuitu eius affertis munere. Et apud Ecc. Si qd
Eccl. 5. 3. vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet. n. ei infidelis & stulta ꝓmissio, sed quodcūq voueris, redde multoq. melius est nō vouere, quā post votū promissa non reddere. 4. declarant desertores sui status, vel vototum,
Prou. 20 25. reos esse exitij æterni. Salom. ō n. sic loqt' Ruina est hoi deuorare sanctos, & post vota retractare. Et Christus apud Luc. Nemo mittēs ma
Luc 9. 62. nuū suā ad aratrū, & respiciēs retro, aptus est regno Dei. Et B. Paul.
1. Tim. 5. 11. Adolescētiores viduas deuita: cū. n. luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volūt, habētes dānationē, quia primā fidē irritā fuerunt. Primam fidē, i. votū castitatis, vti Patres exponunt. Et S. Io. in Apoc. Memor esto, vnde excideris, & age pniam, & prima opera fac: sin aūt, venio ti
Apoc. 2. 5. bi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pniam egeris.

H Remed. Considera, quid aduersus Voufragos scripserint prisci patres, qui omnes minimum castitatis voto se Deo obstrinxerunt. Primus sit S. Grego. Thaumaturgus in Ecclesiast. Pollicitatio, inqt, voto
G. in Eccles. c. 5. facta finem ꝑ opus accipiat. Est hoc stultorū propriū, vt irrecti sint. Ac tu promissi veritatē præsta, sciēs lōge tibi satius esse nō vouere, nec facturū aliquid polliceri, quā post conceptū votū id relinquere. S. Basil. Constit. monasticis. Illud certissimū tenendū est, eū qui semel spūalis
Basil 22. fratrū Societatis coniunctione, copulaq. obligatus sit, ab iis, quibuscum iunctus sit, sine scelere abscindere se, aut segregare non posse. Et paulo post. Quēadmodū mēbra corporis natura vinculo cōiugata a corpore auelli nō pñt: aut si auellātur, quæ auulsa sunt, ea emortua sint necesse est: ita quoq. monachus, quotiescūq; reliquorū fratrū corpori coniunctus est, & firmione, quā sit vinculū naturæ cōpage vinctus teneatur, nēpe ex pacto, quod is cū Spū sancto contraxit, nullo mō putādus est ab iis posse se diuellere, quibuscū copulatus sit: aliōq si hoc facit, & aīæ vitam amittit, & vna cū ea gratiā Spiritus sancti, vtpote qui initū ipso auctore fœtus violauerit. S. Ephrem in adhortatione de non scandalizando
Ephr. to. 1. proximo. Nō decet eos, qui ad pietatis studiū accedūt, & manū ad aratrū ponunt, retroconuerti, eorundemq; studiū Deo cōplacēdi impedi
Luc 9. 62. re, sed ad perfectionē potius similes sunt dirigēdi, cū de talib. dictū repe riatur. Quoniā qui vos tetigerit, tanquā qui tāngit pupillā oculi mei. S.
Zach. 2. 8. Amb. ad virg. deuotā. Deuouisti aīam tuā ad destruenda eāq quę sunt huius seculi, quid aūt quæris seculū, cui renunciasti? Reuerti vis ad vomitū tuū, sicut canis, aut velut sus lota iterū in volutationē, sicut scri
2. Pet. 2. 22. ptū est dicente Apost. Si quæ destruxi, iterū reædificabo, præuaricato-
Gal. 2. 18. rē legis me constituo. Iterū ipse repetit, dicens. Quicquid in seculo est, cō
1. Ioan. 2. 16. cupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorū: quod nō est de Deo, sed
Iac. 4. 4. de hoc mundo est. Et alibi dicit. Si quis voluerit amicus esse huius mū

di,

di, inimicus Dei constituitur. *Quid dicis deuota Deo? Quid vis hoib. pla cere? Quid desideras, vel qd quæris? Si Deũ quæris, tecũ est, si aũt hoĩem quæris, hoc nõ deuouisti. Qui sunt hoĩes? hoĩes huius sæculi, & sæculum trãsit, & cõcupis: ẽtiã eius.* S. Chry. exponẽs verba psal. Et redde altissimo vota tua. *Hic dicit supplicationes, vt in orõne assidue perseueremus, & quæ professi fuerimus cũ celeritate reddamus. Pulchre etiã dixit, redde; post promissionẽ n. efficitur debitũ. Ita et Anna reddidit filiũ, vt debitũ maximũ. Tu ergo, siue promittas eleemosynã, siue vitã pudicã, siue aliquid aliud tale, ad ea exoluẽdũ festina. Si quis aũt exacte perpẽderit, etsi minime promittatur, virtus tñ ei debetur. Id aũt Christus significãs dicebat. Qđ debuimus facere, fecimus.* A. qua dixit parabolam *serui cui erat minimũ imparatũ ministeriũ, nẽpe vt nõ accũberet, sed trãsiret & ministraret.* Porrò aũt quidã alius quoq. dicit. *Ne tardaueris reddere votũ tuũ. Pollicitus es? redde, ne forte mors te inuadat, & id rescindat. Et qd ad me, inquis? Vita n. nõ erat in mea ptãte. Et iõ differre nõ oportuit, cũ cogitas esse incertũ exitũ, & nõ eẽ in tua ptãte aut viuere, hoc è loco excedere.* S. Epiph. in Panario. *Tradiderũt sancti Dei Apost. peccatũ esse post decreta Virginitatẽ ad nuptias reuerti.* Et inf. *Si quæ vidua fuit, ac Deo dicata, & postea nupsit, iudiciũ & condẽnationẽ habebit, qđ primã fidẽ reiecit, quãto magis quæ* Deo dicata *virgo fuit, & nupsit, contra Christũ lasciuiit, & maiorẽ fidẽ reiecit. & iudiciũ habebit?* S. Hier. cõtra Iouinianũ. *Et si nupserit Virgo,* ait Apost *non peccauit. Nũlla virgo, quæ semet Dei cultui dedicauit.* Harũ. n *si qua nupserit, hẽbit dãnationẽ, quia primã fidẽ irritã fecit. Si aũt hoc de viduis dictũ obiicitur quãto magis de virginib prævalebit: cũ ẽt his non liceat, quib aliqñ licuit? Virgines. n. quæ post cõsecrationẽ nupserint, nõ tam adulteræ sunt, quã incestæ.* S. Aug ad Armentariũ Riparũ qui cũ vxore vouerat castitatẽ. *Qui iã vouisti, iã te obstrinxisti, aliud tibi facere nõ licet. Priusquã esses voti reus liberũ fuit, quo esses inferior: quãuis nõ sit gratulãda libertas, qua fit vt nõ debeatur, qđ cũ lucrũ redditur. Nũc vero qa tenetur apud Deũ sponsio tua, nõ ad te magnã iustitiã inuito, sed a magna iniquitate deterreo. Modo aũt tñ, qđ absit miserior, si fidẽ Deo fregeris, quãto beatior si persolueris. Nec ideo te vouisse pœniteat, imò gaude iã tibi sic nõ licere, qđ cũ tuo detrimẽto licuisset. Aggredere itaq intrepidus, & dicta imple factis, ipse adiuuabit, qui vota tua expedit. Felix est necessitas, quæ in meliora cõpellit.* Et in Psal. *Alii Virginitatẽ ipsã ab ineũte ætate vouẽt, vt nihil tale uel experiãtur, quale illi (cõiugati) experti sunt, & reliquerũt, & isti vouerũt plurimum. Alii vouẽt domũ suã esse hospitalẽ oĩb. sanctis aduenientib magnũ votũ vouent.* Aliis vouet relinquere cũa *bona sua distribuendo pauperib. & ire in cõem vitam, in societatem sanctorum; magnum votũ vouit. Vouete, & reddite Domino Deo vestro. Quisq quod vouere voluerit voueat: illud attendat, vt quos vouerit reddat. Vnusquisq.* Deo *quod vouet, si respicit*

melor-

1. Ioan. 2. 17.
Chry. ipsl. 49.
1. Reg. 1. 15.
Luc 17. 10.
Eccl 5. 3.
Epip. hę 61.
1. Tim 5. 11.
Hiero. lib 1.
1. Cor. 7. 28.
1. Tim 5. 11.
Aug ep. 45.
Ad in ps. 75

retrorſum, malũ eſt Et rurſus. *Nemo ergo poſitus in monaſterio, fratri dicat; recedo de monaſterio: neq; n. ſoli q ſunt in monaſterio, guentari ſunt ad regnũ cœlorũ: & illi, qui ibi nõ ſunt, ad* Deũ *non pertinent. Reſpondetur ei. Sed illi nõ vouerũt, tu vouiſti, tu retro reſpexiſti.* B. Ber. ad

Bern. ep. 2. Luc 9. 62. Fulconẽ puerũ monaſterii deſertorẽ. *Diſce in Euãgelio, quod nõ liceat retro aſpicere ei, qui ſemel manũ ad aratrũ miſit, &c.* Iuſtè *exigitur ad ſoluendum qui non cogitur ad vouendum. Nam etſi cum pulſares non repuli, tamen vt intrares, non compuli. Non licet ergo dimittere, quod ſponte promiſiſti. Non eſt fas requirere, quæ per te dimiſiſti.*

III. Remed. Conſidera, cũ arctior ſit cũ Deo per Vota, q̃ inter cõiuges per Matrimonij fœdera, coniũctio, quãtã eorũ violatione indignationẽ apud Deũ incurrere queas. *Si ſuperueniens maritus*, inquit

Cyp. ep. 62. D. Cyp. in epiſtola ad Põponiũ, *ſponſam ſuã iacentẽ cũ altero videat, nonne indignatur & fremit? & per zeli dolorẽ fortaſſis & gladium in manũ ſumit? Quid? Chriſtus Dñs, & iudex noſter, cũ virginem ſuã ſibi dicatam, & ſanctitati ſuæ deſtinatã iacere cũ altero cernit, quã indignatur & iraſcitur, & quas pœnas inceſtis eiuſmodi coniunctionib. cõminatur?* Et b. Baſil. in Cõſtitution. monaſticis. *Si hoĩes ſæpenumero, vbi ſe-*

Baſ. c. 22. *mel ſic in coniunctionẽ fragilis vitæ huius dederunt, ab ea ſe amplius pp inita ex pacto inter ſe fœdera, ſeparare non poſſunt. (alioqui qui hoc facit, is ſtatutis pœnis obnoxius fit) ſine dubio multo magis, qui de ſpiritualis coniũctus vnione fœdus inierit, cũ ea indiſſolubilẽ ac perpetuã habeat coniunctionẽ, ei ſeiungere ſe, & ſcidere ne ab his non licebit, quibuſcũ vnũ veluti corpus eſt effectus. Alioqui ſi hoc facit, grauiſſimis ſe à Deo cõſtitutis ſupplicijs addicit. Si.n. mulier ad viri Societatẽ lege* Matrimonii *prouecta, & vna cũ eo copula carnali cõiuncta, morte multatur, ſi ei iniurias feciſſe deprehenſa ſit: quanto is magis ſubiacebit pœnæ grauiori, ſi ſe abiunxerit, q ſpiritualicõme copulatus ſit, teſte atque ſequeſtri ipſo*

Id. ep. ad Iſpum. *Spiritu ſancto?* Aibi verò Dñũ ſic expoſtulantẽ cũ virgine lapſa inducit. *Dicit oĩno & nũc Dñs. Duo mala perpetrauit Virgo. Me dereliqt verũ ſanctarum animarũ ſanctũ ſponſum, & aufugit ad impium animæ ſimul & corporis corruptorem. Defecit à Deo Saluatore ſuo & exhibuit mẽbra ſua mancipia ĩmũditiæ, & iniquitati ad iniquitatẽ. Me obli-*

Matth. 18. 6. *ta eſt, dicit Dñs, & ad amatorẽ ſuũ tranſiuit. Expedire ipſi, vt mola aſinaria circa collum ipſius appenſa eſſet, & in mare proiectus eſſet, potius q̃ virginẽ vitiaſſet. Quis prædo ad tantã demẽtiã perductus eſt, vt ipſa Dei donaria cõtingere: nõ ſupllectilẽ inanimatã, ſed corpora viuẽtia, & aĩam inhabitantẽ habentia factã ad imaginẽ Dei? Quis ab æterno auditus ẽ i media ciuitate, et ſerena meridie, imagini regię formas ĩmũdorũ porcorũ ĩſcribere auſus eſſe? Si qs humanas nuptias ignominia affecit, citra miſerationẽ corã duob. aut trib. teſtib. moritur: quãto peiore ſupplicio dignus cẽſebitur, q filiũ Dei cõculcauit, & diſpõſatã ipſi ſponſam adulterio contaminauit, & ſpũm virginitatis contumelia affecit?*

IV. RE-

IV.Rem. Cōſidera votifragū, vel Apoſtatā atrociori ſe ſcelere, q̄ furti, ſacrilegij, adulterij, & inceſtus ſe obſtringere. Sic.n. ſcribit B. Ephræm in adhortatione prima ad nouitiū monachū. *Corpus ab oī cogitatione peccati cuſtodiat, nec creatori ſuo mētiatur. Donū.n. noſipſos obtulimus Dño, neq. amplius corporis noſtri ptātem habemus. Quē-admodū.n. ſiqs votū vouens Deo, munus Dño obtulerit, qđ Sacerdos acceptū ī tēplo ſeponit; poſtea ſiq. pœnituerit eū, q munus obtulit, nō āplius in ſua ptāte iā eſt auferre donū, poſtquā Dño illud obtulit, adeo vt ſi occulte hoc ſuffurari molitus fuerit, nō iā quaſi ſuū auferre velit, a culpa abſoluetur, ſed velut ſacrilegus punietur. Sic quoq. qui Deo aīas ſuas cōſecrarunt corporis ſui ptātem amplius non habent.* Et S. Amb. ad Virg. lapſam. *Virgo, quæ ſe ſpopondit Chriſto, & ſanctū velamen accepit, iā nupſit, iā immortali iuncta eſt viro. Et iā ſi voluerit nubere cōi lege cōiugij, adulteriū perpetrat, ancilla mortis efficitur. Si hoc ita eſt, quid de illa dicendum eſt, quæ occulta & furtiua turpitudine cōſtupratur, & fingit ſe eſſe, q non eſt; habitu virgo, facto non virgo, bis adultera, & in actu, & in aſpectu.* Deinde B. Chry. ad Theodorū monachū *Te iā ſeruare non cōuenit priuilegia nuptiarū. Angelorū.n. Societati ſemel iunctum illā relinquere, & vxoris laqueis implicari adulteriū crimē incurrere eſt; q. ānis frequenter hoc ipſum nuptias voces, ego tamen illud, & adulterio tanto peius affirmo, quāto maior ac melior mortalib. Angelus Et quid mirū, ſi nuptiæ tales, quib. offenditur Deus, adulterio cōparantur: Maius longe audies. Homicida in illorū laude donatur, & miſericors plus quā homicida punitur: quoniā hoc vetāte fit Dño, illud volente. Phinees.n. ad iuſtitiā reputatū eſt, quod impudicū cū turpi femina virū vno gladio percußiſſet. Sanctē aūt Samuel dānatione liberare non potuit, quoniā hoſtiū duci, quē debuerat trucidare, inuito parcendū credidit Deo.* Et S. Aug. in pſal *Virgo*, inquit, *quę ſi nuberet, non peccaret; ſanctimonialis ſi nupſerit, Chriſti adultera reputabitur.* Et Auctor ſermonū ad fratres in eremo, apud eundem. *Ego qui hodie videor monachus, ſi rupero propoſitū meū, Chriſtum negaui.* Inceſtui deniq. violationem voti ſupra comparauit B. Cyprianus, & Hier.

Ephr tom. 2.

Amb c. 5.

Chry ep. 6.

Pſal 105. 31. 1 Reg 15.

Au in pſ. 83. Id ſerm. 50.

V. Remed. Conſidera, quot & quantis beneficijs ornamentiſq. ſpiritalib. ſe ſpoliet, qui ſacra votorū vincula, quib Chriſto erat alligatus, ſemel diſruperit. Ea vt virgini lapſæ in mentē reuocaret B. Baſ. ſic eā alloquitur. *Reuoca in memoriā honeſtā profeſſionē, quā profeſſa es corā Deo, & angelis ac hoīb. Reuoca in memoriā venerandam congregationem, & ſacrum Virginū chorum, & Conſilium Dñi, & Eccleſiæ ſanctorū, & c. & Angelicum circa Dominū cum illis tripudium, & ſpiritualē in carne vitā, & cæleſtem in terra conuerſationē. Recordare dierum carentium tumultu, & noctiū illuminatarum, & cantilenarū ſpiritualium, & pſalmodiæ ſonoræ, & orationum ſanctarum, & cubiculi caſti, & virginei progreſſus, & menſæ temperantis. Vbi eſt reuerendus*

B. ep. ad lap ſam.

ille tuus habitus? Vbi honesti mores: & vestis frugalis virgini decēs? et
honestus ex pudore rubor, & decorus ex cōtinētia ac vigiliis efflorescēs
pallor, oī coloris bonitate gratiosior elucescēs? Quoties in orōnib. pro con
seruādā virg. īpolluta lacrymas effudisti? Quot literas ad sanctos sæpe e-
xarasti, p quas pro te orari petiisti, nō vt diuitias humanas assequereris
sed vt a Dño Iesu rō excideres? Quot vero munera a spōso accepisti? qd
opus est dicere honores ppillū ab his quibus sūt susceptos? cōuictus
cū virginib. encomia ob virginitatē? virgineas benedōnes? At nūc modi
Amb.c.2. ca aura aerii Spūs, qui nūc in filiis inobediētiæ operat, suscepta oīa illa
abnegasti. Haud secus B. Amb. suā Virg. lapsā allocutus est. Vnde in
7. cipiā? q primū; q vltimū dicā? Bona cōmemorē, q perdidisti, an mala
defleā, q inuenisti? Eras Virgo in paradiso Dei, vtiq. inter flores Eccle-
siæ. eras spōsa Chri. eras tēplū Dei, eras habitaculū Spūs S. Et cū dico,
Psal 67 14 totiēs eras, necesse est vt totiēs ingemiscas, quia nō es, q fuisti. Incede-
bas in Ecclesia tanquā colūba illa, de qua scriptū est. Pēnæ colūbę de ar
gentatæ, & posteriora dorsi eius ī pallore auri. Splēdebas vt argētū, ful
gebas vt aurū, qn cū syncera conscia procedebas. Eras tanquā stella in
manu Dñi, nullū vētū, nullius belli nebulas pertimescebas. Quæ est ista
subitanea cōuersio? Quę est ista repētina mutatio? De Dei virgine facta
es corrupt o Satanę, de habitaculo Spūs S tugurū diaboli. Quæ incedebas
vt colūba, nūc lates in tenebris sicut stellio. Quæ fulgebas vt aurū pp
virginitatis honorē, nūc vilior facta es luto plateaū vt ēt indignorū pe
dib. conculceris. Quę fueras stella radiās in manu Dñi, velut de alto
ruens cœlo, lumen tuum extinctum est, & conuersa es in carbonem.
Id c.3. VI Remed. Cōsidera, quāto cū scādalo & probro tuo, sociorū, pa-
rentū, fratrū cognatorūq. quiuis apostata vota Deo semel facta rescin
dat. Pergit.n.S. Amb. lapsam suā pudefacere his verbis. Aspice quis
sanctorum, aut quę sanctarū tibi approximare non horreat, aperi oculos
tuos si potes, erige frontē, vales aliquē sanctorū fiducialiter intueri? nō-
ne tuam faciē consciæ cōmissum tanquā plumbum inclinat & premit?
c.4. nonne timor & tremor aīam tuā, & membra quassant? Et paulo post.
Non istā confusionē de te tuus expectauerat pater, qui te sibi singularē
gloriā cōputabat. Non hunc luctum, & hac lacrymas ex te sibi nasci
tua crediderat mater, quę partus sui gemitū per suā virginitatē consola
batur. Nō fratres tui, nō sorores hoc ex te dedecus expectabāt, quos oēs
quasi vno gladio tui sceleris grauiter sauciasti. Si fuisses cōi sorte de-
functa, flessent te medicū pp desideriū parentes, sed exaltassent gran-
diter, quia immaculatā præmiserāt virginē, hostiā vnā, Dño propitiatri-
cē suorū videlicet delictorū. At nūc plangūt mortuā, & nō mortuā: lu-
gēt viuā, & nō viuā. Mortuā vtiq. gloria virginitatis, viuā dedecore tur
pitudinis. Ingratus est pater suis visceribus de quib. natus es, maledicit suo
vtero mater, ex quo in hanc lucē infeliciter processisti. Nec tn̄ modum
suo dolori reperiunt, nisi hoc solū planc vnū habere solatiū, quia te vce

patet

pater cõpulit, nec mater coegit, vt virginitatẽ profiteceris, quã vltro & propria voluntate professa es. Nã scio, cũ cunctas difficultates tibi tuus genitor proponeret, cũ arduũ esse iter seruãdæ virginitatis ingereret, te nõ solũ pertinaciter psistisse, sed & reuelationes tibi dixisti datas terribiles. Inquãtũ sibi ergo sperabãt mercedẽ ex eo, q nõ tuo ppoſito restiterũt, in tm tibi intellige misera põdus iudicii crescere, q2 nõ seruasti, q vltro pmisisti. Et iterũ multo inferius. *Equidẽ, inqt, si tibi soli dãnũ fecisses, erat equidẽ tristitia, sed forsitan tolerabilis. Nũc verò quãtas aias tuo scelere sauciasti, quãtas aias propter te de proposito suo pœnitere fecisti? Qãta labia & fidelũ inquinata sunt viã Dñi blasphemãdo? Aperuit in nos gẽtilitas os suũ: aduersus sanctã Ecclesiã synagoga iudæorũ* (& hæreticorũ) *p tuũ decdeus exultauit. Qd si is, q vnũ scãdalizauerit mola circũligatus iactari dẽt ĩ mare, qd de te pœũciat. p cuius scelus oĩs aĩa sauciata est, & nomẽ Dñi in gentib. blasphemat.* 1d c.7.

Matth. 18.6.

VII. Reme. Considera, quotquot religiosũ vitæ institutũ per vota simplicia vel solénia semel suſceptũ temere deserunt in dies fieri deteriores, vt obseruauit S. Aug. in ep data ad clerũ, & plebẽ Hipponẽsem. *Simpliciter, inquiens, fateor charitati vestræ corã* Dño *Deo nõo, qui testis est super aĩam meã, ex quo Deo seruire cœpi, qũo difficile sum expertus meliores, quã qui in monasteriis profecerũt, ita nõ sum expertus peiores, quã qui in monasteriis ceciderũt, ita vt hinc arbitrer in Apocalypsi scriptũ. Iustus iustior fiat. & sordidus sordescat adhuc.* Aug. cõsentit B. Basilia scribẽs. *Cui semel defectioni aĩus assueuerit, is vitio rũ oĩ genere cumulatur, intẽperantia, auaritia, edacitate, oĩq. morũ peruersitate, & postremo extremis malis infixus ĩ profundũ nequitiæ abit preceps.* Et inf. idẽ docet, *Origmẽ istiusmodi consilii*, de segregãdo vide licet se a spũali cætu, *nihil aliud esse, quã vitiorũ intẽperantiam, & laborandi fugã, & iudicii corruptelã, instabilitatẽq.* Vnde B. Amb. exponens verba Psal. *Mei aũt penè moti sunt pedes, paulo minus effusi sunt gressus mei*, in hunc modũ depingit apostatarũ mores. *Nonne de his pulchre dicitur, quia effusi sunt processus eorũ spes lapsæ, in vanũ effusus labor, vota sunt destituta? Cõsidera n aliquẽ per aliquot annos habuisse studiũ probitatis, castitatis custodiã, vitæ attentioris affectũ, piæ proposiũ seruitutis, sedulæ obseruationis officiũ, subitoq. eũ esse mutatũ, discessisse de monasterio, valedixisse ieiuniis, cõtinẽtiæ renũciasse, indulgere deliciis, studere luxuriæ. Dudũ de monasteriis exierunt, & nũc luxuriæ sunt magistri, disseminatores incõtinẽtiæ, incẽtores petulãtiæ, obtrectatores pudoris. Nõne de his pulchre dixeris. Effusi sũt gressus eorũ? quos bene vixisse pœnituit. Itaq. egerũt noui generis pniam pro virtutib. & nõ agũt pro delictis. Sed hi ex nobis exierũt, dicit Io. sed nõ erãt ex nobis. Si ex nobis fuissent, nobiscũ perseuerassent.* Eosdẽ describit, & B. Ephr. in ser de nõ scandalizãdo. *Hic, apostata, ingt, abiecta pietate impudentiã indutus est, & turpiter ac preter decorẽ agere nõ erubuit.*

Aug ep 137.

Apoc. 22.11. B. cõst. mon c. 22.

Psal 72.

A. in ps 36.

1. Ioan 2.19

Eph s. L.

Oo 2 Neq.

Neq.n.hoĩes veretur,neq. Dei indignationẽ aĩo expẽdit,& idcirco neq. parentib debitũ honorẽ attribuit,neq.spũali se opere dignũ exhibet; vnde deinceps nascũtur maledicta aduersus promissa, & in pietatẽ atq religionẽ blasphemiæ,qđ quidẽ horrendũ est & dicere. Et sicut impius cũ in profundũ malorũ venerit, cõtẽnit;ita & hic in tantã temeritatẽ impingẽs nequaquã est territus,instar illius,q vẽdidit vniuersã suã substãtiã,oĩa in subsannationẽ,& improperiũ sui vertere. Quis.n est ludibrio nõ hẽat,qui heri ĩ cella cõclusus erat,& multorũ cõuersationẽ vitabat, hodie cũ inhonestis mulierculis viuẽrẽ,& ĩ tabernis ebrietati studẽrẽt

VIII. Rem. Cõsidera, quã futiles & fabulosæ sint cãæ, quas nonnulli suę inconstãtiæ & apostasiæ obtendũt. Alij.n.queruntur de improbitate fratrũ monasterij, quib. loco sup. citato ita rũ let S. Bas. *Si*
B. in consti. monast. *aliquis dicat in fratrib. esse aliquos vitiosos (neq n. vniuersos, opinor culpabit. Neq.n.propterea vt vitiosi essent, societatẽ inierunt) nequaquã is idoneã recedendi cãm cõmentus est. Siquidẽ neq Petrus, neq. Andreas, Ioannes ve propter Iudæ improbitatẽ se a reliquorũ Apost ch ro submouerunt,neq.quo minus Christo obtemperans esset vllam re illius vitæ quisquam aliorum retardatus est; sed contra potius relicta illius peruersitate dominicæ disciplinæ virtutẽ maiorẽ studio sectati sunt.* Et infra.
Gen. 6. 9. *A q.ẽt iustus ille Noe,cũ in pessima hoĩum colluuie versaretur,nõ dixit Deo,propterea se debere exire de mũdo,sed eo magis more generosi athletæ ad hac adolescẽs se obdurauit,neq. vlla in re prorsus Domino repugnãs fuit,sed tolerantia pietatis nauigiũ in medijs impietatis fluctibus tutatus est.*
Gen. 19. 1. *Quid? nõne Lot, cũ Sodomis in tãta impietate,tantaq. legũ oĩum peruersione degeret,virtutẽ tñ assidue ab oĩ vitio integram custodiuit,& reliquis,quo ad fieri poterat,exẽplo suo idẽ secũ, vt facerent auctor fuit?* Et B. Aug. in expõne psal. 99. *In illa,* inquit, *vita cõi fratrum,quæ est in monasterio,magni viri sancti quotidie in hymnis,in orationib. in laudib. Dei inde viuũt. cum lectione illis res est, laborant manib. suis,inde se transigunt,non auare aliquid petũt. Quicquid eis infertur a pijs fratrib. cum sufficientia & cum charitate vtuntur. Nemo sibi vsurpat aliquid,qđ alter non hẽat. Oẽs se diligunt,oẽs inuicẽ se sustinent* Laudat, *qui nescit,quid interius agatur,qui nescit quõ illo vento intrante ẽt naues in portu colliduntur. Intrat quasi securitatẽ sperans, neminẽ quẽ toleret habiturus: inuenit ibi fratres malos,qui mali inueniri non possent,nisi admitterẽtur. Nec excludi facile possunt,nisi prius fuerint tolerati. Quis me hic quærebat? Ego putabã, quia charitas esset hic. Et paucorum hoĩum molestia irritatus dum non perseuerauerit implere quod vouit,fit desertor tã sancti propositi, & reus voti nõ redditi. Iam vero,cũ inde exierit,fit & ipse vituperator & maledicus,& dicit*
Eccl. 2. 16. *ea sola,quæ quasi se pati nõ potuisse asseuerat,& aliqñ vera. Sed vera mala malorũ toleranda sunt propter societatẽ bonorũ. Dicit illi scriptura. Væ his,q perdiderũt sustinentiã. Et qđ est amplius,ructat indignationem*

tiones malorũ odorẽ, vnde absterreat intraturos, qa ipse cũ intrasset p-ducare nõ potuit. Quales illic Invidi, litigatores, neminẽ sustinẽtes, auari. Ille illud ibi fecit & ille illud ibi fecit. O male, quare taces bonos? Quos tolerare nõ potuisti iactas; qui te malũ tolerauerũt taces. Hæc Aug. cuius & illud celebre monitũ est ad suos Hipponẽses. Nolite propter amurcã, qua oculi vestri offendũtur, torcularia detestari, vnde apothecę Dñicæ fructu olei luminosioris implẽtur. Alij obtendũt instituti religiosi, ac imprimis reddẽdi voti castitatis difficultatẽ. Quib. ĩndet B. Chr. ad Theodorũ lapsum. Qualis hęc excusatio est, iugũ nos placidũ nõ voluisse sufferre? onus nõ potuisse portare, q ipse (Christus) vocauerit leuissimò graue, & onerosũ pondus putare quietẽ laborẽ, ad quẽ nos Christus inuitat, dicẽs. Venite ad me oẽs, q laboratis, et onerati estis, et ego vos requiescere faciã. Et rursus Tollite iugũ meũ quia suaue est, e onus meũ leue est. Quid.n leuius esse dices ac melius, quã solicitudine secularí, & laborib. & metu exui, quã ab istius mũdi fluctib. segregari, et possidere placidi, tranquilliq; portus securitatẽ? Age videamus, quid in hoc seculo nobis beatũ, & quid optabile esse videat. Sine dubio dignitatẽ & opes dices, & ambitionis humanæ felitatẽ. Sed quid his miserabilius est, si ea libertati Christianorũ volueris cõparere? Et D. Amb. Sed dictura, inquit, es forsitan. Nõ potui sustinere, quia carnẽ fragilẽ circũferebam. Respondebit tibi B. Tecla cũ suis innumerabilib. socius. Et nos eadẽ carne amictę fuimus, non tñ plenũ propositũ castitatis nostræ, aut fragilitas carnis potuit mutilare, aut sæuitia tyrannorũ per varia tormẽta potuit deiicere. Reuera non põt caro corrumpi, nisi mens fuerit ante corrupta. Remanebit ergo in crĩe aĩa, quæ carnem precedit in voluptate. Et Aug. in psal. 131. Cõmendatur humilitas David, cõmendatur mansuetudo David, & dicitur Deo, Memento Dñe David, & oĩs mansuetudinis eius. Ad quã rẽ, memento Dñe David? Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob. Ergo ad hoc memento, vt impleatur quod promisit. Ipse David vouit tanquã in ptãte habens, & rogat Deum, vt impleat, quod vouit. Est deuotio vouẽtis, sed est humilitas deprecantis. Nemo præsumat se virib. suis reddere, quod vouerit. Qui te hortatur vt voueas, ipse adiuuat vt reddas. Et in psal. 75. Quid tibi dixerit psalmus, attende. non dixit, nolite vouere, sed vouete, & reddite. Quia audisti reddite, non vis vouere? Ergo vouere volebas, & non reddere? Imò vtrũq; fac. Vnũ fit ex professione tua, aliud ex adiutorio Dei perficietur. Aspice eũ, qui te ducit, & nõ respicies retro, vnde te educit. Qui te ducit, ante te ambulat: vnde te eduxit, post te est. Ama ducentẽ, & nõ te dãnat retro respicientẽ. Hinc ergo hẽs antidotũ præsens pro expugnanda difficultate voti reddendi, maxime castitatis, nempe diuinæ opis imploratione m, conuenienter dicto Sapientis. Et vt sciui, quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientię, scire cuius esset hoc donum. adii Dominum, & deprecatus sum illum.

Epist. 137.

Chry. ep. 6.

Matt. 11. 28

Amb c. 4. ad V. lapsum.

Aug.

Sap 8. 21.

IX. Rem. Cōſidera exēpla diuinæ ſcripturæ eorū, qui ob vota violata grauiter puniti ſunt. S. Patres duo potiſſimū proferunt, alterū ex veteri, alterū ex nouo teſtō. Ex veteri quidē, vxoris Loth, de quo B.
Gen 19. 19. Ephr. c. 2. Ephr. parænefi nona. *Ne hodie, inqt, renūciatio ſeculi, & abdicatio rerum terrenarū, ac valedictio patriæ & amicorū, parentumq; carnaliū propter ſpem in Dñm Chriſtū: cras aūt noſtrā regionē patriā, atq; hęreditatē inquiramus. Uxor ſiquidē Loth retrorſum conuerſa in columnam ſalis mutata eſt. Quare & Dominus inſtruit nos dicēs. Nemo mittens manū ſuam ad aratrū, & reſpiciens retro, aptus eſt regno cęlorum.*
Luc. 9. 62. Et D. Aug in ſpal. 75. *De die iudicii cū Dominus minaretur, quid ait?*
Luc. 17. 32. *Memēto vxoris Loth. Oīb. dixit. Quid. n. fecit vxor Loth? Liberata eſt a Sodomis, & in via poſita retrorſum reſpexit. Ubi reſpexit, ibi remanſit. Facta eſt aūt ſtatua ſalis, vt illius contēplatione condiantur h̄ies, cor habeant, nō ſint fatui, non retro reſpiciant, ne malū exēplum dantes, ipſi remaneant, & alios condiant. Nā & modo dicimus illud quib. qdā fratrib. noſtris, quos forte viderimus velut infirmari in propoſito bono, & talis vir eſſe, quales illi. Obiicimus illis quoſdā, qui retro reſpexerāt, illi fatui ſunt in ſe, ſed alios condiunt; qn̄ cōmemorantur; vt illorum exēplum timentes iſti retro ne reſpiciant. Vouete & reddite Dño Deo noſtro, quia illa vxor Loth ad oēs pertinet.* Ex Nouo vero teſtō S. Patres
Act. 5. 1. H ep 8 producunt exemplū Ananiæ & Saphyrę, vt B. Hieron. ad Demetriadē, de virginitate ſeruanda. *In Actis, ait, Apoſt. qn̄ Dñi noſtri adhuc calebat cruor, & feruebat recens in credentib. fides. vendebant oēs poſſeſſiones ſuas, & pretia earū ad Apoſt. deferebant pedes, vt oſtenderent pecunias eſſe calcandas: dabaturq; ſingulis, prout cuiq. opus erat. Ananias & Saphyra diſpenſatores timidi, imò corde dupli.i, & ideo condemnati, quia poſt votū obtulerunt quaſi ſua, & non eius cui ſemel ea vouerant, pariēq; ſibi alienæ ſubſtantiæ reſeruauerunt metuentes famem, quam vera fides non timet, pręſen ē meruere vindictā, non crudelitate ſuiæ, ſed correctionis exemplo. Den q; & Apoſt. Petrus nequaquā imprecatur eis mortē, vt ſtultus Porphyrius calumniatur, ſed Dei iudiciū prophetico ſpiritu annunciat, vt pœna duorū boīum ſit doctrina*
Chry ho 12. *multorū.* Et Chry. in Acta Apoſt. *Quare, inquit, hoc feciſti? voluiſti habere Ananias? oportebat initio habere, & non promittere: nunc aūt poſtquam conſecraſti, maius ſacrilegiū commiſiſti: qui. n. aliena rapit, forſan alienarum rerū deſiderio rapit. tibi aūt licebat tua retinere, cur*
G. li. 1. ep. 33 *igitur ſacra feciſti ea, & poſtea accepiſti?* Et S. Greg. ad Venantium. *Ananias Deo pecunias vouerat, quas poſtea victus perſuaſione diaboli ſubtraxit, ſed qua morte mulctatus eſt ſcis. Si ergo ille mortis periculo dignus fuit, qui eos quos dederat nummos Deo abſtulit, conſidera quanto periculo in iudicio diuino dignus eris, qui non nummos ſed temetipſum Deo omnipotenti cui tē ſub monachali habitu deuoueras, ſubtraxiſti?*

X. Remed.

X. Rem. Cõsidera & alia exẽpla à patrib. descripta. Primũ sit eiu sdẽ B. Greg. ex li. 2. dialog. c. 25. *Quidã eius, (S. Benedicti,) monachus mobilitati mẽtis deditus erat, & permanere in monasterio nolebat. Cũmq. eũ vir Dei assidue corriperet, & frequẽter admoneret, ipse verò nullo mõ cõsentiret in cõgregatione psistere, atq; importunis precib. vt relaxaretur innueret, qua dã die idẽ venerabilis pr nimietatis eius tædio affectus iratus iussit vt discederet. Qui mox vt monasteriũ exiit cõtra se assistere aperto ore draconẽ ĩ itinere inuenit; cũq eũ idẽ draco q apparuerat deuorare vellet, cæpit ipse tremẽs & palpitãs magnis vocib. clamare dicẽs. Succurrite, succurrite, q a draco iste me deuorare vult. Currẽtes aũt fratres draconẽ minime viderũt, sed trementẽ atq. palpitãtẽ monachũ ad monasteriũ reduxerũt. Qui statim promisit nunquã se esse a monasterio recessurũ, atq. ex hora eadẽ in sua promissione permãsit. Quippe qui sancti viri oration. b. contra se assistere draconẽ viderat, quẽ prius nõ videndo sequebatur.* Alterũ exemplũ refert idẽ in ep. ad Rusticianã patriciã. *Dũ in natalitio eiusdẽ Apostoli (Andreæ) iam meridianis horis fratres quiescerẽt, subito quidã frater apertis oculis cæcatus cæpit tremere, voces ingẽtes emittere, quib. vocib. testabatur ferre se nõ posse q. patiebat. Cõcurrẽtes fratres viderũt cæcũ apertis oculis tremẽtẽ, & clamãtẽ, & a pũtib. alienũ, nihil q foris agi poterat, sentiẽtẽ. Eũq. in manib. leuauerũt, atq. ante altare S. Andreæ Apostoli pcecerũt, ipsiq. pro eo in orõne prostrati sunt. Qui stati ad se reuersus, qd passus fuerat, cõfessus est. Quia senex qdã ei apparuit, & canẽ nigrũ ad eũ dilaniãdũ dimisit, dicẽs. Quare fugere voluisti de monasterio isto? Cũq. euadere de canis morsib. nullo mõ potuissẽ, recenũt q dã monachi, & eũdẽ senẽ pro me rogauerũt. Qui sta i iussit canẽ abscedere, & ipse ad me reuersus sũ. Qui ẽt cõfessus est, q eo die, quo ista pertulit, cõsiliũ habuerat dẽ eodẽ monatserio fugere.* Adiungit ibidẽ & Tertiũ. *Alius, inquiẽs, quoq. monachus discedere de eodẽ monasterio latẽter voluit; cũq hoc mẽte tractasset, voluit Oratoriũ ingredi, sed stati dæmonio traditus vehemẽtissime vexatus est. Relinquebat vero dæmonio, si extra territoriũ stetisset, & nihil patiebat aduersi. Si vero conatus fuisset ingredi, stati maligno spũi traditus vexabatur. Cũq. hoc sæpius fieret, culpã suã cõfessus est, qa egredi de monasterio cogitabat. Tũc collecti pro eo frẽs sese p triduũ ĩ pcib. astrinxerũt, atq. ita curatus est, vt ad eũ postmodũ nunquã spũs malignus accederet. Dicebat aũt se eundẽ B. Apostolũ dũ vexaretur, vidisse, seq. ab eo increpatum esse, cur voluisset abscedere?* Plura exempla hẽs in B. petro Damiani Card. vt lib. 2. epist. 15. & lib. 4. epist. 17. Et lib. 5. epist. 16. id. l. 9. ep. 38

XI. Rem. est Pnia & cõuersio. Sic. n. Dñs Deus loqt ad prophetã Ier. *Hæc dicit Dñs. Nũquid, qui cadit non resurget, & qui auersus est nõ reuertet? Quare ergo auersus est populus iste in Ierusalẽ auersione cõtentiosa?* Et inf. *Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? quare igitur non obducta cicatrix filiæ populi mei?* His verbis horta- Ierem. 8. 4. v. 19.

B.ep.ad virgi l. tus B. Bas. virginē lapsam ad conuersionē, subiungit. Nos ad pniam
Isa.1.18 vocans diuini verbi doctrina clamat. Est via salutis, si velimus. Fidelis Dominus in oīb. sermonib. suis, non mētitur, dixit. Si fuerint peccata vestra velut pannus puniceus, sicut niuē dealbabo. Si vero fuerint velut coccinū, velut lanā albabo. Paratus est magnus ille animarum medicus sanare affectionē tuā. Illius verba sunt. Illius dulce ac salutare os dixit.
Matth.9.12. Luc 15. Non opus hēt valentes medico, sed male habentes. Non veni ad vocandū iustos, sed peccatores ad pniam. Vult enim nos purgare te a plaga maligni. Quærit te pastor bonus, relictis omib. non errantib. Si comiseris ipsi te ipsam non cunctabitur te ille boīum amator humeris propriis vectare
Luc.15.20. gaudēs, quod reperit ouē suā deperditā. Stat ille pater, & expectat tuū ab errore reditū: solūmodo reuertere, & dū adhuc longe abes accurrēs irruet in collū tuū, & amicis amplexib. cōplectetur te a pnia iam purgatā, & vestē induet primariā & addet anulū manib quę mortis sanguinē abluerunt, & calceamentū addet pedib. qui auerterunt se a via mala, ad cursum Euangelii pacis. Et gaudii diē annunciabit suis, tū ange-
Ibid 10. lis, tum hoīb. & oīno splendido epulo celebrauit tuā salutē. Inquit.n. Amē dico vobis, quod gaudiū est in cœlo corā Deo ob vnum peccatorē pœnitentem. Et si vitio verterit quis ex his qui stare sibi videntur, quod cito assumpta es, ipse ille bonus pr pro te respondebit, dicens Lætari oportet, & gaude-
Amb.c.8. re, qa hæc filia mea mortua erat & reuixit: & deperdita erat, & inuēta est. Quāta aūt agēda sit pnia describit B. Amb. ad suā lapsam. Pnia, inquit, nō verbis agenda est, sed & actu. Hæc aūt sic agit. Si tibi ante oculos ponas, de quāta gloria rueris, & de quo libro vitæ nomē tuū deletū sit: te iā credas prope ipsas positā tenebras exteriores, vbi erit fletus oculorū, & stridor dentiū sine fine. Cū hac certa fide, sicut est, aīo conceperis, q necesse est p̄uaricatricē, oīum tartareis pęnis, & gehēnæ ignibus tradi, nec aliud remediū constitutū esse post baptismū, quā pniæ solatiū, quantāuis afflictionē, quantūuis laborē subire esto contēta, dummodo ab æternalib. pęnis libereris. Inprimis ōis cura vitæ huius interimenda tibi est, & quasi mortuā te existimās, sicut es quō possis reuiuiscere, cogita. Deinde lugubris tibi accipiēda est vestis, & mēs ac mēbra
Ioel 2.12 singula digna castigatione puniēda, &c. Dicit.n. Deus. Cōuertimini ad me, & cōuertar ad vos. Cōuertimini ex toto corde vrō, ī ieiunio et fletu, ī planctu: dirūpite corda vrā, & nō vestimētū, qm pius & misericors sū.

XII. Rem. Cōsidera, qd hoīem lapsum, votorūq; suorū præuaricatorē præter iā allata antidota cōmouere possit ad verā & syncerā
B.ep.cit. conuersionē. Id nō conticuit iam sæpe citatus D. Bas. dum ita loquitur. Multa sane reperias in diuina Scriptura mali auxilii, multa itē ex interitu ad salutē medicamēta, de morte & resurrectione mysteria, de iudicio horrēdo ac æterno verba, de pnia & remissione peccatorū dog-
Luc 15. mata. Innumera illa cōuersionis exēpla, drachmā, ouiculā, filiū prodigū, qui sua cōsumpserat cum scortis perditum & repertum, mortuū & vi

tarestitutum. His vtamur mali auxiliis, per hæc aiam nostrã curemus. Assume in meditationẽ extremum diẽ, & anxietatẽ, & suffocationẽ, & mortis horam, & sniam Dei vrgentem, & Angelos festinantes, & aiam in his grauiter conturbatã, quæ a peccatrice conscia amare flagellatur, & ad ea, quæ hic sunt miserabiliter se cõuertit, & ineuitabilem longæ illius peregrinationis necessitatẽ. Describe mihi in mẽte tua vltimam : õ s vitæ subuersionẽ, cũ veniet filius Dei in gloria sua cũ Angelis suis. Veniet.n. & nõ cunctabitur, quũ veniet ad iudicandũ viuos ac mortuos, & reddendũ vnicuiq iuxta opus suum: cũ tuba illa magno et horrendo sono edito excitabit eos, qui a condito seculo dormierunt, & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionẽ vitæ; qui vero mala fecerunt, in resurrectio ẽ iudicii & c. Vbi bona, mala, manifesta, occulta, res, verba, cogitatus, oĩa accuratim, vt ab oĩb. Angelis ac hoib: exaudiri possint, manifeste reuelabuntur. Ad hæc quales necesse est esse eos, qui male vixerunt? Vbi aĩa illa mergetur, quæ in toto spectatorũ conspectu decepẽte turpitud.ne plena visa est? Quali vero corpore infinita illa & intolerab.lia flagella sufficeret? vbi ignis inextinguibilis, & vermis inde sinẽter castigãs, & fundũ inferni tenebricosum ac horrendũ, eiulatus amari, vl: latus indecorus, ploratus & stridor dentiũ, vbi finem non habent mala? Neq aliqua suppetit industria, neq. ars effugiendi amara illa supplicia Hæc Baſ. Eadẽ prolixe inculcat B. Chry. multaq. alia Theodoro lapso, qui monasticen deseruerat, quæ lectu sane sunt dignissima, permouereq. ad pœnitentiam possunt hominem, etiam extreme de salute sua vel aliena desperantem. Tantum subijciam exempla quatuor illustria ab eodem non longè a fine commemorata.

Matth. 25. — Isa. 66. 24. — Chry. ep. 5.

EXEMPLA B. IOAN. CHRYSOTSOM. contra desperationem Apostatarum.

NArrabo tibi, Theodore, quæ nostris contingere temporib. & quorum ipse testis esse valeo. Noui iuuenem illum filium Vrbani, *qui cõtinuo a teneris vnguiculis absque custodia legitimæ educationis fuit, Dominus autem multarum rerum, pecuniarum, ministrorum, agrorũ. Is cum dixisset, quam sit oblectatus consuetudine rei musicę, deposito illo splendidissimo amictu, totoque huius vitę fastu, repente pallio se vi liore contexit, ad montes, ad solitudinem secessit, egregiamque exhibuit Philosophiam, non iuxta illius ætatis modum, sed qualem posset vir quispiam admirabilis & excellens: deinde ac sacra mysteriorum sacerrima idoneus reputatus magnam accessionem virtuti adiecit. Omnes gauisi sunt impense, Deũq. glorificauerunt, quod in affluentia delitiarũ enutritus, clarus ex progenitoribus, & admodum adolescens, cunctam huius vitæ phantasiam fucatamq. felicitatem semel conculcasset, & enasisset* I. Exempl.

fisset ad verũ virtutis fastigiũ. Cũ eẽt eo loci cõstitutus, & iure suspiciẽdus, ecce corruptores q̃ lã existimãtes id eẽ preter dignitatẽ gñis, iterũ illũ in pristinos fluctus abduxerũt. Reiectis.n. cũctis vitæ religiosæ ornamẽtis a mõtib. in mediũ forũ se cõtulit, & equis vectus, & magno stipatus famul. tio totã orbẽ obiuit, neq. s pere, neq. temperate viuere libens: nimis.n. delicijs incalescẽs in absurdos amores ceu nolẽs propellit. Nemo erat ex cetu cõuersantiũ, q nõ putaret de ip sius salute actũ esse, tũ et examẽ adulatorũ cohæsitaui accesserũt, carẽtia parẽtũ, iunctus, multę opes. Qui oĩa calũniari solẽt, hoĩem traduxerũt eo noĩe, q͏ a spiritualib. defecisset, inutilis futurus & rei familiari, q͏ superiori tpe eloquẽtiæ deditus retulisset pedẽ, illicq. nihil fructus valuerit cõsequi. Cum eẽt itaq. multo suffusus pudore, quidã sancti viri, q̃ sæpe in tales belluas impegerãt, & experiẽtia docti erãt, spe diuina muneris nunquã eẽ despe rãdũ, obseruarũt eũ assidue visũq in foro accesserũt, eẽ plexiq sunt: quos ille in. tio, velut è sublimi equo insidẽs alloquebat cõtẽptim; tanta erat primũ impudẽtia hoĩs. At illi misericordẽs nõ ita multũ ea cõtumelia mouebãtur, in vnũ illud figẽtes obtutũ, vt quacũq. via agnellum lupo subtrahãt, q͏ & callide pfecerũt. Siquidẽ tandẽ velut obstupescẽs itra se abreptus est, cœpitq. assiduã eorũ curã revereri, & cũ quadã vice vel procul ob uiã factos iterũ cõspexit, ab equo cito desiliit, & oculis in terrã deiectus cũ multo silẽtio, q̃ ab illis agerẽtur, auscultauit, propterq factus maiori pudore suffundebatur, & honorẽ debitũ eis exh buit. Atq ita ip sum paucis dieb diuinæ gratiæ reddiderũt, retibusq. oĩb expeditis in pristinã trãquillitatẽ asseruerũt. In tãtã aũt lucẽ emicuit, vt superiorẽ vitã, q̃ post casũ peracta est, incessens, hõ nihili videretur. Cũ n probe perspexisset, q̃ sit malorũ esca, distribuit ingẽtes opes oẽs, eo facto se a noxijs curis exonerãs oẽm occasionẽ, q̃ potuit insidias tẽdere, abscidit. Viã q̃ ducit ad cœlũ incedẽs ad apicẽ virtutis iã dudũ penetrauit. En ille, cũ eẽt iuuenis, excidit, & iterũ surrexit. Alius quispiã post multos sudo

11\. res eremiticæ cõuersationis, cui dũtaxat vnus fuit cõuictor, cũ quo vixit plane angelicã vitã ad senectã vsq; perseuerãs. Is aliqñ ex versutia diaboli velut oscitãs, ac remissior factus accessũ maligno dedit. & lapsus est cũ muliere se cõmisc ẽdo, q nunq̃ viderat mulierẽ a tpe monasticæ susceptæ. Is primo a cõtubernali petijt carnes & vinũ, adiectis minis, ni si ĩpetraret, se in forũ perrectu ũ; q͏ dixit nõ tã desiderio carniũ, q̃ vt pretextũ captaret adeũdi vrbẽ, Cõmilito veritus maius malũ, assensit. Sed postquã amor sapientiæ in eo refrixit, palã professus est se debere adire vrbẽ Socius, cũ videret se frustra reluctari, tãdẽ id ẽt cõcessit, sed abeũtẽ, a lõge secutus, obseruauit quonã deflecteret. Vidit aũt intrãtẽ lupanar, expectãs foris, donec libidinẽ cũ scorto expleret: ea rediẽtẽ amplexus est, & osculatus, nihil cõmisso flagitio expostulãdo, tũ vero hortatus ẽ, vt qm iã cõcupisẽtiæ suæ fecisset satis, secũ in solitudinẽ rediret. Erubuit ob tm mãsuetudinẽ hõ, atq. perculsus & cõpunctus ad mõtẽ secũ est

eſt perſecutus. Ibi vir ille ſe caſę incluſit, ianuaq. obſerata alter panē et aquā quotidie ei prębuit, quærentib. aūt de ſe, iuſſit vt rñderet ſe ſomnū capere. Ita per oēm vitā in ieiuniis, precib. & lacrymis aīam a ſorde peccati repurgās perſeuerauit: Tpe aūt nō multo peracto ſiccitas viciniā inuaſit: iubetur quidā in ſomnis adire virū incluſum, eūq. rogare, vt oret pro ſiccitate tollēda. At incluſi cōmilito rñdet incluſum diē ſuū obiiſſe. Cum verò ſecundo vicini in ſomnis moniti eſſent, vt incluſum requirerent, ad caſam incluſi venerunt, & quia ianua obſtructa erat, parietes demoliti ſunt, & cum virū reperiſſent, aduoluti pedib. eius obſecrarūt, vt ſuppetias ferret contra aviditatem. Ille primum renuit. eo φ memoria peccati ſui obj oculos adhuc verſaretur, ſed tandem cum illi de viſione ſua narraſſent, acquieuit, & precibus ſiccitatē diſſoluit. Subiicit deinde tertium exemplum de adoleſcente, quē ducem latronū factum, & de ſalute ſua deſperantem conuertit Io. Apoſt. quod fusè commemorat Euſebius lib. 3. Eccleſ. hiſtoriæ. cap. 22. Deniq; & quartum de Oneſimo, *quem B. Paulus licet inutilem transfugā*, inquit, *& furem, non ſolum ipſe amplexatus eſt mutatum in melius, ſed etiam idoneum putauit, quem pœnitentem honore pręceptoris dignaretur.* III. IV. Ep ad Phil.

Vide V. *Inconſtantia. Iuramentum. Tentatio. Tepiditas Spiritualis.*

V S V R A.

Remedia contra Vſuram.

I Rem Conſidera, qd diuinitus inſpirata ſcriptura tradat de Vſura vel fœnerationе. ac primo quidē hortatur nos, vt libenter mutuo pecuniā, aliudve gentib. demus gratis. Sic in Deut. *Si, inqt, vnus de fratrib. tuis ad paupertatē venerit, nō adorabis cor tuū, nec contrahes manū, & dabis mutuū, quo eū indigere perſpexeris.* Et apud Matth. *Qui petit a te da ei: volenti mutuari a te, ne auertaris.* Et apud Luc. *Si mutuū dederitis his, a quib. ſperatis recipere, quæ gratia eſt vobis? nā & peccatores peccatorib fœnerantur, ut recipiant ęqualia. Benefacite, & mutuum date, nihil inde ſperantes, & erit merces veſtra multa.* 2 prohibet mutationē pecuniæ ſpe vſuræ vel lucri factā. Vt in Deuteron. *Non fœnerabis fratri tuo ad uſurā pecuniā, nec fruges, nec q̄libet aliā rē.* Et iterū. *Fœnerabis gentib. multis, & ipſe a nullo fœnus accipies.* 3. docet apud Ezech. Prophetā, *egenū & pauperem contriſtantē, rapientem rapinas, pignus non reddentem, ad vſuram dantem, & amplius accipientem, aliaque deteſtanda facientem morte morituri.* Deut. 15. 5. Matth 5. 42. Luc 6 34. Deut 23. 19. Ib. 28. 12. Exec. 18. 13.

II. Rem. Cōſidera ſnias SS. Patrū. S Cyp. cauſas perſecutionis exponēs ita quæritur de clero. *Nō in Sacerdotib. religio deuota, nō in miniſtris fides integra, nō in operib. miſericordia, nō i morib. diſciplina, etc. Eſurientib. in Eccleſia fratrib. non ſubuenire, habere argentū largiter*

vell

velle, fundos i vſ. diuiſis fraudib. rapere, vſuris multiplicantib. fœnus augere. Quid nō ſperet tales ꝑ peccatis eiuſmodi mereremur; cū iā pridē
Ez. 18. 31. præmonuerit, ac dixerit cēſura diuina. Si dereliquerint legē meā, & in iu
Baſil. dicijs meis nō ambulauerint: ſi iuſtificationes meas profanauerint, & præcepta mea nō obſeruauerint, viſitabo in virga facinora corū, & ī flagellis delicta corū. S. Baſ. hom. altera in pſal. 14. Propheta, (Dauid) inquit, perfectū plene hoīem deſcribēs, inter eius præclare facta illud quoque annumerauerit, ꝙ pecuniā ſuā nō dedit ad vſurā. Qđ vtiq. vitiū in
Pſal. 14. 5. pluribus ſcripturæ locis vituperari vr. Nā Ezechiel in maximis ponit
Ezec. 18. 17. malis fœnus, vt plus q̃ ſortē accipere, & lex illud luculēter ꝓhibet, dicēs. Nō fœnerabis fratri tuo, & ꝓximo tuo. Et rurſus ait. Fœnus ſup fœnus, & dolus ſup dolū, & de ciuitate ī multitudine malorū deprehēſa
Pſal. 54. 12. q̄ ait Pſal. Et nō defecit de plateis eius vſura & dolus. Enimuero inhumanitas ē maxima, ſi is q̄ egeſtate ꝑmitē, mutuū ad vitæ ſubſidiū q̄rat, dās vero minime ſorte cōtētus ex miſeri calamitate ꝓuētus & opes ſibi excogitet. Et inf. Genus hoc auaritiæ, τόκος, i. partus ob multiplex, vt exiſtimo, mali germē nūcupatur, aut forte ob mœrores anxios, q̄ ī mētib. fœnore grauatorū gignūtur. Sicut. n. dolores pariētū, ſic tps ſtatutū debitori exiſtit fœnus ſup. fœnus, malorū parētū mala ſoboles. Hi ſane fœtus vſurarū rectē genimina viperarū dnr. Viperas. n. cūr vētre materno perroſo
Amb. c. 13 naſci: ſic itē fœnora ad debitorū domos abſumētia naſcūtur. S. Amb. in lib. de Tob. Vſurā quoq. ab vſu arbitror dictā, ꝙ vt ueſtes vſu, ita vſuris patrimonia ſcindatur. Lugubre ceræ prima litera ſonat, parturit vox doloris eſt. Quid ibi pōt eē boni, ꝙ a dolore incipit, & ab obligatione?
Lepores ferūt generare ſimul & educare, et cōtinuo parturire; ſſiis quoque anaglypharijs uſurarū generatur, & ſupergeneratur vſura, enutritē ac naſcitē, & nata iā parturit. Et inf. Creſcit ſp pecuniā, otiū neſcit auaritia, vſura ferias. Oēs, inqt, torrētes vadūt ī mare, & mare nō adimpletur. Mare iſtud fœnerator eſt. Oīum patrimonia tanq̃ fluctus abſorbet et ipſe neſcit expleri. Mari tn̄ pleriq. vtūtur ad q̄ſtū, fœnerator nemo vti
c. 14. tur, niſi ad diſpendiū. Et rurſus. Et q̄a pleriq. refugiētes præcepta legis, cū dederint pecuniā negotiatorib. nō in pecunia vſuras exigunt, ſed de mercib. eorū tanq̃ vſurā emolumēta percipiūt, ideo audiāt, quid lex dicat. Neq. vſurā, inquit, eſcarū accipies, neq. oīum rerum, quas fœnerauerís fratri tuo. Fraus. n. iſta & circūſcriptio legis eſt, et nō cuſtodia. Et putas te pie facere, q̄a a negotiatore velut mutuū ſuſcipis? Inde ipſe fraudē facit in mercium precio, vnde tibi ſoluit vſurā. Et eſca vſura eſt, et veſtis vſura eſt, et qđcunq. ſorti accedit, vſura eſt. Qđ velis ei nomen
Chry. ho 41. imponas, vſura eſt. S. Io. Chry. in Geneſin. In his ſenſibilibus pecuniis prohibuit Dominus, ne quis vſuram acciperet. Quam ob cauſam? quia vterque magno damno afficitur. Nam debitor quidem inopia atteritur: creditor autem augens diuitias, et peccatorum accumulat ſibi multitudinem. Proinde ab initio olim Iudæis craſſioribus tale dedit præceptum,

piũ, dicẽs. Nõ fenerabeṙis fratri tuo & proximo tuo. Quæ igr̃ excuſatio Deut.23.
ne digni erũt, qui iudæis ſunt inhumaniores, & poſt gratiã, & tãtam a
Dñi miſericordiã, inueniuntur his qui ſub lege fuerũt inferiores, imò pe Id hom.3.
iores? Et in Matth. Nihil præſenti vſura turpius, nihilq. crudelius. Siqui
dẽ huiuſmodi fenerator negotiatur aliena diſcrimina, & vberiores q̃-
ſtus de aliorum inf[e]licitate cõſequitur: atq. inſuper quaſi pietatis mercedẽ
repoſcit velut metuẽs, ne immitis, et incors forte videatur: cũ profectò præ-
textu miſerẽdi, atq. opẽ ferẽdi maiorẽ miſero foueã crudelitatis effode-
ri, ſpẽ tuẽdi afferẽs inopẽ, ac manũ porrigendo deiiciẽs, & quaſi in
portũ ex tẽpeſtate ſuſcipiẽs, ſed improuiſo turbine in multo magis cru-
dele naufragiũ velut inter ſcopulos ac latẽtia ſaxa demergẽs. Et Auctor
operis īperfecti in Matth. *Similis eſt pecunia vſuraria aſpidis morſui.*
Sicut.n. qui ab aſpide percutiĩ, quaſi delectatus vadit in ſomnũ, & ſic
perſuauitatẽ ſoporis moritur, ſic & qui accipit ſub vſuris, propter dele
ctatur, quaſi qui beneficiũ acceperit, & ſic per ſuauitatẽ beneficii non
ſentit, quo captiuus efficiatur. Nã ſicut venenũ aſpidis latẽter p oĩa mẽ
bra diſcurrit, & corrũpit: ſic vſura p totas facultates eius diſcurrit, &
cõuertit eas in debitũ. Sicut.n. fermentũ modicũ, quod mittitur in mul-
tã farinã. totã cõuerſionẽ corrũpit, & trahit illã, & facit illã totã fer-
mentũ: ſic cũ vſura in domũ alicuius intrauerit, totã ſubſtantiã eius ad
ſe trahit, & cõuertit in debitũ. S. Aug ad Maced. *Quid dicã de vſuris,* Aug. ep.54.
quas & ipſæ leges & iudices reddi iubẽt? An crudelior eſt, qui ſubtra-
hit aliqd, vel eripit diuiti, quã qui trucidat pauperẽ fœnore? Hæc atq. hu
iuſmodi male vtiq. poſſidẽtur, & vellẽ vt reſtituerẽtur, ſed nõ eſt, quo
iudice rep tãtur Et in pſ. 53. *Quã deteſtabile ſit, & quã odioſum, quam*
execrandũ eſſe feneratorẽ, puto quia & ipſi feneratores nouerũt. Si fœ- Id.conc.3.
neraueris hoĩ, i. mutuã pecuniã tuã dederis, a quo aliquid plus quã dedi-
ſti expectes accipere, non pecuniã ſolã, ſed aliquid plus q̃ã dediſti, ſiue
illud triticũ ſit vel vinũ, ſiue oleũ, ſiue quodlibet aliud, ſi plus q̃ dediſti
expectas accipere, fœnerator es, & in hoc improbãdus, nõ laudandus. S. Hier. in c.18
Hier. in Ezech. *Putant quidã vſuras tm̃ eſſe in pecunia, qd prouidens*
diuina ſcriptura oĩs rei aufert ſuperabundatiã, vt plus nõ recipias, quã Exod.18.
dediſti. Itẽ alii pro pecunia ſolent munuſcula diuerſi generis accipere, &
non intelligũt ſcripturã vſuram appellare & ſuperabundantia quic-
quid illud eſt, ſi ab eo quod dederint plus reacceperint.

III. Remed. Si magna veri lucri cupiditate ardes, conuerte vſuram illicitã in licitã, tpalẽ in ſpũalem, de qua Salomon in Prou. *Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis, & viciſſitudinẽ ſuã reddet ei* Huius Prou.19.17. antidoti contra auaritiã fœneratorũ S. Patres meminerunt. B. Baſ. loca ſup citato. *Quando, inquit pauperi daturus es mutuũ in Domini gra* Baſ. in pſ.14 *tiã, nihil inde ſperans, idẽ ipſum, & donũ & fœnus eſt. Donũ quidem, quod a paupere non ſperes te recepturũ: fœnus vero ob Domini munificam liberalitatẽ pro illo reddentis, qui parua quidẽ per paupertatẽ cũ acce-*

acceperit, maxima pro ipsis retribuet. Qui.n. pauperis miseretur, Deo fenerat. Si quis in ciuitate diues tibi pro aliis spōdeat, fideiussionē illius accipis, Deū vero nō admittis tā multa se persoluturū, pauperū cā pollicentē? S. Amb de Tob. Sed fœneratorū vos delectat & vsurarū voca
Amb c.16
bulū id quoq. nō inuideo. Docebo quō boni fœneratoris esse possitis, quō
Prou.19.
bonas gratis vsuras. Dicit Salomō. Fenerat Domino, qui miseretur pauperi, secundū aūt datū eius retribuet ei. Ecce bonū fenus de malo factū est. Ecce irreprehēsibilis fenerator, ecce vsura laudabilis. Nolite ergo iā inuidentē me vestris cōmodis æstimare. Putatis quod hæm subtrahā vobis debitorē? Deū prouideo, Christū surrogo, illū demōstro, q vos fraudare nō possit. Fenerate ergo Domino pecuniā vestrā in manu paupe-
Au in ps 33.
ris. Ille astringitur, & tenetur, ille scribit, quicquid egenus acceperit. Euangeliū, eius cautio est. Quid dubitatis dare? S. Aug Quid ergo, inqs, facio, vt sim vtilis fœnerator? Attende, q d facit fenerator. Minus vult dare certe, & plus accipere: hoc fac & tu. Da modica, accipe magna. Vide q̄ late crescat fœnus tuū. Da tēporalia, accipe æterna, da terrā, accipe cælu. Et cui d.bo forte dicis? Ipse Dominus procedit, quē feneres, qui ti-
Prou 19.
bi nihil:bebit, ne fœnerator sis. Audi scripturā, quō fæneres Dominū Fenerat, inquit, Dominū, qui miseretur pauperis. Nō.n eget a te Dominus sed hēs aliū qui a te egeat. Illi porrigis, ille accipit. Nō.n. hēt pauper, qui tibi retribuat, &c. Ecce Deus tibi de scriptura sua dicit. Da, securus esto, reddā. Quō solēt dicere fideiussores? Quid dicūt? Ego reddo, ego accipio, mihi das, Putamusne & h.d. Deus, ego accipio, mihi das? Plane si Deus Christus q nō dubitatur, ipse dixit. Esuriui & dedistis mihi māducare &c. Cū vni, iqt, ex his minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ei auare fænerator, vide quid dedisti, vide quid accepturus es. Si dedisses paucā pecuniā, & ille cui dederas pro parua pecunia tua daret tibi magnā villā incōparabiliter amplius valētē, q̄ tu pecuniā dederas, quātas gratias ageres, quāta lætitia tolleteris? Audi q̄ possessionē dēt, quē fenerasti Veni
Matth.25.
te benedicti patris mei. Quid? quod dedistis? absit. Terrena dedistis, quæ si nō dedissetis, in terra putrescerēt. Sed, percipite regnū, quod vobis paratū est ab initio mūdi. Similia hēs in Chry. ho.24. & 53. ad pop. Ant.

IV. Rem. Cōsidera fœneratorū mores, fraudes, nequitiā à SS. Pa-
Bas.in ps14
trib. descriptos S. Bas. Auarus, inq', vidēs inopē necessitate coactū ad genua sua supplicē procūbentē, flecti nesciens perstat implacabilis, & nec precib. vincitur, nec lacrymis mollitur. Iurat insuper se oino carere pecunia, & quærere, si quē ipse fæneratorē inueniat, & inhumanæ mercaturæ impudēs periuriū addit. Postquā vero perspicit miserū illū meminisse fænoris sup. sortē, subridere incipit, familiarē & amicū appellat. Videamus, inquit, sicubi relictū est nonnihil argēti depositi. Hac itaq. cō mentitia simulatione vbi inescauit miserū, & literis obstrinxit super
Amb. de To
eo fænore cōfectis, inde se proripit. Eodē mō describit fœneratorem B.
bia c.3. & 6.
Amb. & multo post addit. Nihil nequius fæneratorib. qui lucra sua alie

na

na dāna arbitrātur; aucupātur heredes nouos, adoleſcētulos diuites explorāt per ſuos adiūgūt ſe, ſimulātes paternā & auitā amicitiā, volunt domeſticas eorū cognoſcere neceſſitates. Si quā cām inuenerint accuſāt verecūdiā, pudorē arguūt, q̄ nō ante de ſe ſperatū atq; p̄ſumptū. Sin vero nullos laqueos alicuius neceſsitudinis oſſenderint, intexūt tabulas aūt nobile prędiū eē venale, amplā domū, accumulāt prouētus fructuū annuos redditus exaggerāt, hortātur vt coemāt. Similiter faciūt precioſas veſtes, & monilia nobilia p̄dicātes. Negāti ſe hēre pecuniā, ingerūt ſuā, dicētes Utere vt tu; de fructib. emptæ poſſeſſionis p̄tiū multiplicabis, debitū redde. Prætēdunt alienos fundos adoleſcēti, ut cū ſuis expoliēt, tēdi retia. Simul ut indagine cincta ſepta fuerit ingreſſus, cogunt eū in retia cautionū, laqueos uſurarū, petunt ſibi obligari auitum prætoriū, paternū ſepulchrum, præſtituitur dies ſolutioni, diſſimulatur conuētio, quando poteſt ſolutio ſuſtineri, ubi ſatis ſecurum reddiderint, repente ingruunt, & inſtant vehementius, cauſanti incumbunt dicētes. Tu poſſides tua præda, nos noſtram pecuniam non habemus. aurum dedimus, lignum tenemus tibi fructuū emolumenta procedunt, nobis nihil accreſcit pecuniæ. Otioſa cauſatio eſt. ſaltem renouetur chirographum.

V. Reme. Cōſidera pericula & dāna accipiētis mutuo pecuniā, & dāna a fœneratore. Nā idē S. Ambroſ. ſtatī ſubijcit ibidē. *Jtaq; dū primū* Id c 7.
adoleſcēs nihil putat de veſtib. ſuis, aut poſſeſsionib. eē uēdēdū, ad hęc faciēda poſcit dilationē. Uſuræ applicātur ad ſortē, accumulātur cēteſimæ. Tū ſuſpirare incipit iā malū ſuū agnoſcit. die ac nocte vſurā cogitat q̄ q̄d occurrerit ſfęneratorē putat, quicquid crepuerit, vocē ſibi vī ſfęneratoris audire. Si hēs, cur nō ſoluis? ſi nō hēs cur malū malo adiūgis, & de vulnere remediū q̄ris? Cur quotidie obſidionē pateris fæneratoris? cx pugnationē times? vetus ſr̄ia eſt. Fæneratoris & debitoris, inuicem ſibi occurrētiū proſpectū amborū facit dominus. Alter quaſi prædā requiris, alter quaſi fera prædonē declinat. Ille quaſi leo q̄rit quē deuoret, iſte quaſi bos iuuēculus p̄donis impetū reformidat. Ille quaſi accipiter vnguib. olorē q̄rit inuadere, iſte quaſi anſer aut fulca mauult ſe vel ī prærupta deiicere, vel in profunda demerge, quā iſtū humani corporis accipitrē ſuſtinere Quid quotidie fugiis? Etſi nō occurrat fænerator, occurrit tibi inopia tāqua bonus curſor. Et paulo poſt. *Si q̄s pulſauerit nocte, ſfęneratorē putas ſub lecto. Illico ſi quē ſubito intrare ſenſeris, tu foris exilis. Canis latrat, & cor tuū palpitat, ſudore effunditur, anhelitus quatitur, q̄ris q̄d mētiaris, vt ſfęneratorē, differas, & cū dilationē īpetraueris, gaudes. Fænore tuo ſimulat ſe ſfęnerator grauari, ſed libēter impertit, quaſi venore, q̄ ferā cīxerit, ſecurus p̄dæ. Et iſt. Deniq; ubi tp̄s īpleueris ſicut lupus nocte irruit, dormire nō ſinit, ex lecto ad publicū trahit, aut tabulis vēditionis cogit ſubſcribere Ut fureris pudoris diſpēdiū. ſubſcribis illico, rē ſiturus auitū ſepulcrū. Pēnæ ſane vt parcat aliqd verecūdiæ emit rem ſibi, & ſic ſacta i q̄ īfacūda vēdiderit, diſpēdiis onerauerit debitorē.*

Mox

Mox & laudata venduntur, & inferuntur iā nō instrumēta sed vincu la. tū adhuc quęrēdi fideiussores. Tribuūtur inductæ, nō vt prædē libertatis inueniat, sed vt consortē seruitutis adiungat, qui se societ ærūnoso & s: quid iuuare pōt alienę calamitatis accesso. Ia & amici fugiūt, cō nine non recognoscūt. Ipse quoq. conspectus cū mœ fugit, redit mortem optans, cogitās eū sibi, si moreretur, quietē inferre. Deinde miserādum subijcit exēplū, quod S. Baſ. quoq loco citato recitat. *Vidi ego, inquit,*

Cap 2. *miserabile spectaculū, libros pro paterno debito in auctionē deduci, & teneri calamitatis hæredes, qui nō essent participes successionis & hoc tā immane flagitiū nō erubescere creditorē. Instat, vrget addicit. Mea, inq t, nutriti pecunia, pro alimonia seruitutē recognoscat, pro sumptu licitationē subeāt. agitetur hasta de pretiis singulorū. nō immerito hasta agitatur, vbi caput quæritur; nō immerito ad auctionē peruenitur, vbi sors poscitu Hęc est feneratoris humanitas, hæc debitoris stultitia, vt filiis quib. non reliquit pecuniā, libertatē auferat pro testo chirographū dimittat, pro emolumento hæreditatis, syngrapham obligationis.*

VI Rem. Cōsidera similiter pericula & dāna fœneratoris mutuo dantis sub vsura, q̄ in Matth, depingit Io. Chry. Ostensurus. n. maio-

Chry ho. 51 rē laborē in vitijs quā virtutib. exercendis impendi. *Quid. n. inquit, difficilius, quā fœnerari, & pro vsuris; vel aliis cōmutationib vehemēter solicitū vades quærere, & modo de pignorib. mō de sorte, nūc de calculis, nūc de vsuris, nūc de vadib. ipsis formidare: in his n. secularib. et subtilis fideiussionū securitas suscepta fragilis est.* Et post. *Nescis quot hoīes sortē amiserūt fœnoris expectatione, quot in pericula deciderunt qm̄ ampla desiderarūt fœnora, ꝙ tā se ipsos, quā alios in vltimā deuoluerunt paupertatē propter nimiā auaritiā! Noli. n. mihi dicere, quæso, quia gaudet & gratiā hēt* (debitor) *quod sibi fenore pecuniam colloces, id. n. crudelitate tua coactus fecit.* Et rursus. *Nunquā reb suis iucunde vtitur fœnerator, nec lętatur, quotiā hēt, sed quā do sibi fenus collatum est, non tā gaudet ꝙ additio facta sit, quā mœret, quod nondū vsuræ sortem adęquarunt, ac ideo antequā perniciosius ille fętus perfectior edatur, cogitur aliū fętū producere: ita fœnora in sortem redire cōpelluntur, & & immaturū ac abortiuū partū parere viperarū. Tales certe isti fœtus pecuniarū sunt, vt magis miserorū aīas recordant, quā illæ feræ aluos parentū soleant lacerare. Hæc iniustitię vincula sunt, hic fasciculus violētiarum cōmutationū.* Et iterū. *Ea de causa pecuniis abundis, vt paupertate hoīes liberes, non vt in paupertatē intrudas, & vero simulatione solaminis maiores facis ærumnas, & liberalitatem vendis fœnore. Vendas licet, si vendis regno cælorum, nec centesimam partem, a cœlo & certe minimum liberalitatis pretium, sed vitā rapis immortalē. Quid ita pauper & egenus es, ita pusillanimus, vt paruo magna, & caducis pecuniis liberalitatē vendas, cū possis æterno regno vēdere? cur omisso Deo humano lucro solicitaris? cur diuitem transcurristi, & pauperi adhęrens reliquisti*

reliquisti eum qui reddere potest, & ingrato ac inopi loqueris? Ille restituere desiderat, hic non reddet nisi coactus: hic vix centesimam partē, ille cētuplum & vitam æternā: hic conuitio & contumelijs, ille singulari ac præcipua laude; hic inuidiā multorum in te suscitat, ille immarcescibiles tibi coronas cōnectit; hic deinde vix in hac vita, ille tā in hac vita, q̄ in futura. Putasnè igitur extremæ non esse amētiæ sic lucrari?

VII. Remed. Considera grauitatē pęnarū solo iure humano in fęneratores decretarū Ecclesiastico certe iure illis inflictæ sunt decē. 1. quod à cōione arceantur, licet nō sint excōicati omnino. 2. quod destituātur Ecclesiastica sepultura, si ante mortē vsuras nō restituerint, vel de restituendo idoneā dederint cautionē. Et quod, qui eos sepeliunt, sint de facto excōicati. 3. q̄ oblationes eorum in Ecclesia non recipiantur, & qui receperint, maneant suspensi ab officio, & reddere debeant quicquid est receptū. 4. q̄ publicè ad sacramentum pęnitentiæ non sint recipiendi, nisi restituerint, vel idoneam de restituendo cautionem dederint, excepto solo articulo mortis. 5. quod eorum testamenta ipso facto sint irrita nisi restituerint, vel idoneā cautionē dederint 6 q̄ nullus interesse possit testō vsurarij. 7. vt nullū Collegiū, Vniuersitas, persona nulla vsurarios alienos, id est, non ex sua terra oriundos admittat, sed teneantur oēs locorū Dñi tales expellere. Et qui secus fecerint, si est Eps, vel eo superior, ipso facto sit suspensus: si inferior clericus, ipso facto sit excōicatus: si secularis, cōpelli debeat a magistratu Ecclesiastico cēsuris Ecclesiasticis. Si aūt est collegiū, vel vniuersitas, īcurrat pęnā interdicti. 8. Vt vsurario nō detur actio repetēdi vsuras, quas alijs soluit, nisi prius ipse restituat, quas ab aliis extorsit. 9 quod sint infames. 10. quod eis non sit parcendum, etiamsi bonis cesserint, aut mendicare debeant. Neq; mirari debes tantas pęnas vsurarijs inflictas, quia non solum sacri, sed et Ethnici Scriptores eos pro nequissimis hominibus habuere. Aristoteles in politicis, ait, vsurā prorsus cū naturæ legibus pugnare. Cato Censorius, teste M. Tullio rogatus, *quid esset fænerari?* respōdit *Quid hominē occidere?* Augustinus quoq; ad Macedoniū scripsit *trucidari pauperē fęnori.* Imo Christus cōparauit eos latronib. cū euersis in templo numulariorum, (quos vsurarios fuisse notat in Matthæum Hieronymus) mensis, dixit. *Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis, illam speluncam latronum.* S. Basilius & Chrysostomus comparant eos prodigiosis monstris S. Ambrosius vult nihil illis esse nequius & a doctoribus æquari diabolo.

c. quia in oībus. tit. de Vsuris.
Clem. eos de sepult.
c. quanquā. 5. de Vsur.
c. 2. ibid.
c. michael. de Vsur.
c. infames 3. q. 7.
Ar. 1. pol. & 7.
Cic. 2. off.
Aug. ep. 54.
matth. 21. 23
Basi. in Ps. 14.
Chry. hō. 5. i matth.
Amb. de Tobia. c. 4. & 6.

VIII. Remed. Considera exempla eorum, qui diuinitus ob vsuras castigati sunt. Terna refert. Thomas. Cantipratanus in Apiario. *In porta frontis, Ecclesiæ Cathedralis in Gallia (vt didici fratre Minore referente) imago Vsurarii sculpta de lapide de sup quasi cū sacculo pecuniæ euidētius præminet. Ut aūt qdā maximus ac ditissimus vsura-*

Cantip. lib. 2. c. 23.

rius ciuitatis Eccleſiā quadā vice per portā debuit intrare, imago prędicti vſurarii deſuper cadens capiti intrare conātis illiſit, & repente contritus turpiter expirauit. Et mox addit alterū. *Vidi & ego ipſe in Barbātię partib. vſurariū neq̄ valde, qui multos nobiles & potētes exhęredauerat, & pauperes ſpoliauerat ſupra modū. Hic frequēter occurrēs religioſis, rogabat quaſi cū lacrymis pro ſe orari, ſed in nullo penitus ſe correxit. Cūq; ſuper hoc eū frequentius arguiſsē, nec tñ in aliquo profeciſsē, accidit vt repentina infirmitate correptus ad exitū propinquaret; & ecce ſubdito duo ingētes tenebrarū canes lectū iacētis circuitib.*

Id. l. c. 26. *ambiebant. Ipſe verò protracta lingua ad lōgitudinē prope pedis debiſcēs, horribiliter expirauit.* Tertiū ſit. *Accidit nro tpe, ut certiſſima relatione didicimus in Vacellēſi monaſterio, vt congeſta cuiuſdā defuncti fœneratoris d Atrebato pecunia ī ipſo cœnobio ſeruaretur. Igitur die quadā cū ille famoſiſſimæ sāctitatis monachus VV alterius de Beaumōt iuxta ſcriniū, in quo pecunia ſeruabatur, oraret, deſup diabolū ſedere uidit. Tertius aūt ad horā, ſed ſigno crucis munitus, īterrogat Quid hic ſedes, qd hic expectas nequiſſime humanis generis inimice? (ui ille. Bene, īquit, et iuſtè hic ſedeo, hoc q̄ meū ē cōſeruādo. Nec mora, monachus ad Abbatē currēs, qd vidiſſet, exponit: Abbas verò in Atrebatū pecuniā*

Caſ. lib. 11 c. 39. cū oi velocitate remiſit. Quartū refert Cæſarius in libris miraculorū. *In ciuitate, īquit, Metēſi ſicut mihi narrauit Abbas quidā Ordinis nři, vſurarius quidā defūctus ē, auarus nimis. Qui cū moriturus eēt ſupplicauit uxori ſuæ vt crumenā denariis refertā iuxta ſe poneret ī ſepulchrū. Quod cū illa feciſſet, quāto ſecretius potuiſſet, tñ latere non potuit. Accedētes ergo aliqui ſepulcrū latēter aperuerūt, et ecce duos ibi cōſpicātur bufones, vnū ī ore crumenæ, alterū in ſpectore. Ille denarios in ore de crumena extrahebat, iſte ſuſcipiē extractos cordi ei⁹ imittabat. ac ſi diceret. Nos pecunia ſatiabimus cor tuū īſatiabile. Quib. uiſis illi timore pculſi terrā reiicientes, fugerūt. Quid putas aīam huius pati ī inferno a uermib. immortalib. ſi tā horrēda in eius corpore de mōſtrata ſunt in ſepulcro?*

c. 41. Addit paulo poſt quintū. *Fuit in Bacheī villa proxima famoſa q̄dā uſuraria. Hæc cū moritura eēt, cāpū totū coruis ac cornicib. vidit repletū, & clamauit fortiter. Ecce mō appropinquāt foris ad me; & adiecit. O væ ò væ, mō sūt in tecto, mō in domo, mō pect⁹ meū lamant, mō aīam exhibūt: ſicq; cū vlulatu efflauit ſpm, a dæmonib. ad inferos educēdū: q nocte corpus de feretro, multis qui aderāt vidētib. tollētes vſq; ad tectū leuauerūt, & cū trabi impingerēt, iuxta limen oſtii illud cadere ſinentes, cōfregerūt. Extincta sūt luminaria, fugerūt bōtes mane in iā dicto loco corpus reperientes, q beſtiali ſepulturæ tradiderūt.* Sextū ſit S.

S. Bernard. ſerm. 43. art. 3. c. 3. Bern. Senēſis Legitur, inquit, *de vſurario quodā, q nocte quadā poſt ſplēdidā cænā cū dormiret in lecto cū vxore ſua ſubito expergefactus exilierit de lecto: cū aūt ab vxore ſua, quid hēret interrogaretur, ait. Modo raptus fui ante iudiciū Dei, vbi tot & tā terribilia ſunt oppo-*

ſita

ſita cõtra me, q̃ nec ſciui, nec potui reſpondere; cũq; fuerim diu ad pœnitentiã expectatus, nec hucuſq; volui diuinis præceptis, & bonis inspirationib. obedire. Audiui nunc iudicẽ cõtra me ſnĩã protuliſſe, meq; datũ audiui poteſtati dæmonũ, qui me hodie ad æterna ſupplicia aſportare debeãt. Quo dicto de pertica vili vecte aſſumpta domũ rab do curſu egreſſus eſt, quẽ ſui hinc inde q̃rentes, in quodã monaſterio monachorũ matutinũ cãtãtium inuenerunt. Cunctis igitur eũ ad pœnitẽtiã inducẽtib. nec proficere valentib. rõne, aut exhortatione, vel precib. cuſtoditus ẽ diligẽter vſq; ad ſextã horã. Deniq; cũ eius cõſanguinei domũ illũ reducere vellẽtet ad quẽdã fluuiũ, per cuius põtẽ trãſituri erant peruenirent; viderunt nauim quãdã rapido curſu aſcendentẽ a nullo, vt videbatur, conductã; ſed ab vſurario plena dæmonibus viſa eſt, qui, vt ait, iõ venirẽt, vt eum ad eterna ſupplicia aſportarent. Quo dicto, ſtatim violenter de manibus eorum a dæmonib. rapitur, & in nauem proiicitur, & curſu rapido retracta, ſubitò diſparuit cum dæmonibus & prœda, præfata nauis.

IX. Remed. pro fœneratoribus, qui quærunt ſi non fœnerentur, ſe nõ habituros, vñ viuant. *Audent ẽt fœneratores, inquit B. Aug. dicere. Nõ habeo aliud, vnde viuã. Hoc mihi & latro diceret deprehenſus in fauce; hoc & effractor diceret deprehenſus circa parietẽ alienũ hoc mihi & læno diceret, emens puellas ad proſtitutionẽ; hoc & maleficus incãtãs mala, & venaẽs malitiam ſuã. Quicquid tale prohibere conaremur, reſponderent oẽs, quia non haberent vñ viuerent, quia inde ſe paſcerent: quaſi nõ hoc ipſum in illis maximè puniendũ eſt, quia artẽ nequitiæ delegerunt, vñ vitã trãſigant, & inde ſe paſcere volunt, vñ offendant eum, a quo oẽs paſcuntur.* Et B. Chryſoſtomus in Matthęũ. *An forte modi iuſtè viuendi non inueniuntur? Nã ſunt agrorum cultus, gregis pabula, armentorũ cuſtodia, manuũ operatio, ſolers rerũ tuarũ cura? Quid inſanis, quid ceſpitas agricultura ſpinarũ occupatus. Sed aduerſantur, inquies, frugibus terrę multa, grãdo, rubigo, imbres copioſi. Si ſane, nõ tñ tot tãtaq; illis cõtraria ſunt quot fœnori. Quicquid. n. accidit, fructui ſolummõ nocet; ſors aũt, id eſt, ager ſp̃ iuiolabilis remanet. In hac vero tua mercatura multis ſortis ẽt naufragiũ pertulerunt, & ante q̃ detrimentũ patiantur, cõtinuis curis vexãtur.* Et S. Baſilius in pſal. 14. *Quo, inquis nutriar? Habes manus, habes artem, fac aliquid vnde mercedẽ capias miniſterium cuipiã exhibeto ſtipis emerendæ grã. Multæ ſunt excogitatæ parãdo victui exercitationes, occaſiones multę. At qui vires non ſuppetunt ferendo labori idoneæ; Ne corrogare ac petere pigeat te ab opulentis poſſeſſorib. Verũ turpe, inquis, rogare? Turpius vero accepto fœnore omnib. ſpoliari. Non oĩno dando leges, hoc ego dico, ſed oſtendens oĩa tibi tolerabiliora eſſe, q̃ fœnore inuolui. Formica põt, neq; rogans, neq; mutuo accipiẽs, nutriri; & apes proprii nutrimẽti reliquias regib. grauito cõdonãt, quib. nec manus, nec artes nãra dedit: tu aũt induſtriũ animal, homo, vnam tm̃ ad vitę vſum viam reperire neſcis?*

Ang. in pſal. 128.

Chry. ho. 57

Baſ. ſerm. 2.

X. Remed. pro mutuatarijs, qui queruntur ſe vitam tolerare nõ poſſe, niſi mutuam pecuniam accipiant a fœneratorib. Docent quidem Theologiæ moralis tractatores quemlibet Chriſtianum poſſe neceſſitate aliqua vrgente accipere mutuum a fœneratore, imò extrema neceſſitate vrgente poſſe etiam alium inducere ad mutuo dãdum cum ſpe fænoris, id tamen S. patres diſſuadent nominatim S. Baſil. loco citato ita. n. ſcribit. *Dixeris tu mihi. Vrget mediocris neceſſitas, ſpe interim nulla alicunde affluente prouentus pecuniarum. Quæ quæſo vtilitas ex hodierna dilatione? Rurſus ad te paupertas, vt velox curſo recurret, & ipſa neceſſitas cũ auctario aderit. Fœnus n. omnimodam liberationem, ſed paruã difficultati morã præbet. Hodie patiamur ex egeſtate dura, & ne cunctemur in craſtinũ. Nã ſi nunc minime acceperis ſimili modo fueris hodie, et reliquo deinceps tẽpe pauperi. Si aũt acceperis, longe plus affligeris fænore paupertatem augente. Et nunc quidẽ nullus tibi probro dat paupertatẽ, cũ malũ ſit minime voluntariũ; ſi aũt fænori fueris obnoxius, nemo erit qui non te ſtoliditatis condẽnet.* Et paulo poſt. *Quid ergo nobis ipſis opprobria ex ære alieno cõparamus? nemo vulnere vulnus curat, nemo malis malo medetur, nec paupertas fœnore corrigitur. Diues es? noli mutuo ſumere. Pauper es? noli itẽ ſumere, nã ſi nullus rei es indigus, quid tibi cum fænore? Si vero nihil hẽs, non iã mutuũ rependes. Noli tuã ipſius vitam feræ pñię tradere, ne quando beatos exiſtimes dies, qui fœnus præceſſerunt.* Hoc. n. *vno pauperes a diuitib. differimus, quod ſecuri ſumus, atq. eos vigilãtes cõtinuo nos dormiẽtes ridemus. Qui aũt dẽt, & pauper eſt, & curis anxius, ne noctu quidẽ indulget ſomno.* Et rurſus. *Bibe igitur miſer ex*
Prou. 5. 15. iuxta 70. *tuis vaſis aquã vt ait Salomon, hoc eſt, proprias cõſidera facultates ac ſubſidia vitæ. Non ad alienos fontes propera, ſed ex proprii fontis ſcatu rigine tibi vitæ ſolatia collige. Hẽs vaſa ærea, veſtes, iumenta, diuerſi generis ſuppellectibilẽ, hęc vẽde: oĩa deniq. perdere ac proiicere præſtat, quã libertatẽ. Sed me pudet, inquis, hæc publicare. Quid ergo, vt paulo poſt alius abs te eadẽ in mediũ efferat, tuorumq. bonorum auctionẽ faciat præconiis voce publica, & in oculis tuis vili pretio vendat? ne ad alienas fores accedas. reuera. n. puteus alienus anguſtus. Melius eſt longe paulatim ſtudio & exercitatione egeſtatẽ conſolari, quã vno ſimul tẽpe elatum alienis facultatib. paulo poſt oĩb. ſimul apud te exiſtentib. priuari. Si habes vnde reddas, cur præſentem neceſſitatem eorum quę habes ſubſidiis nõ releuas? Si vero cunctaris exoluere, & hæres dubius malum malo curas. Sumere mutuo, initium mendacii, ingratitudinis oc caſio, perfidiæ & periurii. Pauper es nunc, ſed liber, ſi acceperis ad vſurã mutuum, primum per hoc non diteſces, ſed & amittes libertatem.*

Vide V. *Auaritia. Impatientia in paupertate. Muuerum corruptela Negotiatio illicita. Simonia.* F I N I S.

Laus Deo Deiparęque.



IN-

INDEX RERVM PRAECIPVARVM HOC PANARIO comprehensarum.

A

Abraham.

Chri-

Imita-

La-

vers

volun-

Laus Deo Deiparęq.

Virg. Mariæ.



